

Te numquid lateat! ſcribis, Doctiſsime König,
Artifici, PLANTAS, BRVTA, METALLA manu,
Et triplici vaſtum cogit tua dextera Regno
Orbem, ſic Regis nomen et omen habes.

LVCÆ WOLLEBII, *Phil. et M.D.*

EMANUELIS KÖNIG,

Phil. & Med. Doct. & Prof. P. in Univerſ. Baſil. Acad. Leopold. Nat. Carioſ.

AVICENNÆ,

REGNUM MINERALE, GENERALE ET SPECIALE,

Quorum illud

NATURALEM ET ARTIFICIALEM Mineralium productionem cum Paralleliſmo Alchymico verorum Philoſophorum, Tractatibus hucuſque ineditis, Commentario ſuper Jntroitum Philalethæ, &c. candidè ſiſtit;

Olim ſub Nomine REGNI QUARTI SULPHURUM FIXORUM METALLICORUM promiſſum.

Hoc verò

METALLA, LAPIDES, SALIA, SULPHURA, TERRAS, quin & ACIDULAS, THERMAS, Phyſicè, Chymicè, Practicè recludit.

BASILEÆ,

Sumptibus & Typis EMANUELIS KÖNIG, Senioris,

ANNO M. DCC. III.

8524 (1)

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

DUP LUM

BIBLIOTH. UNIVERSIT. VINDOBONENSIS

AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO, GRAVISSIMO

DOMINO

TOBIÆ HOLLANDERO

A BERAU

DOMINO IN HOFEN

CONSULI

ILLUSTR. REIP. SCAPHUSIANÆ PRUDENTISSIMO.

AMPLISSIME

DOMINE CONSUL!

DUM alta ſpirat quiſquis Dedicationem Libri adornat, non diutiùs errandum duxi cum Planetis meis terreſtribus, Metallis ſcilicet, quin protinus eos dirigerem ad Planetas tuos cœleſtes eorumq; ſatellites, quorum motionis calculum tam accuratè, doctè & candidè Orbi erudito, Amaltheo tuo Aſtronomico, præfixo nomine Parentis mei edito, communicare dignatus es. Quare merito Ego, minimum licèt

cèt Orbis literati Membrum exurgo, eoq́ue nomine gratias ago laudesq́; deprædico, quatenus ad exemplum Julii Cæſaris, Aſtronomiæ itidem addictiſſimi, gladium alterâ manu, alterâ verò librum tenentis, ſicq́ue EX UTROQUE CÆSARIS cunctis commonſtrâſti, quòd MARTE & ARTE ſuos Helvetia etiamnum ſervet honores, & meritò TE quoque ſuperbiat Patria, ut EX UTROQUE CONSULE. Splendorem adauget mira Hiſtoriæ & Numiſmatum priſcorum cognitio, ut & rerum Naturalium ſolers indagatio. Quare etiam, quòd meo labori gratiorem ullam ſedem vix contingere poſſe, quam apud Te, exiſtimaverim, eſt præter ſpectatam Virtutem & literarum patrocinium, inſignis Tua (quin & Majorum Tuorum, ut nôſti) curioſitas in ſcrutinio Mineralium, quam non ſaltem hîc Baſileæ ante duodecim annos, cùm inter Civitatum Helveticarum Legatos ad hujus urbis inteſtinos motus componendos miſſos, aliquandiu morareris, ſed & Scaphuſii, quò me humaniter & liberaliter evocâſti, abundè perſpexi, quæq́ue mihi anſam exhibuit altiùs rimandi, quid notiores & probatiores Philoſophi de Mineralium Arcanis intendant. Exinde, ſpero, non dedignaberis, audacem licèt, Tibi Librum huncce offerentem manum, quin potiùs æſtimabis meam

erga Te obſervantiam, Tuique Nominis ſingularem cultum. Largiatur Altiſſimus, ut proporrò Te, CONSUL AMPLISSIME, hiſce turbulentis & calamitoſis temporibus, ceu præclarum Helvetiæ noſtræ decus & columen ſuſpicere, Tuumque excelſum animum non ſibi ſed Patriæ natum, non abſque admiratione, diutiſſimè intueri liceat. E' Muſeo meo, Calendis Martiis M. DCC. III.

AMPLISSIMI NOMINIS TUI

Cultor Deditiſſimus

EMANUEL KÖNIG, Phil. & Med. Doctor, P. P. in Univerſ. Baſil. Academ. Cur.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

MAGNO utique Divinitatis ſenſu percelli mentem noſtram, dum ad mirificam harmoniam, nexum & ordinem rerum creatarum attendit, unicuique conſtare reor; Quotusquiſque enim eſt, qui non facilè perſpicit in vaſto hoc mundano Corpore res alias ad alias referri, talemq́ue mediorum directionem ad finem præſentiam utique Rectoris mundi arguere, qui & finem nôrit & media, eaque ſimul connexuerit. Et quis non eſt? qui elevatione oculorum in cœlum, expanſum illud ſaphirinum elegantiſsimum, & directione eorundem in Solem, fulgentiſſimum illum mundi oculum quævis benignis radiis adſpicientem, foventem & exhilarantem, ac Lunam ſplendore ſuo mutuatitio tenebras noctis temperantem, aſpectuq́ue cœterorum fulgentiſſimorum aſtrorum non ſummo effertur & ſubſilit gaudio, dum deficientibus his vitam fore perpetuam incarcerationem, animadvertit? Quis eosdem demittendo in Terram arborum herbarumq́ue nitore & venuſtate, omnigenaq́ue earum, varietate conſitam, ceu ſuaviſſimum amœnitatum diverſorium, non ſummum capit delectamentum? Quis inſuper eosdem dirigendo in cœtum Animalium tam variè ac mirè diſcriminatum, Jumenta, Armenta, Greges in paſcuis oberrantes, Alites volitatu aërem ſcindentes, Piſces æquor tranantes, Serpentes gyris in ſe convolutos, Inſectaque pulchritudine & ſubtilitate ſtupenda, cuncta plenis buccis utilitates in nos evomentia, Benigniſſ. Conditorem oculis ſuis non videt? Quis itidem profundiùs deſcendendo in cryptas Terræ, effodiendo inibi & in lucem & uſum protrahendo illas quas ſubtus in tenebris oc-

cultavit divitias Natura, circumfuſam undique DEI ter Optimi Maximi bonitatem & mirandam providentiam non celebrare & ſummopere extollere, atque hinc cum *Pindaro* licet Ethnico *Pyth. Od. V.* παντὶ μὲν Θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν, *omni quidem rei DEUM authorem ſuperponere*, *ut &* ἑκόντι τοί νυν πρέπει νόῳ τὸν εὐεργέταν ὑπαντιάσαι, ſpontaneâ mente ut benefactori occurrere cogitur? Aſt dulcis & ſummè delectabilis emineat inprimis è Vegetabilibus & Animalibus Domini beneficentia, quò Vitam hanc dubiam & ærumnoſam, ſpinoſam & ſenticoſam (licet ubique πικρῷ γλυκὺ μεμιγμένον) multò blandiùs & commodiùs, majoriq́ue cum emolumento tranſigere poſſimus, dum nimirum ſupremus ille rerum Opifex, παντῶν δημιουργός, qui ὅλος νοῦς totus mens omnia intelligit, ὅλος φῶς totùs lux omnia permeans ſpargit quoquoverſum ſuos radios, ὅλος ὀφθαλμός, totus Oculus omnia videt, illa inquam provida mens quam ſcimus,

- - - - *ire per omnes*
Terrasq́; tractusq́; maris - - -

rem ita ſapientiſſimè direxit, ut non ſaltem dentur Alimenta ſummè reficientia, ac Vegetabilium ſapores ſpecifici odores fermentales morborum potenter ſuperent & extingant, Animaliaq́ue quoad dotes (non tam internas & abſolutas, quibus ſcilicet juxta *Clericum* varii ſunt naturarum ſentientium & intelligentium ordines, quorum aliis alii ſunt perfectiores, quàm externas & relativas erga corpus humanum) ſuas inprimis aut ſpiritus languentes exuſcitent, aut ferocientes placent, fixitates corporis animalis inprimis hoſtiles corrigunt, humoresq́ue depravatos in priſtinum ſtatum cogunt, ſed & Mineralium ſplendidè ſe ſe exerat virtus, potentia & utilitas, ut non meritò Regnum Minerale, quoad commoditates ſuas varias, in uſu tum *Politico*, tum *Mechanico*, tum *Medico* ſit, & dicatur, præcellentiſſimum; *Politicum* enim quod ſpectat uſum, omnis Politia inde firmatur, ac ſine Mineralibus rueret velut ſubductis tecta columnis, cùm enim reditus præcipui hauriantur è Mineralium abyſſo, hi autem ſint inſtrumenta accurati regiminis, judiciorum, defenſionis, exornationis & amplificationis, facilè quisque videt,

Impe-

Imperiorum ac Principatuum eminentiam & ſplendorem è Regno Minerali plurimùm eſſe derivandum, præſertim ſi quis advertat, reverentiam ſubditorum quam Primatibus deferunt, ex Auri & Gemmarum æſtimatione in Sceptris & Coronis, plurimùm roborari, nervumque Imperii pecuniam è Mineralibus cuſam eſſe, dum non ſolùm in pacato & turbato Rerumpubl. ſtatu actiones & tentamina quævis ſine eâ languent & frigent, ac prout ſine nervis homines ambulare nequeunt, ita nec bellum unquam progredi poteſt ſine iſtâ; unde & Aurum pulcherrima ſubſtantia, velut centrum eſt in quod omnium rationalium deſideria & vota ceu diametrales lineæ & ſagittæ tendunt ac diriguntur, id quod nulli mirum eſſe debet, dum id per medios ire ſatellites & perrumpere amat ſaxa potentius ictu fulmineo: ob quam maximam vim ad commodius regimen, feliciusremque finium defenſionem aut etiam extenſionem, è Regibus illuſtriores ac potentiores tum in ſacris, tum profanis, nunc & olim divitiis celebrantur coruſcantes: Cui enim ignotum viros ſanctiſſimos DEOque amiciſſimos Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, Joſephum aliosque Patriarchas, Jobum item, Davidem, Salomonem (ceu throno aureis Leonibus decorato inſidentem) aliosque Viros Principes DEO dilectos & ab eodem locupletatos, Auro & divitiis abundâſſe. Sic legitur apud Moyſem, Arcam Domini laminis aureis intus & foris DEI ipſius juſſu circumtectam fuiſſe, uſque ad vectes ipſos, quibus circumferebatur; Propitiatorium ex auro ſolido cum utroque Cherubino conflatum; Menſam panum propoſitionis totam auro infra ſupraque circumveſtitam, nuſquam ut lignum appareret, eodemque metallo altare thymiamatis exornatum & Candelabrum cum ſeptem lucernis ſuis 125. auri libris compactum; totos denique Tabernaculi parietes altitudine decem longitudine 30. cubitorum intus aureis laminis fuiſſe contectos & ſupra 96. baſes argenteas excitatos, ut taceam Ornatum Pontificium & tiaram & epomidem & Rationale, cujus *Cap. de Gemmis* mentio fiet. Nos, miſſis exemplis ex profanis Hiſtoriis adducendis, notabimus primariò ingentem Divinæ benignitatis theſaurum, *Moneta-*

rium ſcilicet introductum uſum, quo ſingulari DEI ordinatione commercia hominum invicem multò commodius vigent, quàm ſi certo ſaltem genere Animalium & Plantarum dives cum aliis neceſſariis permutare velit. Et hæc ſapiens DEI diſpoſitio apparet & maximè in variis *artibus mechanicis*, quarum objectum ſunt varia Mineralia, in quæ ſingulari artificio & dexteritate varii Artifices ad ſublevanda vitæ humanæ incommoda operantur ſicque panem inde lucrantur, non enim dicam multis de *Metallariis*, qui ingenioſis technis ac labore immenſo venas metallorum inquirunt; *Alchymiſtis* item qui metalla imperfectiora in perfectiſſimum Aurum ope TRæ, particulas aliter transfigurantis, transmutant, quorum licèt ſint pauciſſimi, quos ſic æquus amavit Jupiter, ut iis aurea Heſperidum poma decerpere tam facilè liceat, dum

- - - latet Arbore opacâ
Aureus & foliis & lento vimine ramus,
Atque immenſa cavi ſpirant mendacia folles.

Non tamen Ars Alchemia pro vanâ futili & inani re, cum multis præjudiciis detentis habenda, quos quia *Exc. J. Jac. Mangetus in Biblioth. Chym. Cur. Tom. III.* prolixè refutavit & probabilitatem Alchymiæ adſtruxit experientiâ tum *Genevæ* facta à *Clariſſimo DN. Gros, Verbi divini quondam æquè Miniſtro ac Medicinæ Doctore & Practico*, tum *Londini* ab *Illuſtriſſimo Boyle* obſervatâ, prolixiores in aſſerendâ veritate Alchymicâ eſſe nolumus, benevolo Lectori recentiſſimum ſaltem ſiſtentes Exemplum *Ulmæ An. 1695. d. 12. Jun. in Horto Wolffg. Wilhelmi Meieri, Pharmac. & Chym. inſtitutum, & quidem in præſentia aliquot Perſonarum Illuſtrium, rerumq; Chymicarum expertiſſimorum, quorum quidam in abſtruſioribus Naturæ operationibus valdè curioſus indagator ſingulari fortunæ favore obtinuit unicum pulveris granum, rubicundi coloris, in parva ſua quantitate ſatis ponderoſi, talibus viribus præditi, ut 30. grana Mercurii vivi cum plumbo commixti, in puriſſimum aurum transmutare potuerit. Sumſimus igitur ſecundùm Communicatoris præſcriptum plumbi communis uncias duas, cui in crucibulo liquefacto addimus Mercurii vivi communis in alio crucibulo prius*

cale-

calefacti unciam ſemis, & ſtatim pulverem prædictum transmutantem chartulâ incluſum & cerâ involutum formâ pilulari ſupra plumbum & Mercurium crucibulo immiſimus, ac circumcirca carbonibus admotis ignem probè adaugendo, poſtquam ignis maximè inflatus fuit, vix ſpatio octavæ partis horæ, cùm omnia ſimul fluxiſſent, crucibulum ex igne aſſumſimus, eoq́ refrigefacto & fracto plumbum reſiduum cum pulviſculo rubro liquefactum & unitum, variis coloribus, imprimis verò viridi colore bono omine eleganter tinctum, ſeſqui uncias cum drachma una pendens accepimus, eoq́ apud aurifabrum expertum per probandi formam decentem & rigoroſam ritè examinato, auri perfectiſſimi portiuncula drachmæ dimidiæ pondere remanſit, affirmante aurifabro, ſe nunquam pulchrius & perfectius aurum vidiſſe; quod poſtea in quinque portiunculas fuit diviſum & cuilibet Perſonæ una dono data, quam portiunculam quintam veritatis conteſtandæ gratiâ, inter alia curioſa in Muſeo meo aſſervo, ut apertè ſcribit *Excellentiſſimus DN. Alph. Khonius, Collegii Medici Ulmenſis Decanus, in Miſcell. Curioſ. Dec. III. Ann. V.* & *VI.* in cujus *Appendice* prolixius etiam ſiſtitur Tranſmutatio hîc *Baſileæ* à *Setonio* Scoto coram *Jacobo Zuingero* facta, ab hujus Pronepote *Excell. D. D. Theod. Zuingero, P.P. Collega honoratiſſimo.* Alia exempla incredulias ſiſtuntur apud *Morhofium de Tranſmutat. Metall.* & *Clauder. de Tinct. Univerſ.* Sed quæri poſſet, an & hîc locum habeat illud *Malebranche P.II. Lib. de inquir. veritate* dicentis: Non credam eſſe quicquam utile, quodque accuratè ab hominibus ſciri poſſit, ad cujus cognitionem Arithmeticæ & Algebræ ope pervenire non poſſint. Sed de eo alii viderint. Ego certè, ait *cit. Morhofius in Polyh. p. 463.* miror, quî factum, ut Lyncei iſti homines ſuâ iſtâ methodo velut divinâ aliquâ virgulâ ſecreta Veterum nemini in dubium vocanda non penetraverint; cùm tamen Veteres illi Philoſophi ſuis ſuffulti principiis, quæ in analogiſmis potius & conjecturis interdum ſubſiſtebant, tam prodigioſa extuderint, in quibus hodieque ſtupemus ac vel ignorantiam noſtram profitemur, vel quia nil ſcire ſine hac methodo nos poſſe credimus, iſtâ pervicaciâ armati pro mendaciis, & fabulis habemus. Sed miſſis his quæ in hoc Tractatu ſatis ſuperque comproba-

 mus,

mus, referendum nobis porrò de iis Artificibus qui ſingulari gratiâ, Spiritu DEI impleti, excogitare valent, quicquid fabrefieri poteſt ex Auro & Argento, Ære, Marmore & Gemmis, ut de *Bezalaële* dicitur *Exod. XXXI.* ac de *Tubalcaino Geneſ. IV.22.* quòd fuerit malleator & Faber in cuncta opera æris & ferri, ad quorum adornationem, quia non modò artuum robur ſed & ſubtilis ingenii vigor requiritur, obiter patet, Chemiæ incunabula in antiquiſſima antidiluviana Tubalcaini (quem *Borrichius*, *Voßius* aliique Vulcanum eſſe autumant) tempora proſpicere. Artifices autem ejusmodi metalla in varias rerum facies fingentes pro varietate metallorum varii ſunt : primatum ex iis tenent Gemmarii, Aurifabri, Stannarii, Ærarii, Fabri Ferrarii, aliique ejusmodi Antiſtites, quos hîc ad amuſſim recenſere prolixum nimis foret, ac tædioſum. Id verò minimè hîc prætereundum, quòd artium illa Regina *Ars Typographica*, aureum pluſquam ſeculorum propinquiorum inventum, literatos quosvis ſibi devinciens, ſuum fundamentum ac ſtabilimen mineralibus aliquot in unam maſſam combinatis acceptum referat, ex quâ dehinc typi elegantes fuſione efformantur, quibus in ordinatam aciem à Typothetâ diſpoſitis, die unico imprimitur quantum non ſcribitur anno.

Ingentia, me hercle, Benevole Lector, hæc ſunt commoda, quæ tamen cedere coguntur ſi conſiderare placeat, Mineralia adversùs ingruentium morborum agmen ſecuriſſimum eſſe munimentum, dum heroica ad plurimos pertinaciſſimos affectus fugandos & edomandos ſuppeditant *Remedia*, longo ſæpius poſt ſe intervallo relinquentia medicamenta è Vegetabili & Animali Regno petita, utpote quæ adversùs pertinaces affectus & partibus intimius impreſſos ſæpius tantundem præſtant, quantum ſpongia in percutiendo clavo, ubi duro nodo durus quærendus eſſet cuneus, qualem inprimis referunt in frangendis & elidendis graviorum morborum inſultibus Mineralia, dum minimè in ventriculo ita alterantur, ut priuſquam perveniant ad partem affectam, maximam virium partem deperdant, ſed ſuccos corporis à debitâ craſi & temperie declinantes fortiter

ſubi-

ſubigunt ac velut ſibi ſubjugant, ſubjiciunt & in priſtinum ſtatum cogunt, ut characteres morbifici, penitius partibus infixi, faciliùs hinc deleri ac *potentiæ ſalinæ Hippocraticæ* peccantes feliciùs corrigi poſſint, præſertim ſi conſideremus cum *Exc. Frider. Hoffmann. in Not. Poter. p. m 358.* Metallica & Mineralia firmos & ſtabiles habere poros, qui certam ſtabilem & copioſam ſecum ferant materiam ſubtiliſſimam, amicam noſtri ſanguinis ætheri, quâ ſubtili materiâ fermentationes augentur, humores viſcidi attenuantur, obſtructiones tolluntur. Hoc verò ſpecialius pluribus facilè eſſet demonſtrare, ſi in laudes variorum Mineralium excurrere virtutumq́ue eorum inæſtimabilem theſaurum hîc in frontiſpicio detegere conſultum foret. Verùm dicat quiſpiam, Remedia ejusmodi è Mineralibus petita, viri boni remedia minimè audiunt, periculoſa enim ſunt ac naturæ humanæ adverſa, ob acrimoniam ſummam & corroſionem quam tenellis corporis fibris inferunt, quâque partibus potiùs malignam imprimunt diſpoſitionem, ac vi deleteriâ mortem accelerant: Quis enim, ut è multis primarium ſiſtamus, remedia Arſenicalia vel extus vel intus abſque homicidii metu in uſum trahere audebit, conſiderando præſentiſſimam necem 13. perſonis inductam à Veneficâ Zeuningenſi, ditionis Baſilienſis, & obhinc meritò poſt abſciſſam prius manum combuſtâ, ut de hac re *Excellentiſſ. & Celeberrimus D. D. Joh. Jacobus Harderus, Anatom. & Botan. Profeſſ. Com. Palat. C. Sereniſſ. Princip. Bad. Durlac. &c. Archiater, Collega ævum colendus, in Exercitat. ad Celeberrimum Pythagoram?* Quis magni faciet Antimonialia, dum Antimonium velut haſta vitæ centrum transfodit, machinámque teneram inſtar vitri diffringit? adeò ut *Eraſtus* ex eo facta remedia *diabolica* nominare haud veritus fuerit, ac Celeb. *Guido Patinus* eò devenerit, ut dicere auſus ſit: Chymiam nullatenus Medico eſſe neceſſariam: eſſe animalia omnium mendaciſsima, Herboriſtam, Chymiſtam; Chymiſtæ noſtri quotquot Pariſiis adſunt, ait in *Liter. Tom. I. p. 195.* ſunt miſerrimi homunciones, indocti & illiterati, calamitoſa poſcinummia & afflictiſsima mendicabula: Antimonio ſolo refert plures homines necatos

tos eſſe quàm occubuerint in Bello Suecico-Germanico tricennali, Chymicosque, excepto *Glæſero*, exhæredes fore Regni cœlorum. Verùm ablegatis præjudiciis, menteque ſaniore in ſe recurrente, patebit, quòd hoſce redarguant ipſa Mineralia, *clamantia*, ut *Helmontius* loquitur, *in cœlum, ſe velut fruſtra veniſſe, vix quenquam eſſe, qui vincula eorum ſolvat, ut benevolentiam, quam mortalibus debent, perſolvant*; nimirum ut ejus notabilia verba habent, *Tract. poteſtas medicam.* §. 41. *Senſi metallis ineſſe virtutes planetarias (id eſt illuminativas) ſi in ſalis aut ſulphuris naturam reducantur; attamen id fieri debet extra omnis adjuncti reſiduum, in quo non quiſque ſtentor potuit adire Corinthum. Etenim poſtquam ſcivi enodare corpora per conſentanea ſuis principiis radicalibus, tum primum deriſi credulitatem, quibus olim aurum diſſolvi, ejus tamen potabili ſucco minus profeci quàm ſimplicis alicujus decocto; deinceps verò potui aurum diſſolvere, butyri, reſinæ, atque Vitrioli facie ludere, at nuſquam inveni virtutes auro tributas, eò quod noſtris etiam fermentis ſic reluctaretur, ſenſi ergo abſque corroſivo ſuo proprio eſſe mortuum, mortuum inquam niſi radicaliter à ſuo corroſivo penetretur, non quidem quod tunc Solis naturam referat, viribusq; vitalibus quidquam addat, ſed duntaxat, quòd totum corpus purgando mundet inſenſibiliter in toto uniſono.* Divina ſcil. benignitas ita comparata eſt circa Hominum ſalutem, ut ipſi quoque manum rei & operi admovere debeant, detractóq; demum cortice nucleum guſtare poſsint, prout ex alimentorum quoque præparationibus, v. g. Panis è frugibus, Vini ex uvis, mediante fermentatione, coctur iſque ciborum, aliorúmque Vegetabilium, magis ſæpè quàm Mineralia ſunt, mochlicorum, correctionibus colligere quis poteſt, inprimis & ex eo, quòd Mineralia granulatim prius collecta in grandiores maſſas demum induſtriâ ſingulari colligantur: Nil ſcilicet hoc quoque in caſu *Dii ſine magno labore dederunt mortalibus*, quare præſtabit, majoris ſecuritatis gratiâ, ut Medicus ipſe, cui naturæ intimior ſcrutatio incumbit, manum operi admoveat, quò exactè ſciat è præparationibus, quibus & qualibus in Curatione morborum utatur medicamentis, verâque ſcientiâ non opinio-

nibus

nibus nitatur, ſic namque *Citò, Tutò* & *Jucundè* curationem inſtituet Mineralibus; *Tutò* quidem, quia decenter præparata ac ſequeſtratis quibusvis nocivis particulis ac venenatis ſpiculis obtuſis & fixatis uſurpantur, conſopitisque malevolis adſpectibus hominem ſibi reddunt benevolum, ſummâque pace ſpiritus ſolantur, præprimis quoad morbos pro inſanabilibus à Medicis communiter habitos, præ quorum hinc præſcriptionibus, ut conqueritur Magnus ille Angliæ Cancellarius, *Baro de Verulamio*, L. Syllæ & Triumvirorum olim res nihili fuere; licèt & in hiſce DEI providentia adgnoſcenda ſit: *ſupremus nimirum ille eſt ac ſapiens rector, velut Auriga peritus currum hunc mundi firmans atque colligans, ne incompoſitè feratur*, ut ait *Triſmegiſtus*; adeò ut in morbis quos nec ipſa noſtra Mineralia debellare potis ſunt, æquo animo ferendum ſit, quòd ille decreverit; *ad hoc enim ſacramentum adacti ſumus ferre mortalia*, dicente *Senecâ*; *Citò* verò Mineralia affectus abigunt, quia ſic puro ab impuro & craſſiori ſeparato, noxios humores fortiter extundunt, everrunt, acidos & corroſivos leniunt, temperant & aculeos eorum frangunt, figuram noxiam invertunt, ipſamque partium ſubſtantiam ab humorum tali acrimoniâ laceſſitam & nonnihil arroſam conſolidando velut & roborando ſolantur; *Jucundè* tandem, quia pleraque eorum inſipida ſunt ac minimâ in doſi exhibita maximam nihilominus præſtant opem, neque odorum ſaporumque adeo adverſorum inſuavitate, colorumque peregrinitate offendunt, prout faciunt faſtidioſæ Decoctiones, dignæ bove potiones, abominabiles Syrupi, Electuaria ponderoſa, Infuſiones ſordidæ aliaque naturæ horrorem incutientia, quibus morbo afflictis nova magis cietur afflictio, quàm ut ea inde mitigetur.

Interea, Benevole Lector, dum Tibi abundè palàm feci è Mineralibus præter alios ingentes uſus, maxima & heroica in ſolamen ægrorum haberi poſſe remedia, ultrò patet, quòd non modò Chymica haud ſint nauſebunda, ipſique Chymici vel Medici Practici iis utentes, (quibus illud *Hippocraticum* curæ eſt *Epidem. VI.* Nil comprobandum eſſe temerè, nil negligendum)

 ſecus

ſecus ac fert mos vulgaris, atro carbone notandi, ſed inprimis ſedulum eorum ſcrutinium ſit omni laude digniſſimum, uſumq́ue illorum intra corpus humanum minimè reformidandum eſſe, maximè ſi rectè præparentur, aliis additis aptè corrigantur, debitaq́ue quantitate exhibeantur; Quare & ingrati omninò eſſemus, niſi Patri cœleſti clementiſſ. Conditori noſtro beneficentiſſ. profundâ cum gratiarum actione attribueremus gloriam, quòd non ſolùm in Vegetabili & Animali Regno abundantem ſuam miſericordiam ſed & Minerali (præcipuè in dilectiſſimâ noſtrâ patriâ Helvetia, in cujus fodinas deſertas meritò cecinit Poëta:

Paupertas noſtris nimis eſt pretioſa colonis:
Calcat divitias Helveta terra ſuas.)

tam largiter erga nos demonſtrare ipſi lubuerit, mihi verò (cui ſi non datur omnium applauſum mereri, eſt aliquid his qui in orcheſtrâ ſedent placuiſſe) clementer gratiam hanc largitus ſit, ut poſt benignè excepta Regna bina, Vegetabile nimirum & Animale, etiam hoc tertium, pro benigno ejus afflatu ad umbilicum perducere potuerim: Voveo cum *Eraſmo in Præfat. in Georg. Agric. de Re Metall.* Utinam animis eo ſtudio feramur in cœlum, quo ſcrutamur terram, non quod improbem hanc induſtriam, nobis enim terra gignit quicquid gignit, ſed quòd hæ venæ quantumvis fœcundæ beatum hominem adeo facere non poſſunt, ut non paucos operæ & impendii pœnituerit, ſola divinarum literarum vena verè locupletet hominem.

JUDI-

JUDICIUM
COLLECTOR. ACTOR. LIPS.
Anni 1687. Menſ. Januar.
EMANUELIS KÖNIG, PHIL. & MED. BASILIENSIS
REGNUM MINERALE, &c.

Baſileæ, ſumptibus & typis Emanuelis König, An. 1686. in 4.

QUAM laudem ex editione Regni Animalis menſe Aug. 1683. in Actis noſtris recenſiti, conſecutus Clar. Auctor eſt, eam non minori jure ex præſentis libri evulgatione tuebitur. Magna enim rerum varietate gravis eſt, ita ut quicquid ſingularium virium ex Regno Minerali peti in medicamina ſolet, id hic indigitatum curioſus Lector inveniat. Liber autem ipſe in IV. Sectiones, hæq; in diverſa capita dividuntur. Sectio I. agit de Regni Mineralis nomine, differentiis, ortu, nutritione, vita & partibus. Quinque iſtis, quibus conſtat, capitibus denominationis rationem, tum metallorum generationem, quam per analogiam cum Vegetabili & Animali Regno, mediante ovo quodam imperfecto contingere autumat, fuſius perquirit. Hinc augmentationem, ut continuatam generationem proſequitur, ac mineralibus organa ſive partes analogicè tales ad nutritionem neceſſarias attribuit, radicem nempe, cor-

ticem, ſubſtantiam ipſam, ac vaſa. Quibus præmiſsis Sectionem II. aggreditur, ubi de metallis veris VI. capita proponens, Solem, Lunam, Martem, Venerem, Jovem & Saturnum juxta particularum pororumq́; configurationem, differentias, & nobiliora inde præparata perveſtigat. Mercurium vero numero verorum metallorum eximit, quod hic nec ductilis ſit, nec fluat in igne, ſed in halitum abeat. Nihilominus hunc, ut & Antimonium, tanquam metalla ſpuria, attentius conſiderat, quibus affine corpus Cinnabarim ſtatim ſubjungit ac ultimo capite de Biſmutho, Auripigmento, Arſenico, Cadmia, Sandaracha & Zinco eodem reſpectu agit, eandem methodum, qua in metallorum verorum deſcriptione uſus eſt, & hic, & in ſeq. Sect. III. obſervans, ubi de Lapidibus, eorumq́; natura, ortu, generatione, differentiis, tribus prioribus Capitibus tractat. Hinc Lapidum pretioſorum minorum ſive Gemmarum examen inſtituit, & à revelato modo, quo Gemmæ artis ope parantur, declarare nititur productionem earundem naturalem. Siſtit verò Adamantem, Rubinum, Granatum, Hyacinthum, Saphirum, Smaragdum, Chryſolitum, Topazium, Turcoidem, Bufonium, Opalum, Oculum Mundi, Oculum Catti, de quo ultimò memorat, quòd Indi ipſum maximè æſtiment, perſuaſione ducti, ejus qui hanc gemmam poſsideat, non poſſe facultates imminui, ſed indies incrementum ſumere. Porrò Lapides pretioſos majores, Cryſtallum, Jaſpidem, Heliotropium, Malachitem, Praſsium, Nephriticum, Achatem, Onycha, Calcedonium, Carneolum, Phengitem, Amethyſtum, juxta colores potiſsimum & vires deſcribit; ac mox Lapides minùs pretioſos minores, Magnetem, Hæmatitem, Smiridem, Schiſtum, Lazuli lapidem, Armenum, Lipim, Aſtroitem, Lapidem Judaicum, Belemnitem, Morochtum, Ætitem, Oſtracitem pari ratione exponit. Inde autem procedit ad majores Lapides ignobiles, tum duros,

ros,

roſ, Saxum, Silicem, Pyritem, Cotem, Marmorem: tum molliores, Saxum calcarium, Gypſum, Lapidem Bononienſem, Pumicem, Tophum, Aſium, Stalactitem, Oſteocollam, Cornu foßile ſive Lithomargam albam, Amianthum, Lapidem ſpecularem, & Talcum. His omnibus Corallia ſubnectit (utut in Regno ſuo Vegetabili inter plantas relata) quòd durite inſigni prædita ſint, atque ob ſulphur nobile cum omnibus ferè Lapidibus virtute certent. Cæterùm Sectione IV. Mineralia media propoſiturus, ea dividit in Salia, Sulphura & Terras, adeoq; III. Partes conſtituit, easq; in diverſa iterùm Capita diſpeſcit. Præmißis verò generalibus de ortu & mixtione eorum, Salia primo loco profert, eorumq; inſignem differentiam, quoad diacriſin non tantùm inſinuat, ſed & requiſita diverſa velut menſtrua, in quibus liquentur, & cum quibus ratione texturæ & compoſitionis conveniant, enumerat. Hinc de Sale communi, Sale Gemmæ, Nitro, Borrace, Vitriolo, Alumine & Sale armoniaco ſpecialiter agit, ac Parte II. Sulphura ſimili ratione explanat, conſiderando Sulphur in ſpecie, hinc Succinum, Aſphaltum, Gagatem, Petroleum, Carbonem foßilem, Ambram gryſeam & Camphoram. Tandem Parte III. Terras varias medicas explicat, albas ut Samiam, Lac Lunæ, Terram Melitenſem, Bolum album & Lignicenſem, Terram ſigillatam Lemniam; mox rubras, ut Terram Lemniam rubram, Bolum Armenum, Bolum Toccavienſem: inde luteas, ut Terram Sileſiacam ſigillatam, Ochramq; è variis Europæ mineris metallicis erutam. Poſteà Terras Artificum enucleat, Argillam, Cretam, Rubricam fabrilem, Umbram & Tripolim, Appendicis loco Acidularum & Thermarum deſcriptionem curatam addens. Sic ſuſpenſo ſaltem pede percurrimus doctißimum Tractatum, quem perlegiſſe curioſum Lectorem nunquam poterit pœnitere.

CORNELIUS AGRIPPA DE VANITATE Scientiarum Cap. XXIX. de Metallaria.

ARchitecturæ quoque ſubeſt ars metallica, ars revera non modici ingenii. Primum ſiquidem ex telluris montiumq́ ſuperficie, quæ quoquo loco venæ intus ſitæ ſunt, quæ illarum extenſiones, exitus, fibræ, cognoſcere docet, & quomodo excavatis terræ viſceribus, montium moles ſubſtruendæ ſunt: de quibus ſcripſit apud veteres Strato Lampſacenus librum, quem de Machinis metallicis intitulavit. Porro quemadmodum ex erutis minerarum lapidibus ignis liquamine pura metalla excoquantur, eaq́ ſi mixta ſunt, à ſe invicem diſcernantur, aut nulli, aut pauciſſimi hactenus integrè tradiderunt: fortè quòd ars hæc veluti mechanica & ſervilis, à doctis quibuſq́ & liberis ingeniis deſpecta ſit. Verùm cùm ego antè aliquot annos à Cæſarea Majeſtate aliquot mineris præfectus eſſem, omnia, quantum potui, indagatus, cœpi de illis ſpecialem librum ſcribere, quem adhuc uſque in manibus habeo, continuò pro majore rerum notitia adaugens, & corrigens, ſperans me, quod tum ad metallorum inventionem, tum cognitionem, tum venarum examinationem & conflationem, montiumq́ ſubſtructionem, & tractoriarum machinarum, cæterarumq́ artificia hactenus incognita pertineat nihil omiſſurum. Hac arte omnes humanæ conſtant opes, quarum avaritiæ tanta mortales libido invaſit, ut vivi ad inferos uſque penetrent, & magna naturæ ruina in ſedibus manium quærant divitias, ut canit Ovidius:

Itum eſt in viſcera terræ,
Quasque recondiderat, ſtygiis admoverat umbris,
Effodiuntur opes irritamenta malorum:
Jamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodierat, cujus diraque cupidine tandem
Omne nefas fugêre pudor, verumque fidesque,
In quorum ſubiêre locum fraudesque dolique,
Inſidiæque & vis, & amor ſceleratus habendi:

Et, ut alius Poëta inquit:

Auro pulſa fides, auro venalia Jura.

Peſſimum igitur vitæ ſcelus invenit, quicunque primus aurifodinas, cæterasq́ metallorum venas reperit, & (ut ait Plinius) tantò nocentiores fecerunt illi terras, ut non minus temerarii ſint, quàm qui è profundo maris petunt margaritas. Inventum autem multis quidem, ſed diſſonantibus hiſtoriographis, attribuitur. Præcipuè verò plumbum in inſulis, quæ Caſſiterides dicuntur, contra Celtiberiam ſitis, primò inventum tradunt: æs autem in Cypro: ferrum in Creta: ſed aurum & argentum apud Pangeum Thraciæ montem, demum orbem omnem infecerunt, Soli Scythæ, ut refert

refert Solinus, uſum auri & argenti damnârunt, in æternum ſeſe à publica avaritia abdicantes. De auri ſuperfluitate apud Romanos olim veteri interdicto cautum erat, eratq́; lex cenſoria victimaliarum aurifodinæ, quæ, ut ait Plinius, in Vercellenſi agro cavebatur, ne plus quinque hominum publicani haberent. Atque utinam homines eo ſtudio ferrentur in cœlum, quo ſcrutantur terræ viſcera, ſola divitiarum vena allecti, quæ beatum hominem adeò facere non poſſunt, ut multos admodum, idq́; non rarò pœniteat inſumptæ operæ.

IN

REGNI MINERALIS

Editionem alteram

CELEBERRIMI & EXCELLENTISSIMI

D. EMANUELIS KÖNIG,

PHILOS. & MED. BASILIENSIS,

Affinis ſui honoratiſſimi.

GLoria non parva eſt, Terræ dum viſcera rimans
Naturæ reſeras omniparentis opes.
Magnaque Laus tacitas Naturæ inquirere vires.
Major at hoc ipſo munere nôſſe DEUM.

Ita
PRÆCEPTORIS ſui quondam Fideliſſimi lucubrationes veneratur

EMANUEL WEISSIUS, BASIL.
J. U. C.

CHA-

CHARACTERES CHYMICI,

Qui in Regno hoc Minerali, compendii gratiâ, occurrunt.

Acetum	🜊	*Fixum*	🝪
Acetum deſtillatum	🜋	*Ignis*	🜂
Acidum	♉	*Jupiter, Stannum*	♃
Aër	🜁	*Mercurius ſublimatus*	☿⏜ ☿⏜
Alcali	🝎	*Mercurius præcipitatus*	☿⏝ ☿⏝
Alumen	○	*Nitrum*	⦶
Antimonium	♁	*Nox*	♀
Aqua	🜄	*Oleum*	∴
Aqua fortis	🜅	*Phlegma*	🝫
Aqua Regia	🜆	*Plumbum ſeu Saturnus*	♄
Arena	⁘	*Præcipitare*	⏝, ⏝
Argentum	☽	*Retorta*	🝭, 🝭
Argentum vivum ſeu Mercurius	☿	*Sal armoniacum*	♓, ✶
Arſenicum	🜺 *item* o—o	*Sal*	🜔
Auripigmentum	□	*Spiritus*	⏜
Aurum, Sol	☉	*Spiritus vini*	🜈, *Sp. V.*
Balneum Mariæ	B.M.	*Sulphur*	🜍
Calx viva	🜿	*Sublimare*	⏜, ⏜
Cancer	♋	*Tartarus*	🜿
Caput mortuum	🝎	*Terra*	🜃
Chalybs, Ferrum	♂	*Tinctura*	℞, TR.
Cinnabaris	🜓	*Viride æris*	⊕
Crucibulum	X	*Vitriolum*	🜖
Cryſtallus	⊟	*Volatile*	△
Cuprum, Venus	♀	*Urina*	⊡
Deſtillare	♌	*Zingiber*	ZZ.
Dies	☍		

A. & Ω.

DISSERTATIONIS PHYSICO-MEDICÆ PERSCRUTANTIS & ERUENTIS REGNUM MINERALE

SECTIO I.

De Regni Mineralis Generalioribus, Nomine, Differentiis, Ortu, Nutritione, &c.

CAPUT I.

De Nomine Regni Mineralis.

Regnorum trium Examen propoſituro, methodo ſyntheticâ procedere, ordinemque creationis ſummi Conditoris obſervare convenit, à ſimplicioribus ſcilicet ad magis compoſita adſcendendo ; cùm ergo Regnum Minerale omnium ſit ſimpliciſſimum, ut in quo minimè tam diffuſus organorum apparatus, velut in Vegetabilibus, maximè verò in Animalibus, apparet, cùm aſpera rudiaque compoſita ſint mineralia, ac ante Vegetabilia, eodem tamen die, condita, meritò id reliquis anteponendum cenſemus ; conſideraturi primitùs ejus nomen ac titulum, cùm vel maximè etiam per abuſum aliorum tituli ab eo, ferè præ virtute, emanent.

I. *Regnum* vocatur, maximè reſpectu Hominis, qui Rex & Dominus glorioſorum DEI operum ſalutatus eſt ab omni antiquitate, ceu quem Ampliſſimus Creator ultimâ perfectionis limâ dignatus eſt, quoque nobilior creatura non reperire datur, magisque ad ipſum Divinitatis exemplar accedens; Verùm ut ut ſuperbiâ nimis elatus multum regalis ſplendoris amiſerit, non tamen ita malè ſentiendum cum Poëta illo Gallo, aliàs ingenioſiſſimo, *Boileau dans ſes Oeuvres diverſes Satyr. VIII.* ubi imbecillitatem Hominis ex inobedientia adversùs Creatorem ſibi contractam multùm explodens, Hominem potiùs animalium omnium ſtupidiſſimum vocandum cenſet, quoque reliqua quævis ſint animâ ſapientiori donata; illota namque hæc ſatyra eſt ut alia ab ipſo, Regem ſuum concernens, adducta comparatio, Lectoribus ſuis nota: neque adeò inſaniæ ſunt accuſandi Homini ejuſmodi regimen intra modeſtiæ limites attribuentes cum Domino *Lamy*, qui *dans ſon traité de l'Ame ſenſitive*, & particulariter *dans la reſponſe aux raiſons par leſquels le Sieur Galatheau pretend etablir l'Empire de l'Homme ſur tout l'univers*, imperium ejuſmodi non niſi pro chimærico habet, quodque contrarium ſit naturæ animalium ac etiam reſpectu Adami dominatio ſaltem fuerit aliena, nullumque aliud, ſi ullum, præter illud quod ipſi ſuppeditant fortitudo & dexteritas, detur; Aſt quàm verius præter alios divinos ſcriptores Apoſtolus ille Gentium *2. Corinth. Cap. IV. 15. Omnia propter vos, ut gratia abundans per multos in gratiarum actione abundet in gloriam DEI*: & *Tertullianus de Reſurrect. Carn. Homo tanquam Dominus aliarum creaturarum ipsâ DEI manu eſt inſtructus*: Quare eleganter ſplendor quondam Collegii Curioſi, Digniſſimus Præſes *Helianthus*, Excell. DN. *Volcamerus*: Homini, qui *Gregor. Nyſſen. de Anim. & Reſurrect.* T. 3. p. 188. Μικρόκοσμος, κόσμος σύνθεμος audit,

> *Famulantur Aſtra, format Unda quod ſanet,*
> *Aër medelam ſufficit, vomunt Fontes,*
> *Montes miniſtrant, queis ſalubre quodcunque eſt.*
> *Arbuſta ſtillant, Saxa robur indulgent,*
> *Gemmas, Lapillos, Ferra, Vitra, tot Petras,*
> *Hic Porphyriten, hic Bitumen & Gypſum,*
> *Aurum, Ceruſſam, Nitra, Sulphur, Argentum*
> *Opesq; cunctas Mater alma largitur.*

His adde quod Mineralium παμβασιλεία Regna terreſtria optimè firmentur ac ſine iis ſubſiſtere nequeant, ſed ruerent velut ſubductis tecta columnis, ſeu aurea pax Regno affulgeat, ſeu Mars trucidior immineat.

II. *Minerale* cur ulterius appelletur, facilè conſtat, eò quòd in minis vel mineris terræ ceu cryptis ac meatibus præcipuè reperiantur & in uſum humanum

humanum & commoda eruantur. *Minera* autem jam in *Vet. Vocabul.* haud erroneè *herba* vel *radix* vel *vena terræ* fuit dicta, unde *Mineralia* dicuntur: pro venâ autem terræ ſeu venâ metallicâ minera eſt vox Italica, à *mine* quod eſt ductus ſubterraneus; Gallis eſt *miniere*, fodina, inde *Mineral*, Italis *Minerale*. *Mineralia* autem ſumuntur pro ipſis foſſibilibus in mineris contentis, & quidem vel *generaliter* pro quibuſvis ſcilicet foſſibilibus & mineris fodiendo erutis, non ſolùm pro Terris, Salibus & Sulphuribus, ſed etiam Lapidibus & Metallis, quò & ſpectant quædam *marina*: vel *ſpecialiter*, pro iis ſaltem foſſibilibus quæ *media mineralia* audiunt, eò quòd mediam quaſi naturam habeant inter lapides & metalla; quamvis ſint alii qui ſpecialiſſimè ea ſolùm inter *mineralia propriè* ſtatuant, ut *Glauberus Proſperit. Germ. Part. I. p. m.* 7. quibus metallica natura ineſt, quæque ſe cum metallis conjungi, in igne unà colliquari ſinunt, & ex quibus etiam probæ notæ ductilia metalla extrahi poſſunt, ut eſt *Antimonium, Auripigmentum, Cobaltum, Lap. calamin. Zincum, Biſmuthum, Vitriolum,* &c. Quod ſi verò ſic velimus omnium optimè Regnum hoc vocare poſſemus *Metallicum*, voce metalli non ſolùm perfecta & propriè dicta metalla intelligendo, vulgo nota, ſed & *Lapides* tum pretioſos tum vulgares, ac reliqua *media mineralia* dicta, idque ideò quod iisdem ferè principiis ac metalla conſtent, ac ſpiritus ille mundanus, aſtralis (variis dotatus nominibus) ea itidem, quoad eorum embryonatam velut naturam, diſpariter quamvis, actuet, ut cujus ope non ſolùm ſimiliter agunt, ſed & invicem tranſmutantur, tum in tum extra venas terræ, unde & nomen μετάλλα, quaſi μετὰ ἄλλα, id quod clarius patet, conſiderando metallorum, v. g. Auri è terris, luto, arenâ eductionem, item in terram reductionem, prout *Beccherus* teſtatur Aurum in terram ſigillatam abiiſſe, ex luto communi quovis & oleo lini in magna quantitate ferrum verum ſecundùm eundem ſi non effici ſaltem ſeparari, imò Rubricam fabrilem extractâ martiali tincturâ limum album ſaltem oſtendere: ſic & priſci Sapientes per amores Veneris & Martis indigitare voluerunt, quòd Ferrum per Vitriolum in Venerem poſſit converti, prout rurſus demum Cuprum poteſt in Vitriolum abire; E Lapidibus *Magnes* immaturum ſaltem embryonatumque ferrum videtur, imò Silices vulgares metallici quid in ſe fovent, cujus ratione *Paracelſus* haud veritus eſt aſſerere, ſæpius meliores mineras in aprico eſſe quàm montibus abſcondi, pluſquam æſtimandum lapidem quem quis contra vaccam projicit, quàm vaccam ipſam: è pretioſioribus etiam lapidibus obſervatur Sapphirum in mineris Argenti, Smaragdum Cupri, Carbunculum Auri, Rubinum, Granatum ferri, Adamantem ſtanni communiùs reperiri, imò horum metallorum tincturas arte inde extrahi poſſe, adeò ut hiſce jam patere videatur, ſpecificè Mineralia haud diſtingui, quamvis ſemi-

narium ſeu ſulphureo-ſalino-mercuriale chaos, ſpiritusque architectonicus ei inexiſtens, variè hæc diſponant & efforment, ceu & in Vegetabilibus variæ mutationes dantur, ut alia in alia abire poſſint. In ſumma voce *Mineralis* ac *metallici* ejusmodi compoſitum in terræ viſceribus intelligitur quod ex materiâ aſperâ, groſsâ, fuliginosâ, rudiori, craſsâ, cui ſpiritus minùs agilis, debilis, in ſuo genere tamen vegetativus, ex eadem materia viſcoſior præſidet, ordinatione & juſſu Divino, Conditoris digito viam in motu inteſtino & extrinſeco dirigente, reſultat, idque tantò purius, perfectius & nobilius, quantò materia illa & ſpiritus eam informans à pollutione tenebrarum & heterogeneitatis irregularitate eſt liberior, ceu poſt dicenda hæc magis illuſtrabunt.

CAPUT II.

De Differentiis Mineralium.

DE hiſce diffuſius agere, fere ſupervacaneum, cùm in *Cap. anteced.* jam ex parte contineantur, quòd nimirum *MINERALIA* generaliter ita dicta, ex Alberti Magni diviſione, ſint vel *Metalla*, vel *Lapides*, vel *Media Mineralia*. Receptam Nos hanc, donec melior inveniatur, retinebimus diviſionem, ne ſine cauſa neceſſaria extra viam publicam deflectere, uſuque trita adeò reformidare videamur, eo inducti quòd ad eam mineralium quodvis ad claſſem ordinatam, ex ſimilitudine coloris vel ſubſtantiæ, referri facilè poſſit, claraque ſit ſatis & brevis, quamvis facilè quis colligere poſſet Metallicorum genera longè plura in terræ abyſſo hinc inde à natura locari & progigni, ut reſpectu Vegetabilium & Animalium vix etiam ea quis numerare poſſit, etenim ſi pluſquam mille plantarum ſpeciebus mundanum hocce theatrum ſummus Architectus exornavit, hisque diverſiſſimi generis animalia ſuperaddidit, credibile eſt naturam ſub terra non parciorem fuiſſe, ſed diverſiſſimis imò longè pluribus luſiſſe & luxuriaſſe modis, hæc verò nobis ignota eſſe, quùm quæ ante pedes & oculos ſunt diſcrimina naturæ prætereamus, imò dum ea cognovimus, ob ignotum uſum & adhibendi ritè ignorantiam, ceu inutilia abjiciamus: Quare & alii aliter hac in re procedunt; Sunt enim qui eorum quæ cognoſcimus genera, pauciora eſſe quàm exiſtimemus ſtatuunt, eò quòd alia aliorum ſint fructus, folia, radices, exhalationes, nunquam ſic disjungenda; Sunt verò & alii, qui paulò diffuſius rem aggrediuntur, *Mineralia* in *ſeptem genera*, ut eſt *Clavius des Pierres & Pierreries Cap. I. p. 5.* dividendo, nimium in *Lapides, Terras pretioſas, Sulphura, Bitumina, Salia, Metalla* & *Marcaſitas*, quæ vulgò dicuntur *Mineralia*, quibus includit

includit *Balnea* & *Fontes* ex mixtura prædictorum virtutes ſuas nacta, quamvis & hæc ad dichotomiam referri poſſint, ut nimirum ſint vel *Liquida*, vel *Coagulata*, hæcque rurſus vel *fluxilia* ut quinque poſteriora, quæ abſque additione aliûs ſubſtantiæ fluxilia redduntur, vel *non fluxilia*, ut *terræ* & *lapides*; quæ non niſi additione alterius per artem fundi poſſunt. *Joachimus Becherus* diligentiſſimus naturæ mineralium ruſpator, Mineralium diviſionem inſtituit, prout magis vel minus ſunt compoſita, quam haud pigebit adducere, nimirum *Mixta mineralia* illi ſunt *Simplicia*, *Compoſita*, *Decompoſita*: *Simplicia* (quæ *principia* etiam ipſi dicuntur reliquorum reſpectu) ſunt vel *remota*, nimirum *Terra* & *Aqua*, vel *proxima*, tres terræ, nimirum vel lapidea, calciformis, impropriè ſal dicta, vel pinguis, aliàs ſulphur appellata, vel & fluida quæ mercurius etiam nominata eſt, ex quibus *prior* talibus mixtis hypoſtaſin, ſubſtantiam, baſin, *altera* colorem, *tertia* figuram, malleitatem vel lapideitatem concedat, atque hoc non ex levi quâdam theoriâ ſed praxi, dum pro diversâ terrarum harum mixtione arte mixta alia naturalibus per omnia ſimilia producit, lapidesque & metalla ſolùm quoad tertiam terram mercurium ſcilicet (prout ejus plus vel minus poſſident, isque vel crudior vel maturior eſt) in naturâ ſuâ diſtingui docet, profert, quod hinc attentè conſiderandum. Ex his ſimplicibus terris *Compoſita* pro illarum qualitate & quantitate reſultant, & quidem tum *Terræ*, tum *Lapides*, tum *Metalla*, quæ rurſus hinc variant, dum *Terræ* ſunt aut *vulgares*, aut *mediæ*, aut *nobiliores*, *Lapides*que tum certâ tum incertâ figurâ, duritie, ſplendore, &c. variant, ac *Metalla* pro miſtionis ratione ſunt nunc *mineræ* ſaltem, quibus nimirum heterogenea adhuc permixta ſunt, nunc *mineralia*, ut *Antimonium*, nunc *metalla propriè* liquefactione purificata, malleoque ductilia, quorum variæ dantur affectiones phyſicæ. Ex compoſitis hiſce emergunt tandem *Decompoſita* naturalia mixta, quæ iterum ſunt & *terrea*, & *lapidea*, & *metallica*, omniaque vel *ſicca*, vel *liquida*, *dura* aut *mollia*: ſic namque *Decompoſita Terrea ſicca* ſunt *bitumina*, *ſulphura*, *ſalia*: *Liquida*, *olea* & *aquæ ſalinæ*: *Lapidea ſicca*, animalia, ligna, metalla *lapidoſa* facta, varii *fluores* & *tophi*, *ſalia* item ut *Alumen*, *Borrax*; *Liquida*, *aquæ lapideſcentes*: *Metallica ſicca Mercurius*; *Cinnabaris*, *Arſenicum*, *Vitriolum*; *Liquida*, *aquæ minerales*, Thermæ & Acidulæ. Quamvis verò exactè taliter Mineralium differentiæ habentur, nos nihilominus, ut brevitatis diviſionum legem obſervemus, priori inſiſtemus, concedentes primum *Metallis* locum, inducti non ſaltem Auri primatu, præ reliquis omnibus hujus regni incolis, ac reſolutione metallorum in reliqua duo, cùm nullum ſuis careat ſalibus & ſulphure, terraque iis pro baſi ſit, ſed & ſomnio illo Nabuchodonoſoris videntis (*Daniel. II. §. 32.*) ſtatuam magnam & terribilem cujus caput ex Auro optimo erat, pe-

 ctus

ctus & brachia ex Argento, Venter & Femur ex ære, Tibiæ ferreæ, pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis quibus inferioribus percuſſis, reliqua quaſi in favillam æſtivæ areæ, ut loquitur ſacer textus, quæ rapta eſt vento, redacta; quamvis & his poſtremis verbis eò inclinare poſſemus, ut, ad morem aliorum qui de mineralibus quædam nobis reliquerunt, de *Terris* primùm tractationem inſtitueremus, dum eæ maximè bolares, cretaceæ, argillaceæ, &c. prima velut ſunt materia in qua ſe formant lapides opaci & metalla, ex ſucceſſiva corpuſculorum ſalinorum, ſulphureorum & aliorum per intima adglutinatione, vel ut *Ettmyllerus* de medicatis aſſerit, eæ nil aliud ſunt quàm terra ſulphure metallico immaturo imprægnata; verùm dum nobilem hujus materiæ titulum conſideramus, more Politicorum primatum deferemus principalioribus hujus regni, quæ ſunt metallica, ut à quibus fere reliqua vires ſuas (atteſtantibus hoc etiam iis qui à Terris incipiunt) diffuſim mutuantur.

CAPUT III.

De Productionis ſeu Generationis Mineralium naturali modo in genere.

ANTE omnia autem inquirendum nobis incumbit, quo pacto Mineralium ortus ſe habeat, & ſucceſſiva eorum hucuſque à creationis tempore propagatio, quæ res ut ut ſummè ſit ardua & abſtruſa ac vel altiſſimam eruditionem variè exercere poſſit, nihilominus ad meliorem Mineralium cognitionem, non ſuperficialem ſaltem ſed profundiorem, ſummè, fructuoſa eſſe poterit. Hac verò in re enodandâ maximè nobis proderit analogiæ trium Regnorum conſideratio, eorumque gradualis ſaltem invicem diſtantia, adeò ut, ratione ovorum Vegetabilium & Animalium, quibus prodeunt & explicantur, haud adeò abſurdè ſtatuere nobis liceat cum ſapientiſſimo Arabum Philoſopho *Alphonſo Rege Caſtellæ, &c. in Clavi Sapient. p. m.* 21. *Ova minerarum*, quod renovatum dogma Lectoris aures minimè tam ruditer offendet, conſiderando cum Illuſtri *Athanaſio Kirchero* (cujus in Mineralium & Magnetis maximè ſcrutinio ſtudium laudabile fuit exceptis antichymiſticis ejus putatitiis argumentis quæ ſolidè refutavit *Salomon de Blavvenſtein*, ſub quo nomine Olaum Borrichium ſe occultaſſe conjecturæ noſtræ ſunt in Interpellatione brevi pro Lapide Philoſophorum) Divinam ſapientiam omnia juxta quandam analogiam condidiſſe, ita ut nil ſit in uno quod non in alio juxta analogiam quandam ſimile eluceſcat, ceu aliàs qui noverit analogicæ artis regulas, noſcet etiam quidquid in

natura

natura rerum, quæ communi quodam ſpiritu in propria munia extimulatur, juxta humani intellectûs capacitatem ſciri poteſt. Hinc namque, dum Ova mineralia ſtatuimus, non id intendimus, quaſi Metalla, Lapides, Mineralia perfectum ovum vel ſemen particulare, uti Vegetabilia & Animalia, deponerent, deficit enim exquiſitus organorum ad hæc apparatus, ſed quòd tota & in ſingulis ſuis particulis, quamdiu matricibus convenientibus ceu telluris utero includuntur, diſpoſita ſint ad ſui multiplicationem, unde res ita concipienda erit, analogum ejuſmodi minerale ovum ut alia corpora ex aquâ, ſale & terrâ generari (notando cum Ingenioſiſſimo *Kunckelio* aquam primam eſſe materiam generationis omnium corporum, terram verò ultimam, annumeratis ipſis quoque gemmis, ſal verò medium & vinculum omnium rerum; nec indè adeò malè *Julium Cæſarem Scaligerum* metalla vocaſſe terram aqueam, argentum autem vivum aquam terream) & pro variâ combinatione, mixtione & congreſſu horum principiorum varia etiam mineralia progigni formasq; hinc varias ſaporis, odoris, venenoſitatis & ſalubritatis inde reſultare; nimirum DEUS ſapientiſſimus mundi ſator & ſtator in principio creationis ex informi illâ maſsâ, chaos dicta, per motum ei inditum, lucisque primigeniæ diſtributionem variam, corpora varia produxit, tam quæ cœleſtia, quàm quæ terreſtria appellamus; In *Terreſtribus* quæ noſtrum ſunt ſubjectum ſpecialius, motus variè inditus à nobis obſervatur etiamnum ex effectibus; In Animalibus quippe is longè amplior & vehementior, quàm in Vegetabilibus, in his verò adhuc major quàm mineralibus, prout eleganter *Helmontius Tr. de Formar. Ort. §. 86. Oper. p. m. 147: Mineralium Archæus planè materialis eſt ſub ſpiſſitudine liquidus, occultum & torpidum tegens nitorem; qui vegetior atque liquidior eſt in Plantis, in Quadrupede verò apertè fluctuat & ſplendet, adeò ut defungente animali mox in oculis ſplendor deficiens conſpiciatur.* Motus ſcilicet in corporibus terreſtribus propriè ita dictis, haud adeò effulget ac in reliquis, adeſt nihilominus adhuc ſufficientiſſimus pro illorum eſſe & vivere: per motum itaque Creator (*Burnettus in Theor. Tellur. novâ* per rupturam corticis telluris, haud ſecus ac ovum frangitur, explicare conatus eſt) terram variè diviſit, mutavit, combinavit, variis formis ſeminalibus implevit, varias particulas ramoſas, viſcoſas, rigidas, anguloſas, flexiles aliasque innumerabiles, poſt ſeceſſum aliarum ſubtiliſſimarum, effinxit, & indè varia metalla, lapides, terræ, ſales & ſulphura produxit, quorum varius nexus ne periret, ita direxit motum Altiſſimus, ut inde generatione quadam Animalium & Plantarum analogâ, nova ſimilia corpora prodierint, & prodeant indefeſsè ad finem uſque mundi, iisdem hinc ubique viribus, figuris & coloribus donata. Hoc verò in negotio apprimè noſcendum principium omnium rerum eſſe aquam & ſal, quæ duo, juxta

Kuncke-

Kunckelium, in prima ſua natura inſeparabilia ſunt, omniqué & odore & ſapore deſtituuntur & aquam ſal univerſale, quod propagatio eſt omnium rerum, in ſe ipsâ continere : Quamprimum autem aqua ſapida fit aut ſal ſaporem nanciſcitur, illud fit accidentaliter mediante putrefactione, poteſtque illud ſal neque ſal acidum neque alcali verùm ſal volatile aut ſpiritus volatiliſſimus, quod idem eſt, appellari : quod verò hoc ſal acidum, illud verò alcali dicatur, illud habet accidentaliter; veluti ſi magnes in aliquo loco ſit, in quo hoc ſal volatile quod partim in aëre, partim in aqua (ceu quorum exigua, excepto motu, differentia eſt, in raritate & denſitate ſaltem conſiſtens) reconditum latet, concreſcere poteſt pro conditione præcipitationis caloris & frigoris; quamprimum autem per internum calorem in mucilaginem quandam, quæ Gur dici ſolet, abiit, per hanc ſubtilis quædam fit fermentatio, quæ acidum gignit, quale acidum & hac eadem ratione generata pinguedo terræ cùm convenerunt, per adſcendentem calorem terræ conſtituunt corpus, nimirum alio loco metallum purum ut Aurum, Argentum, Cuprum, & ſimilia; alio verò mixtum producunt ex omnibus tribus conflatum; alio denique loco Marcaſitam, Cobaltum, aliaque id genus, quæ omnia metallica ſunt, unde etiam ejuſmodi mineræ exiſtunt, quæ pulchram quidem præ ſe ferunt ſpeciem, omni tamen metallo carent, ejuſmodi verò omnes mercurium quendam vivum habent, qui primus eſt in generatione; colorum verò varietatem accipit à ſale acido & volatili & ab inæquali digeſtione, nam mercurius quidem colorem ex ſe nullum habet, ſi quem verò habet eum pro ſalis additi ratione comonſtrat: Sal hoc non eſt illud ſal ſimplex, quod modo univerſale diximus, ſed per digeſtionem & fermentationem ab igneo acido enatum, ceu inde ſtatuendũ igneos ſolis & aſtrorum radios primarium ad mineralium mixturam combinationem ac fœcundationem conferre, dum ut fluidiſſimi, penetrantiſſimi ipſum centrum terræ petunt & ad illud ex omni parte globi terraquei appellunt, quo fit ut in eo contineatur materia fluidiſſima & agiliſſima, ſubtiliſſimum mundi, totius fortitudinis, ut cum *tabula Hermetis* loquamur, fortitudo fortis, vincens omnem rem ſubtilem omnemq; ſolidam penetrans, quæ dein ſeſe per omnes terræ meatus & anfractus reflexione ſingulari extendit & explicat, & circulatur, ſimili ferè modo per arterias ſanguis in animalibus circulatione per venas redit, ac aliàs motus aquarum ſubterranearum in hydrophylaciis eſt contrarius motui aquarum ſuperterranearum : hac verò reflexione intenditur non ſaltem calor & motus magis vel minus pro loci ad centrum habitudine & proximitate (atteſtantibus id foſſoribus) ſed & ſpiritus hi cœleſtes, quibus terra perfunditur, qui ex origine ſua ſunt puriſſimi, ſummè tenues terreſtri materiæ, aquæ ſubterraneæ ac etiam aëri vaporoſoque humido ita junguntur & per

quandam

quandam velut delaſſationem illaqueantur, ut per dictam digeſtionem, fermentationem, concoctionem & depurationem, Gur dictum ceu materia unctuoſa, viſcida emergat, taliter namque radii ſolares, ipſeque ignis ſubterraneus efformat mucoſam, viſcoſam, pinguem quandam ſubſtantiam ſeu particulas ramoſas, unctuoſas, glutinoſas, cujuſmodi in latrinis publicis ad parietes ſæpenumero deprehenduntur, vel etiam in lapidibus in aquâ jacentibus animadvertuntur, ceu qui unctuoſi toti & ſubinde tam lubrici ſunt, ut vix manu teneri poſſint; Et prout hæc materia lapidibus pro incremento inſervit, ita nullatenus dubitandum ex tali generatâ ope fermentationis mucilagine, etiam metalla indies augmentum capeſſere; nimirum ex tali viſcosâ materia generatur Mercurius (non ſecus ac perlæ in conchis) dum illa primitus ex aquâ generatur, & ſe in parietibus montium adglutinat, ac etiam calore mota ſubterraneo in cœcis geocoſmi uteris vaporum inſtar ſeu nubecularum diſcerptarum commovetur, ſublimatur, ad exteriorem terræ faciem attollitur, intra intimas telluris fibras, montiumq; abditos ductus diffunditur, ut tandem, pro ratione puritatis & impuritatis, diſpoſitioneque matricum particulas haſce ſpirituoſas, viſcoſas & glutinoſas ſuſcipientium, diverſa oriantur Metalla ac Mineralia & Lapides; Quòd ſi autem prædictum Gur calore terræ eò redigatur, ut in ſiccitatem abeat, imò frequenter in hiſce locis non talis adſcenſio à prædicta mucilagine cum commixtione ſalis ope ignis ſubterranei contingat, tum vivus manet *mercurius* & *Virgineus* dicitur, ceu talem mihi in Iſtriâ repertum heic Baſileæ exhibuit *Vir Doctiſſ. Jacobus Tollius*, è cujus fruſtulo, ſi unguibus paulisper radatur, miculæ currentes videntur, & in Ungaria etiam in rivis ad montes reperiri & beneficio aquæ ex petris elui refert *Kunckelius*, qui & probè notat, ubicunque talis Mercurius virgineus generatur, illic ſpeluncam reperiri debere, ceu in qua calor eſt admodum temperatus, unde & ſibi perſuaſum habet mercurium extra tellurem ab hac Gur poſſe generari, quùm vix fieri poſſet, ut aurum in rivis ac fluminibus in & extra Europam, velut grana grandiuſcula & flammularum inſtar reperiretur, niſi tale gur ex aqua & ſale ope digeſtionis efformatum prius produceretur & terram progigneret, ſic ut ex certa harum combinatione tandem Aurum nativum à natura ſiſtatur; Tale nimirum Gur ſive ſperma aut viſcoſa ſubſtantia omnium lapidum & mineralium materia eſt, eaque conſtat ex ſale & aquâ, quæ mediante digeſtione terram aliquam generant; Hæc terra pars eſt ſubtiliſſima terræ, ex eaq; *Cryſtallus* generatur, *Adamas*, *Æs*, aliiq; *Pyrites*, prout ea convenientem matricem & caloré pro ſui efformatione deprehendit; Quare & non mirum quòd, dum attendimus ad ea quæ in montibus fodiniſque præcipuè apparent, ſiſtat ſe nobis peculiaris quædam *terra calciformis* (ceu & hoc jam notavit *Gilgil*

B *Arabs*

Arabs apud *Albertum*, metallorum materiam aſſerens Calcem & Lixivium) lapidiformis tenera & tractabilis, cum qua halitus illi unctuoſi, ſulphurei, pingues in motu concurrunt, ei ſe affingunt, minima ejus ſubeunt, particularumque diſpoſitionem & connubium peculiare inducunt, hincque corpori ſpecies & Forma inducatur, ſicque novum concretum ex naturæ directione effingatur, idque pro terræ hujus, mucilaginis, propriique ſalis nobilitate (ceu & inde ſulphurum mineralium nobilitas, metallorumque ignobilium exaltatio emergit) puritate & copiâ, in hypoſtaſi, opacitate, claritate & fluxu, varium & multiplex. Diverſitas ſcilicet hujus mucilaginoſæ materiæ ejusque concretionis efficit, ut tam varia Mineralia in terræ cryptis & extra eas obſerventur, ſic enim in Cryſtallis in inſignem duritiem abit, in præfato verò Mercurio mollior remanet, cujus rei præcipitatio caloris & frigoris culpam ſuſtinet, dicente *Kunckelio*, & quoniam procreata illa terra craſſa ſuapte naturâ vel præcipitatione iſtâ caloris diverſam hujusmodi viſcoſam mucilaginē generat, diverſę quoq; ſpecies inde producuntur, ut dictum. Ex attentâ verò talium conſideratione patet, à quali ſemine vel ovo producantur Mineralia & Metalla, & quomodo intelligenda ſit *Ariſtotelis* opinio de cauſa efficiente metalla (cui *Georgius Agricola* & *Gaſto Claveus* ſubſcribunt) quæ ſtatuit illam eſſe frigiditatem & ſiccitatem, quæ in lapidibus vaporem, quem materiam metallis proximam judicavit, in illis ſublatum & incluſum comprimunt & denſant, nimirum mucilago hæc viſcoſa ope fermentationis reſultans, dum ſal volatile in aquâ latens in matrice convenienti, vel magnete competenti ſuſcipitur, pro conditione præcipitationis, caloris & frigoris, acidum progignunt, quale cum reſultante inſuper pinguedine terræ, mixtum efformat ſublimatione caloris ſubterranei corpus, idque, ut dictum, pro loci & matricis & digeſtionis ratione varium, variæ compactionis & colorationis, prout præcipuè Mercurius inde productus à ſale acido & volatili & ab inæquali digeſtione variè tingitur. Neque verò ſaltem hujus rei ſcrutinium apprime facit ad cognitionem naturæ metallorum & mineralium, quæ ſolâ vi naturæ convenerunt, ſed & maximè analogiam harmoniamque, & participationem trium Regnorum illuſtrat, dum ex una eademque cauſa & principio originem ſuam deſumunt, materiaque ſimilis in deſtructione & corruptione eorum remanet: Quo pacto viſcoſa illa mercurialis ſubſtantia intra terram ad ſuperiora motu intrinſeco & extrinſeco vergat, ſuprà dictum, unde fit, ut ſi materia illa non occurrat vel ſe inſinuare poſſit matrici convenienti vel copulam convenientem cum aliis particulis inire, illa quoq; vergere poſſit ad terræ ſuperficiem externam, indeque oriantur Vegetabilia, nimirum materia telluris fluidiſſima cum particulis aliis ſenſim per anguſtos terræ meatus

exacuata

exacuata ſubtilia puncta & acumina acquirit, quibus per poros radicum & fibrillarum pertranſire poteſt, unde mediante aquâ & particulis illis viſcoſis ac ramoſis incremento & exaltationi plantarum inſervit; hæc verò Vegetabilia dum animalibus in cibum cedunt, eorum nutrimento & incremento inſerviunt. In deſtructione Vegetabilium & Animalium, v. g. per calcinationem elixiviatione remanet terrea quædam materia, quæ vitri paſtam ex arena & ſilicibus fuſam auget, eamque fluxiliorem reddit, ſimilis omnino terræ ejusmodi calciformi, cui & maximè conformis pollen iſte tenuiſſimus cinerum ad inſtar, levi motu vel aura diſſipabilis & in ſe concidens, in quem corpora noſtra poſt mortem abire cum *Platero* ſæpius obſervavi, ex qua terreſtri ſubſtantiâ, ut & ex illâ oſſium calcinatorum, ſaleque forti eorum volatili quis poſt mortem in tremuli Narciſſuli ideam, lacteam ſubſtantiam, vitrum ſcilicet omnium vitrorum nobiliſſimum redigi poteſt, ceu de ſe hoc optavit *Experientiſſ. Beccherus*, manifeſto documento arctam eſſe Regnorum trium affinitatem & analogiam, præcipuè autem in Animalibus fermentationes inteſtinas præ aliis intenſiores eſſe: Affinitas quoq; illa apparet in matricibus, in quibus mineralia ut reliqua ad idearum explicationem diſponuntur, prout Foſſoribus abunde conſtat, mineralia in naturali tendentia ad finem inhiberi, dum immatura è matrice extrahuntur, haud ſecus ac ſeminali plantulâ & embryone ante tempus extracto, natura opere ſuo fruſtratur; verùm differentia hîc eſt quoad uterum animalem & mineralem, quod hîc non adeo bene ſit munitus & tectus ut ille, ſed pervius ſit vaporibus aliis & ſuccis mineralibus, mucilagoque prædicta tum in ſui efformatione tum præcipitatione ſummopere variet, aërique undique acceſſus ſit liber, quo fit ut in uno monte diverſi generis metalla, in uno lapide varia mineralia reperiantur, diverſiſſima namque hincque inexplicabilis ferè eſt mucilaginoſæ & viſcoſæ materiei, vaporum & ſuccorum ejusmodi conſtitutio & connubium cum aliis, ut quis fodinas minerales continuò inhabitans exactè omnia obſervare vix poſſit, obſervatur tamen materiam illam Gur dictam, quoad ſal ex digeſtione enatum nunc magis eſſe benignum nunc malignum, prout illud variè aliis particulis maritatum & nunc magis mitigatum, nunc acrimoniâ ſua valde corroſivum exiſtit, de quo *Beccherus Phyſ. ſubterr. L. I. Sect. III. C. IV. p. m.* 174. *& p.* 163. ubi terræ ſuæ ſecundæ fumi formâ (Germ. Einwitterung) vaganti ſalubritatem, tertiæ verò huic commixtæ venenoſitatem (Germ. Schwaden) ingenioſè adſcribit: præprimis autem hîc attendendum videtur ad fixativum illud acidum ſal, vitriolicæ maximè naturæ, à quo maturitas & perfectio mineralium potiſſimum dependet (ceu ſal vitriolatum inſtar fermenti acidi naturæ, quo generationes rerum naturalium omnium propagantur, ſe habere

Rolfincius ſentit) reſidet namque in eo acidum mineralium parens quàm copioſiſſimè, dum per calorem terræ fortiſſimè fermentatum aciditatem intenſiſſimam quoque acquiſivit, prout ex Vitriolo ſpiritus elicitur, mercurium ſummopere figens, ut & longo temporis ſpatio ignem ſuſtinere poſſit, ac Metallifoſſores obſervant venas metallorum omnes finire in chalcantum, quo apparente indicatur in foſſione deſiſtendum; unde non immeritò *Rupeſciſſa* dixit : *Vitriolum ſeu ſal eſt primum principium generandi omnia mineralia tanquam principium remotiſsimum,* nimirum præter terram craſſam ſcatet illud mucilagine illâ viſcosâ ſeu gur ſatis copiosâ, ut docuit maximè examen Vitrioli à *Kunckelio* inſtitutum *Obſerv. Chym. C. VI. p. m.* 73. quo nimirum unguinoſum illud inſtar butyri, pellucidum inſtar cryſtalli & poſt deſtillationem candidum inſtar nivis deprehendit, quatenus, ut loquitur, ſal hoc rurſus illud eſt factum, inſtitutâ ſeparatione, quod erat in prima ſua generatione abſque terrâ; nimirum ingenioſiſſimè docet *Beccherus Phyſ. ſubterr. L. I. C. III. C.* 3. *p. m.* 162. ſecundam, de qua mox fuſius, terram, cùm illa ut principium metallorum remotiſſimum exiſtit, fumum eſſe, ſed cùm ut ſecundarium etiam proximè diſpoſitum eſt & principatum, non raro ſub limi, ſulphuris, terræ, realgaris, &c. larvâ reperiri, quod à nonnullis primum ens vocatur, ſcilicet metalli; nec tantùm ſub terreâ formâ ſubſiſtit, ſed & cùm modicum humiditatis habet, ceræ inſtar fluit, præſertim in minerarum antris antiquioribus, vulgo Zechen/ nam quùm ob exciſam terram primam vitreſcibilem, nempe mineralium matricem, reliqui duo fumi ſeu terræ ſe non recipere & figi poſſunt, nihilominus tamen vel ſinguli vel conjuncti, talia varia loca petant, nihilque habeant, cui cohæreant, non aliter quàm fluores perſiſtunt, quos quidem ſuperveniente interdum vapore lapidifico (primâ terrâ) coagulari certum eſt, & experientia docet: Quùm ergo terra hæc unctuoſa in Vitriolo copioſè reperiatur, non mirum Vitriolum in metallis non ſaltem impuris Marte & Venere dominari, ſed & puris multiplicandis multùm valere, ob abundantiam enim mucilaginis viſcoſæ primordialis aurum illud adauget, ceu hoc magno ſuo commodo ex quodam Vitriolo Hungarico ſibi Baſileâ transmiſſo expertus eſt quidam Helvetius; Cæterùm quùm Vitriolum præter unguinoſum illud butyri inſtar, copiosâ ſcateat terrâ (quod ſi enim illud vel ſexenties & amplius in aqua ſolutum concreſcere ſinatur, ſemper tamen aliqua terra ſubſidebit) non mirum ſal aëris univerſale ei ſe inſinuare, ſicque ſpecificari, ceu, ut id quod obſervationibus variorum conſtat, huc inprimis adducamus, certum eſt in Vitrioli deſtillatione caput mortuum aëri aperto expoſitum, de novo ſpiritum ſalinum recuperare priori deſtillato viribus non ſolùm non inferiorem, ſed ſubtiliorem & efficaciorem, ita ut ſpiritus vitrioli (nihilominus

hilominus aliquid de nitro participans) regeneratus appelletur, de qua regeneratione quia quam plurima exempla hinc inde apud *Agricolam*, *Erckerum*, *Matheſium* (*in Sarept. Conc.* 3.) *Albinum* (*in Chronic. Miſnenſ. Miner. Tit* 18.) *Borrichium* (*de Ort. & Progr. Chym p.* 149. *&* 150.) *Webſter*, *Boyleum*, maximè in hujus *Obſerv. de Generat. Metallorum in minera ſua aëri expoſitorum*, exſtant, iis hîc proferendis ſuperſedemus, inclinantes in eam ſententiam, *Aëris* catholici illius omnium rerum ſeminalium primordialiumque atomorum ærarii vivificique nectaris vim, efficaciam & concurſum materialem in Mineralia æquè eſſe ac reliqua, nimirum cum non ſaltem particulis ſuis agilibus, ſubtilibus, ſummè penetrantibus & obſtacula quævis amoventibus partium homogenarum acceſſum promovere, aptè illas diſponere, ſolvere & combinare, ſed & aliis quas in ſe continet ſecumque vehit augmentum præſtare, continetur enim in eo non ſecus ac in aqua ſal volatile primùm creſcens omni odore & ſapore deſtitutum, quale ope ejus & aquæ viſibile redditur & per motum naturalem, ex quo ignis & calor oriuntur, præcipitatur, ut dictum, adeo ut non mirum ſit hujus ſalis reconditi ope metalla inde augeri; non ſecus ac aliàs quoque is pluvioſâ tempeſtate aqueas particulas rebus apponit, imò per eum ſpiritus etiam fluctuant metallici mercuriales, quibus diverſimodè modificatus pro varia locorum conſtitutione Mineralia varii generis ex varia earum collectione generantur, maturantur, evolvuntur & perficiuntur, prout ſcilicet ſal & aqua cum ſubtili quadam terrâ commixta ſunt, ceu quorum connubio Mercurius, qui in hac re primas tenet, primitùs efformatur, viſcoſâ materiâ ex aqua & ſale anteà productâ, quæ poſteà terreas particulas ſecum trahit, ut horum commixtione proportionatâ Argentum vivum in ſua forma compareat, ceu omnium ingenioſiſſimè laudatus *Kunckelius* de illo oſtendit, eum ex aqua conſtare & ſale, beneficio exiguæ cujusdam terræ ſubtilioris, cujus ope in tali forma repræſentatur; Hic verò Mercurius quia primariò ad conſtitutioně metallorũ facit, non difficulter inde patet, quomodo ex eo pro varia maturatione & commixtione puritateq; matricis, in uno eodemque loco diverſa & mineralia & metalla à natura conflata reperiantur. Pro Mineralium principiis Veteres ſtatuerunt ſal, ſulphur & mercurium, quæ tamen quia decompoſita magis exiſtunt, *Beccherus* eorum loco, ut *Cap. præcedenti* quoque dictum, *tres terras* pro *puris principiis* ſubſtituit, quarum *prima* ſit fuſilis ſeu vitreſcibilis, hypoſtaſin & baſin mixtis præbens; *ſecunda* verò pinguis, humidior, à qua foſſilia quædam ardere, flagrare & in cineres redigi videmus, quæ & omnium unctuoſitatum ſit graviſſima & fixiſſima, licèt varios gradus cùm raritatis tum humiditatis ac etiam puritatis ob admixta varia heterogenea admittat, ac non rarò ſub terræ, ſulphuris, arſenici, realgaris, limi, aliorumque ſub-

terraneorum larvâ, præſertim & aquis ſub cuticulæ diverſo colore tinctæ formâ innatans, reperitur : *tertia* eſt terra ſubtilis penetrans, qualitate mercuriali nempe volatilitate inſtructa, ceu cujus officium eſt formare & penetrare, rebusque quaſi folia, & metalleitatem imponere, & opacare: larvatur hæc terra, *Becchero* referente, vel aquæ vel fumi ſpecie, adhæretque nonnunquam minerarum parietibus tenuium filamentorum, nivis aut nitri florum inſtar, perlarum nitore, arſeniciq; principium à nonnullis eſſe, nec immeritò, creditur : Tria hæc principia miſcentur, vel *inter ſe* vel *cum aliis heterogeneis rebus. Inter ſe* rurſus vel *imperfectè*, quùm non omnes tres terræ conveniunt, ſed una earum deeſt, ut in *lapidibus* ac *variis fluoribus* ac *terris metallicis*; vel *perfectè* cùm omnes illæ terræ miſcentur & metallum conſtituunt, quæ mixtio rurſus duplex eſt vel *æqualis* vel *inæqualis* : *Æqualis* cùm tres terræ tali proportione miſceutur, ut malleabile metallum conſtituant, quod triplex eſt, in duobus enim metallis ut *plumbo* & *ſtanno* tertia terra (ſal nimium juxta *Kunckel.*) prædominatur, quæ proinde fluunt, antequam igniantur; in *Cupro* & *Ferro* ſecunda excedit (terra nimia juxta *Kunckelium*) hinc igniuntur antequam fluant; in *Auro* & *Argento* æqualis trium terrarum mixtio eſt, hinc quamprimum igniuntur, fluunt: *Inæqualis* autem principiorum mixtio eſt, cum principia falsâ proportione miſcentur ac *ſpuria metalla* producunt, quæ vel volatilitate vel fixitate vel friabilitate ob inæqualem mixtionem peccant, ut ſunt *Antimonium*, *Biſmuthum*, *Zinkium*, *Koboltum*, *Marcaſita*. *Cum heterogeneis* principia hæc miſcentur duplici modo, *primò*, cùm aquam in mixtum recipiunt, hinc *Sal*, *Nitrum*, *Alumen*, *Borrax* : *ſecundò*, cùm terram in mixtum recipiunt ſive ſimplicem, unde *Sulphur*, *Bitumen*, *Lithantraces*, ſive mixtam metallicam & ſimplicem, unde *Arſenicum*, *Argentum vivum*, *Cinabrium*, ſive ſimplicem mineralem & lapideam, *variéque mixtam*, unde ipſæ *mineræ* vulgo die Stuffen/ Ertzſtein/ aut minerarum effluvia, vulgo Gallmey/ Berggrün / Schmalten / Rötel / *Bolus*; innumera enim mixta oriri poſſunt etiam in mineralibus ex varia trium terrarum prædictarum, vel potiùs juxta *Kunckelium* diverſiſſimâ aquæ, ſalis & terræ combinatione, non ſecus ac ſecundùm eundem ex ternario Volatilis, Acidi & Terræ variè inter ſe differentium varii Colores producuntur, id quod minimè mirum, dum apud *Svventerum in Deliciis Mathem.* novem perſonæ vel trigeſies tres ſedes mutant, ut nullus earum in priſtinam redeat, imò Arithmetica commonſtret octo numeros 40320. vicibus transponi poſſe. Conſentanea prædictis ſiſtit Vir in re & arte metallica peritiſſimus *DN. Georg. Caſp. Kirchmejerus P. P. in Univ. Wittebergenſi*, experimentorum *Kunckelianorum* ſocius, in nupero Tractatu de hac materia Germanicè edito, in quo quia non ſaltem *Kunckelii* & *Beccheri* opinionem confirmat, ſed & terminos

terminos metallicos declarat, Lectorem eo ablegamus, unum ſaltem ex eo notantes, ceu quod ad confirmationem ſententiæ noſtræ de ovis minerarum ab omni abſurditate liberandam facit; Quærit is: **Was iſt dann nun die Mineriſche Würckung oder Ertzliche Krafft?** Es iſt das Queckſilber und der Schweffel / die werden durch die Würckung auff das allerkräfftigſte vereiniget und verhärtet zu einem Ertz. Porrò; **Wie kom̃ts dann / daß auß ſo viel und mancherley Orten Ertz und ſonſten ſo vielerley Metall erbauet werden / und bricht kein Schweffel oder Queckſilber dabey?** Zu gewiſſer Anzeigung und auch rechter wahrer verſtändiger Außlegung wird durch Würckung auß denen Gebürgen auffgezogen / als nemlich ihr ſchweiß, feucht, kalt, ſchleimige Materien ohn allen Schweffel / darauß mit Vermiſchung des Schweffels alle Metall gewürcket werden / als auß der Feuchtigkeit der Erden / und auß ſeiner materia des erſten Grads / auß dem Dunſt oder Braden von einem Theil / als auß ſeiner materia des andern Grads welche beyde allhier Queckſilber heiſſen So deñ nun die beyden Queckſilber allhier ſind / **wo bleibet dañ der Schweffel / und wie bricht derſelbe?** Der Schweffel bricht alſo / dañ ein jeglich metalliſch Ertz nach ſeinem Gebürge und Einfluß der Würckung hat einen ſonderlichen zugetheilten wolgeläuterten Schweffel / welcher der fürnem̃ſte iſt / und nicht Schweffel wie gemeiner Schweffel / und in ſolcher Vereinigung mit dem Queckſilber in der Würckung / ſo hält ſich alßdann der Schweffel als der Mannliche Saamen / und das Queckſilber als Weiblicher Saame / als in der Empfahung und Gebärnuß eines Kindes; und wo dieſer Schweffel nicht dabey wäre oder iſt / ſo iſt das Queckſilber todt und kein nütze: gleich wie kein Weib ohne einen Mann empfangen nnd ſchwanger werden kan / alſo iſt hie der Schweffel auch als ein ſonderlicher geeigneter Würcker oder Werckzeug aller Ertz und Metallen. Prædicta verò omnia juxta principia Philoſophiæ corpuſcularis clariora ſiſtent, quæ occaſione *Scholii mei ad Obſerv. CLXXXIX. de Lapillis albis caryophyllos aromaticos referentibus in monte Legerio Ditionis Tigurinæ* repertis *in Miſcell. Curioſ. Germ. An. III. Decad. II. An.* 1686. ad me exaravit inter alia *Excellentiſſ. & Experientiſſ. D. Joh. Jac. Wagnerus, Medicus Tigurinus Clariſſimus*, his verbis:

Nobiliſſ. Excellentiſſ. Experientiſſ.

DN. EMANUELI KÖNIG,
Philoſopho & Medico Baſil.
S. P. D.
JOH. JAC. WAGNERUS.

Ephemeridum Curioſorum Tomum ultimum Norinbergâ ad nos perlatum, cupidè quoque perlegi, mirumque in modum

ſententia

ſententia tua de Vegetatione Foſſilium ad palatum fuit: certò perſuaſum mihi habeo ad eorum productionem primùm certum & proprium quoddam ſeminium requiri, quod ſuis certis atque determinatis particulis conſtat, & à DEO in primæva creatione mundi globo terraqueo inſitum & per verbum FIAT, id eſt, Creſcite & Multiplicamini, factum eſt: & quidem ſeminium illud in Lapidibus eſſe lapideum ſeu lapideſcens, in Salibus atque Mineralibus ſuâ quoque certâ materiâ conſtare: deinde ſeminium illud ſpeciale atque determinatum à calore ſubterraneo agitari, vegetari, id eſt, particulas ejus mediante hoc ſe ſe movere, explicare, multiplicare, mutare, &c. molles atque liquidas reddi, ſive in liquorem aut ſuccum in terreſtri materia ſolvi: Atque huc inprimis facit obſervatio *Nobiliſſimi Peireski*, apud Gaſſendum in vitâ prædicti Viri Celeberrimi, quam circa lapidum calcariorum productionem in Rhodano, ni fallor, inſtituit: huc etiam maximè inſervit productio variorum Coralliorum, &c. Forma denique diverſa Foſſilium reſultat ex ipſorum corpuſculorum vario concurſu, diversâ eorundem figurâ, motuque vario atque quiete, qua per naturam apta ſunt vel cuneatim ſe jungere, vel gracilibus & rigidis ſuis particulis, vel acutis ſuis angulis aut aciebus plura eorundem penetrare, ita v. gr. cuivis atomo ejusdem ſalis ſemper eadem figura competit; ſal videlicet communis abit in cubos quadrangulares, Sal armoniacus in hexagonas, Sal urinæ in pentagonas, &c. eodem modo Lapidum & Mineralium particulæ magnam diverſitatem inter ſeſe habent, & juxta materiæ hujus combinationem, concurſum, motum atque quietem, diverſa figura oritur. Neque circa Lapidum procreationem ſpiritus aliquis lapidificus ſeu coagulatorius fingendus, quo mediante partes coaleſcant; quandoquidem partes æquales læveſque fortius ſibi adhæreſcant, quàm glutine quovis, juxta illud Hippocratis L. de Diætâ: *Concors concordi adhæreſcit*, & Antiquorum illud: Ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. Quamvis autem cuncta hæc determinare non ita facilè ſit, cùm aliud in aliis ſubinde accedat neceſſe ſit, ſi rerum cauſas ſpecificas edicere velimus, certum interim Naturam hîc non minus certas

ſuas

ſuas habere leges, definitasque motiones, quas ipſa ſibi impoſitas conſtanter & abſque ordinis mutabilitate ſervat, propter jam commemorata ſua ſemina, quàm ſtirpes atque animalia, quod fusè deduci poſſet. Circa hanc rem non contemnendas congeſſerunt Obſervationes *G. Agricola de ſubterr. Lib V. p.m. 63. Mattheſius in ſua Sarepta: Jonſthonus in Thaumatograph. Claſſ. IV. Cap. I. & alii,* &c. &c. Sed ſatis jam de his.

CAPUT IV.

De Nutritionis & Augmentationis Mineralium modo.

QUæ noſtra ſit ſententia de Nutritionis Mineralium modo ex Generationis eorum doctrinâ à nobis modò propoſitâ eluceſcet; Sicuti enim exactiùs rem conſiderando patet, Generationem eſſe inchoatam nutritionem, & exinde Nutritionem eſſe continuatam generationem, ita etiam de materiâ nutritionis conſtabit, eam unam eandemque eſſe, quæ eſt primordii ovi mineralis, videlicet augmentum non minus quàm principium metallicum contineri à particulis pinguibus, ſulphureis, ſalinis & mercurialibus, ex profundo terræ fumorum mucilaginoſorum & unctuoſorum inſtar, (quos Germani die Witterung vocant) ope ignis ſubterranei elevatis, quæ ſucceſſu temporis humidum aliquod viſcoſum conſtituunt, poſteà à materiâ terreſtri aut lapidoſâ fuſibili interceptum in verum metallum abiens; Ex quo jam patet nutritionis metallorum materiam non eſſe ſimplicem aquam, quæ, dum mineralia metallaque funduntur facilè evaporaret, ſed gur aut mucilaginem ſeu humiditatem unctuoſam, viſcoſam, lentam, glutinoſam, mercurialem, quæ in terræ matricibus pro ratione diverſæ diſpoſitionis & acquiſiti cujusdam congelationis habitûs in conſiſtentiam & ſoliditatem mineralem, vel puram vel impuram, pro acidi ex digeſtione enati conditione excoquitur, cen experimentum curioſum de Gur ejusmodi ſeu viſcoſo liquore, qui menſe Martio ad radices certarum arborum in Hungaria reperitur, ſiſtit *Caſſius in Cogit de Auro Cap. V.* quòd nimirum is in vitro hermeticè ſigillato fotus in ſpumam quaſi auream elevatus ſit, atque donec ille per ſe in terram abierit, ſpiritus aureus tum vitri latera pinxerit tum nubeculæ formâ terræ ſuperincubuerit, quæ terra tandem minerale aureum vegetativum produxerit, quod reverà creſcere incipiebat, ſolidum erat, ponderoſum & admirabile, nondum tamen ſatis à natura firmatum, ſed fugax adhuc in igne, ut anatomia per Vulcanum docuit, metallum. Obſer-

vant hinc Metallurgi in fodinis ſæpius in rimis ſaxorum dirutorum Liquorem ſubalbidum vireſcentem, qui mox concreſcit inſtar ſaponis liquidi, & per alterationem variam vario quoque colore apparet, & in diverſicoloria concreta imò ſæpè puriſſimum argentum denſatur, ceu de hoc *Beccherus Phyſ. p. m.* 163. teſtatur, illum ſupra tigna lignea (quibus cavernæ ſubterraneæ fulciuntur, vulgo Stämpffel) deſtillaſſe ibique in purum argentum ramoſum abiiſſe. Quò verò liquor hic unctuoſus aptè nutritioni inſervire poſſit, ut dictum, neceſſum eſt ut in vapores (ceu & *Ariſtoteles* Metallorum primordia roris & pruinæ exemplo explicat) reſolvatur & per inhalationes, vulgo Einwitterungen/ ad augmentum mineralium diſponatur, ceu ſæpius in fodinis obſervatur vapores ſulphureos calidos parietibus adhæreſcentes poſt aliquot dies in materiam unctuoſam & ſplendentem abiiſſe, adeò ut meritò cum *Lud. de Comit. de Metall. C. X. p. m.* 67. ſtatuendum ſit, metalla in duplici termino, dum in generationis curſu progrediuntur, conſiderari debere; primò cum in ſtatu volatilitatis ſeu in fumo exhalante reperiuntur; tunc enim ſi locus ipſe aperiatur, tunc metallum quod brevi forſan ad alium ſecundum gradum deveniſſet, in aëra evolans diſpergitur; hinc eſt ut dum à foſſoribus interiores montium cavitates reſecantur, non pauca metalli pondera deperdantur, quæ mox in metallum abiiſſent, quod ex fumoſitatibus inde ſenſibiliter & copioſè erumpentibus liquidò innoteſcit, tum enim metalli abortus non incongruè nominabitur: ſecundò cùm metallum ad gradum fixionis pervenerit, quando ſcilicet in corpore non fumido & vaporabili ſed in ſe ipſo conſiſtens ſtabileque jacet, tum enim ſi effoſſum per ignem examinetur facili negotio abortivum in perfectionem ducitur. Ex analogia nimirum de Mineralibus nobis ſtatuendum, quod de Plantis & Animalibus eorumque ovis, quæ diximus eſſe ſaltem ſucci nutritii partes ſubtiliſſimas idealiter tinctas, minutimque conglobatas, unde pariter Mineralium nutritio & augmentatio erit ab eadem materia, quâ ovum eorum primitus conſtabat, materiaque illa talis erit quæ mineralia augere vel cum durabilitate permanere faciat, quæ hinc non alia eſſe poterit quam mucilaginoſa (aquea ſalina terrea) viſcoſa & lenta, prout & videmus ſingulari quadam providentiâ *Animalibus* & *Plantis* humores eſſe ingenitos unctuoſos, gelatinoſos, pingues, ut calore naturali citò non exiccentur, quorum hinc gratiâ vivunt & vigent. Pariter namque ex ſententia noſtra, quâ gradualem ſaltem trium Regnorum differentiam ſtatuimus, *Mineralibus* Vitam quandam analogam, ac inde inſeparabiliter Nutritionem & Augmentationem attribuimus, quam & olim jam agnovit *Aurelius Augurellus* Ariminenſis (Glaurâ ſuâ aliàs celebris) *Chryſopœæ L. I. p. m.* 8.

Verùm

- - - - Verùm ipſa ſecreto vivere quivis
Sentiet ac vitæ divino munere fungi,
Hæc & oriri eadem ſi contemplabitur, & ſi
Augeri ex ſeſe penitusque increſcere cernet.

Et poſt paucula:

Quòd ſi non ſobolem educunt, non cætera vertunt
In ſemet, cauſa eſt quod multa ſpiritus illic
Materiâ, abſtruſus vitam qui porrigit omnem
Explicat ægrè ex ſe vires, ni vivida promat
Has hominum virtus denſâ ſub mole latentes.

Ex duabus hiſce verò operationibus realiter à ſe haud differentibus prior confirmat poſteriorem, dum aſſimilatione novæ proportionatæ ſubſtantiæ increſcunt Mineralia, reparaturque quod vel calore ſubterraneo vehementiori, vel effluviis antipathicis, effoſſioneque continuâ detractum eſt. Confirmant hoc præcipuè etiam metallorum palingeneſia dum exhauſtæ venæ metallicæ poſt aliquot temporis ſpatium denuò fœcundantur denuoque metallis replentur, ut præter Auctores *Cap. præced.* allatos, exemplis inſuper probant *Sennert. de Conſenſ. Chym. Cap. IX. Agricola de Ortu & Cauſ. ſubterr. L. V.* aliique, qui fatentur cuniculos (die Stollen) interdum in anguſtum ita venire, ut aliquâ ſui parte nullum aut admodum difficilem præbeant tranſitum, cùm tamen eos ſatis latè ſoleant agere foſſores, ne tranſituros impediant; in tales autem anguſtias eos acceſſione novæ materiæ mineralis eſſe adductos experientia docuit. Veriſſimè ergo fatetur Lohneiſen in dem Bericht von Bergwercken *pag.* 20. Klüfft und Gänge haben noch heut zu Tage ihre ſamhaffte Art/ die GOtt durch ſein Sprechen in die Erde geſchaffen hat/ darauß er natürlicher Weiß noch täglich Ertz wachſen läſſet; dañ GOtt hat im Anfang nicht alles Ertz geſchaffen/ wie er auch nicht das Korn und Früchte auff einmal wachſen laſſen/ beſondern muß die Erde noch jährlich zu gelegener Zeit ihre Früchte herauß geben/ ꝛc. wer des Samens viel hätte/ der könnte reich werden/ ꝛc. Dum autem Mineralibus Vitam adſcribimus, noſcendum, Mineralia actus ejusmodi vitales non niſi *occultè ſecretè* & *analogicè* edere, ob ſpiritus à materiæ luriditate, groſſitie, ruſticitate velut impeditos, ſcintillam ſcilicet lucis debiliſſimæ, quo & factum, ut magna Philoſophorum cohors in illam ſententiam inclinârit, Mineralia in primo inſtanti ex quatuor elementorum ſubſtantiâ creata, & ab illo termino eſſentiam tantummodo habuiſſe, vitam, vegetationem, nutritionem, generativum ipſis penitus denegando. Verùm ut in Politia dignitatum ac ſplendorum magis vel minus ad bonam & proficuam harmoniam requiritur, ita etiam ſupremus Polarcha in tribus Regnis ejus typum nobis propoſuit

inæqualiter Lucem primigeniam, in naturalibus certè plus quam ordinariò fit, attendendam, eorum incolis diſtribuendo; In *Animalibus* ſiquidem lucis primigeniæ vigor & ſplendor magis vividè elucet, ceu aliàs in morbis archæus noſter vel obnubilatur ac velut eclipſatur, vel etiam nimiâ luciditate volatili ſe effrenem commonſtrat; In *Vegetabilibus* minor eſt ejuſmodi lucis copia ac reſpectu prioris eſt ſaltem ſecundaria, ceu à quibuſdam, Anglis maximè, *Vegetabilia pro animalibus infimæ claſſis* habentur: In *Mineralibus* verò lux miſerè micat, ac in materiæ viſcoſioris ventre poris arctis velut ligatur & incarceratur, quò minus copiosè ſe expandere poſſit, ſatis tamen, ſi qui hi ſunt obices, removeantur, ſic enim quàm potentiſſimè archæum noſtrum exhibita, beneque præparata irradiare valent, & vitalia opera non ſecus ac vegetantium ſemina quoque exhibere, ceu notanter pro ſummo Alchymiæ ſcopo obtinendo ait *Ludov. de Comit. de Nat. Metall. pag. m.* 80. Quamobrem ſi ſolida & clauſa, ſicca & interminata metallorum corpora ad ulteriorem generationem impellere ſperemus, opus erit, ut carcere fracto, corpore humefacto vis interior exolvatur, tunc enim in tenellum corpuſculum igne convenienti auxiliares manus adepta vitalia munera exercere incipiet, & ſi nil obſtiterit integram vitalitatis ſuæ periodum complebit, id quod projectio lapidis philoſophici ſuper metalla imperfecta ſtupendo exemplo commonſtrat. Ob prædictam autem reſpectivam lucis debilitatem, ſpiritus viſcoſitatem, pororumque conſtrictionem & exiguitatem, partiumque acceſſum & juncturam quam viciniſſimam, oritur corporis mineralis groſſities, gravitas & ſoliditas, ac hinc ſpirituum, corporis reliqui comparatione, minor luxuries, eorum torpedo & inagilitas, generandi & multiplicandi difficultas & inſenſibilitas putativaque ejus ſterilitas; nam partibus ejus heterogeneis tenebroſâ ſpurcitie circumvolutis, ſpiritus velut contaminati in motu ſuo impediuntur, idque ob eorum denſitatem, craſin craſſiorem, minus expolitam, indomitam maximè corporis duritiem, ſolidamque congelationem, fortemque partium corporalium compoſitionem, quæ omnia exiguam debilemque lucis incluſæ vim calefactivam, languidioremque motum accuſant, unde & fit ut more Vegetabilium evidenter nutriri ac augmentari non percipiantur, dum anima Mineralium ceu ſpiritus groſſiores cum modificatione partium reliquarum craſſiori minusque exquiſitâ, pro earum eſſe tamen ſufficienti, minus potentes ſunt è terrâ more Vegetabilium caput velut exerere ac progerminare. Aſt & hîc nobis ſapientiſſimi Conditoris directio attendenda, qui ad eſſe mineralium hæc ita diſpoſuit, ut lucis illa debilior portio minerali corpori indita, illud perpetuare videatur velut intendere, ſubjectumque ejusmodi rebelle ſuo dominio ac negotio velut ſubjicere, ceu

unicam

unicam ſcintillam magni incendii cauſam videmus, pariter namque ſcintillæ lucidæ corpora mineralia irradiantes & exornantes movere ac laborare haud ceſſant, donec victrices evadant, integramque corporis maſſam in ſuam naturam, activam qualitatem & ſplendorem reducant, ceu Auri productio, quo natura maximè inclinat, id patefacit; Hinc licet ſpiritus hi luciditate inſigniti obſcuro carcere velut primitùs vinciri videantur cum exiguo motu & excurſibus, nihilominus ſucceſſu temporis, materia rudior velut emollitur, ad quod concurrunt etiam extrinſecus influentiæ lucidæ, materia fluidiſſima, ſubtiliſſima, corpus minerale æquè ac alia pervadens, ſpiritum exuſcitans & ad motum diſponens, imò magnetica virtute velut in corpus hoc copioſiùs traducta, ceu marcaſitæ aëri expoſitæ inſigniter inde effervеſcere videntur; Hinc & quolibet anno, quâvis horâ, favente maximè cœlo & conſtellationibus, licet inſenſibiliter, ex materia proportionatâ præſente, vel aliunde traductâ, Nutritio mineralium contingit, creſcit & intenditur ſpirituum mineralium vigor, ac ſecundùm incrementi ejusdem gradus redditur etiam illud corpus perfectius, fulgidius & fixius. Ex quibus manifeſtum erit, Mineralia non ſolùm occultè vivere ſed & verè nutriri, idque ex requiſitis ad veram nutritionem, quæ fieri debet in omnibus partibus, & hoc ex materia extrinſecus adveniente, ut corpus poſt nutritionem maneat idem quoad partes formales, ceu in mineralibus altiori maximè loco conſtitutis ſufficienter, imò mirabiliter obſervari hæc poſſunt, quamvis haud difficulter largiamur dari quædam quæ mineralium naturam ſapiunt, quæ creſcunt ſimplici extenſione vel additione in partibus exterioribus, idque confusè, inæqualiter, indeterminatè, & ſine ordine, unde & ſquammoſa, aſpera, ſummè & fragilia, ceu ſunt Calculi renum, veſicæ, Lapides bezoardici, tophacei & qui ſunt arenoſi: contrarium tamen obſervare licet in Metallis maximè perfectis & Lapidibus pretioſis, quorum ortus & augmentum, generatio & nutritio materiam nutritiam æqualem, perfecteque elaboratam & per motum digeſtam, continuatam ſcilicet mucilaginis viſcoſæ productionem cum acido fermentativo & ſpiritu lucido agnoſcit, ut in matricibus ſplendentia, v. g. in Lapidibus ramoſa fila metallorum cum intertextis elegantiſſimè excreſcentiis capillaribus, Lapides item politi, pellucidi, ſolidi, characteribus ſtupendis inſigniti appareant, id quod minus obſcurum evadet conſiderando partes determinatas, ſpecificas primum rudimentum conſtituentes neceſſariò ab aliis ſucceſſivè appellentibus debere foveri, non ſolùm in hac aut illa particulâ generativa ſed inſimul reliquis omnibus pro mineralis ratione, in quibus ſpiritus incluſus & calor ſubterraneus homogeneum corpori aſſimilando intimè approximare faciunt, idque in matricibus convenientibus & propriis, ſecundùm

C 3 priorum

priorum particularum ideam, conformationem & contextum, nam non ubique mineralium quodvis creſcere & nutriri poteſt, ceu non ubique locus diſpoſitus eſt ad mucilaginem viſcoſam talem & talem producendam, alimentum ſcilicet probè digerendum & aſſimilandum, ſpiritusque metallici non ubivis fiſſuras & rimas in certam cavitatem patentes inveniunt, quò aptè colligi poſſint & decenter in maſſam mineralem conſidere vitaliterque compingi : adeò evidens eſt, ait *Beccher. Supplem. I. in Phyſ. ſubterr. C. VI. p. m.* 120. quod materia loci in qua metalla generantur ad ſpecialitatem metalli, tam in quantitate quàm in qualitate faciat, ut in dubium revocari non poſſit, cùm hoc loco experientia & autopſia omnibus ſubtilibus ſpeculationibus reſiſtat; hinc in mineris in den Gängen reperies einen harten groben- feld- horn- wacken / è contra einen zarten- milden- Quarz- oder Kalchſtein / hinc ein grimmig veſtes- taubes, è contra ein gſchnädigs- zartes- lindes Gebürg. Ad concretionem metallicam autem tempus debitum, ut in aliis, requiritur; ut Natura fœtum mineralem decenter foveat, digerat, diſponat, ubere ſuo viſcoſo nutriat, acido-fixativo è fermentatione enato decenter digerat & debitè tandem excludat, ceu Metallifoſſoribus certum tempus omnino obſervandum, ne ſi intempeſtivè eruant, oleum & operam perdant; In hoc verò Nutritionis opere per digeſtionem neceſſariò reſultat particularum excrementitiarum ſeparatio, prout Mineralium foſſores velut expuitionem talem ſuperfluitatum in terra, maximè circa ſuperficiem, obſervant, ubi imperfecta, bruta magis & rudia nimis metalla apparent, quo fit ut & ſæpè integræ urbes ſubvertantur, terræmotus cieantur & montes ſe aperiant, tanta eſt ſpiritus incluſi vis & vigor ex vi elaſtica, haud ſecus ac aliàs obſervamus ſemina plantarum germinantia ciſtæ ligneæ undiquaque incluſa, illam diffringere. Statuimus itaque Mineralia in montibus & terræ cavernis naſci & nutriri inſtar Vegetabilium, idque patulis ramis, radicibus, truncis ac velut floribus & fructibus, eaque in montibus non ſecus ac arbores jacere, id quod ex argenti, metalli aliàs minus fœcundi, fodinâ apud *Agricolam* colligere eſt, quæ fuit pedum XXX. in longitudine, latitudine autem dodrantis, altitudine LX. ex quo infertur ſimilem fuiſſe arbori, cujus altitudo eſt maxima, poſt longitudo ſeu ramorum diductio, craſſitudo minima, quæ pro latitudine in fodinis accipitur : Quare concludimus *Metalla aliaque mineralia eſſe plantas ſepultas ſub terrâ naſcentes.*

CAPUT

CAPUT V.

De Organis ſeu Partibus Mineralium organis Vegetabilium & Animalium analogis, eorumq́ Germinatione.

VITAM Mineralibus in ſuo genere, metallicam nempe, modò adſcripſimus, quæ nulla certè eſt ſi deſit requiſitus organorum apparatus, ut enim compoſitum quoddam vivat, nutriatur & augeſcat, opus certè eſt tali materiæ diſpoſitione, ut ſpiritus incluſus ritè in motu & expanſione ſua dirigi poſſit. Ejusmodi verò effectus dum analogicè ad plantas & animalia in mineralibus cernamus, in iisque cœleſte illud calidum Hippocratis haud ſecus ac in illis, admittamus, analogicè itidem Organa iis adſcribimus, ad operationes ejuſmodi edendas, quæ hinc ut determinemus, opus eſt.

Partes autem quas in Mineralibus poſſimus obſervare ſunt *Radix, Cortex, Subſtantia ipſa* & *Vaſa*, notando tamen cum *Ludovico de Comit. de Nat. Metall. p. m.* 79. diſcrimen, quod in Vegetantibus accidit ejusmodi inſtrumentorum & partium diverſarum ratione, in hiſce homogeneis metallis ratione diverſitatis graduum & tempore ſuccedere, ceu notanter docet, metallicam materiam ſub miſtionis elementorum initio totam Radicem & alimentum eſſe, cùm verò ſpecies aſtralis ſpecificos actus edit & ad extremam perfectionis completæ metam percurrit, totum germen eſſe Arborem & plantam; cùm poſtremò integrum perfectionis curſum compleverit finemque ſuæ naturæ permiſſum adepta quieſcens ab opere ceſſaverit, totum Fructum eſſe, tunc enim ulterius naturaliter tendere nequit; Quod ſi autem per artem naturæ adjutricem eodem prorſus quo ab initio compoſita fuit humore ſoluta in ulteriorem generationem promoveatur, tota Semen erit & vim prolificam abſque dubitatione obtinebit, vel aſſenſu quoque *Kunckelii in Obſervat. Chym. p. m.* 49. verè dicentis: nam aurum eſt & eſſe „ debet ſemen, jam verò omnia ſemina terræ cuidam idoneæ committun- „ tur, quæ quidem fructum aliquem ſunt allatura; eadem quoque metal- „ lorum ratio eſt. „

I. *Radix* Mineralium arborum ex ſuis ſeminibus ortarum (tota nempe materia initio radix eſt, ut ex *Ludovic. de Comit.* dictum) figitur in Terrâ (in montibus ſcilicet, venis, cumulis mineralibus, in fontibus, fluviis, lacubus, nubibus, aliisque locis) velut agro, per quam & inde dum materia magis diſponitur & rotationibus ſuis velut revolvitur truncus & rami velut producuntur, folia & fructus eduntur : quatenus ſcilicet propriâ fermentativâ vi terram obſtantem diſpellunt, ſemenque ſubtile formâ halitûs il-

lam

lam ejusque minutiſſimas rimas, poroſque lapidum penetrat: conſideratione dignum eſt, ait *Beccherus*, fumum metallicum pinguem omnes lapides, etiam denſiſſimos, illæsâ illorum ſed non immutatâ ſubſtantiâ penetrare, ibidemque & in eorum medio ut metallum vel ſulphur (nullum enim metallum ſine ſulphure eſt, nihilque eſt, quod metallis magis aſſocietur & in ea agat quàm ſulphur) efficere, ſubſtantiam lapideam hac terra alterari, tingi & penetrari, ut *Cap. præced.* fuſiùs dictum. Tam vaſto autem corpore, ceu Terra eſt, Mineralia ut figerentur, opus habuere, quia magna etiam requiritur copia materiæ nutritiæ mineralium, quam v. g. eſt arborum vegetabilium, longius enim & ſpatioſius excreſcunt illæ quàm hæ, velut aliàs belluæ marinæ terreſtria animalia longè magnitudine antecellunt. Ob vaſtitatem autem Telluris notantur in eâ regione tres, quarum *infima* & intima circa centrum continet ſaltem, *Carteſii* judicio, materiam primi elementi ſe illic non aliâ ratione quam in ſole commoventem: eſtque id quod ſuprà diximus, radios cœleſtes illuc pertingentes reflecti & ex reflexione calorem acidumque in generatione mineralium primas tenens producere: *Media* verò tota occupatur à corpore valde opaco & denſo quod poris ſoli materiæ primi elementi tranſitum præbentibus inſtructum eſt: *Tertia* verò nobis vicinior illa eſt quæ circa nos reperitur, magna ſcilicet congeries particularum tertii elementi multùm materiæ cœleſtis (quæ tantum abeſt ut mineralium illic productionem, ut quidem volunt, pernici motu impediat, quin non potius ſummoperè illam juvet, confirmantibus id terræ regionibus calidioribus validiorique æſtu ſolari infeſtatis) circa ſe habentium, compoſita ſcilicet eſt è particulis varia diſpoſitione, figurâ, ſitu, quiete præditis, ut jam innuimus, & ex variis his particulis materiâ cœleſti diverſimodè motis, per meatus protruſis & hinc variis angulis inſignitis, combinantur varia corpora mineralia pro motu à DEO primitùs indito ac etiamnum conſervato; Hæc verò Mineralia ex his particulis variè modificatis & contextis cum intercepta materia cœleſti, quam aſtrorum ignem, particulam lucis primigeniæ vocavimus, ceu patre & matre efficta, pro radice maximam partem vicinam terram (quæ ab aqua plurimùm vicinâ humidum generativum ad gur minerale contribuens, recipit) agnoſcunt, maximè ſi jam in proxima ſit potentiâ abeundi itidem ex diſpoſitionibus certis præſentibus in ſimile corpus minerale vi loci fermentali, imbuti partibus ſalſis, unctuoſis, viſcoſis variè digeſtis & diſpoſitis, vel etiam ſi hæc in actum jam ſint traducta, ut minerale verum conſtituant, ſic enim hoc poterit alimentum copioſiſſimè ex inferioribus ſuſceptum ſupra vel juxta poſito minerali communicare, etiamſi etiam ſit diverſi generis, illud enim quod ceu excrementoſum ab alterius archæo expuitur, in ali-

in alimentum percommodum cedere poteſt alteri, ceu quæ à nobis ejiciuntur excremata, canes, ſues, &c. in alimentum aſſumere videmus, imò etiam vix dubitandum videtur, dari Mineralia quæ ab aliis reſultent & enaſcantur ceu in Plantis fungi, aliaque ex inverſo naturæ motu, retrogradoque ordine producta: Sicuti etiam ſtatuere haud adeò abſurdum, dari Mineralia maximè è lapidibus pretioſis quæ ſuccum lapidificum nutritium puriſſimum non niſi per alium lapidem minus nobilem prius colatum & digeſtum velut hauriunt, ceu Adamas lapidi craſſiori adhæret & ex illo ſuccum ſuſcipit probè digeſtum & filtratum velut à radice, ut in illo lapide, quem Chymicus quidam excellens hîc poſſidet, qui pluribus velut adamantibus obſitus eſt, conſpicere licet, quo facilè quis inferre poſſet generationem ejusmodi lapidum pretioſorum ſimilem ferè eſſe generationi pulli ex ovo ubi nutrimentum unà ſuppeditatur, de quo in *Regn. Animali*: aptè ad confirmationem horum *Ludovicus de Comitib. de Nat. Metall. p m.68.* Monſtra in Mineralibus dupliciter quoque contingere poſſunt, vel quia plura ſimul genita ita commiſta ſunt, ut unum, quid incertum & obſcurum judicetur, hinc variæ inventæ ſunt artes, quibus facilius difficiliusvé commiſta omnia disgregantur ac in propriâ homogeneitate ac paritate explicantur, & juxta cujusque naturam repræſentantur, hoc autem evenit, quod componentia prædicta tunc counita fuerunt, cùm in termino fixionis erant, tunc enim à commiſto non commutari potuerunt; at ſi metallum adhuc in termino corporis nondum ligati atque conſtricti manſerit, tunc aliquâ ex neceſſariis circumſtantiis deficiente in quid corruptum & imperfectum vertitur; atque hinc plura exoriri creduntur miſta, quæ Media Mineralia vulgo nominantur, quinimò & ipſi Lapides pretioſi metallorum abortus non abſque validâ ratione perhibentur; hoc autem ſatis inde apertè conjicitur, quod ex iisdem metallis igne calcinatis vel ſolis vel vitro factitio commiſtis gemmæ naturalibus non abſimiles parantur; hinc etiam eſt quod Carbunculus à vulgaribus artificibus difficillimè conſtruatur, quia ex auri deſtructione ſeu calcinatione quæ ſolis Adeptis nota, pendet. Notamus nos terram Mineralibus radicem præbere maximè iis in locis quæ ſunt editiora, velut in montibus, maximè iis ubi nives citò liqueſcunt, nec ros facilè, ob citam reſolutionem per halitus metallicos tanquam è foco ſurſum emiſſos, concreſcit, puſillæ item ſunt arbores, ſolumque exuſtum velut eſt & ſterile, pallidioribus & tenuioribus foliis & graminibus; addunt meritò & alii, ubi cœruleæ flammæ calidiore potiſſimum cœlo huc & illuc diſcurrunt, propter coruſcationem & halituum pinguiorum & ſulphureorum deflagrationem, quæ ubi præſtò eſt, indubitatum tantum non ſignum erit præſentiæ mineræ metallicæ, idque pro halituum naturâ, ſi enim ſint

ſubtilores, metalla ſubtiliora, craſſiores craſſiora & rudiora ſubeſſe indicio erit, de qua re pluribus *Agricola de Re Metall. L. II. & L. V. ſubterr. Albinus Metallogr. Tit. 3 p. 3. Lohneiſen, Libavius, Kircherus, Kirchmajerus*, qui ex materiæ ſulphureæ & mercurialis variè coloratæ indicibus metalli præſentiam infert, nominando illam præcipuè producta ſulphurea, Glanß/ Kieß/ Wißmuth und Kupffergrün/ ceu ſpecialius de his legi meretur *in Tract.* von Bergwerck *C. I. §. 16. & ſeq.* His verò metallis & eorum venis in minerâ ſuâ adhuc latitantibus à plurimis virtus adſcribitur magnetica, & ea quidem tanta, ut arborum ſæpè propius creſcentium ramos ad ſe flectat, ac Virgula (Metalloſcopica, Mercurialis, Corylina, German. Schlagruhte inde dicta) ambabus manibus prehenſa, non obſtante arctiſſimâ compreſſione, detorqueatur, ut aſſerunt *Paracelſus, Bodinus, Zimara, Ludov. à Seckendorff* des Teutſchen Fürſten-Staats *p. m.* 400. aliique, licet *Kircherus* ſæpius hujus rei ſuper metallica corpora auri & argenti experimentum inſtituerit, aſt ſemper ſpe ſuâ fruſtratum ſe fuiſſe refert, prout obhinc is *in Mundo ſubterran. Lib. X. Cap. VII. pag.* 181. de *Virgulâ* hac corylina bifida *divinitatriceque* aliâ ſibi imaginari nequit, illam à ſubtili halituum metallicorum vi concitari; contrarius hinc *Becchero*, qui *Phyſ. ſubterr. Lib. I Sect. 7. p. 651.* hanc inclinationem, ſi ſuccedat, non niſi atomis metallicis exhalantibus adſcribi poſſe meritò cenſet, cùm major horum vis ſit, dum metalla adhuc in mineris recumbunt, quàm ſi jam fuſionem ſubierint, quæ fortè impedit, quò minus virgula ejusmodi metallis, quibus cum amicitiam habere debet adplicata, quantumvis exactiſſimè & leviſſimè æquilibrata, ejusmodi inclinationis effectum præſtet. Compertum tamen nobis eſt, ejusmodi bifurcatâ virgulâ corylinâ fontes aquarum detegi, neque nos latet Moſen & Aaronem coràm Pharaone Rege Ægypti baculo tali varia mira præſtitiſſe, illosque Magos alios inſtrumento conſimili imitatos fuiſſe: quin etiam non penitus de nihilo eſt, quod in ultimo bello metallica vaſa ſub terram recondita à militibus ope virgulæ hujusmodi facilè detecta ac eruta fuerint, ut nil dicam de Virgulâ divinatoriâ Jacobi Aymari Delphinatis ſicariorum & furum inveſtigandorum causâ facta, quum eâ de re Tractatus editus ſit peculiaris; Quare etiam uſum, vel potiùs abuſum hujus virgulæ Vir Doctiſſ. mihique amiciſſimus DN. *Martinus Mauritii, Paſtor Hauingenſis*, ſpeciem ῥαβδομαντείας illius eſſe cenſet, quam DEUS in populo ſuo caſtigavit *Hoſeæ C. IV. ℣. 12. Populus meus in ligno ſuo interrogavit & baculus ejus annuntiavit ei.* Vid. *Tract. de Sortit. veter. Hebræor. C. IX.* Qui miram effluviorum efficaciam cum *Boyle* in Tract. peculiari, conſiderabit, de his Virgulis mitius ſentiet, nec tam citò malum dæmonem in ſcenam adducet, quàm vero ſtatuunt multi de Virunculis metallicis, de quibus mira referunt, etiam in Alpibus Rhæticis heic

in vici-

in viciniâ geſta *Lud. Lavaterus Tigur. de Spectr. Lemur.&c. Part. I. Cap. XVI. Agricola in Bermann. & de Animant. ſubterran. Olaus Magn. L. VI. C. 9.* quæ ſi vera ſunt, omnino cum *Clar. Dn. Caſp. Poſnero in Tract. pecul.* adgnoſcendum erit, ſubeſſe θεῖόν τι vim & modum agendi naturalem excedens ac ſuperioris ac hæc naturalia ſunt, ordinis, nimirum quia in iis locis Virunculi hi verſantur, è quibus opes quærunt homines & frequentiores adſunt, ſi ſpes de divite metallorum copiâ appareat, commodiorem occaſionem Satanam obtinere inſidias & ludos faciendi hominibus.

II. *Corticem* poſt Radicem Mineralibus etiam adſcribere haud veremur, illud pro cortice ſumendo, quod manifeſtè diſtingui poteſt à reliqua ſubſtantia, durius velut eſt ac exterius accumbit, ceu aliàs Vegetabilium cortex corio & cuti comparatur, radixque ventri & ori. Cortex hic quia alio colore apparet & ſecundùm mineralis ductum illi appoſitus eſt, aliâ etiam pororum & particularum configuratione donatur, idque fortè ad exhalationum nutritiarum ſuſceptionem & aëris (cujus vim & efficaciam ad Mineralium conſtitutionem ſuprà deprædicavimus) intromiſſionem filtrationemque aliqualem, ceu cortex in Vegetabilibus, arborum quarum ſubſtantia lignoſa penitus igne conflagravit, nihilominus vegetationem illam ac nutritionem præſtat. Cortex hic velut lorica Mineralia in digeſtione ab injuriis & exhalationibus antipathicis defendere non ſaltem debet, ſed & locum concluſum & ſolidum efficit, ut nihil inde expirare poſſit, ſed fumi ſulphurei & mercuriales debitè appellant & in matrice convenienti ſuſcipi, digeri & commiſceri valeant, id quod nullatenus compleri poſſet, ſi locus apertus exhalanti materiæ exitum permitteret, quare etiam Corticis hujus vicem præſtare poſſe partes terræ in vicinia duriſſimas ac ſibi mutuò quàm firmiſſimè accumbentes & adhærentes probabile eſt, variat namque terra ſummopere duritie, raritate & denſitate, ceu etiam ignis cœleſtis vel materia primi elementi variè eam commovet ac calefacit, & quamvis duriſſimæ ſint partes illæ terreſtres, nihilominus vi caloris ſummi variè concuti poſſunt porique nunc magis aperiri, unde & facilè ex continua preſſione & gravitate terreſtrium ejusmodi corpuſculorum, quædam in poros apertos ſuſcipi poſſunt, in iisque contundi ac per conſequens aliter atque aliter, pro modulo & matricis & particularum iſtarum, configurari : imò exinde fit ut ramenta ſeu filamenta metallica in ipſis Vegetabilibus extra ſuperficiem telluris animadverti poſſint, ut de Vitibus in Hungaria ſe obſervaſſe quidam referunt : Interea videtur quoque quòd Natura in opere ſuo media effingendi & expoliendi corpuſcula ad corpus naturale conſtituendum haud negligat, ſed etiam primitus illa decenter figuret, antequam illa commodè adaptare poſſit, quo pacto & liquores pingues & unctuoſi in terræ in-

terioris *poris* & *ductibus* non in rectum directis & aptatis, ſed ramorum inſtar diffuſis formari videntur, quamvis aliàs difficillimum ſit de pororum terræ configuratione conjecturari, videtur tamen præter poros terræ indefinitos dari rectos, item inflexos & undulatim extenſos, ad aquæ marinæ transcolationem diſpoſitos, cujus ſal relictum plurimum mineralium productioni tum inſervit, item alios ita excavatos ut unus cum pluribus aliis correſpondeat, item cochlearum more exſculptos & ſtriis certo modo contortis notatos, quos non niſi certæ primi elementi materiæ particulæ & eodem modo contortæ & contextæ tranſire valent, quæ configurationes tamen non obſtant, ut *ſeminium minerale* repudiamus, illud enim mechanicâ ſuâ texturâ itidem dotatum & à natura exornatum eſt, vel etiam per certam percolationem reſultat, adeò ut poſitâ vi ſeminali ejusmodi effectrice & materiâ aptâ cum loco convenienti ſuisque circumſtantiis munito non poſſit non metallorum generatio, ut à cauſis effectus reſultare; ſic etiam ut inde inferre ſit, quia talia ars æquè ſuppeditare valet, metallorum transmutationem ſeu potius meliorationem impoſſibilem minimè eſſe.

III. *Subſtantia* ipſa *mineralis* velut truncum ramosque includit, quæ juvantibus partibus reliquis ſenſim in terræ incunabulis augmentum capit; adeò ut meritò dicat *Gerhard. in Decad. Quæſt. Phyſ. Chym. de Metall. p. m.* 84. Sicut pomum vel ramus naſcitur vel nutritur ex ſuâ arbore, ita certum eſt aurum ex venâ vel arbore ſuâ metallicâ naſci & augeri; Varia hæc eſt in variis Mineralibus, juxta eorum naturam & proprietatem, prout vel majora vel minora, vel maturiora vel immaturiora (immaturior namque mineralium ſubſtantia *primum* eorum *ens*, *embryonatum* item vocatur, ſpiritus ſcilicet adhuc in ſuâ volatilitate exiſtens nondum maturus ſicut fœtus in matrice vel fructus immaturus in arbore; & ſicut his arte pro maturitate & uſibus humanis conſuli poteſt, ita nullum dubium quin mineralium immaturitas arte corrigi poſſit) nobiliora vel ignobiliora ſunt, in illis namque præ his particularum ramoſarum plus reperitur, quamvis & unctuoſitas, à ramoſis viſcoſisque particulis reſultans, de qua ſuprà, in illis maximè variet; datur enim juxta vulgarem ſententiam in Metallicis unctuoſitas ejusmodi duplex, una *externa* ſulphurea inflammabilis, per accidens ſaltem illis accedens & ad majorem fotum & excoctionem contribuens; alia *interna* ſubtilis valde, probè fixata & digeſta, non cremabilis, mercurialis, quâ quæ abundant minus igne conſumuntur, ut eſt Aurum externâ illâ penitus deſtitutum, & Argentum; ceu contrà Ferrum & Plumbum, quia unctuoſitate illâ externâ abundant, diminuuntur in igne & exterminantur in fumum, ſulphure illorum ſubſtantiæ incluſo per inflammationem deflagrante: conſentiatur huic ſententiæ *Kunckelius in Obſerv. Chym. pag. m.* 10. ubi quidem ſex

metalla

metalla externum & internum ſuum habere non inficiatur, ut verò credat hoc ipſum de Auro & Argento, quàm de Ferro, Cupro, Stanno & Plumbo accipiendum eſſe, neminem ſibi perſuaſurum; auri enim & argenti extremum quodattinet, illud terra ſit quædam, quæ ſine additione irreducibilis eſt (in quâ ſcilicet ſulphur illud fixum conſtat) ab hac terrâ nil præterquam ſal volatile naturæ excluſum eſt; In reliquis verò metallis non tantùm hæc quoque terra irreducibilis reperitur, verùm ſal quoque acidum & pinguedo quædam, quibus ſeparatis corpora quod materiam attinet, non verò quoad formam unius ſunt ejusdemque generis: Et hæc ingeniosè dicta non deſtruunt, ſed potiùs dilucidant magis quæ in *Part. II. L. II. Summæ perfect. p. m. 635.* de his & aliis adſtruit *Geber Rex Arabum, Alchymiſta illuſtris: Habent corpora imperfecta humiditates ſuperfluas & ſulphureitatem aduſtibilem, nigredinem in ipſis generantem ipſaque corrumpentem: habent etiam terreſtreitatem immundam, fæculentam & combuſtibilem nimis groſſam, ingreſſionem impedientem & fuſionem; Et quia hæc ſuperflua accidentaliter in his ſupervenerunt corporibus, & non radicaliter, & ſpoliatio accidentium poßibilis eſt, oportet nos cum igne artificiali his prædictis mundatis ſuperflua demere accidentalia, ſolâ ſubſtantiâ Mercurii & Sulphuris radicalis permanente.* Unde & inferre eſt, quòd tantò ignobilius & imperfectius metallum ſit, quantò plus poſſidet, ſulphuris externi, rudioris, tantò contrà nobilius & perfectius quantò plus globulorum mercurialium radicaliter intimiusque fixatorum, ſtabiliorum, velut Aurum & Ferrum exinde longiſſimè diſtant, quòd illud cum Mercurio amalgamari, id eſt, in paſtam mollem redigi poſſit, hoc verò Mercurium non niſi cum artificio admittat & contrà Sulphuri facilimè commiſceatur: maneo in eâ ſententiâ, ait laudatus *Kunckelius Obſerv. Chym. pag.* 22. Mercurium primùm quidem ex aquâ & ſale potiſſimum, ut ſupra jam ex eo quoque attulimus, conſtare & ſecundam eum vel tertiam in generatione materiam eſſe primamque materiam metallorum, nam prima materia nobis hominibus nota, creſcentium omnium rerum aqua eſt & ſal; ſunt verò ſal & aqua inſeparabilia, alia verò principia metallorum haberi ſolita, ſeparabilia, nec ego quidquam in metallis puris quàm ſal in mercurio & extra mercurium deprehendo, reliquum terra eſt, quæ formam conſtituit, color à ſale & terrâ accidentaliter, provenit, terra ab auro ſeparata nihilominus albeſcit, quemadmodum & illa ex Lunâ, id quod non vana ſpeculatio ſed manualis operatio detexit; aliorum metallorum diverſa quidem longè eſt ratio quanquam exceptâ illorum impuritate in intimo ſuo omnia ſunt generis ejusdem reſpectu ſcilicet mercurii & ſalis puri quæ in iis itidem reperiuntur, differuntque in formâ duntaxat, prout nimirum acidum & pinguedo ſuperflua mixtionem certam cum partibus reliquis

inière; allegoriâ eleganti hoc quoque docet *Beccherus in Metallurgiâ p.m.313.* dum Saturnus inquit: Wiſſe/ daß die Götter (metalla) alle Geblüt (mercurium) haben/ welches zwar/ wie ich geſtehen muß/ darumb underſcheiden iſt/ daß eines lauterer/ hitziger und dichter iſt/ als das andere/ nun trincken wir nichts deſto weniger eben ſo viel und dergleichen Waſſer als der König/ (i. e. aurum,) derowegen muß folgen/ nach dem wir ſo viel köſtlichen Wein nicht trincken/ daß unſer Geblüt viel ſchlechter/ poroſer/ wäſſeriger und weniger feurleidig ſeye/ als des Königs; wiſſe/ daß des Königs Wein von unſerem underſcheiden iſt/ daß er biß in die Herbſtzeit ſtehen bleibet und zeitig wird; Allein unſere Bediente ſind ſo hoch nicht beſoldet/ es gebet auch mehr Wein vor die übrige auff/ als vor den König; dannenhero brechen ſie die unzeitige Trauben ab/ darauß wird ein ſo ſchlechter Wein/ auß welches Genieſſung wir ſo ſchlechtes Geblüt bekommen; diß iſt der gantze Underſcheid/ ſonſt wächſt unſer und des Königs Wein an einem Stock.

IV. *Venarum* nomine (noto jam *Jobo Cap. XXVIII.* dicenti; Habet argentum venarum ſuarum principia, egreſſus ſuos, & auro locus eſt, in quo conflatur; Ferrum de terrâ tollitur & lapis, ſolutus calore, in æs vertitur, æs effundit) in Regno Minerali varia indigitantur, nunc enim pro terræ canalibus, altitudine, latitudine, longitudine multùm inter ſe differentibus ſumuntur, quo pacto *vena* alia dicitur *profunda* de ſummo terræ corio in imam ejus ſedem deſcendens, quæ rurſus vel lata vel anguſta eſt, vel in hunc vel illum mundi cardinem directa, mineras variis elegantibus coloribus conſpicuas vehens (ceu accuratè in cryptas & ductus ejusmodi ſe demittens *G. C. Kirchmajerus*; die Gänge ſo durch alle Gebürge ihr ſtreichens haben von einem Ort der Erden zu dem anderen/ die führen etliche Quärtz/ Hornſtein/ Flöß/ Blendgelb/ Schwartzgrau/ Geſtein/ Kalckgeſtein/ Bleyſchweiff/ auch grauen/ grünen/ weiſſen/ blauen/ brannen/ rohten und gelben Letten/ ꝛc. ſind greiſſig/ ꝛc. ſind weißlettig/ ꝛc. Mönchskappen-farb gleich/ ꝛc. ein weiß lettig Geſtein dem Alaun gleich/ ꝛc. iſt nun gemengt und geſprengt Geſtein/ von vielen und mancherley Farben/ alles nach Vermiſchung der Broden/ an viel ſchön und mancherley Natur/ die das Geſtein alſo färben; auch komt offt ſolches von groſſer Witterung/ darnach ſo ſind auch Flöſſe von allerhand Farben) alia vocatur *dilatata* quæ ſub terra latens in multum ſpatii ſe dilatat, alia eſt *cumulata* quæ nil eſt aliud quàm aliquo foſſilium genere cumulatus locus cum interſtitio *Intervenium* dicto, ceu *Agricola de Re Metall. L. III.* & ex eo per compendium *Kircherus Mund. ſubterran Lib. X. Cap. VI. pag. m. 198.* & ſuprà laudatus *Georg. Caſp. Kirchmajerus in Tract.* vom Bergwerck *C. VI.* hæc figuris eleganter illuſtrant, quorum poſterior bene quoque notat die kleinen Aederlein in denen Bergen ſo ſich von groſſen herunder ziehen / die heiß man

Geſchick-

Geſchicklein; aber die geringſten/ deren auch am meiſten gefunden werden/ heiſſen Klüfftlein. In venas haſce ut commodè Foſſores devenire poſſint *G. Agricola de Re Metallic. L. VI.* varias machinas ſiſtit, quarum tamen quædam quia incommodiores corrigi ingeniosè poterunt ex Celebr. *Lanæ Magiſt. Natur. & Art. Tom. I. p. m.* 89. prout & hoc ſiſtunt *Acta Erudit. Lipſienſ. Menſ. Jan. An.* 1685. *p m.* 34. Aliàs etiam pro Vena ſumitur omne id quod in vaſis continetur, quod nobis ipſa eſt ſubſtantia rerum foſſilium quam terræ receptacula ſuo complexu hinc inde coërcent, præſertim in Bohemiâ, Sileſiâ, Hungariâ & Tranſylvaniâ, per quorum diſtrictus concatenatum eſt naturæ dorſum metallicis principiis ſeminiis ac officinis ab initio creationis mundi perefficax Dei Fiat, Creſcite & Multiplicamini, refertiſſimum: nobis verò pro *Venis* hîc ſumuntur ductus & meatus particulariter per ipſam ſubſtantiam, ceu in Animalium & Vegetabilium corpore analogicè diſperſi, quibus materia nutritia ſuſcipitur, colatur, præparatur, ut proximè abire valeat in ipſam corporis ſubſtantiam; Tales in Mineralium corporibus admittendas eſſe ratio cum experientia facilè deteget, ut ut quoad ſenſum haud adeò ſint perceptibiles, conſiderando autem in perfectioribus ſuperfluorum ejectionem, exquiſitiſſimam materiæ nutritiæ adaptionem, fotum mineralium in terræ cavernis à calore incluſo, pororumque ſubtilium hinc apertionem majorem, tranſitumque in eos conſequenter liberiorem, facilè venas quaſdam reperiemus, imò vaſorum capillarium ad inſtar in Animalibus, etiam Venulas ex commiſſuris ſaxoſæ materiæ mineralis exortas, quas & fibras vocant, quæ conceptum humorem ſeu vaporem humeroſum itidem ac in Animalibus (ſecus ac ſentit *Kircherus*) in venas majores diffundunt, quò hinc germinatio quæpiam debitè reſultet, obſervarique poſſit Arbores minerales certo annorũ ſpatio creviſſe & augeri in multò majorem molem, ob cauſam antea dictam, non ſecus ac Vegetabiles. Talis autem germinatio conſpicua maximè eſt in Metallis, Lapidibus, ac etiam Salibus, ceu & jam ſuo ſeculo verè & eleganter hac de re *Seneca Natural. Quæſtion. Lib. III. Cap.* 15. inquiens: *Si quis venarum fibras rectius conſideraverit, is intra ſaxorum commiſſuras, non ſecus ac abſolutiſſimam arboris in varios ramos diviſam intuebitur imaginem*: ſic quoad Metalla refert *Gallois dans les Converſations Academiques tirees de l'Academie de Monſieur l'Abbe Bourdelot à Paris Part. I, pag.* 139. ſe noſſe Chymicum qui poſſideat ramuſculum auri, quem vegetare fecerit figurâ fruticis: imò alium ſibi notum qui ex projectione liquoris cujusdam ſuper lapidem vegetare eum fecerit inq; ramuſculos aſcendere. Sic & Natura vim vegetabilem exeruit in Argenti maſsâ pondere ℥xij. in qua vitem ſarmentis ſuis variè intricatum effinxit, ut ex dono Theſaurarii Regis Daniæ poſſedit *Olaus Wormius*: in Technophylacio quoque Dreſdenſi Electoris

ctoris Saxoniæ crux argentea naturalis reperitur ex minera vegetabilis ad inſtar enata; Vidi ego & meis his contrectavi manibus in Archivo Piſano Magni Ducis Hetruriæ ſummo meo cum oblectamento arbuſculam lapideam mirâ ramorum & ramuſculorum extenſione ad inſtar plantæ dotatam : Germinatio talis conſpicitur & clarè in *Corallo*, lapidum numero inſerto, qui fruticis vel arbuſculi ad inſtar rectiſſimo caudice in altum ſe ſe firmiter erigit, ceu & *Kirchero* à mercatore Arabe relatum eſt, in maris rubri fundo integras Coralliorum ſylvas reperiri, ac ſemen illa formâ coriandri vel baccæ corni, craſſæ ad inſtar pinguedinis exhibere, quod novam dein fundit coralli propaginem. Sic mirabile eſt ac curioſum ſilentioque hîc minimè prætereundum quod refert *Fr. Rueus de Gemmis Lib. I. Cap I. p m* 4. de duobus hæreditariis Adamantibus Dominæ Heverenſis è Luxemburgorum familia oriundæ, qui alios crebrò producant, ut eos quicunque ſtatis temporibus intueantur congenerem ſibi prolem eniti, palam judicent. In Salibus non tantùm concretio in cryſtallos ſed maximè germinatio quadam analogicè ſe prodit; ſic enim Nitrum murarium è lapide calcario geminare velut videtur, haud ſecus ac piloſa ſubſtantia è foliis vegetabilium, imò abſurdum adeò haud eſt dicere, *Salem* quempiam *ſerere*, dum aut cumulus terræ è qua Nitrum detractum fuit, ſub tuguriis ſervatur, vel hali Nitrum aquâ diſſolutum in cumulos terræ ſpargitur, ac haud aliter quàm ſato tritico poſt quinquennium copioſior fructus inde habetur ; ſic quoque Vitriolum in primâ è pyrite eruptione pilorum inſtar trichites vegetativumq; ſe manifeſtat, initio quidem colore albido, poſt viridi, ex debita ſcilicet maturatione ad inſtar Vegetabilium : Imò & Succi Bituminoſi ſimiles ferè reſinoſis liquoribus Vegetabilium, arguunt ejusmodi vegetationem, dum craſſiora plantarum & bituminoſa olea crebris deſtillationibus in reſinas reſolvuntur. Adſtipulatur & hiſce ingenioſiſſimus *Morhofius de Metallor. Tranſmut.* cujus verba notatu digna addere lubet : Cæterùm Vegetationem metallorum demonſtrare alicui ac ob oculos ponere poſſunt, ſi quis pertinaciter negaverit, Arbores illæ philoſophicæ ex argento vivo (vide *Regn. Veget. §. VI.*) productæ, & mirabilis illa arboris argenteæ in aquis ex eodem metallo germinatio, quæ à Sanſimonio Bruxellis injecto pulvere, quem homo Leodienſis ignotus illi dederat, peracta eſt, referente *Cl. Borrichio Lib. de ortu & progreſſu Chemiæ p.* 103. Quo colligas ſemen argentificum, aut aliquid ſemini analogum, iſto in pulvere delituiſſe. *Bartholettus Phil. & Med. Bononienſis in Encycloped. Dogmat. Hermet. p.* 128. de tali facultate metallorum germinatrice agit, eò quòd ſit & multæ ſpeculationis & utilitatis negotium chymico-phyſicum à nullo ferè hactenus propoſitum & cognitum. Germinationem ait procedere ex calido & humido ut patet

ex

ex pluvia & ſole, ex imbibitione enim pluviæ & ſolis calore terra fœcunda germinat, unde ad modum naturæ Hermetici germinare faciunt metalla, ex quorum germinibus medicamenta ſummæ admirationis parant, quæ artificioſa germinatio naturali ſimilis eſt, ſed non univoca, quia non fit ab eodem agente univoco, à facultate ſcilicet germinatrice, eſt enim potius metalli quædam elongatio à calore facta per modum fermentationis ſicut fermentum ex digeſtione creſcere ſolet; Analogia autem talis eſt, nam germinatio naturalis nil aliud eſt quàm terræ imbibitio, ſolis autem calor nil aliud quàm ſolis deſtillatio tales humiditates ſurſum attrahentis, unde Hermeticus ſimilibus imbibitionibus & deſtillationibus metallorum germinationem moliri poterit. Ad Germinationem autem talem quatuor opus: 1. Id quod germinat, quod eſt metallum quodvis excepto Mercurio vel ex metallis compoſitum Electrum. 2. Terrâ in quâ germinat, quæ philoſophica dicitur vel Regulus ſtellatus: 3. Calor ignis ut cauſa efficiens, eſtque vel actualis extrinſecus carbonum, vel potentialis intrinſecus qui in ipſâ terrâ philoſophicâ ſubjectatur & Ignis inviſibilis vel Ignis albus dicitur; 4. Humido quo mediante fit imbibitio: Ex his reſultat metallorum germinatio, quæ ut percipiatur, deſcribenda eſt *Terra philoſophica*, ℞. *Sal. comm. Antimon. Nitri, Tartar. aa.* pulveriſ. involvatur pluribus ſcartociis longitudine digiti & ſucceſſivè in crucibulum projiciantur & detonentur, donec omnia optimè fuſa ſint & in fundo crucibuli liquor transparens, ut Mercurius, appareat, hinc frigefacto crucibulo circulus albus, lucidus, ponderoſus reperitur, qui Terra philoſophica dicitur, quia in ipſâ germinant metalla; Regulus ſtellatus dicitur, quia ſi frangatur habet fibras metallicas inſtar ſtellarum; Rex ſubſidens dicitur, quia in fundo vaſis reſidet; dicitur & Mercurius coagulatus, quia eſt velut arg. vivum coagulatum. Et in hac terrâ eſt Ignis albus, inviſibilis, potentialis, & is eſt ex Antimonio, nam terra eſt ex Sale, Nitro & Tartaro. Antimonium Senenſe hîc optimum præ Hungarico & Bohemico; hinc ℞. *Auri* ℥ j. *Terræ phil.* ℥ vij. miſc. ſimul fundentur & uniantur; pro Argento, Stanno, Plumbo, Cupro ad p. j. ſume p. v. Porrò jubet *Bartholettus* factâ hâc mixtione metalli cum terra philoſ. etiam amalgamare Mercur. viv. aa. verùm ut commodius hoc ſuccedat, groſſo modo ſaltem terra conterenda eſt, hinc immittit vaſi cum collo longo vitreo, ut bene materia circuletur non ſublimetur, ſicque humidum illud Mercurii evaporare oportet in pilâ vitreâ apertâ; factâ autem evaporatione humidi excrementitii, pila vitrea ſigillo hermetico optimè claudenda & ponenda in furno clauſo caloris hypocauſti, ſic menſis ſpatio metallum ramuſculos & frutices jucundos ſurſum emittet; tandem frangitur vas & materia hæc pulveriſatur & ad ignem exponitur, ut totus Mercurius evaporet, dein aquis

E cor-

cordialibus abluitur & ſervatur. Ex hoc Pulvere germinato ſal argenti & auri,&c. extrahi poteſt. Purgat hic Pulvis blandè,deobſtruit, corroborat & in affectu hypochondriaco,hydrope,&c. ſummè prodeſt. Germinatio talis, omnium metallorum reductorum ad unam formam mixtam, dicitur Electrum, quod ita fit: ℞. *Auri* ℥ij. *Argenti* ℥ß. *Ferri* ʒiij. *Cupri* ℥ß. *Stanni* ℥j. *Plumbi* ℥ij. primò funditur plumbum, dein ſtannum, argentum, poſt ferrum quod debet eſſe limatum & mixtum aa. Mercur. ſublimat. & Nitr. ut unà fundatur, tandem funditur Aurum; Hujus *Electri* ℞. ʒj. *Terr. philoſoph.* ʒx. miſc. funde omnia, ut ſupra, & f. amalgama ut ſupra, & in reliquis procedatur ut ſupra, eodem enim modo germinabit electrum, quod in pulverem redigetur ut ſupra: Uſus in omnibus morbis. Doſis amborum gr. ij. iv. Unde & notantur pro confirmatione transmutationis metallorum loquitur *Auctor Præfat. Bibliothec. Chymic. Pariſiis editæ:* L'or pouvant donc eſtre diſſout naturellement & ſans violance par un agent qui eſt conforme à ſa nature, il eſt trés-aſſuré,que cet or qui s'eſt reincrudé & remis en ſes premiers principes s'uniſſant & s'incorporant avec le Mercure philoſ. il peut eſtre digere en peu de temps par la chaleur artificelle, & que cette chaleur eſtant plus forte, la digeſtion en ſera plus grande & ainſi l'or peut acquerir & une fixité plus grande & une Teinture plus abondante, qu'il auroit; car la chaleur artificielle qui fait cette digeſtion, eſt le meme que celle de ſoleil qui digere cette meme matiere dans les mines, & qui du Mercure en fait de l'Or. Le miroir ardent dans la Bibliothece du Roy calcine les cailloux & les briques & les vitrifie & fond les metaux & l'or meſme preſque dans un moment. L'or n'eſtant tout de meſme qu'un Mercure tres-pur coagulé & le Mercure philoſ. eſtant cette eau celeſte qui eſt la mere de l'or, ut ait Coſmopolita, dont l'or, tous les metaux & toutes les choſes ont pris leur origine. Il eſt certain, que l'or peût eſtre diſſous & reincrudé dans ce Mercure qui eſt de ſa meme nature. Et d'autant plus aiſement que ce Mercure eſt aidé de la chaleur exterieure, & qu'etant crud & indigeſt, il a une certaine acrimonie, ponticité qui ronge & qui deſtruit l'or ſans violence en ouvrant les pores de ce corps, à fin que ſa ſemence qui eſt cuite & digereé ſoit pouſſée dehors & miſe dans ſa matrice; qui eſt à l'egard de l'or comme ſuccus agreſtæ erga Vinum. La Poudre de projection n'eſtant que l'incorporation du Mercure des Philoſ. & de celuy de l'or, qui a acquis par la cuiſſon ce ſouverain degré de fixité & de ſubtilité avec une Teinture ſurabondante, jettee ſur les metaux fondus, achevé preſque en un moment ce que la Nature n'auroit fait qu'en pluſieurs années, ſi elle n'en avoit pas eſté empechée, car en ſe melant avec le Mercure des metaux qui eſt de ſa meme nature, elle en ſepare tout ce qui n'en eſt pas, la ſouphre & les terreſtreites,

Et en

Et en penetrant intimement le Mercure des metaux, elle luy communique ſa fixité & ſa teinture de l'or, mais qui ſont exaltees par la cuiſſon à un degre, beaucoup au de là de celles qui ſe trouvent dans l'or mineral. Ainſi nous avons dans le Mercure des metaux imparfaits une matiere capable de reçevoir les impreſſions, & les vertus de l'Elixir. Et partant voilà toutes les difficultes levées que l'on pourroit former contre la poſſibilité de la transmutation de la part de ces memes metaux, comme n'eſtant pas une matiere propre à la reçevoir. Par cette art poſſedoit Flammel quinze cens mille ecus de bien ce qui eſtoit extraordinaire pour ce temps. *Diction. Hiſtoriq. Moreri.* Oſtenſiones ſumptas è natura metallorum accuratè quoque ſiſtit *Carer. Quæſt. de Metall. pag.* 187. dicens : Ex artis viribus & facultate colligimus, Metalla poſſe arte fieri. Id ipſum ſatis apertè inſpiciemus, ſi ad eſſentiam & conditionem metallorum convertemur, Metalla enim ſunt corpora conſimilium partium, quæ ſatis proximè ex primis principiis pendent, & ex primâ elementorum compoſitione conſurgunt, propterea ſatis ſunt ſimplicia, nec tot includunt compoſitiones & materiæ gradus, quot animalia & plantæ, ex quo colligere valemus eorum generationem ſatis eſſe facilem, difficiliorem autem eſſe illam Animalium & Plantarum, quare ſi arte fiunt Animalia & Plantæ, ut fieri compertum eſt, longè facilius fieri poterunt Metalla : Præterea ſententia eſt Ariſtotelis in ſecundo libro de Gen. & Interitu Elementa per unam qualitatem convenientia facilius inter ſe permutari, Metalla inter ſe valde conveniunt, & ſatis conſimilis ſunt Naturæ, quare facilè erit ea inter ſe permutare, & præſertim quia inſpicimus, nedum ſimilia, verùm etiam contraria inter ſe frequenter permutari, ut ligna viridia in carbonem, & aquam in ignem. His accedit, quòd ratio ob quam corpora varia inter ſe permutantur eſt communis eorum materia, niſi enim in materia convenirent, nec viciſſim agerent, nec permutarentur, ut dicitur in primo de Gen. & Inter. cont. 43. Metalla nedum in prima, verùm etiam in proxima materia, quæ eſt humida exhalatio, conveniunt, quare cùm ſint valde ſimplicia, ſummopere conſimilia, & in proxima materia conveniant, inter ſe permutari facilè poterunt : Quæ omnia confirmantur, quia procul dubio non eſt magis abſurdum ex uno metallo fieri aliud deſtructa forma unius, & genita ea alterius, quam ex parte tauri vel leporis vel piſcis fieri partem hominis, ſumpto ab Arte Coquinaria principio, & per coctionem in ventriculo & vaſis elaboratam facta converſione, cum autem hoc quotidie fieri ſine admiratione intueamur, cur inficiabimur metalla magis inter ſe convenientia viciſſim Arte mutari poſſe ? Præterea omne non exactè coctum natum coqui, omneque impurum natum expurgari purumque reddi, poteſt munere Artis coqui & expurgari, habet enim

Ars facultatem & inſtrumenta expurgandi & coquendi, at metallorum quædam ſunt imperfecta non pura non exactè cocta, ut Jupiter & Saturnus: Alia impura tantùm, ut Venus & Mars, quæ tamen ſunt nata perfici coqui & expurgari, quare poterunt Arte coqui & exactè expurgari, Metallum autem exactè coctum & purum, vel eſt Aurum vel Argentum, quare ars Naturam ſequens, eam perficiens, finemque exactiſſimè quærens, principia hæc à natura recipiens, valebit auxilio ignis, cæterorumque inſtrumentorum metalla perficere, ac verum argentum & aurum efficere: Ex his itaque patet, Naturam & conditionem metallorum ne dum Alchymiæ non eſſe adverſam, verùm potiùs maximè eſſe accommodatam mutuæ permutationi efficiendæ per artem. Porrò Poſſibilitas Transmutationis metallicæ variis probatur rationibus & exemplis. Croci exigua pars mille vel amplius partes aquæ flavo colore tingit, cur hinc non etiam Aurum corpus compactiſſimum quod malleo adeo dilatari & extendi poteſt, ut in bracteas cuſum argenteum cylindrum inauratum continuò filum tot ulnas longum itidem inauratum præbeat; Hinc quid non faciet Aurum in naturam centies vel millies ſubtiliorem redactum? quærit *Morhofius de Tranſmut. pag.97.* ſed arcanior iſta ſcientia, ait idem in *Polyhiſtor. p. 119.* in omnibus penè gentibus à Sapientioribus quibuſdam cuſtodita eſt, ne in vulgus efferretur: Huc omnis illa mythologia, omnium Ægyptiorum hieroglyphica tendunt, his enim involucris divini illi theſauri teguntur. Hinc ait *p.143.* Imaginum hieroglypticarum per varia Orbis Europæi monaſteria, templa, magna eſt copia. Illaque fabularum harmonia ejus probat antiquitatem, imò *Tollio* teſte *in Fort. p.16.* ex charitate Chriſtianâ Ægyptii & Pythagorici illam detexerunt, haud ſecus ac perſecutionibus, ævo ſcilicet Diocletiani, pluribus innotuit. Dein non eſt adeo abſurdum dari poſſe naturas ſummè humidas ſummeque flatulentas, quæ fortaſſis arte Chymicâ ſecretiore ita præparari poſſunt, ut fermentum aliquod magnæ maſsæ elementari præſtare queant: atque hæ aliquo ſubjecto naturali concludi poſſunt aliis quibuſdam appoſitis eliciendæ. Multæ latent in corporibus affectiones mirabiles quæ non niſi per συζυγίαν inde educuntur: Acus ferrea ſe ad Septentrionem convertit, ſed tum demum ſi magnete illinatur: Sic effervescunt ſalium & ſulphurum miſtiones, ſic habetur pulvis pyrius, lacus lapido injecto commoti tempeſtates cient: Sic narratum *Morhofio*, Italum ab Hungaro edoctum procellas cùm vellet excitaſſe. Hinc ait *cit. Morhofius p* 128. Quòd ſi ergo ſpirituoſa quædam talis ſubſtantia in natura latitat, quid vetat illam vaſe per artificium concludere & fermenti inſtar in aërem immittere? Hoc verò ſi hìc procedet, procedet etiam ſimile quid in Metallis. Sic quod in plurimis locis uno tempore viſus ſit *Apollonius*, *Trithemius Abbas in Mſ.* quod vidit

Morhofius

Morboſius, arcano ſummo Phyſico, ſed in cœleſtem planè naturam redacto adſcribit, fieriq; talem translationem corporum poſſe infert. Vid. *Thuan. P. I. L. 5. p.* 453. Solvi autem Aurum radicaliter oculatis teſtis ad *Geſnerum* ſcripſit *in Euonym. p.* 221. atque inde in liquorem aureum, qui chartam, lanam, aliaque ita penetrat, ut minima guttula aliquot folia in Pindaro Græco penetrarit: Alchymiſtæ ſcil. Aurum macerando, deſtillando, putrefaciendo, ſolvendo, deſiccando in pulverem redactum habuerunt, qui in loco humido in Oleum colliqueſcebat, quod aquæ ſuæ innatat, velut puriſſima nebula imbrifera: Veræ ſolutionis indicium eſt albus auri ſoluti calor: Lento verò colore illi uſi ſunt per 18. hebdom. Plura vid. apud *Blavvenſtein* contra *Kircher.* ubi quoad infinitam ferè Lapidis tingendi vim ſimilia adducit pulveris pyrii & veneni ſerpentis, quorum ille accenderetur, ſi maſſa tam grandis eſſet ac tota terra & hoc Atlantem in totum inficeret. Quare, ait, ad tantam perfectionem aliqua Tinctura reduci non poſſet, ut ſemper & ſemper magis & magis tingeret, ſi ſemper additione ſui principii intenſivè intenderetur? Et cur quam ſuperabundanter habet Tincturam metallis, quæ ex hoc principio in gradu remiſſiore ſunt plaſmata communicare nequiret, modò metalla ad illam recipiendam eſſent diſpoſita? Et ſi, experientiâ teſte, *Kirchero*que referente in tantam Aurum redigatur raritatem ab ipſa natura ut in exhalationem & ſpiritum quaſi abiens filamentorum more lignorum medullis, acinis uvarum, &c. ſe inſinuans ibidem vi aſtrorum condenſatum verum Aurum manifeſtat; quid mirum, ſi Lapis Phil. in perfectione tingendi abſolutus in minimâ quantitate in igne ſuper aliud metallum purificatum projectus, ſe tanquam ſpiritus extendat & certam metalli quantitatem pervadendo, quaſi fulminando, in majorem fixitatem & citrinum colorem perducat? Et quia Tinctura pro ſummâ ſuâ puritate ſubtilitateque ſanguinem noſtrum non modo ſaniſſimum reddit, ſed & ita efficacem ut eadem facilitate quâ nutrit diverſas partes etiam ſanet, unaquæque etiam ſibi congruum & aptum hinc remedium pariter & alimentum recipiet. Sanguis verò & Tinctura etiam cognatis conſtant principiis. Calculum inſuper his addit anonymus ille ſcriptor elegantiſſimus ſub nomine, *Spes mea eſt in agno* ſeu *Eſpagneti* (è quo anonymus recentior ſub nomine Philalethæ latitans multa deprompſit in ſuo Introitu ad occultum Regis Palatium) latitans *in Enchirid. Phyſ. reſtit.* §. *CLV. pag. m.* 111. tum etiam *Gerhardus Philoſ. & Med. Tubingenſis, in Quæſt. Phyſ. Chym. pag. m.* 93. prioris egregia verba velut in ſummam colligunt hactenus à nobis ſtabilita: *Mineralia ſimpliciter exiſtere nec vivere creduntur, licèt metalla ex mineralibus præcipuâ vitâ quodammodo prædita dici poſſint: tum quia in ipſorum generatione fit quaſi coitus & duplicis ſeminis maſculini & fœminini, Sulphuris ſcilicet & Mercurii commixtio, quæ duo per*

E 3 *longam*

longam & multiplicem circulationem rotata, purgata, Sale Naturæ condita ac fermentata, ac in vapore ſubtiliſsimo perfectè mixta, in limum & mollem maſſam ſpiritu ſulphuris Mercurium paulatim congelante, formantur, moles autem illa tandem concreſcit & in corpus metallicum roboratur. Tum etiam quia metalla perfecta, perfectum vitæ principium in ſe recondunt, Ignem videlicet inſitum cœlitus infuſum, qui ſub duro metalli cortice hebes factus, motus expers & velut theſaurus incantatus latet, donec ſolutione philoſophicâ & ſubtili artificis ingenio libertatem conſequutus, ſpiritum ſubtilem & cœleſtem animam per vegetationis motum potenter explicet tandemque in ſummam artis & naturæ perfectionem exaltetur; poſterior quoque notanter ait: *In mineris metalla habent vegetativam actu: extra mineras retinent eam potentiâ, deinde ope artificis per Mercurium vegetabilem & alios conſimiles rurſus reducitur in actum, ex quo ſequitur multiplicatio.* Si quis autem adhuc verbo vitæ offendatur, ei ad prædictorum ſaniorem verborum intelligentiam (ut ſcilicet analogicè ſaltem vita mineralibus attribuatur) præprimis illuſtrandam verba afferimus *Gaſtonis Clavei in Apolog. Argyrop. & Chryſopœiæ ſub finem p. m. 89.* Stirpium & Animalium ortus, ait, à cauſâ efficiente inſitâ proficiſcitur, quæ nec eſt in poteſtate artis nec ejus ope indiget; Mineralium verò miſtio à cauſa efficiente prodit, calore ſcilicet & frigore in humidum & ſiccum agentibus, ſi Ariſtoteli credimus: Hæc cùm ſint inanima pulſu externo agitari oportere: cauſam autem hanc externam in artis poteſtate eſſe: vim inſitam & prolificam ſemini plantarum & animalium infundere non artis quidem, ſed ſolius naturæ eſſe munus: At materiam metallorum imperfectè miſtorum reſolvere, & ad materiam Argento & Auro proximam reducere, eamque & Argentum vivum vulgare perficere, non ſolùm naturæ in mineris terræ, ſed & extra eas opus eſſe artis impellentis cauſas naturales, ut agant in ſubjectam materiam. Formas eorundem metallorum ex perpeſſione materiæ & corporeis affectibus magis quàm ab actionibus judicari. Eoſdem affectus & proportionem Argenti & Auri in materia illis proxima ſola miſtione accerſiri. Quibus quæſitis & comparatis in eandem materiam proximam ſtatim argenteam aut auream formam à cauſa efficiente proſilire. Argentum & Aurum, præcipuè verò Aurum finem eſſe naturæ metallicæ miſtionis. Vitrum verò finem eſſe omnium corporum naturalium, quæ corrumpuntur, & horum materiam tandem in vitrum miſceri. Hujus ſcilicet & illius vitri & Auri miſtionem ab igne eſſe indiſſolubilem. Metalla autem omnia & Argentum vivum ad hanc Auri miſtionem arte reduci per cauſas naturales, & hinc formam naturalem & ſubſtantialem auream in materia oriri. Materiam proximam unicuiq; corpori non corrumpi ſed perfici. Quæ miſta ſunt corpora, ſi rurſus miſceantur, perfectiora & nobiliora eſſe, quàm quæ primo ex quatuor rerum primordiis, ſcil. Elementis concrevere.

APPEN-

APPENDIX
AD
SECT. I.

ART. I.
De artificiali Mineralium productione.

LApidis Philoſophici exiſtentiam neminem ſanæ mentis negare eamque aſſerere ex profeſſo *Mich. Meyerum, Dan. Morhofium, Caſpar. Cramerum, Joh. Arndium, Val. Weigelium, Joh. Gerhardi & Joh. Adamum Oſiandrum*, doctè aſſerit *Excell. Dn. Lud. Hannemannus Dec. II. Vol. V. Ephem. Curioſ. pag.* 233. inter cujus poſſeſſorum numerum cùm referat Theologos, minimè mirum obvenit *Doctiſſ. Morhofio*, ceu cui *in Polyhiſt. p.* 209. non ignotum eſt, perpetuum myſticæ Theologiæ cum arcaniori ſcientiâ naturali ab ejus Doctoribua ſtatui conſenſum, & non tam ſuperſtitionis quàm abſconditæ pietatis argumentum eſſe eorum qui arcanis rerum naturalium quaſi typis quibusdam rerum Divinarum myſteria adumbrari ſentiunt, quod multis ad Chriſtianiſmi ſacra amplectenda profuit. Tractatuum verò Lapidis Phyſici compoſitionem docentium ingentem eſſe numerum nemo negaverit, principaliores verò qui dilucidè magis illum detegunt, hactenus delituiſſe itidem in confeſſo eſt, ſic namque refert *Watſon Theatr. variar. rer.* in Bibliothecâ ſuâ adſervari manuſcripta de eodem, quæ aliquando in lucem edere animo conſtituerit. Nos cùm inſigne ejusmodi Manuſcriptum tineis & blattis ſurripuerimus, ex eo breve aliquod Compendium de Lapide Philoſophorum illuſtri Philoſopho *Arnoldo Villanovano* (de quo ipſius coætaneus *Johannes Andreas JC, in addit. de ſpeculat. tit. de Crimine falſi* refert ; Noſtris diebus habuimus *Magiſtrum Arnoldum de Villâ Novâ in curiâ Romanâ ſummum Medicum & Theologum*, qui & magnus Alchimiſta virgulas auri, quas faciebat, conſentiebat omni probationi ſubmitti) attributum, quod hactenus lucem non vidit, hic Lectori benevolo ſiſtimus, ceu quod apertè ſatis & dilucidè artem detegit & cum manuductione ad cœlum Chymicum *Candidiſſimi Tollii* penitus concordat. O Fratres Chariſſimi, incipit, ſi eſtis Filii hujus „ artis divinæ, oportet Vos ab omni errore & omni erroris viâ declinare, no- „ tate ergo, quòd in tribus conſiſtit Lapis Philoſophorum & verum Elixir, „ ſcilicet ex Lapide Lunari, in quo eſt Sulphur album, ex Lapide ſolari, in quo „

eſt

eſt Sulphur rubeum, & ex Lapide Mercuriali. O Fratres mei, notate verba; quia ex ſummi Artificis operibus, omnipotentis Dei, ars noſtra Divina extrahitur: quoniam ſummus Deus creavit corpus humanum commixtibile ſive diſſolubile & ei de ſpiritu animali infundere dignatus eſt, hoc eſt in quo conſiſtit ratio atque vita. Et cùm hoc corpus ſit corruptibile & ægrotum perpetuari & glorificari non valet, niſi omnia infecta ejusdem corporis ſeparentur ab eodem ad tempus, corpusque ſepeliatur mortuum & penitus diſſolvatur, putreſcat & incineretur, deinde virtute Dei ſibi reſtituatur vita & ſua anima de novo introducatur in illud & fiat reſurrectio quam ſequitur vita immortalis. Eodem modo in arte noſtrâ Divinâ eſt intelligendum. Ergo qui ſcit mortificare & poſt mortem vivificare & ſcit animam extrahere à corpore ut vivus moriatur & mortuus reſurgat ſepties moriendo & ſepties reſurgendo, erit Rex divitiarum (*a*): Quia ſi vivus conjungitur corpori Solis vel Lunæ, tunc primò ipſe vivus moritur, hoc eſt, per longam decoctionem anima moritur, id eſt Mercurius vivus qui fuit cum corpore naturaliter congelatus unit ſe cum ſpiritu exteriore, id eſt cum Mercurio: qui conjunctus amalgamando cum corpore mortificat corpus, extrahendo animam ejus: qui Spiritus fuit aliqualiter cum corpore, mortificatus; & ſic Mercurius corporis oritur & vivificatur cum Mercurio vivo: Compoſita ambo, ſcilicet ſpiritus & anima à mercurio extrahuntur per ſublimationem, & corpus remanet mortuum quaſi cinis: deinde anima & ſpiritus debent reddi corpori, & corpus debet reſuſcitari, & ſpiritus & anima debent in corpore mortuo pręparato univerſali conjungi unione (*b*): Quamobrem à Philoſophis dicitur, Qui mecum oritur, mecum moritur, item, Draco non moritur niſi cum fratre ſuo (id eſt Mercurius cum Auro

(a) *Helmont. Tr. Demonſtr. Theſ. p. 667.* ait, Per renaſcentiam totum hominem fieri ſpiritum. *& p. 671.* Etſi ſymbolum unionis cum Deo per euchariſtiam ſit prorſus inſcrutabile ejusdemque fructus ſint nobis inviſibiles; attamen myſtica atque realis renaſcentia cenſetur in ſermone ad Nicodemum adhuc terrena, ac tanquam naturalis; quo titulo ſane inter phyſicas conſiderationes hanc puritatis dotem gratuitam tranſtulit; ut ſcilicet ſub doctrina de Vitâ longâ etiam loquar de immortali, quatenus à veris Chriſtianis intelligitur & in verum uſum actualiter deducitur: Contemplor nempe ſalvandorum regenerationem vitæque participationem in communione Euchariſtiæ contingere & cenſeri inter terrena eò quòd alibi in terrenis quippiam ſibi ſimile offenditur; perinde propemodum ac in projectione lapidis chryſopœi (quem ſe vidiſſe & projectionem inſtituiſſe ibi narrat) ſi nempe modo juſtus fervor fidelium adfuerit, tantillum hujus myſtici & divini panis ſupercœleſtis regenerat, reſtaurat atque innovat immenſum electorum numerum. Qui ſanè ſcopus unicus fuit tanti ſacramenti, &c. Vide & *Tr. Vita ætern. p. 742.*

(b) *Eraſm. in Encom. Mor. p. m. 233.* quærit: Et quænam futura eſt illa cœlitum vita, ad quam piæ mentes tanto ſtudio ſuſpirant? Nempe ſpiritus abſorbebit corpus utpote victor atque fortior.

vel

vel Argento) interficiatur. Et quia ſpiritus eſt animæ locus, ideo in aquâ id eſt, Mercurio extrahitur anima à corpore ſuo; & Anima eſt tinctura ſoluta in ſpiritu, qui eſt aqua permanens & dirigitur in forma fugitivi: & quando aliquis ad hunc factum pervenit, jam ditatus eſt. Unde ſi ſciveritis ponere terram in aquam, & aquam in aërem, & aërem in ignem, & ignem in terram cum debitâ proportione ponderis, ad omnia ſecreta artis noſtræ Divinæ pervenietis ſine dubio. Item ſcias, quòd Lapis noſter reſolutus tranſit in terram, & terra rarefacta tranſit in aquam, & aqua depurata tranſit in aërem, & aër attenuatus tranſit in ignem; & ignis inſpiſſatus tranſit in aërem, & aër attenuatus tranſit in ignem, & aër denſatus in aquam, & aqua congelata in terram, & terra compacta in Lapidem (*a*); conclude ergo quod duo ſunt principalia exordia quibus utimur ſcilicet in *maſculinum* & *fœmininum* (*b*), in quibus quatuor elementa conjunguntur, unde ſcias quòd hic mas & hęc fœmina comuniter Lapidem noſtrum gignunt. Et Sulphur quamvis ſit maſculus, in hoc loco, albedinis naturâ velante, muliebrem ſuſcipit formam & patitur, ergo ſi Philoſophus es, noſti quòd in eo occultum eſt ſulphur noſtrum, quod de ære noſtro extrahimus dealbato, quod eſt noſtrum Arſenicum ſublimatum: Hæc igitur eſt filia Sulphuris & uxor & vixipera, quæ maritum ſuum interficit, & ipſum in ſuo ventre recludit. Effodiatur ergo illi ſepulcrum & ſepeliatur mulier cum viro mortuo in fimo equino quouſque ſponte conjungantur; hujus Fimi equini decoctio eſt apud Philoſophos obſcura transfiguratio, quæ non pervenit ad artificem duræ cervicis, cujus fimi equini figuram & intellectum ſi enucleaveris, inter Philoſophos non immeritò computari mereberis: Et dico quòd illius mulieris venter plenus eſt veneno; venenum voco non ſulphur agens ſed ſulphur patiens, quod primo ſuccumbit, quod uxoris formam ſuſcipit, deinde fit mas; & tum complentur verba Philoſophi: Natura naturam

(a) *In Turb. Philoſ. p. m. 185. Zeno* dicit, Mercurium in initio operis vocari Aquam, dein apparente nigredine Terram; deinde eo ſublimato Aërem; deinde rubificato eo (debet autem aër per ſe coqui donec rubeat) Ignis.

(b) Noſtra ſolutio eſt ut tradas Gabricum Beyæ in conjugium; Eo ſanè cum Beyâ concumbente ſtatim moritur & in ſuam transfertur naturam; dein tranſactis diebus multis adſcendit ſuper Beyam, transferens ipſam in corpus ſuum; Et quamvis Beya ſit fœmina, Gabricum tamen emendat eò quod ex ipſa eſt; Et quamvis Gabricus ſit charior Beyâ, ſcimus tamen quòd non ſit abſque eâ, eò quod nulla generatio eſt congrua niſi ex maſculo & fœminâ; Conjuge ergo ſervum noſtrum rubeum ſorori ſuæ odoriferæ & inter ſe gignent filium, &c.

Candida ſi rubeo mulier, ſit nupta marito,
Mox complexantur complexaque copulantur.
Per ſe ſolvuntur, per ſe quoque conficiuntur,
Vt duo qui fuerant, unum quaſi corpore fiant.

continet, Natura naturam ſuperat, & eâ gaudet in æternum : Et hoc eleganter manifeſtat *Morienus Romanus* ubi reprehendit errantes, dicens : Ad effectum hujus artis non pervenietis quouſque Sol & Luna (ſcilicet philoſophica) in unum corpus redigantur : Nonne ſcis quod Lapis noſter caret ſimili in terra, & quod dicitur Terra, ne credas quod ego dicam de terrâ vulgari, ſed de terrâ noſtrâ Philoſophicâ. Eſt autem hic Lapis noſter aureus intrinſecus, & argenteus extrinſecus : cùm autem alteratur, fit corpus ejus nigrum & tenebroſum ut carbo : Spiritus autem ab eo ablatus eſt liquidus & albus ut aqua; Color verò animæ ejus eſt rubeus : Quibus ipſi corpori purificato redditis, tale corpus vivit & lætatur, quare videbitis eum ridentem, quia mortui cum reſurgunt, ſunt perpetui; Et hoc non eſt aliud niſi ſpiritus ſulphuris quem extraximus à ſuo corpore & iterum ſibi reddidimus in reſurrectione, Salem & Sulphur naturæ nuncupantes. Hucuſque *Arnoldus*. Sal nimirum metallorum eſt Lapis Philoſophorum & hic non niſi aqua eſt congelata in auro & argento, nimirum ut *Agricola* minor docet, recipienda Lilia duo, album & rubrum (*a*), quæ vaſi incluſa locanda in vaporarium lene ut Lilium album ſe expandat & in ſe ſuſcipiat rubrum, quia verò hoc naturæ eſt igneæ, odorem ſuum Sulphureo-balſamicum in frigidum album lilium extendit, ut mutuò invicem certent ob contrarias qualitates, quò fit ut creſcant ambo in cœlum, repellantur verò deorſum à ventis in terram : atque hoc aliquoties reiteratis vicibus (coquatur ergo iterum, inquit *Aſtratus in Turbâ*, & non tædeat vos decoctionis, poſteà aperiatur vas & nigredo invenietur, quâ abſumptâ apparebit albedo nobiliſſima) donec à labore adſcenſionis & deſcenſionis feſſi delaſſati in terrâ quieſcant & in æternum commixti maneant. Nimirum ex duabus rebus fit una res, dum in minimis ſuis partibus ita miſcentur (*b*), ut nunquam à ſe invicem

(*a*) Mercurius vitæ *Parac.* & Tinctura Lili ſunt ſynonyma. *Helmont. Poteſt. Medic.* §. 44. *pag. m.* 480.

(*b*) Exemplar cohæſionis indiſſolubilis duarum rerum ex quibus fit una res eſt quoq; ſolutio cretæ, calcis, &c. in ſpiritu nitri, ſalis, &c. unde abſtrahitur primùm phlegma & deinde in arenâ ſpiritus quotquot illorum elici poſſunt; hinc ſi aëri exponatur hoc corpus ab humiditate ſolvetur ut alcali craſſius; poſteà autem omni adhibitâ diligentiâ hoc ſal à ſuâ terreſtreitate nec per ignem nec per aquam ſeparari poterit, hæc enim terra mortua ſal, quod ei deerat, & ſal illud terram quâ deſtituebatur, conſequebatur, unde fit, ut poſteà tam arctè ſibi mutuò inhæreat, ut penitus denuò nullatenus ſeparari poſſint & facilius in vitrum convertantur, quam ſal ſuum deſerant. Id quod Chymico, præſertim in hiſce probè attendendum. Quare & poſt facta plurima experimenta concluſit *Kunckelius Obſerv. Chym. p.* 123 : Corpora juncta corporibus nequaquam generare nec propagare, verùm ſpirituali quodam modo propagationem fieri debere & uni demi aliquid, alteri verò addi poſſe. Imò inde quoque idem docet, per ſalia vegetabilia certâ ratione idem illud effici poſſe, quod per ſalia mineralia, imò hæc nullum aliud ſal habere quàm ipſam vegetabilia, excepto vitriolo.

divelli

divelli poſſint; conjunctione verò in fixitatem factâ rurſus ſolvatur, idque toties fiat, donec in medicinam abeat, quæ fundi poſſit tam facilè ac cera, & clara ſubtilis, compacta, ponderoſa ſit, ut cùm ſuper ignem ponitur inſtar metalli liqueſcat, & priuſquam mercurius vulgaris avolet, ſe cum illo & cum omnibus metallis imperfectis per minimas partes (ſequeſtrando partes ſulphureas combuſtibiles) conjungat, & illa adeo penetret acſi de illorum ſubſtantiâ eſſet, & quæ poſtquam una res facta ſunt, nullâ penitus arte ab iis ſeparari poſſit ob convenientiam, per quam ſerratura aperitur per ingreſſionem unius naturæ mercurialis in aliam: Aurum ſcilicet vel Argentum quæ metallorum perfectiſſimè miſta ſunt, nullis facultatibus agentibus ſed ſolùm perpetiendi potentiâ ſunt prædita & hinc penitus incapacia quæ per ſe imperfectam miſtionem reliquorum metallorum perficere poſſint, Tinctura verò ex iis ope mercurii ſophici elicita & agendi & patiendi potentiâ pollet, unde imperfectam miſtionem metallorum cupellam minimè ſuſtinentium perficit; ratio autem cur Tinctura perfectiori miſtione & facultate ſit prædita, fluit ex antedictis, quòd ſcilicet elementa corporum miſtorum præcipuè durioris compagis (particulis ſibi valde incumbentibus unde malleo adeo dilatari & extendi poſſunt Aurum & Argentum ut ex drachmâ unâ Caſellis in Principis Mauritii Theſauro rerum naturalium equus fabricatus videatur omnibus lineamentis vivum æmulans) dum denuo miſcentur, multò nobiliora & ſubtiliora evadant, id quod fit, juxta *Philaletham ſuper Riplæi Portas* alioſque, ſolvendo & coagulando, aperiendo & claudendo, volatiliſando & figendo, molle durum & durum molle efficiendo, quouſque ſpiritus corpus (a) & corpus ſpiritus fiat, non negligendo monitum Philoſophi: *Operatio tua eſt iteratio, & in ſale eſt tinctura verax ſine mendacio*: Aurum ſcilicet penitus apertum eſſe debet & calcinatum, ut dein intra poros ſuos novum mercurium ex fixatione recipiat, qui ſi ſufficienti copiâ fixatus ſe immiſceat partibus auri calcinatis & ſublimatis, ob ſalis unà ingeſti copiam, fuſionem facilem facit: atque hoc eſt quod inquit *Baſilius Valentinus in Præf. Clav.* Pernix avis de meridie potenti feræ de Oriente cor ex pectore eruit; Mercurius ſcilicet eſt qui aurum à naturâ metallicâ malleabili deſtruit & in nobiliorem formam deducit, unde elegantiſſimè *Avicenna in emblemate*: *Aquila volans per aërem & Bufo gradiens ſuper*

(a) Eſt ergo, ait *Holland. Oper. Miner. p.380.* Lapis ſimul ſpiritus & corpus, ignem ferens ob ſoliditatem, ita ut partes lapidis in unum compactæ ſint; quò enim res eſt purior & ſubtilior, eò partes ſubtiles & puræ firmius coëunt ac comprimuntur in unum ac gravioris ſunt ponderis. Cumque lapis noſter apertus eſt ac reſeratus aquâ noſtrâ ardenti, partes ejus compactas reſerat, atque ut attollantur, atque inflentur facit in morem ſpongiæ.

terram eſt Magiſterium, quale ſymbolum Philoſophicum & hieroglyphicum inſigne *Rudolphus II. Imperator*, Medicinæ Chymicæ amantiſſimus, ob ſingulares cauſas clypeo *Michaëlis Meyeri*, qui ſcilicet Adeptus erat, unà cum duplici galeâ ſuperimpoſitâ inſculptum voluit, conceſſis inſuper Privilegiis Palatinatûs, ut vocant & exemptionis fori Privilegiis, uti præter *Excellentiſſ. Hannemannum Miſcell. Curioſ. Dec. II. Ann. V. Obſerv.* 114. notat ipſe *Meyerus Hieroglyphic. Ægyptio Græc. p.* 240. Aquila ſcilicet notat Lunam philoſophicam vel potius ex affinitate aquam, quæ, ut pennæ aquilæ aurum facilè aſſumunt ſi deaurentur, ita facilè quoque fit aurea (ſi nimirum ſuperinjiciatur auro in cupellâ fluido) materia, ſcilicet hæc fugax & volatilis inſtar aquilæ ad nubes ipſas evolat & ſolis radios in oculos immittit, uti doctè *cit. Meyerus in Symbol. aur. Menſ. p.* 199. quia ſcilicet ſoli amicatur & ejus lumen diligit, & aurum ex mercurio ortum eſt, cujus aquila hæc philoſophica eſt particeps: Quare etiam inde aurum non ſaltem mathematicè & per contiguas partes cum ipſis miſcetur, ſed etiam prægreſsâ alteratione debitâ per partes continuas, inducto in extenſos poros dilatati auri fixo hocce ſpiritu, idque eò fortius & nobilius quo ſæpius hæc aquila nidum ſuum involaverit, & denuò evolaverit. Bufo quid inde indicet etiam facilè conſtabit, Terram ſcilicet philoſophicam, ceu quæ volare neſcit, ut naturæ fixæ & firmæ, cui veluti baſi & fundamento domus aureola ſuperædificatur, unde *Kunckelius Obſerv. Chym. p.* 26. Fixa & Volatilia non differunt niſi ratione conſiſtentiæ & prout plus vel minus terræ habent, & alibi, eò redigenda Terra in auro, quæ alba eſt & vitrum lacteum præbet, ut ſpirituali quodam modo ingreſſum obtineat, & aliis quidpiam communicare poſſit. Quare juxta *Gummertum de Nitro ſeu ſang. Nat.* alæ hujus aquilæ ſolius ſolem inſpicientis comburendæ ſunt & figendæ, Dianaque noſtra candida ita in ſudorem diſponenda ut tandem penitus ſanguinea evadat. Ne verò fabuloſa hæc eſſe quis ſibi imaginatur, & doctrinam hanc ſine cognitione materiæ proximæ & cauſæ efficientis fundatam eſſe, en conteſtationem *Auctoris vetuſtiſſimi duelli Lapidis cum auro & mercurio vulgi*: Per Deum omnipotentem, nec non animæ meæ ſalutem notum facio Indagatoribus hujus artis excellentiſſimæ, ex fideli mente & commiſeratione diuturæ inveſtigationis, quòd totum opus noſtrum ſit ſaltem ex una re, in ſeipſo perficiatur, nec plus neceſſe habeat quàm ſolutionem & reinſpiſſationem, idque fieri debet ſine ullâ re alienâ ſicut glacies in ſicco vaſe ſuper ignem collocata, in calore aqua fit: ita etiam Lapis noſter non pluris indiget quàm auxilii artificis per ejus manualem operationem nec non ignis naturalis, per ſe ſolùm enim hoc non poteſt quamvis æternùm jaceret in terrâ, quocirca juvandus eſt, minimè ta-

men

men res peregrinas & contrarias ei adhibendo, ſed potius ut Frumentum (*a*) in campis à Deo nobis datur nosque id molere & pinſere oportet ut panis fiat, ſic & hîc, Deus creavit nobis hoc æs quod tantùm recipimus, ejus corpus crudum & craſſum deſtruimus, nucleum bonum interiorem colligimus, ſuperfluum removemus & ex veneno medicinam paramus : Solutio ſcilicet fit in proprio ſanguine, dum extrahitur aqua à terrâ & iterum ſuper terram demittitur; Hæc autem ſolutio corporis & coagulatio licèt duo ſint, unam tantùm habent operationem, quia ſpiritus non coagulatur niſi cum ſolutione corporis, nec corpus diſſolvitur niſi cum coagulatione ſpiritus ſic ut corpus ſimiliter ſpirituale fiat, ſpiritus autem à corpore alteretur & coloretur, ſpirituique color tingens & contra ignem conſtans miſceatur : hoc autem in negotio monitum Turbæ Philoſophorum (quam à Comite Bernhardo collectam eſſe dicit *Theobald. ab Hoghelande de difficult. Alchem. Tom. I. Theatr. Chym. p.* 147. ubi etiam Impreſſori Turbæ Philoſ. Petro Pernæ Baſilienſi ejusque Succeſſoribus optima quæque adprecari *pag.* 142. legere eſt) coquendum ſcilicet continuè eſſe, iterum coquendum, quouſque aurum ab aqua permanente admixta in ſingulis ſuis particulis dirutum, confractũ & in cinerem converſum ſit, nimir. aurum tam ſolidæ compagis non tam facilè ſolvitur, ſed continuò ſæpiusque, imò ſæpiſſimè, aqua ſuâ perfundendum & abluendum eſt; ſicut enim, ait *Laurentius Ventura Venetus*, aqua non ſubitò ſed paulatim à terrâ aſcendit & ſecum animam extrahit, ita etiam non non ſubitò ſed paulatim ſuper terram reducitur, quia non ſimul tota cum terrâ ſuâ coagulatur & deſiccatur, ſed per partes, ita quòd aquæ qualitas magis magisque per tempora diminuatur, quouſque tota deſiccetur, ut in pulverem convertatur. Quæ verò ab ejusmodi diruptione corporis ſeu terrenarum partium dilaceratione & diviſione phænomena emergant, vel ſola Plumbi calcinatio & vitrificatio monſtrat, dum ex atomorum inverſione & luminis reflexione modificatâ varii Colores conſpiciuntur; pariter namque hoc in opere ſigna mortis & putrefactionis, & vitæ ſeu reſurrectionis ſe produnt; illius quidem color niger, odor fœtidus & ſubtilitas pulveris; hujus verò color albus ad modum marmoris relucentis & ſalis albiſſimi, & odoris ſuavis: Odor ſuavis, ait doctiſſimè *in Fortuit. Tollius p.* 188. inſtar aromatum Arabiæ felicis in hoc opere, à miſellis deſtillatoribus expectatur in aludelibus, in quibus neſcio quas terras virgineas digerunt, ſed credant hi

(*a*) De Cerere ferunt quòd primitus illa docuerit homines frumentum ſerere, terere & in panem pinſere, dum primitus iſti glandibus quercuum & pyris ſylveſtr. ſaltem veſcerentur, ſic ergo pariter ars & vitæ melioris ſuſtentationi & commoditatibus & mediis hæcce commodius obtinendis ſubvenit.

boni Viri, nunquam ſe reperturos hunc odorem quamdiu utentur vitris circulatoriis; circulatio hæc interna eſt in ipsâ materiâ & odor ſuavis veris Chymicis eſt, abolitâ immundi Sulphuris corrodente malignitate, depurati Mercurii Philoſophici vis penetrativa. Alborem (*a*) quod attinet, ne quid impoſſibile eſſe quis exiſtimet aurum fulvo colore ſuperbiens albâ veſte indui poſſe, teſtimonium adducemus tum *Doctiſſimi Georgii Hieronymi Welſchii Hecatoſt. Obſerv. Med.* II. 74. tum *Geſneri in Euonymo p.* 221. prior ait *p.* 45. Cùm multa ex argento medicamenta ad Epilepſiam vulgo celebrentur, nos heic ex auro quoque argenteo reddito ſive albificato reliquis omnibus præferendum remedium proferemus, eo candore quo olim *Joh. Udal. Rumlerus* à Carolo Weidmanno Poliatro Auguſtano, Chemico peritiſſimo, acceperat, ex capite ut vocant corvi nigri præparatum, ſic verò dicitur terra illa nigra quæ ab auro in primam ſuam materiam reducto, à ſublimatione in fundo fixa reſidet: non ignoramus noſtrâ adeo nuper ætate haud levem controverſiam de iſtâ metallorum in ſua principia & mercurium inprimis, reductione agitatam, nec iſthoc loco cenſuram interponimus, ſed liberè atteſtamur, Auctorem hujus medicamenti aurum non aliter quàm addito hydrargyro ſolviſſe; Mercurio nempe ſoluto, ut vocabat, deinde addebat corporis calcinati par pondus in vitro probè obturato ne quid expirare poſſet, igni cineritio committebat (aliter procedere potuiſſet, ſolùm in teſtilâ liquefaciendo) tam diu donec materia omnis, adſcenſu & deſcenſu frequenti ſublimata ad feces relapſa cum iisdem fixa remaneret in fundo nihilque ulterius ad ſuperiora emitteret: Hanc terram ſive maſſam nigram Caput Corvi (*b*) Philoſophicum dictum deinde ſic dealbare ſolebat; ſiccatam & calcinatam cum ſolutione propriâ denuò toties ſublimare pergebat, donec in fundo planè nivei coloris ſubſtitiſſet. Non eſt cur exponamus, notanter

(*a*) Summè neceſſarium eſt opus continuare maximè uſque ad albedinem; Stet vas continuè in igne humido, quouſque appareat color albus ad modum albiſſimi ſalis & in colore ſecundùm Philoſ. vocatur Arſenicum & Sal armoniacum, ſine quo ſecundùm ipſos nil fit utile in arte noſtrâ, nam tum perfecta fit conjunctio & fixio ſpiritûs cum corpore, cùm ipſa ſit totius operis complementum, nec variatur in verum colorem niſi rubeum. Unde not. quòd ſi inter nigredinem & albedinem appareat color rubeus vel citrinus, non cures de illis quia labilis eſt & tranſitorius ſaltem, non permanens. *In Roſar. Phil. p.m.* 304. dicitur; Diſſolve igne albo quouſque videatur ut gladius denudatus, & fac dealbando corpus eſſe candidum.

(*b*) *Anonym. de Lap. Philoſ. in Rhenani Harm. Philoſ. Dec. II. p.* 293. apertè docet, quomodo Terra nigra ſeu Caput Corvi ſit dealbandum, addendo ſcilicet de reſervatâ Aquâ vitæ philoſ. ut ope continuati adminiſtrati caloris exiccetur ſudorosè hauſtus bibitus, & hoc ut prius aliquoties reiteretur, quouſque ſufficienter terra mundata, i. e. albificata fuerit, h. e. per ſudorem lavata in Terram Foliatam, &c. Hinc dicitur in Turbâ: Jungite ſiccum humido, i. e. terram nigram cum aquâ ſuâ & coquite donec dealbetur. Sic habes aquam & terram per ſe & terram cum aquâ dealbatam: illa albedo dicitur Aër. Vid. *Roſar. Phil. p.m.* 305.

inquit,

inquit, quid illâ fecerit in coloribus metallorum exaltandis. Hac ipſâ ad Epilepſiam in pulverem redacta cum ſucceſſu utebatur: planè eodem modo quo hodie Eſſentiam Lunæ ſiccam adhibent: ratio ſanè non repugnat, ſed etiam efficaciorem quam illa eſt, docere poteſt: nec hydrargyrum, ſi quid ejus reſtiterit in compoſito, taxari meretur, quia mercurio dulci ſimilis eſt, non aliter ſanè ac iſtud caput melanocoracis, ſublimatione parato: Qui minore idcirco labore ſe expedire voluerit, mercurium dulcem cum aureo vellere Weidneriano aut aliâ quacunque ſolutione copulatum adhibeat, quod non ita pridem Celeberrimi Medici arcanum fuiſſe accepimus. Datur cum Syr. flor. pœon. primul. ver. & aquis antepilepticis. Huc ſpectat illud *Poterii Obſerv. Med. p. 67.* Magneſia Saturnina & Luna terreſtris ſi ſudorifera reddantur, affectus cephalicos ut paralyſin etiam inveteratam facillimè expugnant, imò etiam albuginem oculorum nullis aliis remediis cedentem: aſſentit *Antonius de Abbatiâ Archipresbyter Epiſtolâ MS. de Tranſmut. Metallor.* Dico vobis, inquit, quod feci & credidi facere aurum & feci argentum album ſicut nix; quod habebat judicium auri in omni examinatione, niſi in colore. Erudita ſunt notatuque digniſſima quæ apud *Geſnerum loco cit.* habentur: Diſſolutionem auri, quod eâ arte Chemicâ perfici poſſit, plerique affirmant; ac primò quidem nobis perſuadent, auctoritate & Libris venerandæ Antiquitatis, deindè verò oculari noſtri temporis Virorum celebrium inſpectione & operatione confirmant. In hanc ſententiam ſcribit Vir quidam eruditus & naturalis Philoſophiæ ſtudioſiſſimus ad *Geſnerum*: Fuerunt, inquit, apud me duo qui aurum puriſſimum ita tractarunt, macerando, deſtillando, putrefaciendo, ſolvendo, deſiccando ut in liquidiſſimum humorem redegerint; in eo opere occupati fuerint ſeptimanas octodecim (a) à nonâ Junii uſque ad decimam quintam Octobris, idque tantâ diligentiâ egere ut nunquam eo tempore extinctus ſit planè ignis, eo tamen admodum lento uſi ſunt, in quo video præcipuè peccare noſtros Alchymiſtas; adfuêre operi perpetuò, noctu vigilias partiti ſunt & vaſa & inſtrumenta pauca adhibuere: Quòd ſi quis Liquor auri potabilis benè præ-

(a) *Bonellus in Turbâ* monet: Conſtantis eſto voluntatis in opere tuo, ne modò hoc modò illud tentare præſumas; quia in rerum multitudine ars noſtra non perficitur; Eſt enim Lapis unus, medicina una, regimen unum & una diſpoſitio ejus; Nam totum magiſterium uno modo incipitur & uno quoque modo perficitur & finitur. Multis verò nominibus utuntur Philoſophi ad occultationem artis, ut coquere, miſcere, ſublimare, aſſare, cerare, dealbare, rubefacere, &c. quorum tamen unum eſt; quod eſt ſolvere & coagulare tantùm; h. e. coquere: nec te tædeat; ſaniſſimum enim eſt, ut operi ſedulus inſiſtat, nec, ut *Roſinus* loquitur, opus decurtatum dimittas. Unde & *Calid. Turb. p. m. 356.* Corpora ſi trita non fuerint revertamini ad operationem quouſque terentur & fiant ſubtilia; Quòd ſi hoc feceritis, vobis quod cupitis dirigetur.

parati eſt, hoc modo præparari poſſe aut debere crediderim, ut ab his quibus ſpectator adfui, parabatur; atque ut id credam, facit primum quòd aurum eo redigant, ut ſuæ aquæ innatet, quaſi puriſſima nebula imbrifera: idem tranſit in recipientem lento igne & quod maximè ſum miratus tingit aureus iſte liquor colorem aureum reddens, chartam, lanam aliamvé rem admotam, qui color ità penetrat, ut minima guttula aliquot folia in Pindaro meo Græco penetraret; præterea, quod etiam ipſum veræ reſolutionis indicium eſt, albus auri ſoluti color eſt. Noli autem mirari, ait ingenioſè *Tackius Chryſog. Miner. p.* 29. qualiter aurum coloris purpurei tandem ſub albo colore appareat, ſæpius enim videre licet ex acidorum concurſu res purpurâ rubicundiores albeſcere notaturque hoc apud *Sendivogium Tr. de Sulphure*, dum ex conflictu ſalis & ſulphuris loco ſanguinis vidit effluere aquam, ut Lac candidiſſimum, & in magnum flumen creſcere ſicque ex nemore nymphæ Veneris egredi Dianam, quæ tamen ulteriori dein coctione, ſulphure jam occultato paulatim poſtea emergente, in ruborem converſa fuit. Acidum hac in re maximas ſibi ſumere partes hincque Diſcipulos ad Piſtores relegandos eſſe ut fermenti notitiam ſibi adquirant, meritò experit *Mœbius Præfat. Lumin. Mercurial.* bene enim *Kunckelius Obſerv. Chym. P. II. p.* 25. nequidquam aliud mercurio vulgari frenum injicere poſſe perſuaſum ſibi habet, quàm acidum: & alibi ait: Mercurius nequit ſubſiſtere aut figi niſi acidum aliquod & ſubtilis terra metallica ipſi opituletur. Sapienti ſatis. Huc facit quod vitrum quoddam mercuriale facilius liqueſcat quàm vitrum vulgare, & ſi diutius in igne moretur, fuliginem quandam ſal ſcilicet acidum volatile floris inſtar emittat, indicio illud adhuc aliquid ſubſtantiæ humidæ volatilis in ſe habere, facilius enim liqueſcit, ob ſalis acidi copiam paucitatemque terræ, quæ quia in vitro vulgari abundat, difficilius id funditur; Quare etiam ſi cinis philoſophicus cum verâ calcinatione ad mundificationem deductus, careat fuſione & ingreſſione, videlicet ſi ſuper aliquod metallum projectus eſſet, illud nec tingere nec ingredi poſſet ob magnam ſiccitatem, fuſilis ille faciendus foret reddendo illi humiditatem mercurialem & plus de ſpiritu fixo mercuriali ipſi interponendo, ut terra metallica ſufficienter ſale temperetur, imbibatur & per minima ipſi permiſceatur, cujus causâ & ſolidâ appoſitione materiæ ejus Gravitas reſultat: Doctiſſimè *Cramerus de Metallor. Tranſmut. C. II. §.* 5. Sicuti nullæ rerum virtutes ſpecificæ ſuppetunt niſi in ſpiritibus inſitis Verbo Dei jam in principio in certum fixitatis gradum ſeu quoddam centrum redactis, ita quoque ſpiritus quò compactior eſt eò majores etiam reconditas collectasque in unum virtutes habet, præ iis longè excellentiſſimas & efficaciſſimas quæ in ſpiritu naturali elatere expanſo adhuc diſperſæ ideoque diminutæ latent.

Hinc

Hinc non mirum, ſi parva hujus ſpiritûs concentrati moles ſatis magnam metalli copiam in ſui imaginem ſubigere valeat, nam juxta *Alexandrum Setonium* qui *Coſmopolitam* ſe vocat, vix $\frac{1}{800}$ pars corporis eſt id quod corpus informat, id eſt, ſpiritus inſitus ſeminalis: Quantò autem cum auctario iſte in *Solis* ſeu *Auri* & *Lunæ* ſeu *Argenti* fermento informatus & concentratus ſpiritus adeſt, tantò etiam majorem ignobilioris Metalli molem tingere poteſt; ſummæ enim elaſticæ virtutis eſt ſpiritus & in calore, ſi coactus eſt, avidiſſimè expanſionis ſuæ menſuram denuò apprehendit, & juxta illam menſurationem influentiâ ſuâ ſubtiliſſimâ penetrantiſſimâ, in radicales metalli, liquatione obſequentiſſimi facti, particulas influit fitq; in illis novus ſpiritus inſitus novam impertiens formam. Quæ transformatio ſeminalis & impreſſionalis nullum involvit miraculum ſed naturaliſſima & (ut *Cramerus* loquitur) in communi chylificationis, nutritionis, &c. opere quotidiana eſt, imò & generationis, dum fœtui mollicello ſæpiſſimè alienæ ſpeciei & moribus & figurâ imprimuntur, ut de impreſſionibus *morsûs canis rabidi, tarantulæ, &c.* (vid. *Campan. de Senſ. rer. L. IV. C. II. p. m.* 315.) nil dicatur. Quia ergo Tincturæ ingenti pondere ſuperantem Metalli copiam tingentis ratio conſiſtit in ſpiritu concentrato (ita ut dici poſſit corpus ſpirituale vel corporalis ſpiritus) taliſque concentratio & fixatio in Auro & dehinc Argento præcipuè à naturâ conſtituta eſt, videndum omnino ut ſpiritus hic inſitus, denſatus, fixus & torpidus, ope ſpiritûs influi (à quo prius etſi indeterminato ortus eſt) rari, mobilis, expanſivi & elaſtici ſummèque activi in fermentationem ſuſcitetur, illius ſubeat poros, eique ut denſo eâdem operâ vim tribuat elaſticam; unde facilè patet ſymbolicum eorum commercium & celeberrimus commeatus: Quare alterum alterius ope indiget, ſingula enim id habent, quod alteri debetur, ſibi ſolis deficiunt, mutuò ſufficiunt: id quod & *Kunckelius Obſ. Chym.* teſtatur, dicens: Corpora juncta corporibus non generant, verùm ſpirituali modo propagatio fieri oportet & uni demendum aliquid, alteri verò addendum. *Boyle in Exper. hydroſt. ad Mat. Med. applic.* talem mixtionem obſervavit in Granatis, in quibus latitant ſat copioſa corpuſcula metallica naturæ martialis; ſc. Granati Bohemici ſaturato colore rubro conſpicui & in pollinem contriti *gr.* viij. cum Vitri cryſtall. ℥j. miſcuit & in fornace ad bihor. in fuſione detinuit; unde prodiit maſſa uniformis ſatis & ſufficienti virore tincta, uti aliàs fit cum Ferro præparato in Vitro fuſo, unde & non negandum cenſet dari quandoq; pigmenta mineralia naturæ adeò ſubtilis, ut vel minima eorum quantitas, quæque vix ſenſibiliter gemmas aliis minus coloratis graviores reddere valeat ad quamlibet totiùs earum materiæ partem imprægnandam ſufficiat, exemplo *Zaphoræ* cujus *p. j. Vitri Venet. p.* 100. in fuſione probè commixtas ad idem

G colore

colore cœruleo ſuaviter ſaturato imbuendum ſufficit; prout & *Helmont. Jun.* *in Paradox. pag.* 137. narrat Jovis *gr. j.* penetrare taliter ℔*j.* Argenti & *gr. j.* Plumbi, Auri ℔*j.* ita ut difficillimè ſuper teſtâ ſeparari poſſint, unde ſi hæ imperfectæ Tincturæ tantum præſtant, quid non præſtabunt metalli ſpiritualitates, adeo ut Argento (quod Aurum eſt, cui deficit ignea maſcula *tinctura*) granum Tincturæ addatur, evadat in Aurum. Hinc ſi ſpiritus crudus lapidis calaminaris cupri rubedinem extendit in flavedinem Orichalci, (*a*) ſpiritus fixi per artem exaltati firmiorem tincturam quoque largientur: & ſi fumus plumbi crudi ſulphureus velut in momento coagulat mercurium, eâdem proportione fumus ejusmodi ſi non ſit plumbeus ſed aureus, non crudus ſed coctus, non albus ſed rubeus, non volatilis ſed fixus, non ſulphureus ſed mercurialis juxta has differentias alterabit mercurium, ſcil. in aurum, quod conſtat omnibus hujus proprietatibus. Eſt enim Tinctura corporalis ſpiritus & ſpirituale corpus, tertium quid ex volatili & fixo reſultans, dum corporalis denſitas tranſit in ſpiritûs ſubtilitatem; nam per ſpiritum crudum, ait *Treviſan. in Epiſt.* Philoſophi ſpiritum digeſtum extraxerunt de corpore ſoluto, & remanſit iis cinis ulterius diſſolvendus, ac tandem ſubtilis ſubſtantia ſpiritualis, corpora metallica penetrans & colorans, unde nullum dubium, quòd is qui corpus ad hoc perduxit, quod efficiatur gummi permixtibile cæteris corporibus imperfectis, invenerit maximum naturæ ſecretum, tum enim in Projectione pars una gummoſa ſalina alteram ſequetur, poros metallorum penetrabit tantamque unionem excitabit, ut nunquam à ſe invicem ſeparari poſſint: & uti hæc medicina in metallis ſanguineam velut complexionem excitat, ita in corporibus Hominum dotes ſuas prævalentes non minùs demonſtrabit, unde

(*a*) Elixir quod ſe cum corpore miſcet, eſt quaſi Tutia cum Cupro; ſed augmentatur vel creſcit cuprum de illâ Tutiâ, cujus ratio eſt, quia Tutia res terrena eſt, elixir autem res ſpiritualis, & revertitur natura ſui generis ad aliud genus. Sic *Kunckel. in Obſerv. Chym. pag.* III. quoad dealbationem Cupri ab Arſenico ſtatuit Cuprum ob magnam ſalis acidi in eo contenti copiam Arſenicum in ſe abſorbere, nimirum ejus Mercurium cum ſulphure & terrâ albâ Arſenici, unde Cuprum redditur friabile; de Tutiâ quidem & Lapide calaminari cuprum etiam tingitur, dum Mercurium eorum in ſe ſuſcipit, verùm terra eorum ita craſſa eſt & ſulphur minus ſubtile, ut acidum cupri ſaltem Mercurium admittat excluſâ terrâ & ſulphure, cujus ratione fit, ut cuprum malleabile perſiſtat, & Rubedo in Venere ob Mercurium extenſa ſit & in flavedinem commutata. Quòd ſi autem Terra Cupri à ſuo ſulphure craſſo & ſale depuraretur, & parùm Lunæ cum acido puro fluxilis redditæ immiſceretur, ita eam Mercurius Lunæ conſtanter poſſet aſſumere, ut in perpetuum ſeparari invicem non amplius poſſent.

Denſtonius

Denſtonius in Panſoph. Encheiret. §.98. ait Lux (*a*) tam copioſa in metallis ac ullibi aliàs in corporibus ſublunaribus, ſi in motum concitari poſſet, ut ideam metallicam involveret & aliam evolveret, utpote ſalino-ſulphuream, abjectâ viſcoſitate aquæ, mirum quantum eſſet omnium animalium medicina! Et §. 49. In auro copioſa lux eſt & quidem ſubtiliſſimo ſulphure & ſale à terrâ unâ cum aqueâ viſcoſitate invicem temperatis, inviſcata eſt foràs prorumpere cupiens, ut ſolo ſui adſpectu ſolem cœleſtem imitetur, animam ſenſitivam confortet & recreet. Quid igitur ſi compages corporis totius ita diſponatur per artem, ut particulæ auri poſſint ſe corporis humani particulis miſcere, & ſic lux luci obviet (*b*) & deperditam ex corpore reſtauret, & corroboret ad vegetatiorem motum faciendum, excrementisque expurgatis, ſperabimus, qualis ſit illa medicina? nimirum talis erit, quæ morbos calidos æquè ac frigidos debellare poſſit, materiam ſcilicet peccantem tollat, viſcus læſum ſanet, præſervet, & confortet, idque ob calorem ſuum, humidi radicalis puriſſimi virtutem ſalinam, quæ cum ſale microcoſmico

---

(a) *Raſis* dicit: Nil opereris, niſi cum eo quod eſt verè lucidum & ex puriſſimo auro vel argento, quod ſuo lumine omnia luminaria illuminat, & ejicit tenebras noctis de ſuâ potentiâ, h.e. ſuperfluitates Mercurii & aliorum corporum imperfectorum, cùm projectum fuerit ſuper ea. Nimirum Mercurius Auri & Argenti ita ſubtiliandus eſt, ut poſſit ingredi, & particula ejus communicari terræ aliorum metallorum (ceu quæ, *acutiſſ. Kunckelio* notante, in omnibus una eademque eſt *in Obſerv. Chym. p. 96.*) ſicque ſe mutuò ingrediantur, ut nunquam divelli ab igne poſſint. Quo pacto autem Terra Cupri à ſuo ſulphure craſſo & ſale depuretur, docet *Mazotta de Miner. p. m. 177.* repetitâ calcinatione cum Sale communi & Tartaro & Lixivio uſque dum Veneris pulvis albus ſit, qui ſi fundatur cum borrace vel ſapone molli cum Tincturâ ſeq. tingi poterit: ℞. *Argenti calcin. unc. j. Mercur. ſublimati bis unc. ij.ß. Arſenici ſublim unc. j*, miſc. & ſublima prius ſimul, feces deinde miſce cum ſublimato & unias cum ſale fuſibil. alcali fixi *unc. iv.* & ſublima toties, uſque dum omnia maneant in fundo, ſemper feces miſcendo cum ſublimato, ſolvantur deinde in humido, & congelentur pluries lentè, & fiat projectio ſuper xij. partes æris purgati modo dicto, & teneas fuſum in igne per mediam horam ad minus. Eſtque hic modus expertus melior, præſcindendo à magnis medicinis, ſed tota diligentia eſt ponenda in purgatione Veneris, namque & tum perſiſtet & in igne & in pumice. Eundem etiam purgationis modum ſiſtit *Holland Op. Min. p.m. 395.* & *Saigner. in Magni Lapid. Philoſ. nat. p.m. 15.*

(*b*) Natura, ait *Helmont. Poteſt. Med.* §. 44 *pag. m.* 480. optat velut novo vere reſurgere ſub his pharmacis, attamen extra ſpem reſtitutionis in priſtinum ſumus, cùm nobis deſit infuſio novarum virium immortalitatem arguens. Statutum eſt enim omni viventi ſemel mori. Quia nihil in naturâ eſt, quòd æquipolleat templo Dei. Senſi itaque cuncta renovativa operari depurando & hactenus exhilarando; alioqui non eſſe veram rejuveneſcentiam. Senſi deinde arcana, quæ reſolvendo & expellendo ſanant, non niſi vires inditas in nobis expergefacere, quæ ablatis impedimentis quaſi ſub novo vere regerminant. In *Tract. in verbis, herbis & lapid. pag. 575.* docet Pharmaca altiora arcanaque mineralia nullâ ſui commiſtione, ſed ſolo velut adſpectu munia ſua peragere & ſcopos dotium ſuarum aſſequi, exemplo lintei Mercurio intincti, quod veſtibus inſutum pediculos è longinquo impedit. In *Tract. eod. pag. 576.* docet, ſulphura metallica pleniſſimè & pertinaciſſimè reſiſtere, ne à digeſtivâ in alimentorum republicâ deflectant atque inde ſervent geniales ſui poteſtates liberas & infractas.

unitur

unitur & illud à corroſione ſui liberat, illudque in naturalem ſuum creſcendi & vegetandi ſtatum reducit, ſedando & pacificando archæum, vel etiam eum ſi debilis eſt in parte quadam, ut naturæ ignem, fovet, augmentat & conſervat, etſi tantillus ſaltem ſpiritus ignis adhuc in illâ quieſcat. Unde non imeritò monet Magnus myſteriorũ ejusmodi indagator *Joh. Bapt. van Helmont* Sulphura metallica ſuâ vi peregrinâ ſpolianda, ut tantò efficacius archæum illuminare poſſint, ceu notanter in *Tr. Poteſt. Medic. §.* 41. *p m.* 480. ait: Senſi metallis ineſſe vires planetarias (id eſt, illuminativa) ſi in ſalis aut ſulphuris naturam reducantur; attamen id fieri debet extra omnis adjuncti reſiduum: in quo non ſtentor quiſque potuit adire Corinthum; etenim poſtquam ſcivi denodare corpora per conſentanea ſuis principiis radicalibus, tum primum deriſi credulitates quibus olim aurum diſſolvi; ejus tamen potabili ſucco minus profeci quàm ſimplicis alicujus decocto; deinceps verò potui aurum diſſolvere, butyri, reſinæ atque vitrioli facie ludere; at nuſquam inveni vires auro tributas, eò quod noſtris ſic etiam fermentis reluctaretur. Senſi ergo abſque corroſivo ſuo proprio eſſe mortuum, mortuum, inquam, niſi radicaliter à ſuo corroſivo penetretur: non quidem quod tunc ſolis naturam referat viribusque vitalibus quicquam addat, ſed duntaxat quòd totum corpus purgando mundet inſenſibiliter in toto uniſono. Conſentanea ſummè hiſce profert ex principiis veris ingenioſiſſimus *Taulud. in Animadverſ. ſuper Braceſc. Alchym.* dùm inquit: Sanitatis cauſa eſt humorum harmonia, morborum contrà inæqualitas humorum, hinc quia Aurum temperamento vicinum eſt, antidotus erit morborum, ſi illud prius compedibus terreis ſolvatur, ut dein tenuitate ſuâ corpus pervadere poſſit humoresque diſtemperatos æquare & ad æqualitatem perducere; hinc atram bilem domando gaudium creat, ejus umbram ſpiritus obſcurantem arcet, vapores ſcilicet aërem corporis noſtri, id eſt, ſanguinem, atrum, piceum & fuliginoſum reddentes diſſipat, ita ut liquor hic aureus ſuo adventu & ſuâ actione aërem corporis, id eſt, ſanguinem & ſanguine tenuiorẽ animalem ſpiritum umbrâ & caligine vaporis melancholici obnubilatum ſerenet; & hinc etiam à melancholiâ ſpiritus exhauriente exortos rugas faciei, canitiemq; fuget, & ex gaudio floridam faciem faciat & conſervet; nimirum non ſecus ac Sol radiis aërem obnubilatũ ſerenat, ita aurum intra corpus à ſpiritibus & fermento ventriculi reſolutum particulis ſuis elaſticis quidquid ſerenitatem ſpirituum obfuſcat & obſtacula iis objicit, crudos ſcilicet humores, tubulos ſuccorum vitalium infarcientes & ſecretionus debitas remorantes diſſipat, fugat, ad emunctoria ablegat, ut extra corpus vel per inſenſilem tranſpirationem vel urinas vel alvum ejiciatur, vel ſi à debitâ coctione deficiat, è cruditatis ſtatu in ſtatum maturationis redi-

gatur;

gatur, aër ſcilicet internus, craſſus vel condenſatus nimis in debitam tenuitatem & decentem volatilitatem diſponatur, quo & externus preſſionem ſuam non niſi ad actiones ſanitatem producentes exercere poſſit. Tinctura Phyſicorum, ait *Theophraſtus Paracelſus*, univerſalis eſt medicina, morbos omnes inſtar ignis inviſibilis quomodocunque illi denominentur, conſumens. *Doſis* ejus valde exigua, ſed operatio potentiſſima: per eam à me inquit, curata ſanataque ſunt Lepra, Lues Venerea, Hydropiſis, Caducus, Colica, Gutta, ſimilesque morbi, item Lupus, Cancer, Noli me tangere, Fiſtulæ, nec non genus omne morborum internorum & certiùs quidem, quàm credibile ſit, cujus teſtimonium ſunt Germania, Gallia, Italia, Bohemia, Bolonia, &c. ſatis amplum. Quid autem in Medicinâ majus eſſe poteſt quàm ejusmodi corporis mundatio, per quam ab ea ſuperfluitas omnis à radice tollitur & transmutatur? Sanato enim ſemine ſanata ſunt omnia; ſic excellentiſſimum Viri Medici fundamentum erit, regeneratio naturæ, juventutisque reſtauratio. Ad iſtam regenerationem Vires & virtutes Phyſicorum Tincturæ mirabiliter inventæ ſunt, ſed ſecretum hoc Deus dat cui vult, &c. Deſcribit autem hoc magnus hic noſter Philoſophus Helvetius in doctiſſimo *Tractat.* quem ita vocat *Tinctur. Phyſicor. p.m.* 118. ubi docet Leonis roſeum ſanguinem, id eſt, Aurum, & Aquilæ gluten album, hoc eſt, Mercurium Philoſophorum juxta Antiquorum proceſſum, ſeu Solve & Coagula conjungenda eſſe, vel ut *Mylius in Baſilicâ Chym. L. I. C. I. ex Paracelſo pag.* 87. docet, Sulphur ſeu Aurum ut metallum in Mercurium (qui ſit Metallum apertum, & ſicut in ſe continet omnes colores quos in igni ex ſe reddit, ita etiam occultè omnia in ſe continet metalla, quæ extra ignem ex ſe non præbet) inſtar Nicodemi in uterum matris redire debere ut regeneretur & dein egrediatur, non ut Metallum commune ſed tingens. Laudatus *Paracelſus* hanc Medicinam brevibus quoque deſcribit *in Oper. Tom. VI. p.m.* 140. ubi ait: Crocus ſolis per aquam ſalis (*id eſt, Philoſ. vitæ, maris noſtr. pontic. &c. prout dicunt in ſole & ſale eſſe omnia*) debet extrahi, quâ Natura ipſius metallica ſeu malleabilitas frangitur, reſidentiâ ablutâ cum aquâ calidâ, crocus per ſpir. vini eliciatur, quo rurſus ſeparato crocus in fundo remanebit, qui per elevationem gradu ignis per 5. vices ſublimando mutatur in liquorem ſeu veriſſimam Quintam Eſſentiam Solis. Cum hoc miraculoſa operaberis. Requiritur autem non putatitius ſed induſtrius & peritus artifex. Paracelſi hunc proceſſum & inſtructionem ſequens *Petrus Poterius Andegavenſis*, (juxta *Borrich. de Hermet. Ægypt. Sap. p.m.* 303. Medicus feliciſſimus, Practicus Bonquienſis, qui Aurum & Argentum recluſit, ut monumenta ejus teſtantur, uſurpavitque in morbis variis adeo proſperè ut non modo honeſtiſſimè locupletarit familiam, ſed & eandem medicandi felici-

tatem filio reliquerit, quâ eandem nuper admodum ad invidiam uſque Romæ inclaruiſſe refert oculatus teſtis Clar. *Laur. Foſſius.*) in *Pharmac. Spagyr. Edit. Francofurt. An. 1666. pag. m. 455.* de vera & legitima Auri præparatione ita ſentit : Aurum prius ſuâ naturâ metallicâ ſpoliandum (eſt quidem difficile corruptu Aurum corruptibile tamen, unde & in pulverem & Oleum irreducibile poteſt transmutari certis artificiis, ait *Libav. Synt. L. V. Cap.* 21.) eſt : hoc verò fit verâ calcinatione, ſcilicet cum quadruplo corporis ſicci diſſolubilis, trituratione (ſi trituratio bona non fuerit ut aqua cum terrâ unum corpus fiant, nihil proficies; non ergo ceſſet à trituratione manus tua) diligenti præmiſsâ : prunis ardentibus tunc probè calcinatur, calcinatum liquore acido potabili (ſpiritu ſalis) diſſolvitur, à quo poſtmodum cum ſpiritu ſulphureo pariter potabili (ſpiritu vini) Tinctura à corpore ſegregatur. Sic verum & legitimum Aurum Potabile habes cum ſuâ tincturâ : ſi ulterius pergere velis, Aurum eſt apertum, facilè tibi erit, opere continuato Vitriolum, Eſſent. quintam, Magiſterium & alia arcana parare. Quòd ſi corpus auri primâ vice non ſit ſatis apertum, calcinationem reitera, imò ter & quater : quo plus eò melius. Jam ſic calcinatum maximas virtutes obtinet, eoque tunc frequenter utimur citra Tincturæ (*Libavius* ait, Non oportet Lapidem ad eum gradum adſcendere pro medicinâ, ſcilicet hominum, in quo Mercurialia transmutat, ſed inferius ſubſiſtere) extractionem aut aliam ſolutionem. Vulgariter Aurum in calcem reducitur ſpiritu ſalis, vel etiam urinæ: ſolutione & abſtractione. Rurſus ait *p.* 457. ſolvitur Aurum cum oleo ſeu liquore Antimonii, & poſtmodùm in pulcherrimum vitrum evadit, cujus vires etiam maximæ ſunt; Hoc denuò vitrum in calcem facillimè vertitur, atque ab eâ tincturam proprio diſſolvente extrahere poteris. De Argento ſimiliter docet *Poterius* illud in calcem redigi poſſe aut vulgarem (ſcil. ope aquæ fortis vulg.) aut philoſophicam : Alia, inquit *p.* 461. calcinatio nobis nota eſt longè melior & facilior, fitq; cum quadruplici pondere *aquæ ſiccæ*, ut de Auro dictum. Perficitur dicta calcinatio intra tres vel quatuor horas, Filiis artis veris non putatitiis ſatis nota eſt, ideò propter Pſeudo-Chymicos apertius non dicenda. Calcinatio in Auro non ſæpè unicâ vice abſolvitur; in Argento contrà (*Damaſcen. in Tr. Don. Dei MS. p. m.* 112. ita loquitur : Album completur tribus & Rubeum quatuor rotatur rotis, quia cùm album ſit ſemicrudum & indigeſtum non poſtulat ignem multum, ſed rubeum ut completè digeſtum, totum vertitur in ignem, ut nullum timeat ignem. Ac album quo magis fuerit ſublimatum, magis fiet album, & hinc magis tinget) quòd non ſit adeò tenax & compactum. Hac viâ metallorum corpora adaperiuntur, & in his invenies, quodcunq; volueris, nam ſic adaperta quocunque liquore potabili diſſolvere poteris, nec ad hoc opus eſt aquâ vitæ

alkali-

alkaliſatâ *Quercet.* aut alio fortiori diſſolvente; ſimplici aquâ com̃uni diſſolvuntur & poſteà ulterius progredi poteris. Scio Virum Illuſtriſſimũ (Vir ille videtur eſſe Caſſianus à Puteo, à quo inter alia miracula ſe Turquoiſe ex ebore foſſili paratum obtinuiſſe refert *p.* 416.) in cujus gratiam hæc ſcripta ſunt, graviter laturum, ſi tantum arcanum omnibus patefacerem. Qui hunc ergo diſſolvendi methodum nactus fuerit, intelliget, quo pacto Argentum in Quintam Eſſentiam adduci poſſit, item in Oleum & Balſamum. Hæc *Poterius*, qui licèt non immeritò referat ſanctum non eſſe dandum canibus nec margaritas porcis objiciendas, ex ingenuo tamen candore inſtructionem ulteriorem hujus rei, ex probatiſſimis hujus Artis Scriptoribus, Tibi ob oculos, *Lector benevole*, ſiſtere animus eſt.

ART. II.

De mirâ Harmoniâ & Conſenſu verorum Philoſophorum circa productionem artificialem Mineralium.

PEtrus Borellius in *Biblioth. Chymic.* quatuor millia circiter Authorum Chymicorum ſiſtit, qui de re minerali eorumque arcanis pulvereq; artificiali metalla imperfecta in perfecta maturante libros ſcripſerint: Nos ex iis qui artis hujus verè conſcii fuerunt, præcipuos in ſcenam adducemus, ut præcipuè pateat, quo pacto mirus in iis ſit conſenſus circa materiæ hujus præparationem. Philoſophi tales per ignem eminentiores, præter laudatos in præcedenti articulo, utique ſunt *Alexander Setonius* Scotus, Coſmopolita dictus, *Auctor Cordis paterni*, *Bernhardus* Comes Treviſanus, *Nicolaus Flammellus*, &c. & ex recentioribus *Anonymus Philaletha*, &c. quorũ hinc candidam mentem circa hanc Medicinam Metallorum & Hominum velut in compendio ſiſtere lubet, ut Lectori benevolo pateat, arcanioris hujus ſcientiæ ſtudium minimè, ut multi ex ſolo tædio laboris & præconceptâ opinione putant, rem frivolam & inanem eſſe. Quâ de re ante omnia noſcendum eſt cum *Olao Borrichio de Hermet. Ægyptior. Sapient.* prædictorum Authorum conſenſum in eo conſiſtere omneſque unicè eo tendere, ut Aurum & Argentum debitè recludantur, illorumque minutiſſimi pori reſerentur, particulæque illorum minutiſſimæ divellantur, comminuantur & diſcerpantur: nimirum omnis motus eſt ab aliquo ad aliquid, & perfectus unusquiſque motus eſt terminus generativi in eadem ſpecie, unde motus eſt progreſſus, quòd fiet per varias mutationes homogeneas rei motæ: quare cùm aureitas ſit terminus à quo, eadem erit terminus ad quem, fientque intermedii progreſſus in ho-

in homogeneitate metallicâ per legis naturæ neceſſitatem, quibus obſervatis ad ſuum finem, finis neceſſitate impellitur effectum, ſi modo per contrarium operationes non fuerint intermiſſæ; quare ab auro diſſoluto ejusdem diſſoluti ad aureitatem regreſſus dabitur, forma autem aurea quam reaſſumet, non erit illa quam depoſuit, quia à privatione ad habitum non datur regreſſus, ſed alia nobilior, & tantò ſpiritualior quantùm ignis eſt terrâ ſubtilior & purior, vinum præſtat ſucco uvarum immaturarum, vino ſpiritus vini, hocque ſimplici ſpiritus vini rectificatus.

Ex ſupra nominatis Authoribus Auri & Argenti, ceu in quibus Tinctura aurea vel argentea verè jam continetur, decentem recluſionem & comminutionem fieri docet

I. *Alexander Setonius* Scotus in egregio illo Tractatu *Novum Lumen Chymicum* dicto, quem *Michaël Sendivogius* poſt mortem ejus imprimere fecit, (quique *Setonius* hîc Baſileæ, in præſentia Celeberrimi Anteceſſoris quondam noſtri *Jacobi Zuingeri* pulviſculo ſuo aurifico projectionem inſtituit, ut prolixiùs ſiſtimus ex epiſtolâ à *Jac. Zuingero* ad *D. Schobingerum* Sangallenſem exaratâ in *Regn. Vegetab. Append.* ſeu *Select. Remed Ludoviciano p.115.* ad quam ut oppido curioſam, inſtitutumque noſtrum approbantem Lectorem benevolum relegamus) nimirum ſi Aurum pro rubea, Argentum verò pro albâ metallicâ Tincturâ undecies coëat cum chalybe Philoſophorum (quo ſcilicet menſtruum conveniens indigitat, & Philaletha quoque ſub hoc nomine primum ens Auri hujusque ſtylangem, ſolem indigeſtum adhuc volatilem nondumque coagulatum, itemque agrum in quo ſol ſatus multiplicatur, indigitat) ſic enim aurum emittit ſuum ſemen & debilitatur ferè ad mortem uſque, concipit chalybs hic & generat filium patre clariorem: poſtea cum ſemen jam nati imponitur in ſuam matricem purgat illam, reviviſcit & facit milleſies aptiorem ad pariendum optimos fructus, ut ait *Tr.IX.* Item *Tr.X.* Luna noſtra, inquit, recipit ſemen auri, regitur poſtea igne noſtro continuo per menſes ſeptem, interdum decem, donec aqua noſtra conſumat tres & relinquat unum, & hoc in duplo, id eſt, tantum evaporare debet, quouſque fumus omnis diſparuerit, & hoc repetendum. Poſtea nutritur lacte terræ, & regitur & conſervatur à putrefactione ſale naturæ, & habetur infans ſecundæ generationis. Rege, ait *Tr. XI.* igne continuo aurum noſtrum in aquâ noſtrâ, ut reſolvatur & conſumentur ut prius ad remanentiam humidi radicalis metallici, poſtea huic novam aquam claram mercurialem immiſce & impone igni putrefactionis & generationis ſimili mercuriali, ut in primâ operatione feciſti, rege omnia magno cum ingenio, donec colores (ob acidum & terram ſuperfluam) appareant inſtar caudæ pavonis; rege digerendo, nec te tædeat, donec ceſſent colores, & unus per totum appa-

reat

reat color viridis & ſic de cæteris; & quandò videbis in fundo cineres bruni coloris & aquam ferè rubram, aperito vas, madefacito pennam, inunge ferrum aliquod, ſi tinget, habeto in promptu aquam, id eſt, novum Mercurium, & infunde tantùm quantùm primitus, iterum coquito priori igne, donec iterum tingit; Aqua verò illa eſſe debet menſtruum mundi ex ſphærâ Lunæ toties rectificatum, ut poſſit calcinare ſolem. Hæc omnia ex propria experientiâ revelat *Setonius*, qui quoad Ignem dicit eum in primâ operatione eſſe unius gradûs, continuum, qui materiam circumdat, dein etiam eſſe naturalem, qui materiam digerit & figit. O mirabilem naturam quæ novit ex aquâ in terrâ fructus producere mirabiles & ex aëre iſtis ſuppeditare vitam! Fac, ait *eod. Tract. IX.* ut operatio talis in terrâ noſtrâ ſit, ut calor centralis aquam poſſit mutare in aërem, ut in planitiem mundi egrediatur & reſiduum per poros terræ ſpargatur, & tunc in oppoſito aër vertetur in aquam multò ſubtiliorem, quam fuit prima: & hoc ſic fiet, ſi Seni noſtro (id eſt, Saturno ſeu Plumbo Philoſ.) Aurum & Argentum deglutire dabis, ut ipſe conſumat illa, & tandem ille etiam moriturus comburatur, cineres ejus ſpargantur in aquam, coquito eam, donec ſatis eſt, & habes medicinam curandi lepram, id eſt, Tinct. Philoſ. Humiditas ſcilicet habenda mercurialis quæ Aurum ſine violentia ſeu ſtrepitu ſolvit, imò ita ſuaviter & naturaliter ſicut glacies in aqua calida. Quare in Parabola docet fructum arboris auri eſſe coquendum in Aquæ *p. X.* ut in hac ſuavi calore conſumatur, ut fructus ille ita melioretur, quò ſolo odore ſuo ſibi faciat reliquas arbores uniformes, id eſt, omnia metalla in Aurum convertat, nimirum ſic putreſcit, & inde gignit Salamandram in igne perſeverantem. Aqua iſta (aqua maris noſtri, aqua vitæ non madefaciens manus dicta, nivei candoris) habet intrinſecum ignem, & ſi juvatur colore continuo, comburit tres partes corporis ſui cum corpore fructûs, & non remanebit, niſi pars minutiſſima *(a)* quæ vix imaginari poteſt ſed in ſumma virtute; Coquitur ſagaci ingenio Magiſtri primò ſeptem menſibus, dein decem, ſed intereà apparent res variæ & ſemper in die quinquegeſimo plus vel minus. Aqua hæc ante debitam coctionem eſt ſummum venenum, ſed poſt coctionem convenientem eſt ſumma medicina, & dat *XXIX.* grana ſanguinis, quorum gr. j. dat 8064. fructus ſolares. Tinctura hæc melioratur, primùm ad decem, dein ad centum, dein mille & decem millia, &c.

(*a*) Hinc extat apud *Clang. Buccin.* Ex unâ librâ Mercurii vix medium lotonem, hoc eſt, drachm. ij. habebis, quod opus in ſe recipit, & in eo continet ad faciendam Tincturam ſive Elixir. Dicit *Calid.* Aqua, id eſt, Mercurius non plus ponderis adjicit vel dat corpori, niſi quantum de humiditate metallinâ ſecum habet, quia humiditas aquæ tranſit & metallina (radicalis) manet, quæ dein à rubedine æris noſtri in Ruborem vertitur.

II. Coſmopolitæ,etiam juxta ſententiam *Crameri de Tranſmut. Metall.* per omnia ſimilis eſt *Auctor Cordis paterni*,qui fideliſſimè ſcripſit,& ipſo novo lumine adhuc majus accendit lumen. *Auctor* hic *Cordis paterni* docet Aurum vivum ſeu ſemen ejus ope Mercurii ſophici elicitum projiciendum eſſe denuo in Mercurium phil. & in eo coquendum, digerendum & per olympicum ignem noſtrum regulinum ad perfectionem deducendum , quò fiat Elixir & puriſſimum Sulphur Sapientum, medicina univerſalis Hominum & Metallorum, id quod per propriam experientiam teſtatur : Cujus virtus tunc augetur, roboratur & ita exaltatur, ut millies plus multiplicetur quàm cum Sulphur illud in confuſæ ſuæ maſſæ mixtione abſorptum, involutum & conſtrictum erat : Quare & inſtitutâ Calcinatione phyſicâ pro ſale naturæ, ſulphure & mercurio extrahendo materia noſtra exiccatur, ut in eâ poroſitas ſeu apertio ſalis ſeu calcis phyſicæ inſtituatur, illaque evaporatâ humiditate, nutritionem ſuam propriam eò melius attrahere poſſit, unde bene cavendũ ne poroſitas terræ fixatæ per nimias nimisq; magnas imbibitiones vaſtetur & perdatur, totum enim artificii ſecretũm conſiſtit in menſurâ & proportione ſuavis & crebræ imbibitionis inſtar roris (*a*) applicandæ; Crede mihi, ait,omnẽ Veterum diligentiam in rectâ imbibitione & ſiccitate præſtandâ fuiſſe: Quando ergo pretioſa noſtra materia multoties fuerit irrigata & in minutiſſimas partes diviſa & ſæpius coquendo imbibita & mixta, ita tamen ut coctio iſta ſit lenis, ut vapor aquoſus reſolvatur & ejus humiditas radicalis exiccetur & inſpiſſetur, tunc calor ejus naturalis augetur & ignis ſe multiplicando creſcit; idque omne ad imitationem naturæ in opere nutritionis, quæ fit ſimilibus ad debitum terminum : Factâ ergò calcinatione naturali & materiæ noſtræ ope aquæ igneæ lotione decenti corpus quod mortuum prius erat, reſuſcitatum & glorificatum eſt, habeturque materia alba & gummoſa, quæ ulteriori decoctione magis perfici & augeri poterit igne philoſ. qui eſt naturalis, vivificans, cœleſtis, nutriens & augmentans in virtute, qui hinc tam ſecretus eſt quàm ipſe Lapis Philoſ. quia ſcientia unius comprehendit cognitionem alterius : ejus nimirum ope fit ut Elixir, nil niſi aurum ſpirituale dicatur; aurum ſcilicet millies auro vulgari perfectius, unde eò collimant Philoſophi, ut ignem ejusmodi virtutis conſtruamus, in quo ſimul calor , ſiccitas & humiditas inveniantur, atque ſic, ſine intermiſſione vera corruptio miſtio unioque partium & perfecta concoctio fiat, docente & hoc *Tack. Chryſ. pag.* 181.

(*a*) Mercur. Philoſ. dicitur etiam Ros Madian , alludendo ad *Iudic. VI. 37.* ubi Gedeon contra Madianitas iturus per rorem conſuluit Dominum.

III. La-

III. Lapidis Philoſ. Confectio comparari ſolet à *Morieno Romano*, *Melchiore Cibenienſi Ungaro* aliisque generationi Hominis; Fit enim

Primò. Coitus, quando Aurum cum ſuo mercurio velut mas calidus & fortis, & fœmina tenera mollis ſe invicem amplexantur commiſcenturque ut ſolutione factâ in unam aquam mercurialem abeant, id quod velut in balneo repræſentari ſolet, ubi fiunt corpus unum, ſpiritus unus: Blanca ſcilicet patiens eſt, Vir ejus agens qui ſunt Mercurius & Aurum; etſi enim materia primò ſolvat Sulphur inque id putrefactione, medio vaporoſi ignis, agat, tamen quod primò traxit, mox trahitur, eſtque actio propria maſculi ſeu ſulphuris, ut ait *Meyer. in Symb. aur. p* 383. nimirum ordo prius inverſus eſt, dum fœmina ex igneo velut fervore maris vices præſtat & primas tenet, ſcilicet Mercurius ſolvit Aurum in fundo exiſtens, idque elevat, animat & imprægnat.

Secundò. Conceptio cùm mas ex coitu facto denigratur inſtar Æthiopis, ex quo colligitur maſculum agere in fœminam, quæ prius dominium obtinuit, aurum ſcilicet calcinatum incipere aliquantulum de Mercurio ſuo retinere, ut eleganter loquitur *Morienus*, vel etiam de arſenico ſuo ſecum, id quod eſt pura ſubſtantia antimonii, ἀνεκχρέμμαζον, quod metaphorico ſenſu ad tincturam, caput χρυσοποιίας habetur, ut ait *Morhof. in Polyhiſt. p.* 105.

Tertiò. Prægnatio, cùm ex actione ulteriori maris in fœminam illam dealbat, terra ſcilicet auri calcinata humore ſuo mercuriali ſubigitur, potum ſumit (interjectis ſcilicet exiccationibus) bene lavatur, ſudore proprio, id eſt, Mercurio renaſcitur, & quod prius obtenebratum erat, corpus jam ſummè dealbatum redditur. Nunquam enim glorificatur corpus, niſi poſt putredinem, unde & novum nomen acquirit.

Quartò. Ortus dicitur, quando fermentum jungitur cum corpore imperfecto præparato, ut dictum, quouſque fiant unum corpore, ſpecie & adſpectu, ſic enim Rex noſter in lucem natus dicitur; nimirum Elixir ſæpè prius imbibitur frequenter fitque totum volatile denuò & figitur proprio ſudore renatum: Medicinam ſcilicet oportet diutius aſſari ſuper ignem & nutriri, ut puer in uberibus; quare ut triticum ſæpius ſatum in infinitum augetur, ſic ſemen aurificum ſæpius ſolutum & concoctũ in Mercurio ſuo.

Quintò. Nutrimentum requiritur, ut magis augmentetur, naturæ quin & ſuæ fermento fermentatur, Auro ſcilicet vel Argento, addito humore proprio mercuriali, qualiter ſi ut prius coquatur, ſolvatur ſcilicet & coaguletur, medicina magis prolifica habebitur. Sic enim in lamina fluet ſine fumo ut cera. In conjugio autem dicto lætitia & triſtitia animadvertitur: nimirum in congreſſu primitùs filii cum matre hæc illum viperino conatu, ut loquitur *Meyerus Symb. Menſ. aur. p.* 516. occidit, diciturque conjugium

Gabrici eſſe mortuum, quia eum in partes indiviſibiles dividit ſub colore nigro; Mors verò hæc paulatim fugit unà cum tenebris, id eſt, nigredo, quæ in ſolutione corporis apparet, aliis coloribus lætioribus albedine & rubedine ſuccedentibus evaneſcit, & ſulphur, quod primo trahebatur & patiebatur ab argento vivo, incipit reagere, & vires ſuas prævalentes demonſtrare; mare quoque fugit, id eſt, ſuperflua humiditas, quæ exiccatur cum antea ut mare abundabat in compoſito: ad hæc draco fugit, qui eſt Typhon horribilis, & diviſit membra Oſiridis in minutiſſimas partes, inde dicitur foramina obſervare, quaſi in tenebris deliteſcens; hic radios ſolares, id eſt, ignem ferventem ſolis exiſtentis in Leone, tolerare nequit, utpote naturâ frigidus. Rex ab igne venit, aureo ſcil. diademate coronatus, quia filius noſter mortuus vivit, & hic demum conjugio gaudebit, nimirũ in Augmentatione & Projectione. Et occulta ejus apparebunt in metallis imperfectis tingendis, ſpoliando ea ſulphure combuſtibili, Mercuriumque eorum indigeſtum crudumq; figendo coagulando & colorando coagulando quidem ope acidi & ſubtilis terræ, etſi in minima quantitate, ut aliàs patet in Mercurio præcipitato, Cinnabari vulg. turbith minerali (de quo *Kunckel Obſ. Chym p. 156.*) in quibus pro ratione ſalis dein coagulatio & coloratio reſultat, in turbith ſcilicet à Vitriolo, alba, in Mercurio præcipitato à Nitro, rubra; pariter namque ſe habet cum ſale auri rubro vel ſale argenti albo, uti enim Mercurius albus in mineris ſal aliquod nanciſcitur, ita coloratur, à ſale ſcilicet acido & volatico, ut & inæquali digeſtione; extra mineras verò ſale auri ope antimonii parato coagulatur & coloratur colore rubro (pariter ſale argenti) dum Mercurius per ſe vel metallorum imperfectorum ſal ejusmodi ſummè digeſtum in ſe ſuſcipit, ab eo ut acido digeritur, maturatur, invertitur, incuneatur quaſi, & ſic ut materia à novâ formâ ſubacta & modificata in perfectius metallum transformatur: Acidum autem hoc ſal in terra metallica figente, & nihilominus inde fluxili hoſpitatur, cujus ratione Mercurius fortiſſimo quamvis igne minimè vinci poteſt, ceu de hac re experimentum habet cit. *Kunckelius Obſ. Chym. C. IV.* nimirum ex metallis in officina vitrariâ ſal paravit extractione cum ſale & aceto, quod filtrum tranſiit, ſed ſi, ut alumen plumoſum concrevit, inſolubile evadit, & non niſi igne vehementiſſimo in vitrum velut lacteum abit; *Kunckelius* verò illud eò redegit, ut ſolveretur in aqua, dein ſuperfudit Mercurio depur. & hic totus tremebundus, velut hinc inde volitans apparebat, dein abſtractâ aquâ maſſam friabilem in reductione obtinuit, quæ poſt aliquot fuſiones & in teſtâ purgationes argenti optimi ℥iß. reddidit: Quare bene indagandum, quî ſalia hæc fluida reddi poſſint, ut in Mercurium agere, eumque ingredi poſſint & figere: Mercurius enim juxta eundem conſtat ex aqua & ſale ope exiguæ

cujusdam

cujusdam terræ ſubtilioris, unde fluit; ex quo fit ut Aquæ fortis vulg. ℥j. ſolvat Mercurii ℥iij. indicio illum ex ſale nobiliſſimo, nullam, ut reliqua ſalia terreſtreitatem habente (unde nullum neque odorem neque ſaporem habet) conſtare. In metallis puris ſe nihil quàm ſal in Mercurio & extra Mercurium deprehendere idem docet, reliquum terra eſt, quæ formam conſtituit, color à ſale & terrâ accidentaliter provenit; terra ab auro ſeparata, nihilominus albeſcit, ut & illa Lunæ, unde & alia metalla, exceptâ impuritate in intimo ſunt omnia generis ejusdem reſpectu Mercurii & ſalis puri, differuntque in forma duntaxat; Nimirum Ignis ſubterraneus pinguedinem habet, eâque conſtat, illa verò pinguedo ope ſalis & aquæ ſubtilis terra evaſit, quæ deinceps combuſtibilis eſt, exiguâ parte ſal exiſtente, id quod ſulphur dicitur; Per motum generatur ignis, isque gignit acidum ut in fermentatione, per quam Mercurius coagulatur & figitur pro matricis ratione, Mercurius enim ſal libenter amplectitur & facilè per acidum coagulatur, quod ei fluxum adimit, præſertim verò ſal metallorum, ex quo ititem ut in Mercurio (ut dictum) nec odor nec ſapor elici poteſt: Atque hujusmodi ſal & Mercurius & omnia Metalla in genere obtinent. *Gratianus in Turb.* ait: *De omni re poteſt fieri ſal,* (primò enim fit cinis per calcinationem ſeu ſolutionem) *& de illo cinere ſulphur* (ſcilicet per ulteriorem cinerum reſolutionem) *& de illo ſulphure fit Mercurius* (ſcilicet per ſolutionem ultimam ad primam materiam corporis, ſcilicet Mercurium gummoſum, qui ulterius dividi non poteſt) *& ab illo incipit regeneratio, ut à primâ materiâ, quæ apta nata eſt, recipere omnem ſui generis formam.*; unde dicitur, Species metallorum transmutari non poſſe, niſi in primam materiam convertantur. Unde ad declarationem dicit *Inveſtigatio Lapidis Philoſ. MS. pag.* 221. Aurum calcinatur cum Mercurio in minutas partes arenoſas, imò in cineres, & per nullam aliam rem mundi calcinari poſſibile eſt: Et illa calcinatio nil aliud eſt niſi prima ſolutio; poſteà illi cineres reſolvuntur in partes elementales & in humidum radicale, & eſt ſecunda ſolutio; demum reſolvitur humidum radicale in partes turbidas & limpidas, & eſt ultima ſolutio: & iſta pars reſultans limpida eſt argentum vivum gummoſum & prima materia auri, & hoc eſt Mercurius Philoſophorum, & non vulgi. Maximus ergò pendet effectus à ſolutione ultimâ & perfectâ. Sciendum enim quod *Calcinatio, Solutio, Separatio, Corruptio, Putrefactio, Mortificatio, Denigratio, Imprægnatio*, ſynonyma ſunt, quæ fiunt ſaltem ad incrudandum corpus coctum, ſcilicet aurum in vaſis noſtris mineralibus & artificialibus; Nil enim refert ſecundùm *Albertum & Lullium*, an operationes minerales fiant in organis naturalibus vel artificialibus, dummodo artificialia ſint eo modo quo naturalia. Ulteriùs ſciendum, quòd Deſtillatio, in aërem levigatio, Aſcenſio

& Deſcenſio, Sublimatio & rem fixam volatilem facere, & deſponſatio unum & idem ſunt. Item quod *Coagulatio, Congelatio, Conſtrictio, Deſiccatio, Induratio, Inſpiſſatio, Condenſatio* & *Fixio* unum idemque ſunt: Nimirum ex duabus rebus fit una res, dum in minimis ſuis partibus ita miſcentur, ut nunquam à ſe invicem ſeparari queant. Conjunctione verò in fixitatem factâ rurſus ſolvatur, idque toties fiat, donec in medicinam abeat, quæ fundi poſſit, & clara, ſubtilis, compacta, levis & ponderoſa ſit, ut cùm ſuper ignem ponitur, inſtar metalli liqueſcat, & priuſquam Mercurius avolet, ſe cum illo & cum omnibus metallis per minimas partes conjungat, & illa adeò penetret, ac ſi de illorum ſubſtantia eſſet, & quæ poſtquam una res facta ſunt, per nullam artem ab iis ſeparari poſſit ob convenientiam. Et quia mixtio & diſpoſitio in principio aliquantò fortior erit, transmutatio etiam erit tantò perfectior & major: hæc autem à mixtione ſicut effectus à ſua cauſa oritur, quod tamen citra ſublimationem difficile eſt, hæc enim medium eſt hujus conjunctionis. Hæc Ovum *Phil. Vol. VII. Th. Chym. p. 565.* Sed Calcinare *Philoſophi* terere appellant, ait *Muſæum Hermet. p. 236.* Quia nimirum nullum corpus miſceri poteſt in intimo, niſi reſolvatur in minimo, in Auro, ope Mercurii ſophici calcinatione philoſophicâ id fieri obſervatur pro medicamento phyſicè & politicè contra pediculos, dicente *Becch. Sup. II. p. 25.* unde ex miſtis alteratis conſurgit corpus tertium quoddam.

IV. *Bernhardus Treviſanus P. III. Alchym.* ait: Opus noſtrum fit ex una radice & ex duabus ſubſtantiis mercurialibus, crudis, aſſumptis & ex minerâ tractis, puris & mundis, igne conjunctis amicitiæ, ut exigit ipſa materia, aſſiduè coctis, uſque dum ex duobus unum fiat, in quo quidem uno Corpus Spiritus, & iſte Corpus facta ſunt à commixtione. Sic tinget tandem decies millies millena: Is qui vidit, is pariter credit. Ad hunc enim modum virtute quantitateque multiplicatur. Omnium ſcil. Philoſophorum conſenſus eſt, ut ſolummodo interna vera, pura & ſimplicia elementa accipiamus, & cum leni calore humido coquamus, ſi alio modo id fiat, nullius momenti opus fore his verbis dicunt: Sumite res puriſſimas metallicas, & extollite eas ad cacumina montium, dein reducite eas ad uſque radices ſuas & omnia peracta erunt. Exterius ſcilicet interius, & interius exterius fiet. *Hermogenes* ait: Inſpicite Doctrinæ filii qualiter Pictores ſuis pingere Tincturis nequeunt, quouſque in cinerem eas vertant; & tum fixum, quod eſt, continet volatile in ſuo colore & natura. Nimirum ex parabola Treviſani, Rex pro amore Fontinæ, quo erga eum affecta eſt, velut mater ejus primæva, attrahitur, occiditur, & poſteà per eam reſurgit proque Regni ſubſtantia, quod eſt in admodum minutis particulis quiſque comitum (planetarum ſeu metallorum aliorum) ſuam accipit portionem, fitque tam dives quàm ille,

ſuntque

ſuntque omnes pariter opulenti. Aliâ ſimili eleganti parabolâ Opus deſcribit *Joh. de Paduâ*, dicens: Regem accipiendum, occidendum & laniandum, ejusque viſcera exanimanda unà cum excrementis, quæ bene abluenda ſint, & iterum componenda, tum illum reviĉturum magis juvenem & fortiorem omnibus: ſed non facile per violentiam aut vim manifeſtam eum extingui vel interfici; ideoque in Balneum introducendum, in quo ſi maneat aliquamdiu, in ſomnum incidere ſuaviſſimum, quo præoccupatus demum ſuperari queat: membra autem ejus in hoc balneo ita emolliri & contabeſcere, ut ab invicem ſeparabilia ſit: Aquarum virtutes mirabiles & innumerabiles exiſtunt, at nulla mirabilior eſt aquâ balnei hujus, &c. *Tollius in Manuduct. pag.* 13. hanc parabolam eleganter ita explicat, dum ait Reg. ſolaris Balneum intrat Philoſ. ſeque abluit, imò moritur & reviviſcit, pallioque indutus purpureo regale ſolium conſcendit: Mors verò hæc contingit, dum is calcinatione (ex liquatione in teſtulâ reſultante, uſque dum penitus evaporaverit) figitur; Revivificatio dum rurſus è fixo fit volatilis, novo mercurio funditur, abluitur ingreſſusque ei conciliatur repetitis talibus inhumationibus, &c. unde varii Colores emergunt, niger regimine Saturni, albus regimine Lunæ, & rubeus regimine Solis, monente enim *Tachenio Hippocr. Chym. pag.* 239. ab imperioſo ignis acido quamplurima veniunt in lucem, quæ aliàs oculis ſepulta & abſcondita manerent, haud ſecus ac reverberatione Coralliorum per 6. dies, aceto deſt. & ſpiritu vitrioli rubedo extrahitur, quæ clam in iis latitavit & ignis ope ad maturitatem perducta fuit, ceu in quo etiam conſtans manet, ſi inde Tinctura ſeparetur. Huc referri poſſet Bezoardicum Regium *Fabri*, in quo Aurum & Corallia & Perlæ ope Nitri & combuſtionis reguli Antimonii aperiuntur, prout Calcinata quævis ſolent eſſe oppido reſoluta.

V. *Nicol. Flamellus* in monte herbam Saturniam regalem & mineralem quærendam dicit, ex qua ſuccus eſt exprimendus, abjectis fecibus, qui ſit verus Mercurius Philoſ. quem ut draconem alatum cum dracone non alato (quorum fœtorem magnum eſſe dicit & exhalationes in altum ſcandentes obſcuras, nigras, cœruleas & flavas) ſcilicet auro vel igne miſcendum dicit ſuper igne, in nido decenti, ut ex eo pullus naſcatur, qui ſanguine ſuo ſanabit omnes. Sulphur ſcilicet devorandum eſt, Mercuriusque ejus mortificandus, idque aliquoties:

Si fixum ſolvas, faciasque volare ſolutum:
Et volucrem figas, faciet Te vivere tutum.

Ad hujus fixi & volatilis ſeu draconis alati & non alati intelligentiam noſcendum, juxta *Kunckelium Obſ. Chym. pag. m.* 26. illa ſaltem differre ratione conſiſtentiæ, & prout plus vel minus terræ habent; quia verò experientiâ

rientiâ edoctus *Kunckelius pag.* 87. in ſeparatione principiorum Auri terram albam mortuam irreducibilem (ceu quæ in Crucibulo candebat inſtar cretæ & non ſine fluxu addito in vitrum lacteum abiit) in ſat magnâ copiâ reperit, terrâ rubrâ ſolutâ & Mercurio ſeparatis, patet facilè ad penetrantiam Tincturarum obtinendam, eò redigendam eſſe hanc terram in Auro & Argento, ut ſpirituali quodam modo ingreſſum obtineat, quò aliis quidquam communicare poſſit, ut ait *pag.* 85. Egregiè de hoc *Beccher. ſuppl. I. in Phyſ. ſubt. p. m.* 135. dicens: Tincturæ vis in Auro ſubtili & penetrativo facto conſiſtit, Aurum enim philoſophorum materiâ quadam ſpirituali attenuatum, extenſum, in minimis atomis penetrantiâ ſuâ alterat, ſuamque vim ſtipticam figentem inducit ſine ſui recorporatione: materia verò iſta ſpiritualis per ſe ſine auro fixata non tingit, iſtud enim quod tingit, eſt Aurum, quod verò tingere facit aurum, eſt ſpiritualis illa materia fixa dans auro penetrantiam: Argentum & Aurum tingunt, quia penetrata ſunt, ſed aurificant vel argentificant, quia Aurum & Argentum eſt. Vapor mineralis ergo omnis figitur cum terra ſui generis, id eſt, diſpoſitionis metallicæ, quâ quia deſtituuntur imperfecta metalla in ſcorias, vitrum, ſtomoma, crocum, &c. abeunt. Hinc Philoſophi tantopere ſuum ſal commendant, id eſt, ſubtiliſſimæ calcis ſeu terræ foliatæ metallicæ portionem, Mercurio ſophico (per ſe inutili) conjungendam. Hujus penetrantiæ vim probat *Becherus* Lunâ cornuâ, ſolutionis ſcilicet ejus in aquæ fortis vulg. præcipitatione cum ſpiritu vitrioli, unde facilè fuſilis eſt ac olei inſtar penetrans, moneta enim cuprea injecta, pauco tempore ita præparatur ſeu penetratur, ut foris & intus Argentum appareat. Sic & Olei è metallis eliciti unicâ guttâ plurimum aquæ in ſuperficie tingitur. Ad genuinæ autem Tincturæ philoſophicæ præparationem, pro illuſtrandâ celebris *Flammelli* (cujus figuræ hieroglyphicæ adhuc hodie Pariſiis videntur) ſententiâ, non immeritò monet *Morhofius de Tranſm. Metall. p. m.* 56. quod Elixir ſuum Philoſophi componant, dum materiam metallicam mercuralem depuratam (ſuccum ſcil. Lunariæ ex ſphæra Lunæ petitum, quem & Ignem, Aquam, Acetum ob vim agendi hujus velut ſimilem in corpus, vocant, de quo *pag.* 62.) cum puriſſimo auri ſulphure conjungunt & in ſubtiliſſimam, fixam tamen naturam convertunt, omni auro longè perfectiorem, quæ iteratis reſolutionibus & coagulationibus majores ſemper perfectionis ſuæ gradus acquirit. Hinc & illa materia *fumus albus* vocatur, quia in deſtillando, id eſt, liquefaciendo primò egreditur albus fumus ante rubram Tincturam, qui cum in alembicum aſcendit vitrum lactis inſtar dealbat, unde & *Lac Virginis* dicitur; *Leo* item *Viridis*, id eſt, viride vivum, quod nondum eſt fixum, ſed cum auro fixandum, unde tandem omnis calx auri in oleum vertetur incombuſtibile

quod

quod coagulabitur in viſibilem Lapidem, quem *Lullius* vocat *Baſiliſcum* ſuum abſque etiam igneâ Mercurium vulgi in Aurum vertentem: Ab iſta ſcilicet diruptione corporis ſublimationem inſequente (quâ ſcilicet ſolvitur ligamen corporis, & rumpitur conſolidatio partium terreſtrium, Aurum ſcilicet à ſuis velut annellis exit) extrahitur anima ſubtilis & tingens, quæ cum ſpiritu prædicto mixta in verum cum eo vertitur Elixir: fit enim ſic eorum impaſtatio, quæ oritur à nimia trituratione, inceratione & aſſatione, quibus dividuntur partes ligatæ viſcoſitate aquæ: ſic enim fiet, ait *Flamell. in Annotat. pag. m.* 173. ut inttrinſecum foràs extrudatur: Niſi enim materiam ſpoliaveris, corpora incorporea feceris, niſi per corruptionem ipſa excuſſeris, diſſolveris, quod latitat è profundo in ortum produxeris, niſi hac viâ præparante res incorporeas feceris, non informabis naturas, neque corpora ſpiritus facies. Corpus terrenum umbram ſuam habet, quam oportet ſpoliare igneo pharmaco; ſpoliare autem eſt humiliare, corrumpere, ſolvere & mortificare. Nihil poſteà opus hoc erit quàm nebulæ & aquę extractio. Terraqueus Mercurius actu eſt albus & potentiâ ruber, & cùm decoquitur, miſtione ſeminis aurifici rubeſcit & ſuum humidum tingit in citrinum. Color enim omnis eſt à ferro decocto: hoc in ochrâ citrini coloris demonſtratur, quæ coctione fit rubra. At ſemen lunificum cùm ſit ſemicoctum, retinet Mercurii colorem. Terreum & acidum maximè appropriatum hîc eſt, quia horum particulæ diverſimodis comixtionum contractionumque formis ſubjacent, quibus interveniens luminis ictus pro partium poſitura *Colores* variat, ut ſupra jam ex *Kunckelio* allatum.

VI. *Auctor Tumuli Paupertatis*, Gallus, Vir equeſtris, magnæ ſcientiæ & experientiæ admirabilis, ut loquitur *Tackius Myſt. reſurr. rer. pag. m.* 49. Philoſophus eſt per ignem reverberii: nimirum hic Aurum, extremum metallorum & in quo jam natura tincturam generare incepit, per Mercurii (non verò vulgaris vel metallorum, *p.* 31.) amalgamationem valde ſubtiliſat & recludit, dein per ſolius ignis gradus calcinat in ſalem fuſibilem, tingentem, penetrantem, repetitis ſcilicet, ut *Cap.* 7. 12. docet, calcinationibus & diſſolutionibus ope menſtrui philoſophici, unde habito hoc ſale inſtar olei craſſi igne non coagulandi amplius, habebitur verus Lapis Philoſophicus inſtar aceti ſimili novo in infinitum etiam multiplicandus. Atque hanc viam brevem, facilem, paucorum ſumptuum, minoris temporis eſſe *Cap.* 7. verè docet, quia ex voce Alchymiæ Aurum in ſal fuſile ope Mercurii reducitur, ut dein Mercurium vulgi in Aurum convertere ſuâ tenuitate, penetrantiâ & igneitate poſſit; maximè ſi conſideretur hoc præſtare Sal comune repetitis præcipitationibus & diſſolutionibus fluxile vel fuſibile redditum, uti ſe expertum eſſe refert, & de quo conſulendus, *Mazzotta*,

I qui

qui ſal quodvis, præſertim ſal alkali ex ſaleſſiâ di mare ſeu ſodâ cum ā̄ā calcis vivæ & aquæ comm. in paſtam redigit, dein poſt dies duos evaporatione calcinat per 6. horas vel ultra, poſteà ſeparat ſal à calce cum aqua ſtillata communi, & filtrat & congelat, iterum miſcet cum calce viva recente, coquit, & aquâ extrahit, & facit ut ſupra, & hoc toties reiterat, uſque dum fundatur ſuper carbones ardentes, & non fumet, ultimò dum ita præparatum fuerit in vaſe vitreato poſito, dat ignem fortem, & facit, ut fundatur ſicut oleum, & permittit ſic fuſum permanere per horam ſuper ignem, poſteà refrigeratum ponit ſuper marmor in humido, ut ſolvatur in aquam, quam ponit in ampullâ vitreâ, & locat ipſam ſuper ignem, dum videt aquam ſurſum aſſurgere, ligno facit deorſum deſcendere, & dum fuſum erit, permittit ſic ſtare in igne, & erit fixum, quod igne diſſolvetur, Hoc, ait, ſpiritus retinet cum mercurio poſitum, cùm mercurius in igne caleſit, ipſum ſal funditur & ingreditur intra ipſum, & congelabit illum: His Salibus alios ſpiritus ſublimatos miſcendo toties ut currant ſicut cera ſuper laminam ignitam, & ipſis ita optimè fixatis ſeu rubris ſeu albis perfectè transmutamus, & hinc circa hoc Sal quàm maximè inſiſtendum. Perfectæ autem Lapidis calcinationis *ſigna*, Eques ille Gallicus, ſeptem innuit eſſe ſigna, ex quibus, etſi occultet idiomate forſan Arabico, præcipuè ſunt, irreducibilitas, fuſio, ingreſſio, fixio ſtans: *Scotus in MS.* ea diſtinguit in Intrinſeca & Extrinſeca; illa ſint, ut ſit aëre ſubtilior, nitidior aut lacte, aut rutilantior vino, oleo liquidior, furioſo vento ſpiritualior, limpidior aquâ, fixior igne, incoagulabilis: hæc verò, Curatio morborum, Projectio convertens, communicans fermentativam vim, Vitri malleabilitas, Lapidum pretioſorum, Unionum maximarum artificialis productio, id quod fluit omne ex natura fluente Mercurii & purificatâ; Hoc verò ut obtineatur, juxta cit. *Auctor. Tumul. Paupert.* C. XI. p. 59. Aurum ita calcinandum, ut penitus in Salis naturam vertatur: Lapis Philoſ. ait, juxta Veteres præparatus, etiam non niſi Sal eſt & Pulvis rubeus, ut ille, ſed plus requiritur temporis ad illud præparandum ob Mercurium duplicatum prius præparandum & coctionem non niſi annuo ſpatio perfectè abſolvendam. Quòd ſi ergo fructus ex hoc opere capiendus eſt, medicina gummoſa facienda erit, ut ſit facilis liquefactionis inſtar ceræ abſque fumo, tunc demum enim in projectione pars una ſalina gummoſa alteram ſequetur, & ſe in ſemetipſam in poros metallorum dilatabit, & illa metalla, in quæ fuerit projecta, penetrabit, & tantam unionem excitabit, ut nunquam à ſe invicem ſeparari queant: Si verò in medicina aliquid reſtabit, quod rubrum ſit & pulveriſari poſſit, indicium erit non ſatis gūmoſam eſſe, quæ poros ſeparabit & metallum friabile efficiet: Neceſſum eſt ergo illam adeò ſubtilitatam eſſe, poſtquam per ſolutionem, coagulationem

tionem & fixationem fixa facta eſt, ut ſi oleum ex illa paretur, illud incombuſtibile ſit, ita ut medicina tua potius ſpecies quàm genus vocari poſſit, quæ tantùm Tinctura eſt in colore fixo. Hæc *Adrop Phil. in Vol. VII. Th. Chym. p. 563.* Quantò autem ſimplicius artifex hoc in opere agit (imitando naturam) tantò melius & ſecuriùs facit. Hinc *Treviſanus* ait; Noſtrum opus adeò exiguum, ſimplex & facile eſt, quod ſi verbis tibi aperire aut re ipsâ monſtrare deberem, non eſſes crediturus. *Zacharias* ait, inde artem uno die vel horâ addiſci poſſe, Deumque excellens opus in vili re ponentem longè altiora poſſe; nimirum is in humilitate beneplacitum ſuum habet, ne divites hac de re cogitent, qui non niſi aurum ſomniant, hoc verò aurum vile non vident nec noverunt.

VII. *Baſilius Valentinus in Clav.* reverberii viam apertè terit. Aurum enim ope Antimonii depuratum in aquâ forti regiâ noſtrâ mercuriali, antimoniali, ſaturninâ reſolvit, atque hinc in ſubtiliſſimam & puriſſimam redigit calcem, hanc demum reverberat in cinerem philoſophicum ſale imprægnatum ſapientiæ, in quo conſiſtere dicit reſurrectionem ad vitam novam: Hic *Baſilius Valentinus* (vel qui alius ſub nomine latet Phil. Hermeticus) tincturæ Phil. confectionem pòſt Auri ope antimonii, id eſt, Regis à Lupo purgationem quoque in duobus conſiſtere docet; nimir. Solutione & Coagulatione horumque repetitione ſeu multiplicatione & poſt hæc Fermentatione. In *primâ* operatione Aurum vulg. nutritur, imprægnatur, animatur & vivificatur animâ mundi generali, id eſt, reſuſcitatione ejus ut mortui vivificâ ſpiritus illius virtute, id quod fit poſt animationem, calcinationem & auri vulg. in aquâ phil. diſſolutionem; nimirum aurum vulgare vivum eſt reddendũ, id quod *Baſilius* docet mortificando: Phœnix avis meridionalis celer & levis cor ex corpore magni animalis orientis extrahit, die Löwenhaut muß ihme genommen werden / ut alæ diſpareant, & ut intret magnum mare ſalſum oceani & rurſus cum pulchritudine egrediatur; tunc projice ſpiritus tuos inquietos in profundum fontem, cui aqua nunquam deficit & exiccatur, ut matri ſuæ ibi abſconditæ fiant ſimiles, quæ ortum ſuum accipit de tribus. In *ſecundâ* operatione, unde opus Phil. juxta Auctores pleroſque incipitur (parum enim & valde obſcurè de primâ, ſine qua tamen opus nullum, ſermo fit) fixatur anima generalis mundi in auro vulgari, convertendo ignem in terram, ſubtile in ſpiſſum, volatile in fixum & reſtituendo animam puram albam immobili corpori ſuo craſſo & terreſtri. Et ſi opus fuit in primo opere patientiâ eâdem & in ſecundo hoc ei non deficere debet; Nam putrefactio vel Caput corvi durabit per 7. vel 9. vel 10. dies, quibus finitis albus, dein rubeus color igne debito habebitur. *Baſilius in L. I. Clavium XII.* docet, quid in ſecunda hac Operatione facto ſit

 opus,

opus, ubi dicit adeò rectificandum eſſe Mercurium, Sulphur & Sal philoſ. ut Anima, Spiritus & Corpus tam bene uniantur, ut nunquam à ſe invicem diſſolvi queant, vinculo amoris perfecto exiſtente, domoque gloriæ & honoris extructâ. Eſtque hoc ſaltem conjunctio aquæ ſiccæ cum ſubſtantiâ terreſtri; Item monet, quòd magnas alas facere oporteat terræ (in primâ ſcil. operatione) coarctando & premendo illam, adeò ut in altum adſcendat & ſuper omnes montes uſque ad firmamentum volet: Et quod tunc (in ſecunda ſcil. operatione) poſt coarctationem & preſſionem illam oporteat terræ alas amputare cum igne magno conveniente, ut in mare rubrum decidat, & ibi ſubmergatur: Et quòd poſt hæc oporteat mare reddere tranquillum & exiccare aquas per ignem & per aërem, ut terra renaſcatur, & ſic quis habebit *Omnia in omnibus*, id eſt, Lapidem Philoſ. ſcilicet virtutem magneticam omnium mineralium ex ſale & ſulphure ortorum & bis è Mercurio progenitorum. Ne verò moleſtus & profundus labor repetendus ſit, Multiplicatio in virtute & quantitate docetur, nim. novâ aquâ Phil. diſſolvendum & fixandum eſſe proceſſu ſimili ut antè, decuplâ tam virtute auctâ, ita ut ſi prius 100. dein 1000. pondus imperfecti tingat, & ſic in infinitum. Et quia Lapis ob ſummam ſuam ſpiritualitatem & ſubtilitatem imperfectis metallis ſupernataret, Fermentatio ope Auri vel Argenti pro Tincturæ ratione inſtituenda erit, ſicque rubrum diebus III. album II. fundendum erit: in die verò primo materiæ ſunt nigræ, in ſecundo albæ & tertio rubræ & ſanguineæ; adeò ut dein Projectio fieri poſſit. Per materiam ergo Lapis Phil. eſt ſpiritus mundi, qui interveniente cœlo eſt corporificatus in puro & virginali ventre terræ Adamicæ: per formam verò eſt Aurum exaltatum digeſtionibus: Omnis ergo Sapientia in ſolvendo Auro & coagulando ſpiritu metallico, ut ſcilicet anima mundi generalis in Auro vel Argento vulgi coaguletur & firmiter fixetur: ſolutio ergo fit ratione corporis & coagulatio ratione ſpiritûs; quo facto nil reſtat, niſi multiplicatio & fermentatio: ſed ſcientiæ & patientiæ defectus multos ab hoc opere arcent. Quare & juxta *Orthelium ſuper Sendivog.* comparatur hic Lapis Philoſ. cum lapide angulari rejecto qui Chriſtus eſt (*a*) non ab omnibus receptus; ſpectat enim

(a) *Kunradt in Amphith. p.58.* ait: Utinam Theologi nonnulli hodierno die parum Chriſtianè diſputantes, in hoc (vetuſtiores imitantes Patriarchas, Cabaliſtas, Magos aut Sapientes) operam quoque collocarent ſuam, ut diſcerent legere, videre, tangere, cognoſcere Maſchiam typo reali in Libro Naturæ catholico, veracius certè (lumine ſic ſimul ducti naturæ, ſpiritûs ſapientiæ manu) quàm verbosâ diſputatione cognoſcerent & deprehenderent doctrinam de DEO, CHriſti perſonâ, officio, aliisque Chriſtianæ Religionis articulis. Liber enim Naturæ explicat librum ſacro-ſanctæ Scripturæ & contra. Diſcite ergò noſſe Sal ſapientiæ antiquiſſimum, Vitriolum naturæ catholicū, quod catholicè reperitur in ſola Sapientiæ minera & Omnia in omnibus.

enim ſimiliter hic Lapis ſaltem ad pios & electos. Theſauri ſcilicet utriuſque myſteria proponuntur tum in verbo ſcripto tum facto : in ſcripto, id eſt, S.Scripturâ ſupremus Salvator ſeu Verbum incarnatum in cunis velut involutus

---

in omnibus theoſophicè noveritis. Sapientiæ typus realis Lapis Phil. in libro naturæ magno, felix cui indicatum & indicans ritè cognita. JHSUH CHRISTI Perſona, Paſſio & Reſurrectio : Lapidis Phil. materia, Præparatio & in corpore glorificato pluſquam perfectio : Tuique ad imaginem DEI formati, ſecundum corpus, ſpiritum & animam regeneratio plurima harmoniæ catholica tibi manifeſtabunt ſecreta. Diſce Biblia in naturâ & temetipſo : Naturam in Bibliis & temetipſo : Te in Bibliis atque naturâ & ſapiens eris. Jehovam & quem miſit JEſum CHriſtum reperies, & in S. Scripturâ, & in Naturâ, univerſaliter in Lapide Philoſoph. particulariter in toto univerſo creato per ſingulas creaturas, in Temetipſo modo utroque. Naturam catholicè ex & in verbo ſcripto nec non incarnato, ex & in ſemetipsâ, in Lapide Philoſ. atque Te ipſo; particulariter in ſacro-ſanctæ Scripturæ ac mundi partibus utriuſque. Teipſum ex & in teipſo, naturâ atque creaturâ & DEO, in CHriſto verboque ſcripto univerſaliter & particulariter ut antea. Hoc Omnia in Omnibus & in Omnia catholicè, typicè. Hic Sapientia! Lapis Philoſoph. juxta *cit. Kunradt in Amphith. p. 195.* eſt Ruach Elohim (qui incubabat aquis, *Gen. 1.*) cœlo mediante conceptus & corpus verum & ſub ſenſus cadens, factus, in utero πρωτο-τόκου (χάους creati) mundi majoris virgineo, terra nimirum vacua & inani & aquâ natus in lucem μακροκόσμου filius, aſpectu vilis deformis; conſubſtantialis ſimilisque parenti, mundus parvus, catholicus, triunus, hermaphroditus, viſibilis, ſenſibilis, localis & finitus, manifeſtatus regeneratoriè à ſemetipſo artis phyſico chymicæ obſtetriciâ manu in corpore ſuo ſemel aſſumpto glorificato, ad commodum ſeu uſus probè infinitos & microcoſmo & macrocoſmo in trinitate catholicâ mirificè ſalutares. Ex quo patet myſterium typicum conceptio ſcilicet Servatoris & Salvatoris utriuſque & mundi majoris & minoris ſeu generis humani : Verbum nimirum caro factum eſt. Unde *Kunradt :* Ex Lapide CHriſtum naturaliter cognoſcito & ex CHriſto Lapidem theoſophicè diſcito. Natus eſt in lucem in terrâ catholicâ ſanctâ in Saturnio regno (ſcil. Saturn. Phil.) ex ſemine & ſubſtantiâ parentis à radiis & ſcintillis animæ mundi ſpecialibus. Unus eſt DEus, quia unus mundus, & quia unus mundus, unus eſt Lapis Philoſophorum catholicus, catholicè repræſentans mundi unius univerſum unum, ejusque Creatorem & Conditorem unum. Omniaque ritè appellari poteſt ac debet. Trinus, Unus in compoſito ſeu toto & quod extra & citra hunc non ſit alius in virtute mirificâ huic ſimilis. Triunus in eſſentiis & ſubſiſtentiis, conſtat enim terrâ & aquâ, Corpore uno : Spiritu æthereo quod cœlum eſt medio copulante : & Animâ animæ mundi ſcintillâ animatus catholicè hypoſtaſibus aut ſubſtantiis tribus diſtinctis & diverſis : unde Lapis trinus exiſtit, & Unus. hoc eſt, triunus ſcilicet Terreſtris, Cœleſtis atque Divinus; Vegetabilis quoque Animalis & Mineralis dicitur, quia eſt illud idem in ſubſtantiâ & in eſſe, ex quo Vegetabilia, Animalia & Mineralia orta ſunt, & in quæ mirificè operari poteſt. Triunus eſt, quia Sale, Sulphure, Mercurio ſubſtantiis tribus diverſis & diſtinctis in Lapidem eſt compoſitus Triunum. Aquæ ſupercœleſtes juxta *eund. Kunradt in Amphit. pag. 128.* ſunt latex ille æthereus incombuſtibiliter ardens, qualis olim Patavii & alibi repertus : qualis etiam aqua mirabilis reperitur in regione elementari in Sapientiæ Minera, quæ Magneſia ſapientum & materia Lapidis Philoſ. debita & genuina, in quam DEUS poſuit & reſervavit cœlum; terram & aquam, Hyle & ſemina mundi, ut inde cognoſcatur DEUS ejusque bonitas & ſapientia. Quare & Ethnicus, Turca, Judæus S. Scripturam nihili æſtimans ex naturæ libro convinci & converti poteſt ad Chriſtianiſmum. Enſoph. ! ceu & *Galatinus* aſſeruit Judæorum Rabbinos per Cabalam trinitatem CHriſtumque agnoviſſe. Not. Nomen 'Ιησοῦς efficere num. 888. ſimplex verò octogenarius reſurrectionis ſymbolum eſt, & Herculi ſeu Vulcano Phil. à Gentilibus dicatus. Triplex autem ejus repetitio trinam perfecti operis rotationem ſeu corporis glorificati ſolutionem & fixationem innuit, ut denarius

abſolvatur

involutus à Theoſophis Magis quærendus: in hoc verò facto & dicto (cui verbum ſcriptum non exiguam doctrinam & teſtimonium præbet) verbum Domini velut incorporatum in creaturis, DEI velut digito commonſtratur; eſtque nil aliud, quàm ignis, vita & ſpiritus, quem ab initio creationis ſancta

abſolvatur philoſoph. & Lapis ſit abſolutus & perfectò tingens. *Tollius* ait, Fides eſt magnetica attractio ſpiritus mercurialis, quem terra ſalina deperit. Diabolum cum Saturni ſpiritu impuro conferunt, & Angelos ejus cum ſpiritibus mineralium corroſivis & ſolventibus. Vid. *Holland. l. c. 89.* Supremum Judicium materiæ per ignem depurationem maliquè ſeu fecum ſeparationem arguit. Peccatum originale eſt terræ impuritas craſſior in deflagratione mundi Chemici per ignem exurenda. Preces quotidianæ Baſilii ſunt Antimonii Phil. repetitæ abſtractiones ſpiritus mercurialis ſive quotidianus cibi potusque appetitus. Eliæ, Enochi ſubvectio in Cœlum ex illo: portavit eum ventus in utero ſuo: Currus ſunt ſpirit. ignei & incendiarii. *Hanneman. Poriſm. de Luce, Dec. II. An. VI. M.C. p.m. 564.* Lucem dicit eſſe principium non Judæorum nugatoriæ ſed naturæ & artis Kabalæ, quæ ſymbolizat cum Theologiâ orthodoxâ: Magiſterium Lap. Philoſ. eſſe opus Magiæ & Cabalæ. Urim & Thummim Lucis & Ignis myſterium fuiſſe. Quod ſi fidem noſtram Criſtianam, ait Phil. Bonus in Margar. pret. *C. IX.* non offenderem, auderem dicere quoſdam antiquorum Prophetarum habuiſſe (ſi fas eſſet) artem, ut Moyſen, David, Salomonem, Joh. Evang. & alios, qui eam dictis Domini intermiſcuerunt & occultaverunt, ſicut perpenderunt ſapientes. Iſta enim ſcientia divina eſt, & cum reliquis myſticè patitur implicari. Sic ope hujus artis ponitur item in DEO Trinitas in Unitate cum diſtinctione trium, ſed abſque diverſitate in ipſo. Huc verò ſpectat id, quod *Delrio Diſput. Mag. p 89.* monet; Peccatur non leviter ait, in artis traditione quando S. Scripturæ nominibus & verbis abutunuur ad ſuas nomenclaturas vel præcepta, neque minus quando libris ſuis inſerunt figuras ſeu imagines vel planè obſcœnas vel etiam ob abuſum rei ſacræ prorſus blaſphemas, quod fecit ille Typographus Baſilienſis qui Roſarium excudit; & ſacræ Triadis, CHriſti Domini reſurgentis & B. Virginis Mariæ coronationis icones, quas alias templis ejectarânt, eos ad alchymica myſteria & transformationes tranſtulit. Quàm autem *Delrio* horum myſteriorum fuerit ignarus, noſtro tamen judicio analogiam horum non malè attendit *Raymundus Lullius* (de cujus vitâ & pietate legere eſt *in Præfat. Oper. Riplæi*) circa Caput Corvi, dicens: Idcirco, Fili, ait, mente teneas divinam Cœnam Domini noſtri JEſu CHriſti, qui mortuus fuit, & ſepultus, & luce tertiâ reſurrexit in terram permanentem: Fili, mente teneas, quod nullum ens poſſit vitâ perpetuari, niſi prius mortuum fuerit. Imbibe igitur terram nigram de ſuâ aquâ propriâ, paulatim rorando & coquendo quoad corpus ſit album factum & multum ſplendens, & erit exaltatum & poſitum in magnâ dignitate. Sicut DEUS, ait quoque ingenioſè *Auctor Gloriæ Mund. p. 848.* Muſ Herm. ſanctâ ſuâ carne multos peccatores cibat, ita Tinctura omnia groſſa craſſaque tingit in Mercurium, quamvis velut peccator impura ſient; id verò nil nocet Tincturæ, bonum æquè quàm malum tingit & cum S Sacramento comparatur, quod nullum peccatorem excludit, quam impurus etiam ille ſiet. Aptè quoque ad hanc rem, ait *Morhofius in Polyhiſt. pag. m. 209.* Non ignotum eſt perpetuum myſticæ Theologiæ cum arcaniori ſcientiâ naturali ab ejus Doctoribus ſtatui conſenſum, quod omnium ſcripta Caballiſtica loquuntur, quâ occaſione ſomnio *Manuelis L. 3. Hiſtor. Ioh. Cantacuzen. C. 81.* ubi per variorum animalium apparitionem & dictorum à Prophetâ Eſajâ ad illa applicationem nil aliud quàm varia Operis Philoſophici φχινόδρα ſignificantur, quod iis qui in Lectione illorum Librorum exercitati ſunt, dijudicatu facilè erit: Perpetuum hinc myſticæ Theologiæ cum arcaniori ſcientiâ naturali ab ejus Doctoribus ſtatui conſenſum ignotum minimè eſt. Et non tam ſuperſtitionis quàm abſconditæ pietatis argumentum eſt eorum, qui arcanis rerum naturalium quaſi typis quibusdam rerum Divinarum myſteria adumbrari ſentiunt. Quod multis ad Chriſtianiſmi ſacra

ſancta Trinitas expandit, quique primordialibus aquis incubavit, & per verbum creaturis inſpiratus & incorporatus fuit, ut eos conſervet: unde dicitur: *Quam dulcis eſt ô DEUS ſpiritus tuus in omnibus rebus*: item, *Aufer ab illis ſpiritum tuum & annihilabuntur.* Quare & inquit laudatus *Baſil. Clav. V.* Oportet, ut id quod mortuum videtur, in vitam ſpiritualem reſuſcitetur, ſpiritu eo cibetur velut rore cœli, id quod Materia informis vocetur, Aurum ſcilicet Magnetem ſuum habet velut Ferrum, eſtque is materia prima Lapidis, quæ nota felicem deprædicat quemvis, nimirum initium Lapidis Philoſ. eſt corpus clauſum comprehenſibile ſcilicet Aurum: Medium ſpiritus volatilis & aqua aurea abſque corroſivo: Finis tandem fixa medicina hominum & metallorum; ad quam obtinendum oportet materiam bene depuratam recludere, corrumpere & in pulverem & cineres redigere, quo facto ſpiritus albus, & rubeus emerget, qui de novo cibandi uſque ad perfectionem; In humido, ait *Clav. X.* materia recluditur, putrefactione unitur, in cinere floret, arenâ penitus humiditates exiccantur, conſtans verò ignis flammæ maturitatem conſtantem infert unà cum fixitate; Non ut opus ſit balneo Mariæ, fimo equino, cineribus & arenâ, ſed ut gradus ignis ejusque regimen ita obſerventur; nam Lapis præparatur in furno bene diſpoſito vaſeque decenti, igneque continuo coquitur uſque dum omnis nebula & vapor evanuerit & veſtimentum gloriæ apparuerit & in infimo factâ circuitione conſtiterit. Hinc ſi Rex manus elevare impotens ſit, gloria mundi invincibilis ipſe erit: unde ait *Baſilius*: Si terra tua in aquâ propriâ ſoluta eſt, exicca aquam igne penitus & aër novam vitam inſpirabit, itâ verò corporali redditâ materiam poſſidebis, quæ Lapis Phil. eſt, pervadens ſpiritûs inſtar metalla ſanansque corpora humana. Color ejus zichet ſich von der durchſichtigen Röhte auff die dunckelbraune/ von der Rubinfarb auff Granaten: Ponderoſus eſt. Hinc *Morhof. de Metall. Tranſmut. pag.* 101. inquit: Si tam miranda in Vegetabilibus per fermentationem, quæ quaſi tritus naturæ eſt, uno momento fieri poſſunt, cur in metallis non quoque fient, ceu in quibus nomine Generationis & Transmutationis carere poſſumus, cùm ſola miſtio Auri Tincturam alteri metallo inferat & arctiori partes interiores plexu conjungat, unde auctum pondus eſt, quod in lateribus coctis vel

ſacra amplectenda profuit. *Idem pag. 38.* ita loquitur: De Gentilium religione magna extant volumina, pauci verò ſunt, qui iſtius θεογονίας & θεολογίας fundamenta penetrarint: Neque adeo ſtolidi fuere ſagaciſſimi hi populi, ut quæ vulgo de eorum ſacris traduntur, eo ſenſu accipi velint, quo ſe nobis exhibent, iis præcipuè, qui eorum fingendorum auctores extitere; alii ſub hoc ænigmate ſenſus latent myſteria ſcilicet naturæ ſecretioris, quod ut ſuſpicione attigerunt multi, ita fuit inter tot interpretes Davos unus alterque hodie OEdipus, qui aliquid de iis prodiderit. Vid. *Meyer. Arcan. Ægypt. Tollii Fortuita, Hannemann. Oſcul. Herm.*

ſolus ignis præſtare valet. Exemplum eſſe poteſt quoq; *Minium* à ceruſsâ factū quod dum conficitur, mole quidem diminuitur, ſed pondere augetur. Colores autē in calcinatione Saturni emergentes illuſtrant eos, qui in confectione lapidis apparent, dum ſicceſcit; Non poteſt enim, ait *Faber Sap. Univ. C. IX.* ſpiritus à corpore deſtillari & ſublimari, quin corpus in fundo alembici remaneat ſiccum & aridū, & ſic calcinatur corpus, dum ſeparatur ab eo ejus ſpiritus deſtillatione, ſic calcinatione illâ & deſiccatione corpus ſūmopere depuratur, coloratur & in corpus ferè lucidū & ſplendens carbunculi inſtar transmutatur, huic corpori ſic præparato annectendus eſt ejus ſpiritus, qui ſimul cocti & perfectiſſimè digeſti, donec duo unum fiant perfectè maturum, fixum fiat volatile & contra, & rurſus fixum volatile & volatile fixum & ſic tandem ternâ & quaternâ iteratione perficietur naturæ arcanum ſummum ſeu Eſſentia limpidiſſima Balſami catholici, dum ſolvens philoſoph. & Auri partes puræ & limpidæ ſe invicem penetrant, ita ut non detur pars ſine parte alterius, itaque perquam optimè miſcentur invicem & cùm inter ſe miſceantur, ignis valde temperatus illas non ſeparat, ſed magis & magis conjungit, ita ut igni aſſueſcant, & tandem inſeparabiliter uniantur. Quò ſi poſteà de novo volatile hoc ſolvens fixo miſceatur, iterum reincipiet motus, donec rurſus fixa elementa auri devicta & ſuperata habuerint volatilem ſpiritum, & ipſum fixaverint, & tunc rurſus ceſſat motus, & advenit nova quies adveniente novâ coagulatione & fixatione, & ſic multiplicatur Arcanum & augetur in ſubſtantiâ, virtute & proprietate, evadit enim ſic tenuius & ſubtilius. Ad hanc rem commendat noſter *Baſil. Curr. triumph. p. 318.* Salia metallica figentia, ceu in quibus latet theſaurus pretioſiſſimus, à quo omnis fixatio ſuam ducat originem, ut dein Lapis Philoſ. qui ex ipsâ Auri eſſentiâ fieri debet, tingat univerſaliter. Nullum autem Corpus extra fermentationem (quæ & in fine neceſſaria eſt ad metalla cum lucro convertanda) utile eſt ad ullum Lapidem; quamvis enim in principio forma corporea atque ens corporale, viſibile & tangibile (Aurum omnibus antecellens in perfectione, præſertim cùm in maturatione ſuâ per ignem ulterius producitur) aſſumatur, tamen ex illo formali corpore elici debet ſpiritualis (ope ſcilicet Mercurii, qui plurimus in Antimonio pulchro, puro, aureæ cujusdam proprietatis reperitur, hincque auro amicus eſt & aptus ad uſum tam Medicinæ quàm Alchemiæ, ut ait Idem *p.* 38. Mercurius hic, ait *pag.* 105. tam intus quàm foris nil niſi merus ignis eſt, ideò nullo eſt igne combuſtibilis, nullus ignis illum apprehendit, ut eum de ſuâ eſſentiâ deturbet, ſed fugit ſubitò & reſolvit ſe ſpiritualiter in Oleum incombuſtibile, vel poſt fixationem ſuam ita manet invariabilis, ut nulli homini ſuppetant Vires, quibus illum iterum conturbet; atque hactenus quicquid ex auro fieri

poteſt,

poteſt, id etiam per artem confici poteſt, cùm poſt coagulationem ſuam auro omnino ſit ſimilis, quia cum auro ex eodem ſtirpe & ex uno eodemque productus eſt) & cœleſtis quædam entitas, dicam an apparentia, aliud enim quo id appellem, nomen non occurrit (vide tamen ſupra) quæ entitas antea per aſtra iſti corpori infuſa & per elementa perfecta & concocta fuit; hæc autem ſpiritualis entitas rurſus per ignem minorem & regimen ac directionem Microcoſmi iterum ad tangibilem, fixam & ſolidam & inconſumptibilem materiam reducenda eſt; hoc eſt, explicante *Kerckringio*, poſtquam purum ab impuro ſeparatum eſt, fixum volatile reddi debet, & rurſus illud figendum, inferius debet fieri ſuperius & idem rurſus mergendum in profundam abyſſum, unde evolaverat: ſic brevibus verbis myſteria panduntnr & ſecretum ſecretorum manifeſtatur. Nimirum Lapis vel ſemen auriferum coqui & maturari debet igne corporali in microcoſmo velut cæteræ medicinæ & cibi eodem præparantur; Ubi enim ceſſat ignis magnus Macrocoſmi ab operatione ſuâ ibi Microcoſmus novam incipit producere generationem, ideoque nemini mira videbitur hæc concoctio; frumentum augetur & matureſcit igne elementali macrocoſmi, ſed igne corporali microcoſmi nova demum coctio & maturatio efficitur, ut homo poſſit eo divûm munere uti & frui ad ſui ſuſtentationem, quo ultimum & minimum quod ex primo & maximo productum eſt, ſua poſſit perficere. Atque hoc idem eſt, quod der uhralte Ritterkrieg ait; Lapidem noſtrum non pluris indigere quàm auxilii artificis per ejus manualem operationem, nec non ignis naturalis, per ſe enim ſoùlm hoc nequeat, quamvis æternum jaceret in terrâ, quocirca juvandus ſit, minimè tamen res peregrinas & contrarius ei adjungendo, ſed potius, ut frumeutum in campis à DEO nobis datur, nosque id, molere & pinſere oportet, ut panis fiat; ſic & hîc DEUS creavit nobis hoc æs, quod tantum recipimus, ejus corpus crudum & craſſum deſtruimus, nucleum bonum interiorem colligimus, ſuperfluum removemus & ex veneno medicinam paramus. Ignis autem hac pro re adhibendus bene diſtinguendus eſt, nam præter vulgarem ſeu culinarem, præcipuè huc facit Ignis Philoſophicus, qualis etiam vocari ſolet Balneum in quo Senex, id eſt, Aurum juveneſcit, id eſt, in primam materiam reducitur, &c. In *MS. ſuper Turb. Philoſ. D. Thomæ pag. 93.* ſequentia hinc aurea verba continentur, omiſſa aliàs *in impreſſo apud Rhenan. Harm. Chym. P. II. pag. 247.* Sciendum, ait, quòd ignis nunquam mutet ſuam eſſentiam ſeu qualitatem propriam, quæ eſt adurere, deſtruere res, quas tangit immediatè ſeu in brevi tempore ſeu in longo & diuturnitate temporis; nec præſumat aliquis affirmare, quòd aliqua res ſit in mundo, quæ non diſſolvatur & non deſtruatur ab igne, ſed hoc contingere credas ſec. magis & minus;

Dicitûr enim de quodam animali, Salamandra ſcilicet, quòd non comburatur ab igne, & quodam de ligno quod dicitur Ebenus, quod etiam non ardet nec comburitur ab igne; ſed falſum eſt & abſurdum credere quòd animal vivere poſſit in igne, cùm omne animal de mundo non poſſit vivere abſque humido alente & calido digerente; veruntamen ſcimus pro certo & oculis noſtris vidimus, ipſum animal per ignem latiorem tranſire & per aliquam horam in ignis medio immorari, neque mortuus fuit nec læſus in aliquo; & hoc totum contingit à quadam virtute ſpecificâ ſibi à cœleſtibus corporibus infuſa præbere ipſi animali humiditatem quandam conſtituentem in eo humidum radicale non facilè conſumptibile & conſtringens in eo poros & ſeparans ab eo humidum evaporativum; Similiter & de Ebeno dici poteſt, in quod propter ſuam ſoliditatem & imporoſitatem ignis nequit agere, unde difficilimè comburitur & carbonatur; ſed de hoc certi nos ſumus, & manifeſtum eſt, quòd Salamandra diu non viveret in igne, ſed etiam ipſa & Ebenus perſeverando in igne comburerentur & adurerentur, & fierent carbo. Sed quod mirabilius eſt de Auro, quod eſt nobilius omnium metallorum & fixius, & quod magis perſeverat in igne, & amplius ſuſtinet eum ſive debilem ſive fortem ſive fortiſſimum, & tamen in eo deſtruitur ſive annihilatur & incineratur, & deperditur taliter, quod nunquam de cætero corporatur, id eſt, ad ſtatum priſtinum revertetur, quia in eo de cætero ſpecies metallica amplius non oſtenditur, vel apparet, niſi fortè vitreâ ſeu vitrinâ. Et hoc experimento patet, quòd Aurum multipliciter (id eſt, multis vicibus) ab ignis violentiâ deſtrui poteſt. Similiter hoc dicitur de Mercurio, qui ab igne non conſumitur vel incineratur niſi artificiosè. Facit verò huc inprimis quod *Dardaris in Turb. Phil. pag. m.* 122. ait: Scitote quod Mercurius noſter eſt igneus omne corpus comburens magis quàm ignis & corpora mortificans & quodcunque corpus ei commiſcetur, teritur & morti datur; Corporibus ergo diligenter contritis & prout oportet exaltatis fit Etheliæ natura calorem non fugiens ſed tingens æs. Tota ſubſtantia ſubjecti, ait *Pontanus in Epiſt.* perficitur in corpus ſpirituale fixum mediante igne noſtro, qui omne in puritatem convertit brevi tempore, eſt compendium ſine ſumptu aliquo ſaltem parvo, & ille ignis eſt cum mediocri ignitione, quia cum remiſſo igne totum opus perficitur, ſimulque omnes debitas ſublimationes facit. Error ergo artis eſt non reperire hunc ignem, qui qui eſt proprium agens Philoſ. per profundam cogitationem reperiendus, quem non detexerunt, excepto uno, qui Artephius vocatur, ſed pro ſe loquitur; Practica verò, ait *Pontanus*, hæc eſt; Sumatur & diligenter quàm fieri poteſt, teratur contritione phyſicâ & ad ignem dimittatur, ignisque proportio ſciatur, ſcilicet ut tantummodò excitet materiam, & in brevi

tempore

tempore ignis ille abſque aliâ manuum impoſitione de certo totum opus complebit, quia putrefaciet, corrumpet, generabit & perficiet & tres faciet apparere colores principales, N. A. & R. Et mediante igne noſtro multiplicabitur medicina, ſi cum crudâ conjungatur materiâ non ſolùm in quantitate ſed etiam in virtute. Totis ergò viribus tuum ignem inquirere ſcias & ad ſcopum pervenies, quia totum facit opus & eſt clavis omnium Philoſophorum quam nunquam revelaverunt. *Orthelius in Comment ſuper. Pontan.* notanter ait: Relatum eſt mihi & facilè crediderim ſæpè Tincturas, imò ipſum Lapidem Phil. abſq; vitris, fornacibus, vaſis & operationibus uſitatis fuiſſe præparatum, ſimili modo hoc opus Pontani quoque eſt comparatum: Quantum ad patiens ſeu ſubjectum appropriatum attinet, cui ignis inviſibilis ex inviſibilibus flammis ſe inſerere & incorporare debet, ut uno verbo dicam, metallica maſſa eſt, quæ ex duobus corporibus frigidæ qualitatis conſtat, quorum unum eſt aqua ſpiritualis, ſicca & currens, alterum verò corpus terreſtre minutim limatum aut calcinatùm, & utrumque in paſtam formatum aut amalgamatum de quo *Pontanus* ait: ſumatur & teratur, &c. Corpus ſcilicet in aquam currentem reducitur, & apertum ſpirituale metallum faciendum eſt; ſcilicet juxta *Arnold.* Lapis è terra philoſoph. (ſcilicet Aurum) elevatur & digeſtione perficitur in igne, imbibiturque pluries ut terra ſuo potu ſaturetur, ideoque dicitur ad minus requirere XII. horas, id eſt, duodecim vices. Vid. *Gerh. in Lullii Apert. pag.* 84. *Artephius* ille *Biblioth. Philoſ. Chem. T.II.* aſſerit quoque Aquam noſtram antimonialem corpus convertere in ſal fuſibile, qui dicatur Sal Albrot Philoſ. cui ſcilicet illa decoctione inſeparabiliter adhæret, corpus irrigat & in minimis partibus ipſi miſcetur, factâ ſcilicet mortificatione humidi cum ſicco, reguli ſcilicet cum Auro, quod ut tingat attenuari & liquidum reddi debet, non ſecus ac Crocus non tingit niſi ſolutus in aquâ: Unio verò ſpiritus cum corpore naturalis potiùs eſt quàm artificialis: C'eſt pourquoy, habet textus, il faut ſublimer continuellement en vapeur par un feu moderé, àfin que ce qui ſe ſublime reçoive l'eſprit par l'air & qu'il ait vie; car la nature de toutes choſes reçoit la vie par l'inſpiration de l'air: ainſi tout notre magiſtere ne conſiſte qu'à faire une vapeur & à ſublimer l'eau; àfin que ce que l'eſprit & le corps ont de pur monte & que ce qui eſt d'impur & & de terreſtre deſcende pendant la tourmente de la mer orageuſe. Et partant il faut cuire continuellement, àfin que la compoſition devienne d'une nature ſubtile, & juſques à ce que le corps prenne & attire l'ame blanche mercurielle. Cuis le corps, ait idem, dans notre eau blanche, c'eſt a dire dans notre Mercure, juſques à ce qu'il ſoit diſſout, & qu'il devienne noir. Enſuite par une cuiſſon continuelle, il perdra ſa noirceur, & enfin le corps

ainſi deſſous s'elevera avec l'ame blanche, & lors l'un ſe melera avec l'autre & ils s'embraſſeront tous deux, ſi etroitement qu'en nulle maniere ils ne pourront etre ſeparez l'un d'avec l'autre, etans une ſeule & meſme choſe permanente. Mets donc (cet Or tout crud battu en feuilles, ou en lamines, ou bien calciné par le Mercure) dans notre vinaigre antimonial, ſaturniel, mercuriel, &c. La magiſtere ne ſe fait, diſent les Philoſophes, que de deux matieres priſes d'une meme racine ou origine, qui ſont leur premier Mercure, qui eſt un Or crud & indigeſt, dit *Philalethe*, & l'Or vulgaire ou battu en feuilles ou reduit en poudre fort delice. Le premier effect de l'eau antimoniale eſt d'attenuer, alterer & remollir les corps parfaits, plus il les rend volatils & plus il les ſpiritualiſe, cette meme eau c'eſt un moyen pour conjoindre les Tinctures de l'Or & l'Argent avec les metaux imparfaits. Elle communique au l'Or & l'Argent une teinture vive incombuſtible & tres ferme, plus noble & plus pretieuſe, que cette que ces deux corps avoient auparavant qu'ils fuſſent unis à elle, car cette Teinture etant en cet eſtat, elle peut d'ores navant couler & s'epandre comme de l'huile perçant & penetrant tout avec une fixation admirable. Hunc *Pontani* & *Artephii* Ignem Philoſophicum vel etiam Magicum dictum pro Arcani hujus præparatione adgnoſcit quoque *Kernerus in Tetrad. Chym. Sect. I. de Auro*, dicens : Auri compages ſolvi debet omninò, ut tranſeat in medicinam potabilem & ſalutarem. Id verò fieri duplici viâ Experientia edocuit, ſiccâ ſcilicet & humidâ : ſiccam viam dico, cùm Aurum ſine omni corroſivo additione alicujus liquoris ſolventis aut ſolvendi vim habentis : humidam verò cùm per additionem talis liquoris ſolutio hæc auri attentatur : per ſiccam ergo viam paratur Aurum potabile per ſolam Ignis applicationem debitam & convenientem, qui ignis eſt non materialis lignorum aut carbonum ſeu culinarius, qui licèt ſit vehementiſſimus, nequit tamen Auri compagem ſolvere & irreducibile id reddere; ſed formalis, ſpiritualis & aſtralis ſeu cœleſtis habens calorem omnia fœcundantem & lucem vitam omnibus tribuentem : Talis ignis adminiſtrationem qui nôrunt, brevi temporis ſpatio in oleoſam ſubſtantiam vertunt aut ulteriori applicatione hujus ignis id in pulverem reducunt nunquam in formam metallicam reductibilem. Neque ſunt figmenta hæc ſed certiſſima experimenta à Naturâ non diſſentientia, nota Viris Illuſtribus & quibuſdam Artificibus Chymicis exercitatiſſimis, quanquam nemo ſit, qui adeò expreſsè ac *Gaſto Dulco in tripl. præpar. Auri & Argenti* nominarit, qui ait : Maluimus ſolo igne ſolum Aurum & Argentum in Oleum mutare, quod inſciis & inexpertis operoſum, ſcientibus & expertis eſt facillimum : Oleum autem hoc ſic paratum omnis alterius rei aut corporis externi & ſuſpecti eſt expers, & verum

eſt Au-

eſt Aurum potabile: Item; ſed velint, nolint certum & experimento à nobis probatum eſt Aurum ſolo igne in oleum verti poſſe, quod nunquam poſthac in Aurum rediturum ſit, niſi velut Tinctura aurifica Mercurio vel Argento puro miſceatur, eaque perficiat. Sed Ignem hunc nominare Harpocrates nutat; Legenda ſcripta Philoſophorum.

VIII. *Sal aurificum ſpirituale fuſibile* ſeu *Lapis Phil.* (qui nil aliud eſt quàm Aurum longè magis auro naturali decoctum) perficitur juxta *cit Claveum de Rat. progign. Lap. Phil.* ſex gradibus; Diſſolutione, Coagulatione ſeu incraſſatione, Fixione priori, Fixione poſteriori, Calcinatione & Inceratione, non aliter ac fructus orti ex arbore priuſquam ad maturitatem perveniant, gradûs perfectionum ſuſcipiunt. *Diſſolutio* eſt calcis aureæ (quæ eſt altera ſeminis pars, ut Mercurius altera) in Mercurium reductio ope caloris primi gradûs & ſpiritûs & vaporis vi qui Mercurio ineſt, ſicut in animalium ſeminibus in ovis & granis frumenti apparet. Tali ſcilicet caloris gradu mercurius cum auro emolleſcit & ſolvitur: Succedit *Coagulatio* ſeu ſeminis in Mercurium fluidum ſoluti inſpiſſatio, induratio & exiccatio, quæ fit in ſecundi gradûs ut cauſæ efficientis & vi terrei, quod calci aureæ ineſt, cujus proprietas eſt deſiccare & cogere: primùm enim quùm Mercurium humidum quantitate ſuperaret ſiccum ejuſdem calcis aureæ, neceſſe fuit ſiccum cedere & in craſſiuſculam & putrem Mercurii vivi conſiſtentiam ſolvi: at calore aucto vapor ille tenuiſſimus argenti vivi in auras per vacuas vaſculi partes velut evaneſcit, & cogi & inſpiſſari humidum neceſſe eſt, non ſecus ac Oleum diuturno calore incraſſatur, abeunte tenui ſpiritu. Siccum autem calcis aureæ combibens humidum Mercurii multùm adjuvat & cogit: ſic ex iisdem cauſis, humore viſcoſo & humido primùm Lapides in corporibus animalium perficiuntur ſicco terreo, qui humori ineſt ut materiâ, calore verò externo ut causâ efficiente; ſic etiam inſpicimus ſenſim ſemen ſolutum inſpiſſari & incraſſari atque in Lapidem ſolidùm conſtringi & cogi, quod ferè 40. dies & noctes contingit, interim ſemen colorem nigrum ſervabit, & idem intendetur in nigrorem. Eſtque velut aſſatio. Quia verò humidum ſeminis noſtri nondum definitum nec unitum eſt hac concoctione ſed volatile, calore tertii gradûs definiendum & figendum eſt, ſiccitate etiam, quæ terreo ſeminis ineſt, agente, unde *Fixio* (*a*) ſuccedit, itidem 40. diebus peragenda, conſpiciuntur verò

(*a*) Fixatio eſt rei volatilis ſive mobilis, in ſtatum quietis reductio; Perficitur additione corporum jam fixorum & præcedente digeſtione: ſic particulæ mobiles continuo illo motu volitantes circumcirca corpora illa fixa, poros eorum ſenſim & ſenſim dilatant & ſe ſe illis inſinuant, & temporis tractu ab iis irretiuntur & retinentur, ut poſtea ſimul cogantur ſubſidere & in ſtatu quieto permanere.

in hac concoctione varii colores qui tandem omnes in candidum & niveum deſinunt, & albedo hæc verum eſt *Fixionis* ſignum, in quâ C. S. A. verè uniuntur pro *Elixire albo* & tingendo Mercurio in Argentum. Verùm hæc Fixio *prior* appellatur, quæ licèt ſimpliciter & abſolutè accepta perfecta ſit, tamen Fixioni Salis noſtri aurifici comparata, indefinita & imperfecta eſt, nec Salis ſeu Lapidis nomen meretur. Itaque Fixione priori abſolutâ ſuccedit ex ordine *Fixio poſterior*, quæ eſt humoris inſiti & indefiniti in humido ſeminis perfecta & abſoluta concoctio & evictio ut caloris quarti gradûs facta. Hoc calore ſemen varios colores non contrahit, ſed albedo in *citrinum* & *luteum* primùm mutatur, hinc ſenſim in *rubrum*. Ex varia enim humoris concoctione varii colores emergunt; ſed ubi primùm concoctus fuerit, *albedo* apparet, quæ vi ignis in flavum, & ex flavo in *rubrum* tandem mutatur, quod in Sandarachâ & Ochrâ quùm coquuntur, perſpicuum eſt; terreum enim ſubtile puriſſimum, quod eſt in ſemine concoctum, & non exuſtum eſt actu candidum, ſed poteſtate rubrum, & tale vehementiori concoctione evadit, & totum ſuum proprium humidum colore rubeo inficit & tingit; ſemen hoc candidum longiſſimo temporis ſpatio in ſolidam maſſam perſiſtit, & tandem continuâ concoctione ſenſim diruitur & in pulverem rubrum mutatur. Hic verò quartus gradus abſolvitur 240. diebus noctibusque, nec de gradu coloris pertimeſcendum eſt, cùm jam fixum ſit ſemen poſt albedinem. Etſi autem humor hujuſce ſeminis evictus ſit, non tamen omnino, nec ita ut Salis naturam omnino obtineat; eſt enim Salis natura ſicciſſima & omnis humoris expers, Sal enim pura eſt terra, eſt enim Salis natura ut humido frigido ſolvatur, quòd calido concreverit, niſi ergo omnis humor evictus ſit, verè ſalis naturam non obtinebit, nec in humido aqueo ſolvetur, qood tamen neceſſarium eſt, ſal enim noſter aurificus quùm ſumma ſit medicina corporis in omni liquore ſolubilis eſt, cùm ægro exhibetur. Præterea pulvis hic quarti gradûs habet, neſcio quid impuri & terrei commiſtum, quod non eſt ex ſui naturâ & proportione ſalis, quod ex pulvere rubro ducendum eſt. Hæc pulveris rubri perfectiſſima & abſoluta concoctio atque à terreo vindicatio fit *Calcinatione*, & quinti & poſtremi gradûs calore fit, ſcilicet per concoctionem abſolutam humoris indefiniti, ut corpus in exiles & minimas partes attenuetur, faciliusque cum aqua miſceri poſſit. Hac autem calcinatione pulvis ille intumeſcit in modum fermenti ob calorem igneum diuturnum, cujus vi in perexiles partes deductus eſt, & terra quædam impura in imo vaſis ſubſidet, & reipsâ à rubro pulvere ſecernitur, quæ abjicienda eſt inſtar fecis inutilis reliquarum ſubſtantiarum efficacium eſtque ex genere terræ, quæ calore excellente in vitrum mutatur & liquatur. *Terreo autem vaſe perficienda eſt hac calcinatio* 8. dierum

ſpatio,

ſpatio, ſic veriſſimum *Salem aurificum rubrum* habebis, cujus color erit ut *ſanguinis aduſti*, & in omni liquore ſolvetur, omnia enim verè calcinata, ut dictum, ad naturam ſalis approximant, ideoque in proprietatibus ſe ſe concomitari neceſſum eſt. Eſt autem Salium natura, quòd aqueo liquore ſolvantur. Quo verò Sal noſtrum abſolutam & conſummatam omnino perfectionem conſequatur *Inceratione* opus, ut ceræ inſtar fluat Lapis, nimirum ad *pulveris p.* XXIV. miſcendæ *Mercurii philoſ. p.* LVI. ſeu ad *p. j. p.* IV. & coquenda hæc in vitreo vaſe inſtar ovi, ut prius, & ſpatio 30. dierum omnes colores ſe prodent, qui antea 9. menſium ſpatio apparebant, idem opus repete ſæpiùs addendo *p. jv. Mercurii*, breviori autem temporis ſpatio opus iteratum conficitur quàm vice primâ; quod enim jam Sal eſt, celeriùs ſolvitur, quàm quod Sal nondum eſt, ſed eſſe poteſt; ſic *Salem aurificum* perfectiſſimum ſeu Lapidem Philoſoph. fixiſſimum habebis, fuſilem ut ceram, tenuiſſimum ut aquam, penetrantem, tingentem, transmutantem & proficientem omne Argentum vivum in Aurum veriſſimum. *Signum* perfectionis ſalis eſt, ſi ejus *gr. j.* in laminam Argenti ignitam projectum ſtatim liquetur (*a*) & ejus partes interiores ſubierit, lateque ſe quaquaverſum diffuderit, ut Oleum, & colore aureo intus & in ſuperficie infecerit ſine ullâ expiratione in vaporem. Quod autem detractis 24. *granis* ſupererit eadem ratione perficies eademque methodo, ut ſupra: primo autem ſolùm 24. *grana* detrahuntur, quod unaquaque reiteratione operis augetur quantitas additione & miſtione novi Mercurii, etſi plurimùm plura ex maſsâ quam 24. *grana* decerperentur ſub finem ſeptimæ reiterationis major eſſet moles quàm ut concoctioni ſe dederet. Etſi autem ſubſtantiæ nec intendantur,

---

(a) *Petitus de Condenſ. & Raref. pag. 429.* docet, dum calore liquantur metalla, quod aliquo modo rareſiant: Eſt enim liquatio rarefactionis quoddam genus. Aliàs ipſi duplex eſt Rarefactio, una quo poros inducit, diſtractione ſcilicet partium, in quarum intervalla aër aut quid aliud corporis externi ſubit, ſicut *Galenus* ait: Rarum propriè eſt, quod magnis poris pervium eſt, ſicut denſum quod exiguis: altera verò quo incolumem partium omnium continuitatem tuetur: oportet ſcilicet id, quod rareſit propriæ quantitatis fines proferre, & ſpatium loci amplius occupare: materia ſcilicet in denſis corporibus eſt quidem extenſa, nec tamen quantum poteſt, neque ejus partes ita ſunt explicatæ & extra ſe poſitæ, quin magis diſtingui & explicari poſſint, idque citra meatuum interpoſitionem, aliud enim extendi magnitudinem aliud diſſolvi; ſunt ergo in denſis terreisque corporibus (v. g. Aurum, Argentum) partes materiæ complures non penitus extenſæ ſed complicatæ, non quia ſe invicem penetrant, ſed quia nondum plenè explicatæ ſunt, vel cùm prius majorem in modum explicatæ eſſent, poſteà per frigoris condenſationem ſe ſe arctius complexæ, plures in unum quaſi globum coiërunt: Statuit ſcilicet materiam ſecundùm unam eandemque partem poſſe extendi & contrahi, quia eſt indifferens ad omnem formam, unde & magnitudo ejus quibuslibet finibus comprehendi poſſit, ſicque eandem materiæ partem in quolibet corpore poſſe in majus ac majus ſubinde extendi aut in minus contrahi, eodem partium nexu & continuitate ſervata.

nec remittantur, Sal tamen noſter fuſilis nunc acutius nunc hebetius per qualitates aget, augetur ſcilicet tum quantittte, tum viribus ſeu facultate agendi; Incrementum hoc dupliciter fit, uno modo, ut ejusdem Salis jam perfecti ſumatur uncia eique duodecim Mercurii animati miſceantur, ſolvantur & deſtillantur: hinc quatuor unciæ hujus Mercurii animati miſceantur unciæ Salis noſtri perfecti & quatuor caloris gradibus concoquantur; altero verò modo magis compendioſiore ut Salis noſtri perfecti portiunculam in Mercurium vulgarem projicias: ex hoc Auro quod philoſophicum dicimus, ſummâ arte argentum vivum prolicito, illiusque ℥j. Salis noſtri ℥j. miſce, & quatuor caloris gradibus concoque, & breviſſimo temporis ſpatio omnes colores conſpicies, quos conficiendo ſalem noſtrum aurificum primum conſpexiſti. Intenſio enim eſt gradus qualitatis radicitus magis infixæ in eadem parte ſubjecti. Hac enim reiteratione Sal totus redditur igneus & tenuiſſimæ & ſubtiliſſimæ conſiſtentiæ: Ignis autem & quæ ignea ſunt, plus actionibus obtinent, & quò tenuiora eò promptius & celerius penetrant & ſubeunt partes interiores. Ergo quo ſæpius reiteraveris, eò plus incrementi in quantitate & qualitate pulveri accedet. Et ſic ænigmata Veterum intelliges. *Vires* Salis aurifici ſolâ experientiâ dignoſcuntur, granum ſcilicet pulveris in emendatum & repurgatum Mercurium projicitur, quod non in metallum primò ſed in pulverem vertitur, cujus vis tamen imminuitur, & hujus pulveris poſtrema pars in alium Mercurium projicitur, totiesque ex poſtremo pulvere fit projectio, dum non pulvis ſed metallum confletur; in miſtione enim qualitates contrariæ Salis & Mercurii temperantur & perficiuntur in Aurum. Lapidem Phil. autem ſal fuſile eſſe *Chryſippus Fan.* quoq; teſtatur, eò quod omnē naturam, omne nomen, omnes qualitates, quas lapidi tribuunt, ipſi poſſimus ſali accommodare: ſic enim ut ſali vis ei ineſt penetrandi velox & admirabilis, expurgandi, ocyus liqueſcendi; admiſcetur hydrargyro emundato eâ primùm portione ut Mercurii quantitas decuplo ſit major, hinc centuplo & chiliade, dein myriade, poſt infinito; hæc enim fermentandi Lapidis videl. Auri & Argenti immenſa eſt multiplicatio; hujus quidem cùm in calcem albam, illius verò rubram deſinit; quo fit, ut Lapis etiam vocetur, calx enim nihil aliud eſt quàm Lapis coctus. Pulvis ita ſubtilis eſt, ut ne minimum quidem ventum ferat. Mirum autem quàm ſit penetrabilis, ſed melius Te docebit experientia. Tempus definitum non eſt: Hoc ut artificis ita naturæ eſt opus. Sic namque, ut *cit. Claveus in Apolog.* loquitur, ortus & propagatio hujus ſeminis & auri in proximâ materiâ ſcilicet Mercurium in infinitum abit, non ſecus ut in propagatione aliorum corporum naturalium evenire ſolet: Sanè, hujusce ſeminis concoquendi & perficiendi ratio adeò eſt æmula naturæ, ut nullâ opus ſit arte,

ſit arte, ubi primùm aurum ſuo humido fuerit miſtum, niſi quod calore proprio & convenienti fovendum erit ſemen. Idcirco in adminiſtratione aut propagatione hujusce nihil utilius quàm aſſiduè contemplationi operum naturæ incumbere. Inſiſtendum ergo veſtigiis Patrum, qui nuſquam nos aberrare poſſe veriſſimè profeſſi ſunt, ſi naturam ducem ſequamur. Illorum opinioni ſubſcribo, qui naturam imitantes Aurum & ſuum Mercurium pro ſubjecto ſeminis aurifici ſumunt, ſolvunt & concoquunt, dum in Lapidem durum coierit, & tandem in calcem aut pulverem rubrum prodierit. In omni opere, inquiunt Phyſici, verba ſunt *cit. Clavei*, opus eſt agentis robore & corporis paſſuri diſpoſitione; Mercurius hinc animatus ſit oportet, vel auro homogeneus (vel in cujus ℥*xxxv.* ſit ſoluta Auri ℥*j.*) Argentum ſcilicet vivum animatum adeò Argento vel Auro eſt proximum, ut ſolum ex ſeſe ſolo, agente calore extraneo pauco tempore in argentum vel aurum transmutetur: ſed ut expeditius opus peragatur, ſumatur hujus Argenti vivi animati, eique admiſceatur argenti vel auri in calcem redacti ʒ*j.* Redigitur in calcem, ſi prius ex alterutro & Mercurio fiat amalgama deinde *igne ſenſim expiraverit Argentum vivum.* Duæ hæ drachmæ ſcilicet Mercurii animati & calcis argenteæ vel aureæ ſimul miſtæ lento primùm igne pòſt aucto ſenſim uſque ad ignitionem maximam ſpatio 10. dierum decoquantur, dum in pulverem candidum vel fulvum deſierint. Huic dein pulveri adde *ãã.* Mercurii animati, decoquendum, miſcendum ut prius, dum in pulverem abierit & colorem candidum vel citrinum contraxerit; atque ita reiteratis vicibus æqualitate ponderis ſervatâ totum argentum vivum animatum in pulverem album aut rubeum ſive citrinum figetur. Hic pulvis in pilulas albumine ovi immiſſo formatus & in portiunculam Argenti vel Auri ſenſim projectus in Argentum vel Aurum puriſſimum transmutabitur. Mercurii ex Saturno, Jove, aliisque calci aureæ vel argenteæ mixti, coctique in aurum vel argentum coquuntur; ſed nil facilius mercurio Argenti. Hæc omnia ait *Claveus*, operam, diligentiam & manum Artificis expoſtulant, nec niſi progreſſu temporis fieri poſſunt; à quibus excuſabimur à poſteriori agendi methodo, ſi ſcilicet deſiderato ſemine argentifico vel aurifico potiemur, in omnia enim metalla, igne colliquata, projecta & colliquata illius portiuncula miſcetur ſtatim ſolis partibus Mercurii vivi eorundem ipſumque retinet, concoquit & unitum perfectè tingit in aurum vel argentum, ignis autem externus, quicquid eſt impuri, exurit & in fecem ſupernatantem excernit. Nimirum in hoc Projectionis negotio conſiderandum, quòd Mercurii philoſophici acidum ſal calcinatione paratum & liqueſcens cum ſubtiliſſimâ paucâque terrâ ſe combinet terræ auri illamque ſpiritualem tenuem fluxilem reddat, ut penetrans fiat, ſicque ha-

bilis ad figendum. Sal acidum ergo nimium calcinati Mercurii Philoſ. & terræ ejus minimum ſociata cum terrâ Auri albâ copioſâ & Mercurio fixo acidoque ejus volatili pauco harmoniam illam efficiunt, quâ medicina apta fit ad ingrediendum, tingendum & figendum. Exemplum eſſe poteſt Terra fo iata tartari, dum ſali tartari acetum ſæpiùs affunditur, donec ut affuſum erat, illud abſtrahatur, & ſal tartari prius alcali aliam prorſus naturam induat, lenique fluat calore. Neque enim ut *Kunckel: Obſerv Chym. pag* 98. ait, Natura ſive res quævis plus aſſumit quàm ad ſui perfectionem requirit, pariter artifex cum natura ex arbitratu quoque ſuo operatur. Vide ſupra.

IX. *Nicolaus Barnaudus in Præfat. Ænigm.* (quale nimirum non niſi explicandum; *Confer. Epiſt. II. Clem. pſeudogr.*) *Bonon. Ælia, Lælia, Criſp. &c. in Theatr. Chym. P. III.* refert, ſe Pragæ juxta Thaddeum Hagecium etiam in familiaritatem Anſelmi à Boodt Belgæ M. D. veniſſe, qui dum è Belgio libros Patris ſuæ advehi curaſſet, inciderit in libellum in pelle arietinâ conſcriptum, Cymbalum aureum dictum, cujus aſſeres dum eſſent confracti, in medio repererit chartulam obvolutam, in qua Lapidis Philoſoph. proceſſus ſeq. à Proceſſu Fernelii non abſimilis repertus ſit unà cum pulviſculo rubente, quo aurifaber bis expertus eſt Mercurium in Aurum tinctum fuiſſe: Proceſſus *Fernelii* hic eſt: ℞. *Auri puriſſ.* ℥ij. vel etiam ſaltem ℥j. *Mercur. magno artis ſtudio præpar.* (ſupponitur ergo) i. e. arte philoſoph. extract. ℥xx. miſc. & igne languido diſſolve, dum Mercurius prorſus expiret, priſtinumque Auri pondus ſubſideat in atrum pulverem redactum, qui tamen liquatus non poſſit in propriam ſeu antiquam Auri naturam converti & redire. Ex hoc dein pulvere igne acerrimo vaporarii aquam continenter elicies, dum pulvis totus in cinerem candidiſſimum & in calcem niveam devergat. Hanc Calcem candidam *ſepties* aquâ reſperge (Vid. *Clang. Buccin. p.* 538. *Vol. I. Turb.*) quæ & toties expiratione (Expirare heiſſt cum ſole erſterben und zu Pulver werden / mortificare, i. e. putrefacere & diſſolvere: die Reductio metallorum in materiam primam iſt eine Tödtung der Metallen / & fit calcinatione) inde prolecta ſit, & omni curâ & arte elabora, ut hæc impulſione & excurſione crebrâ ſe ſe extenuent & ab omni ſorde & fece evadant puriſſima (etſi rubeum tardet aliquamdiu non tamen erit ceſſandum) vires ſummas conſequuta, vim ſcilicet recipiant ſuperiorum & inferiorum, deſcendendo in terram, & rurſus adſcendendo in cœlum. Hæc duo ſunt totius artis & operis conficiendi primordia, in quibus 4. elementa devinciuntur, nam in aquâ aër quoque ineſt, in calce terra atque ignis, cujus ratione corpus à ſpiritu ſeu aquâ fluxibilitatem & ſpiritus à corpore fixabilitatem acquirit, de quo *Alanus in Rotat. Element.* Qui ænigmata horum contexuerunt, aquam vocarunt Mercurium, ſpiritum viventem, fœminam, calcem

verò

verò ſulphur, fermentum, marem, quorum permiſtione Lapis fit, ſicut ex aquâ farinâque panis, vel ex mare & fœminâ infans; ſed non quovis tempore concipit mulier, ſed tum demum cùm uterus à naturâ conceptui præparatus eſt; Proinde opus poſtremum ut compleas, *Calcem puram* ſeu Aurum Philoſ. obturato vaſe putrefac (reconde equino fimo calente) ſeu reconde ad digerendum 40. diebus, dum in humorem album & craſſum liqueſcat; in hunc juſtis dierum intervallis aquam ſenſim infunde, eâ quidem viâ & ratione quàm artis periti ad unguem explicarunt, ut calx aquam ſuam omnem ſenſim combibens, quaſi illinc enutrita in Lapidem verum concreſcat; Hæc nimirum eſt vera maris & fœminæ conjunctio, qua mirum in modum uniuntur, & ut fœmina maris amore tota fundatur: hæc eſt ſolutio; relinque, donec rurſus ſuas vires recuperet, tum iterum coëat, idque toties, donec calx omnem ſuam aquam biberit, ut dictum: tum uterus clauſus ſit, ne quid expiret, nam tum infans concreſcit, & ex illâ frequenti *coagulatione & ſolutione Lapis* concreſcit; Quàm variam *Colorum* (de his Coloribus, ut & ingreſſu conciliando vid. *Auct. Lux in tenebris in Prompt. Alch. p.* 249.) mutationem hoc temporis ſpatio & curriculo debeat Lapis ſubire & quæ indicia illius conſummati perfectique exiſtant, expreſſum eſt patefactumque à Philoſophis: Hæc vera eſſe hic pulvis oſtendit, hunc pone ſuper Mercurium, ſcilicet pulveris *grani* $\frac{1}{12}$ ſuper Mercurii ℥ij. in tigillo, ut aërem habeat Mercurius, da fortem ignem, poſteà adde Boracem, & habebis Auri ℥j. Hic Theſaurus, hoc verum Elixir, hoc frugiferum Auri Semen, ejus enim ℥j. vertit Stanni vel Saturni 250.℥. in Aurum puriſſimum, imò ſi æquor totum Mercurius foret, verti in Aurum poſſet, ut *Augurellus in Poëmate* loquitur. Sufficit hic proceſſus diligenti quoad circumſtantias omnes, nihil enim deeſt; Vale & ab hoc, infelix es, ſi abſtraharis. Meditare igitur, ruminare. In hoc Proceſſu *Fernelii & Barnaudi*, in quo agitur de his verbis: *In humorem album & craſſum ex calce purâ reductum, juſtis dierum intervallis aquam*, quæ ſpiritus vivens (fœtens) dicitur & Mercurius magno artis ſtudio paratus ad Aurum in calcem ſolvendum ſeu pulverem, ex quo eadem aqua ſepties priùs irrorata, toties expiratione ſit prolecta, ſenſim infundere Artifex jubetur, donec ſenſim ſeu paulatim combibita coaleſcat cum humore craſſo in Lapidem. *Libavius* ad hæc dicit ingenioſè. Si literam ſpectas, facilis eſt labor. Eſt enim Elixiris confectio. Sit vegetabile vel animale in ſua tria principia, quæ *Brutus Fernel.* recenſet, diremptum, Aquam hîc habes propriam; habes proprium Sulphur & Salem. Sal hic ſuâ propriâ aquâ ſepties perfundatur & circuletur, donec animam ejus aſſumpſerit, ita ut eam in altum ſecum evehat & per alembicum educat. Hoc eſt ſepties prolicere ex pulvere aquam: Solutione Animæ & Corporis hanc

L 2 vocant.

vocant. Animâ ſeparatâ modo dicto corpus terreum elaboratur & in terram puriſſimam reducitur; Hæc mortua eſt. In vitam reducitur redditâ illi aquâ propriâ.in quâ tanquam vehiculo anima portatur. Hermes ventrem venti vocat: ut ſepties eſt prolicita, ſic ſepties redditur, ſed cautiſſimo ingenio non ſolutionis ſed coagulationis, donec videris omni aquâ conſumptâ fermentationem per ſulphur ſtare, quæ fit in vaſe Hermetico exactè clauſo, ita ut nullus ſpiritus poſſit ſecedere. Fit mira reciprocatio antequam in concordiam redeant anima & corpus. Comparant eam operi conjugali, quo liberis datur opera, & aquæ animatæ nomen maris affingunt ſæpè repetentis è ſuperioribus concubitum; terræ jacenti nomen fœminæ, quæ tamen ſui comparis eſt ſitientiſſima. Alii Caudam draconis appellant vaporem animatum, ſed corpus ejus jacentem pulverem,ut ſic Draco devoret ſuam Caudam (quali aliàs Ægyptii annum repræſentabant, quam in altum porrexerat. Fermentum & cibus eſt oleum & ſulphur. Hæc in mineralibus fiunt ſimiliter. *Quercetanus* parabat ſuum Anodynum ſulphur ex vitrioli terrâ virgineâ & oleo rubro vim ſalis animantis habente. Sed quæ ſucculenta ſunt, ex iis poteſt priùs elici aqua propria, quæ circulatione perfecta cogitur animam ex calce ſuâ aſſumere & in cœlum evehere per alembicum. *Aurum* nunquam per ſe in aquam ſolveris & terram ſalinam ſulphureamque; neceſſe eſt ergo, ut de aquâ propriâ circumſpicias, quæ intimè Auro ſit familiaris, & ejus omnes ſeras aperire poſſit & per totum penetrare & ſolvere. Nihil affinius eſt auro quàm argentum vivum, ſed naturale ſi manet, nihil eximii poteſt. Tantùm enim amalgamat aurum & inde in calcem ſuæ naturæ ſervantem,ita ut reduci leviter in aurum poſſit, quòd fecerit & aqua regia, &c. corrodit. Neceſſe eſt ergo, ut ſtudio artis præparetur, ut non amplius ſit argentum vivum naturæ, ſed Mercurius artis, Spiritus fœtens, Aqua ſolvens aurum, ita ut irreductibile ſit in priorem naturam. Incredibile eſt, quantum virium ſic auro communicet, & quàm ex corporali ſpiritnale totum faciat & vivum quaſi ex mortuo. Præparatio fit per Sublimationes & Circulationes exaltatorias; item Deſtillationes artificioſas donec puriſſima ſit aqua, quam hylealem vocant, quòd ejusdem ſit materiæ cum Auro perfecto, & nihil omnino habeat extranei. Eſt actus quidam cœleſti ſpiritui analogus. Aurum eſt potentiâ. Affunde hanc aquam Auro ſepties, & animam ex eo extrahe. Poſtquam extraxiſti, coque reſiduum humorem viſcoſum, donec exiccatur; hoc facto inſperge aquam ſepties (aut novies, quo nomine dicuntur Novem Aquilæ) eo ingenio ut minimis primùm portionibus irrorando paulatim combibat ſuum ſuccum & animam recipiat, quâ abſente erat Cinis corporis mortui in ſepulchro. Pòſt poteris augere potum, ſed exactiſſimè ignem regendo. Jam enim non eſt conſilium ſolvendi,ſed conjungendi. Totam aquam ubi reddidiſti, corpus animaſti ſeu ſe-

men

men fœcundum utero commiſiſti. Nam & hac parabolâ rem explicant Sapientes. Claude tunc iterùm hermeticè. Adhibe ignem ſapientiæ. Fiet mira operatio. Iſtud eſt conjugium, in quo fit coitus, conceptus, embryo, infans, &c. Iſte eſt ſenſus literalis, ſi intelligis. *Libavius* & hunc retinuit & myſticum expoſuit. Qui aliud vult nec artem nec naturam intelligit: Putavit autem verba hæc: Quæ toties inde expiratione prolecta ſit; ex Belgico reddita eſſe elegantius, quàm pro artis more. *Aquam* prolicere ex aliquâ re *ſepties, deſtillationis repetitæ eſt, in quâ ſeptem fiunt cohobia.* Sed quid expiratione elicere? *Expirare eſt ſpiritum emittere & mori*; Eſt & evaporare, exhalare, animam ex pulmone reddere, &c. ad literam. Das Waſſer ſoll ſiebenmahl von ſeiner Erden abgezogen werden: aber auch ſiebenmahl wieder darauff goſſen. Solve, Coagula. Myſtica deſtillatio non fert vaſorum diſcrepantiam & localem extra lectulum matrimonialem diſtractionem. Fit in uno vaſe unoque igne per gradus continuato. Sed non licet plura dicere. Ita *Libav. Alchym. tranſm. Def. contr. Guibert. p.* 241. Cauſa quare Aurum, ait, ad naturam vaporis eſt reducendum eſt quia omne generat ſibi ſimile mediante eo quo ipſum genitum fuit, v. g. homo ex ſpermate & per ſperma, item triticum; ergò & aurum ope vaporum generat Aurum, quia ſic genitum fuit. Omnis ſcil. ortus ab humido ſumit exordium & in ſiccum deſinit, exemplo Seminum animalium & fructuum: Aurum ergò quia ſiccum eſt & in naturâ auri perfici ulteriùs nequit, in humido prius ſolvendum, quò dein ab agente pati poſſit, ut perficiatur; Ignis enim quid in hoc negotio præſtet patet ex aliorum metallorum calcibus, dum ſic, notante *Lanâ*, nova illis additur ſubſtantia, materia ſcil ignis vulg. & nat. qualiter non modò eorum particulæ novam acquirunt texturam, verũ novum fit mixtum ex metallo & igneis materiebus. *Laud Libav. Synt. arcan. L. VI. C.* 23. docet porrò: Qui magiſterium Lapidis vult facere ex Mercurio minerali, ei neceſſe eſt, ut priùs mortificet illud argentum vivum, & dein in materiam primam reducat: ab hoc labore immunis eſt, qui Mercurium colligit ex Marcaſitâ vel Magneſiâ ſeu regulis ſtibii & biſmuthi, in quibus jam eſt mortificatus, coagulatusque. Et infra ait: Stibium & ſimiles marcaſithas habere primam materiam omnium metallorum & Saturn. Philoſoph. ut ait *Baſil. Valentin.* Sed *Ulſtadius in ſuo Cœlo* C. 17. Quint. Eſſentiam antimonii ita vocat. *Greverus Presbyter* ſex aludelia jungit in florum antimonii, quos ſulphur vocat, dicitque eſſe medium conjunctionis in Solis & Lunæ confectione. Nimirum putant aliqui, per calcem ſolis ſulphur iſtud præparatum accipere animam tingendi. Itaque ſi poſtea Argento fixo incoquatur, id arbitrantur in Aurum mutari hac medicinâ. Quòd autem metallorum vires in ſemimetalla ſe inſinuent, intelligere etiam inde eſt, quia Cinnabaris à plumbo plus be-

L 3 ſcit,

ſcit, ab argento argentaſcit,&c. idque fit etiam in *Regulo Stibii*, qui omnium metallorum animas aſſumit, & hoc ipſo argumento comprobat, quòd ſit omnium metallorum materia & mater vel ipſum vel ſimiles marcaſithas, utpote in quibus etiam inveniuntur metalla. Ex hoc ut ſolo Mercurio Philoſoph. fit Univerſale per operationem unam quæ dicitur ſublimatio, in quâ continentur omnes aliæ operationes particulares; cum hac aquâ viſcosâ & auro admixto fit Lapis, dum blando athanoris calore ſoluta conſpiciuntur aſcendere & deſcendere, & tandem in nigram terram converti, quæ in fundo jacet mortua, quam vocant *Caput corvi*, quod dum perficitur, elementa Philoſophorum permutantur, nam ex humido frigido fit tranſactio in calidum ſiccum per medias diſpoſitiones. Sequitur Ablutio Latonis per Azot, hoc eſt, Mercurium ſeu eandem aquam viſcoſam, ex quâ etiam factum erat Caput corvi & Draco ille niger; hac imbibe terram ſiccam particulatim, donec tota tranſierit in corpus terreum, & repete ſæpius, donec terra alba evadat, quæ etiam dicitur Sulphur album, Magneſia; Hunc denuò ſolvimus ſuâ aquâ, putrefacimus, mortificamus, reſuſcitamus rore vivificando & albefacimus ut prius: Jam candidum eſt Elixir, quod igne intenſiori vertetur in Lapidem rubicundiſſimum, qui dicitur ſanguineus, Rubinus, Corallus ruber, Sulphur rubrum, Aurum purpureum; Hujus ℞. *p.iij. Aur. puriſſ. p.j.ß. Aquæ ſolificæ p.ij.* ſolve & coagula procedentibus coloribus, nigro, albo, rubeo, hunc Lapidem denuo ſolve ſuâ aquâ, & coagula, gradatim adhibendo ignem digeſtionis uſque ad complementum, quod quo ſæpius facis, eo efficacior fit medicina; ita ut primo gradu ſeu opere perfectionis tingat Mercurii *p.* 100. dum incipit fumare in Crucibulo, in cæteris ampliores. Confer hæc cum *Lullii Repertorio*, & eadem invenies. Ita *Libav. Synt. pag.* 293. *Laudat. Libavius* prædicta magis dilucidat *in Tract. de Alchym. L. II. pag. m.* 122. dicens: Tinctura & Sulphur Auri ſeu Quinta Eſſentia ejus fit per ſublimationem in aquâ philoſophicâ, in quâ dum maceratur ſeu putreſcit, Aurum enatat ſpecie nigræ cuticulæ, quæ abſtrahenda eſt per pennam. Aqua verò halitu diſſipanda eſt & relicta Eſſentia cum quinta Vini Eſſentia circulanda. Illam aquam philoſoph. quidam nominant *Acetum ſublimatum*, quidam *Vinum circulatum*, alii *Aquam perennem non madefacientem manus*, *&c.* Hanc deſtillationem vel ſublimationem porrò declarat *Libavius* taliter, inquiens: Philoſophi myſtici nullam habent Magiſt. Lap. deſtillationem aliam niſi ſymbolicam, quanquam eam enuntient verbis vulgaris deſtillationis. Hinc *Lullius in Clavic.* hoc comparat, quaſi herbam aliquam contuſam in ſuo proprio ſucco maceraret, dein deſtillaret aquam omnem in balneo, remanentibus fecibus nigris, cum quibus adhuc pro Oleo poſteà fecibus his penitus arefactis reaffunderet ſuam aquam, digereret

reret & in cineribus iterum deſtillaret primò Aquam, dein Oleum, vel etiam utrumque, remanente capite mortuo: ſic verò monet *Lullius*, in Lapide minimè hæc fieri debere, ſed analogicè ſaltem per diſpoſitiones ſimiles in uno vaſe. ſic enim dum materia inſpiſſata ad fixionem procedit, ſimilis eſt oleo, *Libav. Apoc. Herm. pag.* 338. Sublimatio noſtræ materiæ non eſt vulgaris, ſed exaltatio in corpore & virtute, nullâ diſtantiâ intercedente inter partes corporis, cùm omnes ſint unà in fundo fixæ. Inde ponuntur nomina ſymbolica, Arſenicum album, Sulphur album. Mentio alembici & Cinerum, ait idem *Libavius*, tota eſt myſtica, neque enim hic adhibetur alembicus aut localis deſtillatio. Ad horum verò confirmationem præprimis facit *Inſtructio Auguſtiniani* cujusdam in MSto noſtro, ubi ſeq. verba notata digna: Ut vulgare Aurum fixum volatiliſetur, decoquendum id in Mercurio ſuo, ex quo ortum fuit, puro & mundo, ut capiat inſtar aquæ uſualis virtutem ejus & reſolvatur in primam materiam, & quia in iſtâ materiâ velut chao latent elementa quatuor (velut in *Geneſi* dicitur, Spiritus Domini erat ſuper aquas) illa ſeparanda ſunt: Ideo ex groſſitie iſtius aquæ Terra generatur igne artificiali mediante, quæ quidem *terra* ſeparatur & dividitur ab *aquâ paulatim & paulatim*, apparens in ſuâ nigredine, ex causâ ſuæ putrefactionis in fimo, ita ut aqua ſcilicet Mercurius remaneat velut ſpeculum: & ita duo elementa ſeparata clara ad ſenſum habentur, ſcilicet terra nigra & aqua clara: Iſte modus dicitur *Separatio*, & hoc eſt *Cribrare* Philoſ. & eorum *Triturare*, *Aſſare* & *Deſtillare*; Unde ut deveniatur ad ſeparationem aëris & Ignis, addendus *terræ* novus Mercurius vivus Philoſ. dare ſcilicet terræ aquam oportet, *coquere* ipſam & denuò *iterare decoctionem* cum *majore quantitate aquæ* uſquequò terra efficiatur *alba* & *clara*; Eſtque id quod dicunt Philoſophi: Terra cum aquâ putreſcit & mundificatur & dealbatur, quæ cùm mundata erit, totum noſtrum magiſterium rectum erit. Et tum *terra* hæc inſpiſſata vocatur *purificata*, *cryſtallina* modusque operandi dicitur *Reductio*: Poſtquam *terra* dealbata erit, *coquatur* ſine *additione aquæ* cum *fortiori igne in vaſe ſuo* cum alembico uſque quo de terrâ illâ aſcendat in alembico tota pars aërea & volatilis (a) & alia pars in fundo *vaſis* remaneat calcinata; pars quæ adſcendit, dicitur *Aër*, & quod remanet *Ignis*, item quod

(a) In hâc enim decoctione aſcendit è terrâ tuâ humiditas Mercurii tui inſtar nubis, florum ſcilicet ſiccorum; Nonne vides, inquit *Grever.* ſeminatum agrum & ante germinationem & poſt ſubinde multas & diverſas exhalationes facere? quarum quædam in pluvias converſæ rurſum agrum irrigant & germini utile præbent nutrimentum, quædam verò in aëre evaneſcunt, nullam ipſi utilitatem adferentes germini? quare non temerè ejusmodi exhalationes in pluviam convertendæ, niſi ſuâ ſponte converſæ agrum tuum irrigent.

adſcendit, dicitur *Oleum* ad incerandum & multiplicandum, ſcilicet argentum vivum non fixum cum calce remanente; pulvis verò qui remanſit, vocatur *ſublimatum*, id eſt, *nobilitatum*, calx, cineres id fundo vaſis non vilipenpendendæ ut rerum permanentium. Et iſte modus dicitur *Calcinatio* & *Sublimatio*. Et ita habetur *Separatio quatuor Elemertorum* & *Sulphur album*, & ſi ſit ad *rubeum* per majorem continuatam decoctionem, efficietur *Sulphur rubeum fixum*, eſtque Semen noſtrum reductum ad primam materiam, id eſt, Sulphur album pro opere Argenti, & *rubeum* pro opere Auri & ejus potentia vegetabilis reducta fuit in actū cum perfectâ tincturâ & aptâ ad multiplicationem. Sicuti autem ſolviſti per lavacrum & reduxiſti per congelationem *decoctionis* & *ſublimationis*, ita *fixes per fermentationem*. Et ſicuti per *ſolutionem* mutaſti naturam interius, & per *lavacrum* exterius: per *reductionem* reddidiſti ſuperius, ita *fixes* inferius, & habebis Lapidem inſolutum & Elixir, id eſt, florem ſeparatum & *Azot*, id eſt, acidum ſublimatum; *Azymo* ergo oportet dare fermentum, & coquere, ut prius, ſic ſpiritus ſubtiles ad corpus ſuum revertentur & ad perfectionem deducentur, nulla enim res ſine calore & continuo motu ad perfectionem in hoc mundo deducitur. Hinc & occaſione projectionis inquit *Morhof. de Tranſmut. Metallor. pag.* 98. facilis eſt Mercurii in Aurum transmutatio ope Tincturæ: Eſt ſcilicet mutuus quidam naturarum conſenſus nobis incomprehenſibilis, per quem inuſitata ſæpè in natura phœnomena ſe oſtendunt; qualia non per generationes, transmutationes, ut vulgo loquuntur, fiunt; ſed per *alteratas partium interiorum miſtiones* vel *fermentationes*; Fermentatio enim eſt, quæ omnia mixta ipſa etiam metalla vinculis ſuis ſolvit & in ſubtiliores naturas mirâ vi energeticâ præditas extollit. Dum verò ſic figitur Mercurius in Projectione, id fit ope acidi Mercurii regulini calcinati & fuſibilis facti una cum ſubtili terrâ metallica Auri ſoluti, putrefacti, volatiliſati, & denuò coagulati & fixati, ita ut harum particularum rigidarum pungentium ope (inſtar clavorum) globuli mercuriales penitus à rotatione inhibeantur, Salis ſcilicet ſubſtantia omnium efficaciſſima eſt, quia ex igne igneæ acidæq; eſt naturæ, terreæ item, quæ vi ignis non ſuperatur, tenuiſſimæ inſuper, quia à fece terrea impura & craſsa vindicatus eſt, unde penetrat & ſubit partes ſolidas; inde nimirum fit, ut ſolo ſale aurifico indigeamus, quippe quod ejus ſubſtantiæ inſit vis ignea, quæ Mercurii indefinitam humiditatem coërcet & temperat, terrea item & fixa, quæ eandem ſiſtit, inſpiſſat & figit, metalla quoque reliqua in Aurum perficit; tandem verò eadem aureo intrinſeco colore fixo tingit, Sal enim eſt terra puriſſima & corporum omnium miſtorum color eſt ex terreo puriſſimo ſubtiliter miſto & unito, unde à ſale Alchymia dicitur, ſali enim quanta vis inſit ex Mercurio præcipitato ope aquæ fortis patet,

mercurium

mercurium enim concoquit,& in colorem ſubcroceum calore agente ſiſtit, at non figit perpetuo, quia aqua fortis fixa non eſt, ſed ſal noſter fuſilis perpetuò figit, quia ab ignavâ imbecilli & humida naturâ nec non craſsa, terreâ & impura vindicatus in ſpirituoſam & igneam nobilitatus eſt, & quia in eo dominatur ignis, Mercurium & reliqua metalla ſubit, purgat, humidum interminatum defigit & ad æqualitatem reducit & hinc in Aurum mutat. Hinc & magnus ſalium uſus in re medica, item amalgama Argenti, Auri & Mercurii, Salibus ex Venere & Marte chryſocolla addita obvolvitur teſtaceo in vaſe, hinc primùm imbecillo calore, dein paulatim aucto concoquitur, & tandem vehementiori igne liquatur, regulus purgatur & Argentum in Aurum mutatur ope ſalium. *Gaſto Claveus* triplicem præparationem Auri ita ſiſtit, unde ſi nil diſci poteſt, nemo ad hanc materiam electus vel vocatus erit, judice *Becchero Centr.Mund.concat.p.*78. *Primum* eſt Auri & Argenti in calcem reductio, unde ut quæcunque alia calcinata, calidiora, ſicciora & tenuiora evadunt, ut videre eſt in calce Lapidis: talis verò fit admixtione Mercurii (neque enim omnia divulganda ratio ſuadet) & trita omnia in vas vitreum conjecta concoquuntur, dum vi ignis Mercurius & quod eſt ex illius natura expiraverint, relictâ calce argenti vel auri in vaſis imo; toties hæc calcinatio repetenda eſt, dum calx in pulverem tenuiſſimum abierit omni luce carentem; Tandem Sal armoniacus (ſcilicet Philoſ. nimirum Mercurius) prius ſublimatione perfectè purgatus admiſcetur eorum calci, rurſusque quater vel pluries ſublimatur, ut majorem etiam caloris, ſiccitatis & tenuitatis gradum acquirat. Sed hic intentionis gradus reliquis infirmior eſt, quia calx reducitur in aurum, & craſſitiem metallicam redolet, hinc non omnis Mercurius ſed philoſoph. ad id eligendus, qui ſcilicet ſub finem coctionis ex diverſæ calcis miſtione diverſum ſub finem coctionis induit colorem, notatâ quoque diversâ gravitate, calx enim aurea Mercurio concocta denſior & gravior eſt calce albâ ejusdem molis. *Secundum*, Calcis aureæ vel argenteæ in Salem fuſibilem & hinc in Oleum reductio, uti ex aliis miſtis hoc fit lixivio filtrato & coagulato. Sed ſicut miſta varia ſunt ita varii ſales, hinc ex Auro & Argento Sales vim habent argentificam & aurificam, ſed quæ longè præſtantior & efficacior eſt quàm eorundem calx, hac enim præparatione ab impura fece vindicantur, eſt enim terra puriſſima & in naturam quandam igneam devergit & nobilitatur, & quo plus hi Sales filtro purgantur & coagulantur, eò validiores ſunt: ſed ut major tenuitas iis comparetur, poſt multas ſolutiones & coagulationes in Oleum ſponte per ſe frigido & humido loco expoſiti ſolvuntur, dein rurſus calore leni hæc olea coagulantur, & hæc opera itentidem repetuntur, dum calore ſicco in poſterum coagulari nequeunt, ſed ut Oleum nucum vel oli-

varum calido aut frigido loco expoſita non concreſcant, ſed fluida perſiſtant. Hæc Olea permixta mercurio vulgi ipſum coctione primùm leni, dein auctâ intra 8 dies in aurum vel argentum perficiunt : Quòd ſi etiam Mercurii ſublimati ℥vij. cum Olei ℥j. miſc. & ſæpius detrudatur deorſum quod ſurſum vi ignis elatum & concretum fuerit, tandem figetur cum oleo & in ferventi igne ut oleum perſiſtet, depoſitum verò ab igne ut gelu conſtringitur, hujus congelati ℥j conjecta in Argentum purum vertet id in Aurum. Hoc Oleũ & Medicina ſecundi ordinis *Geberi C.26. Claveo* videtur, *Lullius* Oleum ope aquæ fortis obtinere dicit, ſed ſpiritus tales ſalini figi & uniri auro nequeunt, idcirco maluimus, ait, ſolo igne ſolum aurum & argentum in oleum.,&c. vid. ſupr. *Tertia* Præparatio longè intenſioribus viribus ſuperiores ſuperat, hac enim ſpiritus ex auro in ſublime ad latera vaſis proprii igneo calore fertur, non ſecus ac ex lignis Fuligo, qui ſpiritus dein coctione in lapidem primò album dein pulverem rubrum vertitur, hic pulvis eſt verus Sal aurificus, Lapis ſeu Tinctura æthereâ & igneâ vi ſummè depurata, Mercurium vertens in Aurum ſtatim & unico momento; quæ præſtare nequit Auri oleum non ſublimatum, minus calx auri, nihil autem omnino Argentum & Aurum in naturâ nondum alterata. Confer ſupra. Cum *Claveo* calcinationis ope Tincturam Philoſophicam obtineri manifeſtò innuit quoque *Auctor Triumph. Hermet. pag* 152. nim. non vulgaris ignis ope, ſed philoſophici, qui purè naturalis eſt humiditatemque auri radicalem notabiliter augmentat, calcinandoque ſublimat & deſtillat, ut ſpiritus igneus ignis naturalis incorporetur ſubſtantiæ ſuæ homogeneæ inſtar Salamandræ: La terrification de l'eſprit eſt la ſeule operation de cet œuvre, ait: Item, Tout ce miſtere n'eſt que l'extraction du ſeul fixe de notre compoſé, dans lequel conſiſte toute l'energie de notre mercure. Item, Notre pierre naiſt de la deſtruction de deux corps, leſquels agiſſants l'un ſur l'autre comme le mâle & la femelle, ou comme corps & l'eſprit, d'une maniere fort naturelle ceſſent entierement d'être ce qu'ils etoient auparavant. Mercurio ſcilicet Philoſoph. nulla utilitas accedit, niſi à corpore ſuo mortificetur, quod eſt veritas & finis operis, & quia talis interemptio eſt ſalus & perfectio ejus, quod interimitur, ut vivat vitâ incorruptibili, dicitur Theriaca, quia ad vitam incorruptibilem per interemptionem iterum reducit, ut patet de Glorificatione Sanctorum, dicente *Margarita pretioſa.* Nigredo ſcil penetrationis & mortificationis corporis eſt ſignum, quæ eſt ac ſi pulti craſſo piper inſperſum eſſet, coctione hinc continuatâ albedo conſpicitur. Les Natures en ſe pouriſſant ſe melent enſemble. Neceſſarium eſt, ait *Ovum Philoſoph. in Th. Ch. Vol. VII.* ut quòd ſublimatum taliter fuerit, tam diu coquatur, donec fixitas ſequatur & in igne conſtans ſit, quòd non primâ ſtatim vice

fiet,

fiet, nam fixatum hoc denuò ſolvere & iterum coagulare oportet, donec coagulatio ejus ſufficiens ſit ad metalla penetranda & tingenda, quod ut Philoſophi ajunt, in *quartâ* ſolutione & coagulatione plerumque fit, & quod demum in ſeptima vice perfectionem acquirit. Quare ℞. Mercurium naturalem ſublimatum, applica vitrum ſeu vas figulinum igni reſiſtens, in quo ℥iij. vel iiij. tamdiu coque, donec per calorem fortem metallum fiat & ad vaſis latera ſuſpendatur; ignis dein ſit fortior: Vas in aliud locatum & operatum igne reductionis tractetur, donec omne, quod ad latera vaſis ſuſpenſum erat in fundo inſtar plumbi rurſus ſubſideat, eſtque Saturnus philoſoph. quod quando eſt generatum, eſt opus mulierum: Illud purum ſolve in reliquâ parte Mercurii ad *p. v. viij.* vel *x.* contunde, donec molleſcat & in vaſe convenienti coque ut antea, donec Oleum fiat, quod reducendum eo modo ut prius: Jam proba & vide num metallum liquefactum vel Mercurium penetret. Et Solutionem & Coagulationem toties repete, donec fuſio, ingreſſus & transmutatio perfectè ſequantur. Sic Ovum Philoſoph. habes & eorum ſecreta potes tractare. Arca Arcani ita loquitur: Dum ſal metallorum, id eſt, Mercurius Philoſ. in tertiâ ſolvendâ eſt occupatus, terra in aquæ ſubtilitatem ingreditur: dein terra adſcendendo & deſcendendo in aquam viciſſim agere incipit & in craſſitiem redigere & figere conatur, ut quemvis ignem toleret; id verò dicitur putrefactio vel corruptio, quæ eſt generatio alterius, præſertim ſi ex uno eodemque principio orta ſint. *Gloria mundi* aït, quòd Lapidis noſtri materia ſit ex ære valde tenebroſo, id eſt, obnubilato (id eſt, Marcaſitâ phil.) & in lucem veniat & è terrâ ſuâ cadat cum tonitru; (ſcilicet cum Nitro & Tartaro fit detonatio antimonii pro Mercurio) Eſtque tunc aqua clara fluens & tenuis ut alia aqua, ſed cui nulla alia ſimilis in mundo. Hæc ſumenda & uti DEus ex ſicco & humido mundum creavit, ſeparanda evaporatione ab Auro ei mixto, quod in fundo manebit & exiccabitur, inde verò imbibendum hac ſuâ propriâ aqua paulatim & diſtinctis vicibus, ut mortuo reſtituatur vita, terra ſcilicet nigra & fœtens diuturnitate temporis purificetur & alba fiat, fixumque fiat volatile & volatile fixum; quamprimum enim ſpiritus fixatur, tunc ſtatim operatur, quantum quidem poteſt & debet; quare accipe de ſpiritu & da corpori & iterum parum. Et quomodo hæc duo in ſe invicem (unum in alterum) mutantur, eodem modo etiam ſuper Aurum vel Argentum projecta transmutant: Revificatur verò corpus reſtituendo ei per vices aquam ſuam vitæ, & unam aquilam poſt alteram deglutiet; quicquid enim cum Mercurio ſolutum fuerit, id ſe rurſum elevat, quamvis portio major continuè inferius maneat.

X. *Geber. Arabs in Summ. Perfect.* totam artem ponit in Sublimatione ſolâ; ſed illa non vulgaris eſt, ſed philoſophica, comprehendens Operationes VII. *Prima* eſt Purificatio materiæ. *Secunda* Solutio, ut ſolvatur tota materia in aquam. *Tertia* Purificatio, ex eo, quia nil naſcitur, niſi prius putreſcat; & ideò putrefiunt, ut magis digeſta melius ſeparentur. *Quarta* Ablutio à corrumpente impuritate. Idem autem eſt Ablutio, Inceratio & Mundatio, Commixtio & Complexio in hac arte. *Quinta* Coagulatio, ut ſuaviter deſiccetur in ſole cum terra, & coaguletur & revertatur in pulverem. *Sexta* Calcinatio, calcinata enim magis apta eſt ad ſublimationem, & eſt propinquior fixioni. Et hoc dicitur Fuſio. Et omnes iſtæ operationes ſunt & fiunt in ſolâ Sublimatione, unde qui novit perfectè ſublimare, totum opus perficere poteſt; Partes verò non fixæ elevantur per fimum vel fumum, & oportere providere, ut non fugiaut, ſed cum fixis figantur. Et ideò remanent, ut velociorem fuſionem præſtent partibus magis groſſis & eas à vitrificatione defendant. Per has ergo VII. Diſpoſitiones, quæ ſunt in ſublimatione, quilibet intelligens pervenire poterit ad perfectionem operis. Et hoc totum fit in uno vaſe. *Laurent. Ventur. de Lap. Phil. p.125.* infert, Medicina ergo hæc eſt Mercurius non vulgi, ſed philoſophorum per ſublimationem mundatus, ſubtiliatus, tinctus & fixatus, quia non tingit niſi tinctus, &c. quia qualis erit ejus diſpoſitio, & mundatio, talis erit & ejus perfectio. Perfectio enim magis perficit. Ex qua re perpenditur, quòd virtus Lapidis ſit multiplicabilis in infinitum, quia ſi per congruam ſublimationem poteſt perfici ad tantum gradum virtutis & nobilitatis, poterit utique ad majorem gradum per majorem perfici ſublimationem, nec erit ſtatus in uno aliquo gradu, ſaltem nobis noto. Multiplex verò dicitur operatio ob diverſos effectus & colores & naturas, quia in uno opere ſeu regimine varia tempora apparent, ut ſic præcipuè opus album & rubeum ſaltem differant per majorem & minorem digeſtionis & perfectionis modum ſeu præparationis: unde dicitur nil poteſt fieri Aurum, niſi priùs fuerit Argentum; Opus albi eſt medietas operis & principium: rubei verò ſecunda medietas; Inutiliter huic operi ſe adplicat, quæ non ex ſeipſo plura operi neceſſaria & opportuna noverit cogitare. *Groſchedelius Gebri* veſtigia ſequens *de Lap. Miner.* ſub nomine Arſenici innuens Mercurium philoſ. antimonialem jubet *pag.164.* irritare bellum inter æs & argentum vivum, quia pariter tendunt: Irritare bellum eſt deſtruere ipſo ſcilicet tempore, quando volunt pacificare poſt bellum, & hoc eſt Aurum & Argentum ſulphuris & mercurii, in quo oportet toties facere fixum volatile & è converſo, quouſque ſimul figantur & fluant in verum Lunificum & Solificum alterando. Et hoc argentum vivum deſponſatur cum Auro & è converſo. Et

quia

quia una ſubſtantia eſt ſubjectum fixi & volatilis, poſſibile eſt, quòd fixum cum volatili adſcendat, & è converſo volatile cum fixo fixetur : & hoc totum fit in uno vaſe abſque manuum contritione. Patet hinc cur Lapis dicatur Mercurius item, & Philoſophorum de Mercurio extractus, &c. Vas verò illud eſt Luna odoris priùs gravis, dein ſuavis, &c. Idem *p.* 177. refert: Statim ut Lapis impoſitus eſt vaſi, incipit propter anguſtiam carceris ſudare & ſubtiliſſimas partes exhalare, & quantò diutiùs coquitur, tantò ſpiritus magis multiplicantur, ſubtiliantur & fortificantur. Item *p.* 179. Oportet toties fixum volatile & volatile fixum facere, quouſque totum figatur & fluat & alteret in verum ſolificum & lunificum : ſic enim irritatur bellum, id eſt, deſtruitur in ſulphur coagulans & argentum vivum volans, & etiam componitur amicitia inter elementa. Spiritus iſte convertitur in corpus & corpus in ſpiritum, & iterùm ſpiritus in corpus; tunc facta eſt amicitia inter contrarias qualitates. Radix verò proxima fixionis eſt ſulphur non adurens ſcilicet Aurum & Argentum, quæ corpora ſubtiliter præparantur, ut ex iis Sulphur habeamus, cum quo Mercurium tingamus. Quamvis enim, ait proporro *p.* 184. Aurum inter omnia corpora ſit magis compactum & fixum, tamen cum diſſolvitur & in partes minutiſſimas ſeparatur, fit ſpirituale & evolans, ſicut prius & ſecum portat Tincturam rubeam, Argentum verò ſimiliter albam, nec fuit corpus aliquod ſole & purius aut ejus umbrâ ſine qua nullus Mercurius generatur tingens. Diſcito, ait *Via Veritatis in Muſæo Herm. p.* 198 fundamentaliter cognoſcere naturam metallicam & intelliges ſcripta Veterum; hi enim dixerunt, quòd in nulla re Sulphur ſit quàm in metallis, & idcircò liquorem metallicum Argentum vivum nuncuparunt; id quod ſanè parum intereſt, qualiacunque illi etiam nomina impertiant; nihil ſiquidem eſt aliud quàm extenſa Aquila vel elementaris ignis cum elementari ſuo liquore, qui, ut dictum, cum ſuo igne per naturalem coctionem neceſſariò conjungendus eſt, donec ambo indiviſibiles fiant; Liquor enim ignem à combuſtione tuetur, ut ambo conſtantes maneant, & in vulgari igne perſeverent; Et id Veteres Elixir dixerunt, id quod tantum eſt quantum coctus aliquis ignis; per coctionem ſiquidem perficitur & planè coquitur, quod anteà adhuc crudum atque incoctum erat : hoc omnino coctum illud eſt, quod imperfecta metalla frangit, & ideo denudat, quod coram igne conſiſtere queant. Coquendum ergo, quia alii labores omnes Chymicorum per ſolam ſimplicemque iſtam coctionem perficiuntur; per coctionem purificatur, ſublimatur & ſolvitur, atque adeò res omnes per ſolam Coctionem fiunt; ſicque imitatur Naturam : Quò enim fortior eſt digeſtio Naturæ, ut eleganter habet *Schulerus in Diſcurſ. Philoſ.* hoc perfectius eſt digeſtum; Vidit Philoſophus, omnia quò mage digererentur & ſubtiliarentur,

rentur, eò magis eſſe digeſta & ſubtiliata : & excellentiora, quæ excellentiori igne digererentur ab omni cruditate & impuritate; Vidit hoc in Homine, vidit in omnibus aliis, excellentem ignem excellens Ingenium facere, corpus etiam agile. Viderat à Naturâ conjungi Sulphur & Mercurium, putavit ergo rationabile conjungi hîc quoque Sulphur ſeu Aurum & Mercurium Philoſoph. in arte ſuâ, denique conjungi iſta duo perfectá principia omnium metallorum; perfecta dico ratione metallorum reliquorum & ſulphuris mercuriique naturæ, quia ubi Natura deſinit, ars incipit, licèt deſinentem ſequatur incipiens. Quia ergo opus conjunctione, etiam fotore opus eſt, vaſe ſcilicet & Vulcano, quibus ita poſitis ſtatim ope vaporoſi ignis fit putrefactio, proditque primò Saturnus colore nigro, indicio conjunctionem & putrefactionem debitè factam fuiſſe, dein Jupiter colore ſubcineritio, quo regnante paulatim ignis augendus eſt, dein Mars caudâ pavonis ſeu radiis ſuis igneis, dein Luna colore albo, Elixir album exhibens, poſt Venus colore citrino, tandem Sol ſeu Lapis Phil. vel Aurum pluſquam perfectum, vim habens ex ſubſtantiæ ſuæ ſubtilitate & ſpirituoſitate, manente antiquâ fixitate, fluiditate & virtute conſtringendi, metallorum imperfectorum ſubſtantiam mercurialem magis ſibi homogeneam & conſanguineam ſubire, cum eadem intimè connecti ac principia in perfectiſſimam compagem ſuæ ſimilem committere ne in igne avolare valeat: Nimirum ut *Schulerus cit. loc.* ope ſulphuris & mercurii digeſtiſſimi è auro & ſuo ſolvente, crudum indigeſtumq; ſulphur & mercurius plumbi evehitur de infimo gradu ad ſummum, & ita, ait, quod potentiâ latet in imperfecto deducitur ad perfectionem, vel in actum, ut ſummum quoque ad auri gradum (quem per ſe quidem Natura in imperfectis etiam appetit, ſed ob impedimentum non aſſequitur) evehatur, ſublatâ omni indigeſtione. Hinc quærit *cit. Schulerus*; Annon in ſulphure eſt vis ignea operandi in mercurio; & annon viciſſim vis patiendi & recipiendæ formæ metallicæ in ipſo metallico mercurio? Certè expedita hîc omnia, unde etiam Mercurius protheus dicitur ob aptitudinem omnes formas recipere. Sicut ergo perfectum faciendi naturale vel Naturæ latet in virtute igneâ ſulphuris & ſubtilitate mercurii, ita perfectum faciendi artificiale vel artificis latet in exaltatione virtutis igneæ ſulphuris & ſubtiliatione mercurii. At iſta naturalis ſicut fit ab igne exquiſito naturæ, ita hæc artificialis fit ab igne ſapienti Artificis & Philoſophi, qui virtutem ignis exaltat & confortat virtutem igneam extracto ſulphuri à naturâ inditam, donec deducat eam ad gradum excellentiſſimum, ſicut & eſt in ſpiritu vini, quòd eò fortior fiat & excellentior, quò crebrius repetatur exaltatio, ut poſteà iuſuſus non ſatis bono vino hujus formam perficiat, in exiguâ licèt ſit quantitate : pariter Tincturæ ope plumbum in aurum

perficitur

perficitur, debili vi igneâ ejus latente accenſâ Mercurioque ſubtiliato conſumpto, quin & eo quod obſtat, repoſitoque quod abeſt: ſcilicet indigeſtum imperfectè digeritur perfectè. *Pantaleon in Exam. Alchym. p.23.* dilucidè quoque explicat, quomodo ſulphur auri à calore naturali minerarum foto à calore cœleſti ſimili in Mercurium frigidum corporis aurei impactum exaltetur & multiplicetur; Nimirum dum Corpus auri purum cum volatili auro homogeneo per artem facto (Mercurio ſcilicet debitè depurato) debitâ proportione conjungitur, tunc volatile incipit fixum penetrare & ſibi æquare duobus mediis, tenuitate & quantitate majore; quia verò hoc ſine calore non efficitur, propterea hic antiquam fabulam ludit & ſe paulatim ſuo ſimili ſcilicet ſulphuri antea inexiſtenti adjungit, illudque in quali potius quàm in quanto adauget, nil obſtante vitrorum vel teſtulæ denſitate & dimenſionum penetratione ob hujus ſummam ſubtilitatem; inde enim Lapis Filius Ignis dicitur, quia effectivè & efficienter ab eo procedit; Quare dupliciter ſaltem transmutatio procedit; naturâ, removendo ſuperflua per coctionem; arte, per illuminationem totius partis mercurialis in metallis: idque hac differentia quòd Natura homogeneum ſaltem punctum in mercurio alteret, nucleo ſcilicet ejus albiſſimo ab incorporato puro igne, calidiori facto & in corpus ignei caloris coagulato, particulis ſcil. ramoſis optimè excoctis ſibi mutuo valde incumbentibus & alligatis, unde pondus augetur (velut & id in regulo antimonii cum ſpeculo ardente calcinato contingit) mercurialis ſubſtantiæ; Ars verò totum corpus mercuriale abſque ſeparatione ſuperflui, ineffabili luce tincturæ veræ illuminat & in ſtatum digniorem transponit; ratio diverſitatis eſt, quia alteratio naturæ ob agentis debilitatem ſucceſſivè in longo tempore perficit; transmutatio verò artis contingit in momento per modum illuminationis: Quod enim facit lumen diſperſum, illud etiam præſtat concentratum & fixum in debita materiâ; apprehendit autem iſta illuminatio purum & impurum in corpore mercuriali ob ſui excellentiam & incredibilem ſubtilitatem ipſumque impurum, quod ſe ad purum nucleum mercurii aqueum habet ut terra, licèt utrumque materialiter ex aqua conſtet, inſtar fulguris pervadit, illuminat & ad parem ſtatum puritatis promovet, adjuvante nonnihil radicali commixtione utriuſque, ſic ut tale Aurum factitium eundem Mercurium homogeneum per retrogradationem impoſterum fundat quàm ipſum Aurum nativum, ſcil. in Tincturam abire poſſit. Sat autem erit imò plus quàm deceat, ſi miſcendi materiam proximam cum utroque ſemine methodum indicavero, ait *Clav. Apol.* miſtio illa eſt vel æmula naturæ dum leni igne mercuriali cum Auro fixatur & unitur; vel violenta in projectione: nimirum vis ignea in priori imbecillis eſt, in poſteriori valida, velut violentiſſimus ignis lignum viride quoque comburit.

XI.

XI. *Marcellus Palingenius, Poëta moralis & Sacerdos*, carmine facili Heroico vitam humanam deſcripſit, inque ea varia vitia & enormitates aſperè perſtrinxit, non parcens ulli perſonæ, nec *Papæ*, nec Epiſcopis, ſed omnes æquiſſimo ſuæ cenſuræ examini ſubjecit: Opus ſuum in duodecim ſigna cœleſtia, totidemque libros digeſſit, in quorum ſingulis peculiaria tradit: Poſtquam ad librum 10. ſeu ſignum *Capricorni* pervenit, *Lapidem philoſophicum*, tanquam conveniens doctis viaticum, quo mundum perluſtrare poſſint, deſcribit his verſibus:

Proinde Sophi veteres ſubtili indagine quendam
Commenti lapidem, ſibi fida viatica cunctis
Permanſura locis nunquam interitura pararunt,
Quo auxilio varias terras diverſaque regna
Cernere, & à multis quamplurima diſcere poſſent.
Quondam igitur triſtes imploravere deorum
Numina, mactatis de more bidentibus antè:
Mercurium in primis, Solem, Lunamque precati,
Fuderunt tales puro de pectore voces:
O mundi decus, ô divûm pulcherrime Titan,
O quæ nocturnas Latonia diſiicis umbras,
O Jovis & Majæ (a) *inſtabilis fugitivaque proles,*
Cui datur in varias ſe transformare figuras:
Adſitis placidi, & noſtras audire querelas.
En pauci, quorum mens eſt ſublimis, & altum
Ingenium, quibus aſſiduè ſapientia cordi eſt:
Dum cauſas rerum & naturæ arcana videre
Nitimur, immenſumque animo metimur Olympum,
Pauperie premimur, patimurque incommoda multa,
Deficimusque fame: interea plebs vilis & amens
Cuncta ſibi rapit, & nummos ſibi congregat omnes,
Nec noſtri quenquam miſeret: ſi poſcimus ullam
Rem, digitum oſtendunt medium & nos ludificantur.

(*a*) Maja, Atlantis filia, ex Pleione Nympha, ex quâ Jupiter Mercurium ſuſcepit: *Virgil. VIII. Æneid.*

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maja
Cyllenis gelido conceptum vertice fudit.
Ut Majam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas:
Idem Atlas generat veliſque ſidera fulcit.

Horat. in Od.

- - - *Mercuri facunde nepos Atlantis.*

Nonnulli & tradunt eam Vulcano nupſiſſe. *Vid. Proceſſ. ænigm. Kerckring. in Baſil. Curr. triumph.*

Unde

Unde agros fodere, aut jumenta ſtrigare coacti,
Aut ſtabulis efferre fimum, vix quærere victum
Poſſumus, & ſtultis miſeri ſervire jubemur.
Quare vos divi ſaltem miſereſcite noſtri,
(Si qua cælitibus pietas & cura bonorum)
Et facilem monſtrate viam, qua vivere honeſtè,
Et veri latebras inveſtigare queamus.
Talibus auditis, divi advenêre vocati.
Reſponditque prior Phœbus : Veneranda propago
Semideûm, cœlo digni, ſuperûmque favore,
Audite, atque animis mea dicta recondite veſtris:
Hanc juvenem Arcadium (a), *infidum, nimiumque fugacem*
Prendite, & immerſum Stygiis (b) *occidite lymphis.*
Pòſt Hyales gremio impoſitum, Deus excipiat, quem
Lemnia terra colit, ſublatumque in cruce figat:
Tunc ſepelite utero in calido, & diſſolvite putrem:
Cujus ſtillantes artus, de corpore noſtro
Spiritus egrediens penetrabit : & ordine miro,
Paulatim extinctum nigris revocabit ab umbris,
Aurata indutum chlamyde, argentoque nitentem :
Projicite hunc demum in prunas, renovabitur alter
Ut Phœnix : & quæ tanget perfecta relinquet
Corpora, naturæ leges & fœdera vincens :
Mutabit ſpecies, paupertatemque fugabit.
Phœbus ab his tacuit: dictis Cyllenius (c) *ales*
Annuit, atque eadem præſens Diana probavit:
Mox abiere omnes, cœli ad convexa volantes.

(*a*) Arcas Jovis & Caliſtus Lycaonis Arcadiæ Regis filia, unde Arcades, qui vetuſtiſſima gens fuerunt, unde ante Solem & Lunam fuiſſe Poetæ fabulantur, & ex arboribus nati. Hunc Arcadem Lycaon cùm Jovem hoſpitio recepiſſet, infantem membranatim laceravit & Jovi comedendum appoſuit; quod animadvertens Jupiter, Lycaonem incensâ prius ejus domo, in lupum commutavit : Arcadem verò compactis membris in vitam reduxit & jam adultum unà cum matre à Junone ob adulterium in Urſum mutatâ, intulit aſtris, & ſic Caliſto facta eſt Urſa major, Arcas verò minor. Quod Juno ægrè ferens à Thetide precibus impetravit, nè Caliſto & filius poſtquam ſidera facti eſſent, in Oceano ceu cæteræ ſolent, lavarentur.

(*b*) Styx fons ad Nonacrin Arcadiæ è ſaxis profluens, frigore enecans, ferrum & æs corrodens, ſola ungulæ mulâ contentus; hoc ut veneno Alexander ab Antipatro ſublatus conſilio Ariſt. Poëtis eſt palus apud Inferos, unde Stygius Canis Cerberus; & quæ Styge jurantur, non violanda.

(*c*) Cyllenius, peculiare Mercurii cognomen, quia ſermone non manibus res conficit, quibus qui carent, κυλλοὶ vocantur.

Tunc mentis divinæ homines oracula cæca
Volventes animo ancipiti, vix tempore longo
Experti multa, & non parvis ſumptibus, illam
Invenere artem, qua non ars dignior ulla eſt,
Fingendi Lapidem æthereum : quem ſcire profanis
Haud quaquam licet, & fruſtra plebs improba quærit.
Quem qui habet, ille poteſt ubi vult habitare decenter,
Nec fortunæ iram metuit, nec brachia furum,
Sed paucos tanto dignantur muneri divi.

Ex quibus apparet, eum Chemiæ non ſolùm initiatum, ſed magiſtrum quoque perfectum extitiſſe: Quam ob cauſam in aliorum, ignorantiæ fratrum, invidiam incidit, qui cum vivo nocere non potuerint, poſt mortem ejus crudeliſſimè in eum animadverterunt : Hujusmodi enim hiſtoriam de obitu *Palingenii* audiviſſe ſe meminit *Michaël Majerus in Symb. aureæ menſ. Lib. VIII. p. m.* 387. à viro fide digno; quæ num in omnibus veritati conveniat, nec ne, dici non poteſt : Habuit *Palingenius* ex ſorore aut fratre nepotem adhuc puerum apud ſe, quem bonorum ſuorum atque ipſius artis hæredem jam moriturus conſtituere cogitavit : Quocirca librum quendam literis ſeu figuris incognitis in hujus gratiam fecerat, quem obſignatum firmiſſimè puero tradidit, una cum charta, quæ haberet Alphabetum, quo liber ſcriptus erat, integrum; atque hæc clavis dicebatur : cum hac admonitione & cautela, ne puer librum illum & chartam in alienas unquam manus traderet, nec ipſe aperiret ante vigeſimum, vel eo amplius, ætatis annum : Quod cùm puer ipſi pollicitus eſſet, diem ſuum ſacerdos obiit : Tum invidi & calumniatores ejus exiſtimârunt, ſeſe poſſe occaſionem jam captare, ut eum quacunque ignominiæ nota poſt mortem quoque afficerent : Interim eo ſepulto, pro mago & indigno ſacræ ſepulturæ loco ab iisdem proclamatus eſt, accerſitoque puero, *Palingenii* nepote, ab eo inquirunt, de vita & multis aliis ad avunculum ejus ſpectantibus, & annon characteres diverſos apud eum viderit? Puer perterritus hac inquiſitione de libro ſibi ab eo relicto mentionem fecit, quo allato & aperto, nil niſi incognitam ſcripturam variis characteribus depictam in eo inveniunt : Quocirca puero perſuadent eum librum eſſe magicum & dignum, qui comburatur, cum ſuo authore: puer itaque clavem, quam habuit in charta deſignatam, ſiquidem magicam quoque exiſtimaret, in ignem abjecit & combuſſit : Paulò poſt perluſtrato libro omni ex parte, nihil omnino legere aut exponere potuerunt, niſi quòd in angulo ejus invenerint, vulgaribus literis notatum, quòd omnia iſta legenda ſint per *Clavem Alphabeti*, puero ſeorſim traditam : Hinc cùm eam clavem à dicto puero peterent, ille reſpondit,

ſpondit, ſe conjeciſſe in ignem : Atque ita liber legi non potuit ulla arte: Cùmque nullum ejus uſum capere poſſent, nec quicquam intelligere de iis, quæ in eo continerentur, pro magico una cum ſuo authore habuerunt, curaruntque ut *Palingenii* cadaver effoſſum cum libro non intellecto combureretur: Tantum invidia præſtare valet. *Marcelli* mentem alio Carmine heroico declarat *Teſt. Hadrianeum Minſichti*, quod docet materiam Lapidis phil. eſſe viridem Leonem bene purgatum, qui aquila illa alba eſt Rubeo cognata Leoni, cujus non totum ſumendum corpus, ſed corporei intima ſucci, cryſtalli ſcilicet niveo candore (vid. *Ham. Poppium*) nitentes, Aurumque purgatum impuro ſulphure ab omni.

Hæc incluſa ſuo mox anguſtataque vaſe
Mittere ſudorem incipiunt, ſubtilia in altum
Surgere, quoque magis Rectore coquuntur ab igne
Spirituum fit majus eo fit fortius agmen,
Mirus enim vitro junctorum motus, in altum
Jam ſurgunt, fundo jam merſa videntur in imo
Sæpè reſolvuntur, coëunt ſæpè, ipſaque ſe ſe
Mortificant, vitam revocantque ſubinde fugatam,
Perfectum aſſumant donec putrefacta nigrorem, &c.
Confectum ergo ſuæ Lapidem rurſum inſere matri
Qua natus, Salibus duplicato nempe duobus
Mercuriali utero, Fontinæ illi benedictæ
Sic matri inſertum, ſic pellucente receptum
Conclavi, calefacta novis nova balnea prunis
Denuo ritè coquant, dum per genus omne Colorum
Ordine materies deducta (id menſe vel uno
Abſolves, denis quod vix perfeceris ante)
Ex binis unum progignat denuo corpus.

Juxta *Vell. aur.* Sibyllæ olim jam divinitùs afflatæ hanc artem minimè ignorarunt, ex quibus multa transſcripſerit *Virg. in Æn. L. VI.* inter cætera ſic canens:

Accipe quæ peragenda prius: latet arbore opaca
Aureus & foliis & lento vimine ramus,
Junoni infernæ dictus ſacer, hunc tegit omnis
Lucus, & obſcuris claudunt convallibus umbræ:
Sed non antè datur telluris operta ſubire,
Auricomos quàm quis decerpſerit arbore fœtus:
Hoc ſibi pulchra ſuum ferri Proſerpina munus
Inſtituit, primo avulſo non deficit alter
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo. (Vid. & *L. de Æthnâ*)

Ergo altè veſtiga oculis, & ritè repertum,
Carpe manu; namque ipſe volens faciliſque ſequetur,
Si te fata vocant, aliter non viribus ullis
Vincere, nec duro poteris convellere ferro,&c. *Vid.Meyer.Symb.p.*179.

Aliorum Poëtarum quoque allegoriæ pleræque artem prædictam latenter & artificioſè depingunt, ut per Heſperidum hortos, ubi aurea mala cumulatim provenire ferebantur. Item per Phœnicem, qui uſque renaſceretur, atque conſumptis in nido ſeu vaſe ſuo ſuperfluitatibus cunctis integer ac redivivus fieret, Hiſtoriiſque hujusmodi penè innumeris, in *Ovidii Metamorphoſi* relatis, teſtantur artem iſtam minimè recens inventam, aut inaniter excogitatam, ſed veram ac antiquiſſimam fore. Item quid *Apulejus* cum aſino ſuo aureo inſinuare aliud ſatagit, quam artem iſtam inventu fore difficillimam, factu autem proclivem facilemque, qui tot annis aſini ſub ſpecie velut ignorantiæ craſſæ nubilo detentus, tandem ſolummodo roſa rubea reperta in ſpeciem humanam redierit, illam nempe roſam deguſtando; Vid. *Regn.Min.P.II.de Roſ.* Ut nil dicam de multis S.S. locis, quæ *Tollius in Moyſe ſuo Chym.* (cujus MS. dum hîc Baſileæ apud me verſaretur, vidi) ex myſteriis hujus artis explicare auſus eſt, v.g. Aquam à CHriſto in Vinum mutatam eſſe Mercur.Reg.phil. in Q.Eſſent.excoctũ. *Vid.Baſil.Op.Germ.p.*312. Tranſitus & Iſraëlitarum ſiccis pedibus per mare rubrum, *ibid.p.*223. ipſis ferme verbis exponitur, *p.* 23. id eſt, terræ phil. ſolutione in Mercur. philoſ. & exiccatione. Mundus Chym. eſt Mercurius philoſoph. conſtans è Mercurio Sulphure & ſale coadunatis. Mundi arcanum eſt ſpiritus Salis Martis Phil. Aurum à Mercurio dolo & vi in carcerem conjectum liberatur à Venere, id eſt, in Marte fixatum ſolvitur rurſus per ſpiritum Veneris. Mars ſcilicet eſt Sal ſeu Sulphur fixum, Aurum philoſoph. primæ rotationis. Jupiter eſt Mercurius intermedius Philoſ. μεσίτης, rete Vulcani, vinculum ignis & aquæ. Stella ſignata philoſoph. non eſt ea ſtella, quæ in Regulo Antimonii ſæpè apparet, ſed eſt ſtella martis ſeu arctica polaris Philoſophorum, quæ ideo ſignata dicitur, quia in terrâ martis ſalinâ ſigillo Hermetico obſignata latet, eſtque ſpiritus ſalinus (calidum innatum humidum radicali) per ſolutionem aceti ſaturnini è ſuo cortice eruendus & carcere liberandus. Ad hanc Stellam acus chalybis Philoſ. magnetica ſe convertit. Dicitur & vis & efficacia antimonii phil. profundè latens. Eadem & Trium Magorum Stella, quæ CHriſto in cunis,&c. Vid. *Philaleth.* Septimo die eſt Sabbathum Chymicum. Vid. *Baſil.* Prius verò igne frigido (id eſt, Saturno Phil.) metalla ſolvenda ſunt, & poſt cibationem igne calido ſive interno rurſus figenda: nimirum exiccatione aquæ mercurialis ſeu maris phil. ſic enim *Baſil. L.I.p.* 23. Tum verò impera mari inducias ſeu quietem & exicca aquam igne & aëre. Fœtus inde Philo-

ſophicus

ſophicus, ait *Meyer. Hier. Ægypt. p.*14. velut ex Iſide & Oſiride natus, habetur, dum Mater & Filius conjugio copulantur, id eſt, coctum cum crudo conjungitur atque iterùm coquitur, donec unum quid homogeneum inſeparabile ex duobus fiat, nempe Spiritus perfectus. Nimirum Aurum diſſolvitur arte cum Mercurio, ut ex maturo ſubveniatur immaturo & ſic arte decoquente & naturâ perficiente, maturatur compoſitio, CHriſti gratiâ, ut evidenter docet *Trevif. de Tranſmut. Metall. Epiſtolâ pag.* 73. quam vocat *cit. Meyer.* Facem in tenebris & Statuam mercurialē in triviis: Aptè verò hanc in rem *Kunck. Obſ. Ch. p.* 46. philoſophatur: Omnis putrefactio & fermentatio gignit alterationem, quæ bona ſunt certâ ratione, perimunt, & quæ perdita ſunt, perficiunt. Item, Aurum eſt ac eſſe debet ſemen, jam verò omnia ſemina terræ cuidam idoneæ committuntur, quæ quidem fructum aliquem ſint allatura, eadem quoque metallorum ratio eſt. Item, Si putrefactione aliqua aut ſolutione alicujus vegetabilis uti animus eſt, ſupra terram quæras oportet; eadem de metallis ratio eſt. Nimirum operis initium eſt debitæ materiæ corruptio ſolo igni contracta, & quaſi totius diſſipatio ac dilaceratio quædam ſeu diviſio in 4. elementa, ut loquitur *Chryſipp. Fanian.* unde dein varii Colores conſpiciuntur, qui ex ſola ejusmodi atomorum inverſione & corporum diviſione conſpiciuutur, haud ſecus ac in calcinatione plumbi hoc conſpicitur, unde etiam dein major Gravitas exoritur, etſi multi eleventur vapores; Ignis noſter humidus, ait *Artephius,* ſufficit in toto opere, initio, medio, & fine, quia tota ars in eo conſiſtit, mineralis eſt, æqualis, continuus, calcinans non vaporans: nimir. ignis naturalis aquæ noſtræ qui de Auro facit ſpiritum, quod ignis communis præſtare nequit; Eſt fons aquæ vivæ, in quo Rex & Regina ſe lavant. Ignis verò vulgaris qui in corporis ſeu auri ſolutione liquefactioneque mitis eſſe debet, tum demum augendus eſt, cùm Mercurius, qui antea aquila ſeu volatilis fuit, Draco alas ſuas comedens fieri ſeu fixari cœperit. Dum verò dicitur, non vaporans, niſi nimium excitetur, hoc de igni interno in mercurio ſuo volatili intelligendum, vaporat enim, ait *Libav. de Igne Nat. p.* 20. aqueum cùm ab externo igni reſolvitur per acediam, ignis is ergo in ſubſtantiâ mercuriali eſt ex naturâ ſumptâ. Dilucidè autem magis & compendiosè ſatis innuit modum combinationis hujus fixi & volatilis ope ignis interni in materiâ latitantis, velut maris & fœmellæ *Auctor Carminis Apollinei in Theatr. Chym. Tom. IV. p. m.* 293.

Omnibus ante oculos verſatur & unica res eſt,
In ſe quæ formam ſuſcipit aurificam:
Forma maris partes, ſed fœmina materiei
Obtinet: illa manet fixa, ſed iſta fugit.

Et tamen ortu eadem, duplex licet. unaque ſola eſt
RES, Mineræ finis, principiumque ſuæ.
Junge mari uxorem, conjunctos ſolve, putrefac,
Ablue, condenſa, fige, fit inde puer
Aureus: hunc ale lacte ſuo, totiesque refinge,
Tingat ut, & penetrans ceu nova cera fluat.
Bracteolis tandem puri ſociabilis auri
Fermentatur: ſic ſpiritus intrat opus;
Cætera ſive velis mutare ex arte metalla,
Seu libet affectis applicuiſſe manus.
Hæc ſunt Alchymicæ myſteria totius artis.
Non niſi divinis experiunda Sophis.

Quò verò elegans harmonia & conſenſus Auctorum veræ & arcanioris Chymiæ tanto luculentius appareat, ſiſtimus quoque verba *Minſichti* proceſſum debitè inſtituendi ſimiliter ita declarantia: Accommoda bene ignem in furno, & fac, quòd tota materia ſolvatur in aquam, deinde rege igne lento, donec major pars vertatur in Pulverem nigrum, quia ſi Lapis noſter eſt in vaſe noſtro, & materia noſtra ſentit Solem noſtrum, ſtatim ſolvetur in aquam, iſta autem ſalit in caput vaſis per fumum, id eſt, per ventum ſeu per aërem, & poſtea rurſus deſcendit ad fundum vaſis, & ſolvit materiam & reliqua paulatim in aquam; Et ſic ſimul eſt Sublimatio & Diſſolutio Lapidis & utrumque ſcilicet aſcenſus & diſcenſus dicitur Diſſolutio: poſtea incipit ingroſſari & converti in terram, & paulatim terra ſtans ſuper aquam deſcendit ad fundum vaſis, & efficitur Nigra & fœculenta, & tunc dicitur Putrefactio: poſt verò longum tempus Terra nigra calore ſolis & aquæ ablutionis demittit colorem & odorem fœtidum. Et tunc dicitur Ablutio ſeu Mundatio; deinde verò aqua diminuitur, & terra per temperatum ſolem deſiccatur, & tunc vocatur Ceratio, quia tunc tota materia in terram convertetur, ſi bene ſcias operari. Et in hoc tota vis regiminis conſiſtit, ut ſcilicet convertatur in terram; Converſâ verò totâ materiâ in terram ſtrictam ſtantem nec ſe fundentem vocatur tum Congelatio, & uſque ad hoc tempus agendum eſt cum maximâ cautelâ, quia in hoc conſiſtit quaſi totum Magiſterium; unde Hermes: Vis ejus integra eſt, ſi verſa fuerit in terram; Totum enim Magiſterium nil eſt aliud, quàm rectè Solvere & perfectè Coagulare: Materia verò coagulatâ & per majorem ſolis decoctionem perfectè deſiccatâ, incipit dealbari & fundi ut Oleum album: & tunc dicitur Calcinatio; & quando venerit uſque ad perfectam Albedinem, ita quòd illa albedo ſit ſuper omnes albedines, tunc vocatur Dealbatio, & tunc Lapis perfectus eſt ad album. Quo facto, continuandus eſt ignis, quouſque Lapis

non

non varietur amplius de colore in colorem, ſed teneat firmum & invariabilem colorem & rubicundiſſimum. Et tunc vocatur *Fixio*. Et ſic Lapis noſter phyſicus perfectus & abſolutus eſt ad rubeum. Ita candidè *Laur. Ventur*. C. 23. communem operationem cum *Gebero* aliisque docens eſſe perfectum ſublimationem & colorationem ſeu purificationem. Eſt enim Lapis unus, Medicina una (unde difficultas artis ſecus ac in Medicâ) Vas unum, Furnus unus, labor & Operatio una, nam, ut *Cymbalum aureum* loquitur, cùm corpus noſtrum ad ſolvendum ponitur in aquâ, ſtatim denigratur & etiam ſtatim per minima ſeparatur & ſtatim calcinatur & ſtatim ſolvitur & ſublimatur, & ſolvendo & ſublimando conjungitur cum ſpiritu: & ſi fuerit aliquid aliud extranei in corpore mixtum illud non ſolvetur, ſed remanebit in fundo vaſis, hoc autem totum fit in unâ horâ. In fine magiſterii anima oritur & derelinquit corpus ſuum, ipſumq; totaliter mortuũ manet in fundo vaſis. Si ibi mediante ſpiritu & voluntate artificis eam corpori non reddas & hanc clavem ignoras, te latet magiſteriũ totum: Quare ℞. *Æs noſtr. p. j. Aquil. p. jx.* miſce & tere, ut totaliter ſpirituale fiat, nigredoque putrefactionis apparebit, quæ diutius dominabitur: poſt verò nigredinem quicunque color apparuerit, laudabilis eſt: ſine intermiſſione, rogo, coque & opus mulierum fac uſque quo incipiat germinare in viridi colore, animamque evolantem, mediante ſpiritu, redde corpori ſuo, à quo primò exivit, ut conjungatur eidem in albiſſimo colore, conjuncta infrigidetur. Jam habes perfectum Lapidem ignem non timentem nec aërem, quem informatum & fixum fermenta, utrimque deducendo fixum in volatile & volatile in fixum. Rege ergo eundem tamdiu, donec incineretur & rubeſcat inſtar *ſanguinis combuſti, aloës, hepatis, &c.* Et projice dein ipſum ſuper corpus, cujus generationem vis habere, hocque projice ſuper corpora imperfecta. Corpus ergo in hoc corpore fit ſpiritus ope ſolutionis, & Spiritus fit corpus ope coagulationis, fluxibilitatem huic ut ſibi fixitatem conciliando. Et in hoc eſt perfectio artis. Vas ſit appenſum in ſummitate furni, non autem cineri vel teſtæ imponatur, quò melius circuire poſſit. Sublimatione autem fit corporis & ſpiritûs unio; Sublimatum autem neceſſe eſt tam diu coquere, donec figatur & in igne perſeveret; hoc autem non fiet primâ vice, ſed oportet fixum iterùm ſolvere, iterumque coquere, donec ei ſufficiat ſuæ fuſionis complementum ad penetrandum metallum, & ipſum inficiendum, quod in quartâ ſolutione & coagulatione ſolet plerumque accidere, cujus complementũ eſt ſeptenarius numerus. Lapis hic noſter benedictus ſe ipſum calcinat, ſolvit, interficit, vivificat, deſponſat, nutrit, cibat, fermentat, dealbat, rubificat. Non autem mirum, quòd Aurum coloris purpurei tandem ſub albo colore appareat; ſæpius enim videre licet ex acidorum con-

curſu

curſu res purpurâ rubicundiores albeſcere, notaturque hoc apud *Sendivogium Tr. de Sulphure,* dum ex conflictu Salis & Sulphuris loco ſanguinis, vidit effluere aquam, ut Lac candidiſſimum, & in magnum flumen creſcere, ſicque ex nemore nymphæ Veneris egredi Dianam, quæ tamen ulteriori dein coctione, ſulphure jam occultato, paulatim poſteà emergente, in ruborem converſa fuit : Neque enim in multiplicatione Sulphuris hujusce cum caducifero Dracone mixtione conſtans introducitur color; alba in principio inſtar chyli fiant, neceſſe eſt, donec coctione abſolutâ longo itinere peracto, exurgat Salamandra potens & fixa, nulliſque obnoxia flammis, & per tot circulationis rotas in rubedine, ſanguinis perfectiſſimi purpurâ triumphet, ut ait *Tackius Chryſog. Min p. 29* : Sicuti ergo chylus albus videtur, cui miſcetur bilis, non tamen aliter ac Philoſophorum nix in centro rubedinem habet, quæ ulteriori digeſtione & circulatione è centro in circumferentiam ſe promovet. Ingenioſè *cit. Tackius p.* 38. de hac re ita loquitur : Etſi Natura ſolum Mercurium præparatum in terræ viſceribus abſque ullo adminiculo coquendo & digerendo convertat in metalla, quia tamen hunc finem non aſſequitur parvo tempore, ideoque ars juvat naturam admiſcendo Mercurio Aurum maturum, in quo eſt Sulphur optimè digeſtum, & ideo maturans & citò digerens ipſum Mercurium ad anaticam Auri proportionem, elementa ejus ſubtiliando, quo ipſo mira fit operis hujus abbreviatio. Quali in negotio, ut omnes hactenus allati Philoſophi eorumque integra turba (etiam aureus ille Liber titulo Turbæ Philoſophorum nomine inſignitus) innuit, nil aliud fit quàm quod Aurum ut corpus in ſpiritum, ſeu particulas mercuriales ſummè diviſas & attenuatas redigatur, adeo ut manifeſtè prodat ſuam hac in re imperitiam Gallus ille qui in *Journal des Sçavans* ideo metallorum maturationem in melius impoſſibilem judicat, quòd corpora ſint mutanda in ſpiritus : Quantò ingenioſius autem hoc dilucidat *Talaud. in Animadv. in Braceſc. p.* 317. dicens Aurum & Argentum à Philoſophis per attenuationem ex ſolutione de corporeâ naturâ in conditionem ſpiritualem verti, dum ſcilicet revocantur in liquorem tenuiſſimum & merè ſpiritualem, qui liquor in igne temperato retentus, Colores Chamæleontem agat, innumeros induendo & exuendo colores. Vid. *Theatr. Chym. Vol. III. de Lap. Phyſ. condit. Cap. 2. de materiæ tenuitate & ſubtilitate ſpirituali.* Nimir. bene notandum monitum illud Philoſophorũ Solve & Coagula, ceu quo corpus fit ſpiritus de ſubtili natura, & ſpiritus incorporatur cum corpore, & fit unum cum eo : unicum ſecretum autem artis eſt ſcire ſpiritũ (quem apertè *Marcellus* Mercuriũ vocat, ceu vi regenerante dotatum, & à qua *Palingenii* nomen, noſtro judicio, mutuatus eſt, non ſecus ac nomine *Baſilii Valentini* indigitatur ſaltem regalis valor ceu præpotens

efficacia

efficacia Mercurii hujus Philoſophici) ſpiritum ſeu aquam illam cœleſtem, glorioſam, quæ corpus vertit in ſpiritum : cùm corpus complectitur ſpiritum, & ſpiritus corpus operatio perfecta erit ; non enim tingit Aurum niſi ſeipſum, donec ejus ſpiritus occultus extrahatur è ventre ejus, fiatque omnino ſpirituale; Aqua ergo noſtra ignis eſt Aurum comburens, mortificans & confringens magis quàm ignis elementalis, & quanto magis ei miſcetur, & teritur per ignem lenem, tantò magis diruitur, aquaque vivâ igneâ attenuatur; cùm autem fuerint trita & unum quid facta habent in ſe omnem tunc Tincturam ignem patientem ; corpore ergo ſpiritu ſic præparato & colorato colorat, & omnem Tincturam in ſe habet & donat, ideòq; qui à Sole & ejus umbrâ, id eſt, Lunâ venenum tingens conficiunt, Lapidem perficiunt. Totum Magiſterium verò uno modo incipitur & finitur : Regimen noſtri Lapidis unum eſt, ſcilicet decoquere jugiter & continuò in ſuo vaſe ſine intermiſſione, donec finem conſequaris optatum. Ideò non eſt aliud quàm Opus mulierum & Luſus puerorum, excludendo ſaltem aërem, maximè uſque ad albedinem : ſtatim verò poſt Solutionem id quod eſt putum in ſuo ſimili incrementum accipit, uti patet in nucleis germinantibus & inde intumeſcentibus. In noſtro ergo Magiſterio nil præter Solutionem corporis in aquâ philoſoph. neceſſarium eſt, ait *Alanus*; niſi enim nucleus Solis vel Lunæ elevetur, ſeu in materiam primam reducatur, fruſtraneum eſt; Solvi verò Corpus nequit niſi in ſuo Mercurio; omnis enim res per quam creſcit cauſam, per eandem etiam deſtruitur : Soluto verò ſic corpore ſicco in humidâ aquâ mercuriali, adminiſtra iis calorem mediocrem & continuum; ſedet enim ſic Senex in balneo, Mercurius viſibilis inviſibilis fit & occultatur, corpus autem inviſibile & occultum comparet & fit viſibile. Concordat verò eleganter cum hiſce quæ ingenioſè proponit in *Dedicatione Libri Democriti de Arte Magnâ Dominicus Pizimentius Vibonienſis ad Anton. Perrenotum Cardinalem*, inquiens : Quapropter ut ea, quæ omnes Philoſophi multis velut Herculanis nodis implicârunt, ego paucis abſolvam, ac de meo ſenſu judicem, nihil aliud cenſeo præter Corpora in ſpiritus verſa, & cum ſuo compare in calidis thalamis ſtabili connubio juncta flavos, ac candentes filios procreare : totumque hoc myſterium nihil aliud eſſe, quàm Nebulæ, & Aquæ elationem : & huc torqueri perbellè poſſe quod *Pindarus* ſcribit *in Pythiis*, aurata Apollinis lyrâ Aquilam in Jovis ſceptro, hoc eſt, in ſphæra ignis, inſidentem demiſſis alis leniter conſopiri. Attenuent ergo, ſolvant, ac convertant naturas, & Oſiridis membra dilanient veritatis ſtudioſi, nec longi temporis morâ deterreantur, & hujus noſtri hortuli perennem, non *Dioſcoridis* chelidoniam, aut hemionitim lunæ modo falcatam in igne deficientem, aut ſecuridacæ ſpeciem equinum fer-

rum appellatam quærant & ex altiſſimo monte, quod animal appellaverunt ſapientes, noſtram Græcam aglaophotim, non Latinorum lunariam incurvo folio, non boriſſam intorta radice ex Gargano, aut Nurſinis collibus petant. Hęc illa eſt Lunaria, quam *Homer. in hymn.* ὁμότροφον Ἀπόλλωνος Græce, i. e. eodem cum Apolline lacte altam memorat. Alumnus verò qui utroſq; ſuo lacte rigat, & humore velut Salamandras in igne nutrit Mercurius eſt, qui δωτῆρ ἐάων Græcè ab eodem Poëta, i. e. bonorum largitor appellatur; quantum non ut certus Artifex experientiâ aſſerere, ſed ut Lector diligens non levi conjectura poſſum augurari.

XII. *Georgius Ripleus* Canonicus Anglus Britlintonienſis in *XII. Portis*, *Medullâ Chymicâ*, aliisque operibus, Caſſellis anno 1649. operâ *Ludov. Combachii Archiatri Haſsiaci* editis, ſeias abſconditæ hujus artis amovit, nimirum Calcinationem Auri is *in Accurtationib. & Practic. Raymundin.* (in quibus opus Baſiliſci docet, dum velut is ex ovo ex vulgi Baſilienſis perſuaſione prodire traditur vivus, qui viventia radiis ex oculis emiſſis venenoſis inficit & necat, ſic ex ovo philoſophico Tinctura producitur, quæ leviſſimo tactu metalla, quæ Mercurii quid in ſe habent, coagulat, ſtupida reddit, & ſulphure ſuo ſpoliat) *p.* 414. docet facere ponendo id in Mercurium (ſcil. philoſ.) in crucibulo ſuper lentum ignem ſuper prunas, & cùm inceperit bullire & fumare projiciendo intus laminas ignitas Auri (ſcilicet ℥ *j.* hujus ad Mercurium ℥ *xxjv.*) & tum Aurum erit perfectè amalgamatum, tum continuè Mercurius bullire debet, & quod adſcendit denuò deſcendere debet, quouſque per putrefactiones & alterationes in novâ albedine Calx remaneat, quæ eſt Mercurius noſter ſublimatus, poſt cujus fixationem iterum diſſolutio tentanda & per imbibitiones propriarum aquarum multiplicatio inſtituenda. Sed hæc via eſt longa, ſed non eget multis expenſis & magnis, & eſt via recta, per quam omnes Philoſophi ad finem optatum pervenerunt. In *Portâ I.* inquit, Omnis ſpiritus figitur cum calcibus ſui generis; hoc bene animadverſo fructum referes: Ut enim aves congregantur ſui ſimilibus, & ab iisdem illicibus capiuntur; ſic fit in hac philoſophiâ, in quâ pluſquam aureis literis ubique inſcriptio valet quæ extat ab initio *Libr. de Arte Magnâ Democriti*: Natura naturâ gaudet: & Natura naturam vincit: & Natura naturam retinet: item illud *Stephani Philoſophi Græci de Materiali Mund. Act. tert. p. m.* 31. Si videris (Solem ſcilicet ſatum in terrâ Lunæ, juxta *Flammell. in explicat. p. m.* 171.) omnia cinerem facta exiſtima rectè parata fuiſſe: quare & *Ripleus* poſt adjicit: Si tu itaque ſtudes conficere Solem & Lunam arte philoſophicâ, ad id nec ova, nec ſanguinem accipias, ſed Solem & Lunam, quæ naturaliter & prudenter calcinata, & non manualiter, novam generationem foras producunt, augentia ſuum genus & omnes res naturales: *In*

Portâ 2.

Portâ 2. Nihil hic eſt præter ſororem & fratrem, hoc eſt, ſi interpreteris, agens & patiens, ſulphur & Mercurium, coëſſentialia noſtro propoſito; Inter hæc ut duo qualitate contraria generatur medium maximè admirandum, quod eſt noſter Mercurius & Menſtruum unctuoſum, noſtrum ſecretum ſulphur, operans inviſibiliter, violentius igne exurens corpora, quouſque in aquam diſſolvantur mineralem, id quod Noctem, propter tenebras, & ſeptentrionem vocamus. Et mox: Animadverte, ut glacies in aquam reſolvitur, & rectè quidem: Nam aqua erat prius: Eodem modo rurſus noſtra terra in aquam reducitur, & aqua per hanc congelatur in perpetuum. Et deinde: Nam ſcriptura teſtatur, quod cum terra turbabitur, in maris profundum conjicientur montes: Sic quoque noſtra corpora tandem in aquam convertentur: Corpora enim noſtra, quæ à Planetis nomen ſumpſerunt, comparantur non ineptè montibus: In profundum itaque Mercurii hæc projice, ne damnum incurras, tum pulchrum videbis ſpectaculum: totum enim convertetur in pulverem impalpabilem, quemadmodum coagulum noſtrum naturaliter lac coagulat. Philoſophi autem in hoc negotio non immeritò nos jubent eſſe patientes, uſquequò omnis aqua ſiccetur in pulverem, foventes calorem continuum, ſed non violentum, Quando feciſti imbibitiones ſeptem, tunc iterum debes rotam circumvolvere, ait *Auctor* hic in *Portâ 6*. Quænam autem hæc aqua ſit, non facile declaraverunt Philoſ. ceu *Morhofius in Polyh. p.*112. refert: Nulla ſcripta Vet. Chym. magis eſſe mutilata, quàm quæ de divinâ aquâ agunt, cùm illa inter μυστικώτατα hujus artis ſit; Occaſione Anonymi Chriſtiani Liber Chymicus ad Sergium (quem ut Arianum Monachum, Mahometem in religione & artibus inſtituiſſe refert *Mejerus in Symb. aur. menſ. p.* 196.) *de aquâ divinâ*: Hanc verò interdum Philoſophi Aurum appellant, quandoque etiam ſuam terram ut *Roſar. Philoſophor.* qui dum allegoricè loquuntur, non ſibi contradicunt, ſed omnes quaſi ex uno ore loquuntur; prout & *Libavius in Syntagm. Alch. pag.*301. ait: Quandoque Marcaſita aurea & Stibii Eſſentia Sol dicitur, ſed argentea Eſſentiaque Biſmuthi & affinium Luna: Sic & Auctor gloriæ mundi aquam hanc terram vocat, quæ ſplendorem Solis & Lunæ aſſumat pro novo corpore ceu novo fœtu; De hac aquâ ait *Liber Alze p.*329. ſi illa tranſit in corpus, in terram dein & pulverem & cinerem mutatur; quod idem eſt, quod *Kunckel. in Obſ. Chym. Germ. p.*81. clarius, quam habet Verſio Latina Anglica, ait: Wann ihr materiam primam habt/ werdet ihr ja drauß was bereiten/ iſts nicht Lapis Philoſophorum, ſo iſts vielleicht der Lapis Ruſticorum; wann ihr aber ſelbige habt/ ſo macht erſtlich Waſſer drauß/ dann ich weiß/ daß ihr gern der Natur folgt/ darnach Saltz und Erde/ und folgt dann der Natur ſucceſſivè immer weiter/ erlebt ihr dann das End der perfection nicht / ſo erlebens vielleicht euere

Kinder nicht. Et in *Phoſphoro p. 36.* ait: Umb zu kommen wie Joſua & Caleb in das gelobte Land/ laßt den außgeſpannten Adler (in Symbolo Avicennæ denotat Lunam ſive Junonem, Venerem, Beyam, quæ ſanè fugax eſt & volatilis, inſtar aquilæ uſque ad ipſas nubes evolantis & ſolis radios in oculos immittentis) der allein in die Sonne ſehen kan/ ſeine Feder rechtſchaffen abbrennen und figiren. Quorum verborum dilucidationem ampliorem ſiſtit *cit. loc. Mejerus.* Id verò, Lector amice, monendus eſt, quòd Mercurius ille qui prima materia Philoſophis dicitur ac Aurum in primam materiam reducere debet, non eſt Mercurius vulgi, hic enim Aurum radicaliter non ſolvit, unde tamen quia nil quicquam præter naturam metallicam & mercurialem in opere ſimul jungitur, ex quâ ſolâ totum opus completur, patet alium Mercurium eſſe quærendum, qui ſcilicet Auri prima materia eſt, menſtruum juxta *Ripleum* evaporabile eſt, ſeu inſtar ſpiritûs ardentis ſuper Auro deflagrat, id quod eſt certa mercurialis ſubſtantia in fluxu ſuper igne ſe habens inſtar Mercurii currentis, unde non ſaltem externa Auri, ſed & maximè intima textura deſtruitur & turbatur, ut malleabilitas quoque abeat, nec per ignem prior forma ullatenus recuperari poſſit, id quod fit, ſi Aquâ forti, Mercurio vulg. aliiſque menſtruis, item tritu Aurum tractetur. *Laudatus Ripleus in Medull. Philoſ. Chem. p. 166.* ubi vult declarare, quomodo extrahatur menſtruum reſolutivum, ait: Facit ſonitum in vaſe, & non deſtillatur, niſi per artem; & *p. 168.* ait, ad acuendum illud addendum eſſe piper, pyrethrum, emphorbium, &c. res nimirum martiales, id eſt, limat. mart. Qui putant aliam eſſe aquam, præter hanc, errant in opere iſto; Habetque guſtum acerrimum & odorem fœtidum. Alibi vocat menſtruum vaporabile. Idem *Riplæus* hoc hinc inde in ſuis ſcriptis ſimili modo deſcribit, monendo, ut poſtquam calces relictæ fuerint, iterum bene exiccatis per ignem addatur illis tantundem aquæ, quantum ſupra, & ſic in omnibus ulterius procedendum eſſe, nimirum ut hoc facto ſubtrahatur aqua ab iis, deſtillando per eundem temperatiſſimum calorem donec remaneat in fundo oleum tenue, quod quantò ſæpius diſſolvetur, atque aqua ab eo extrahetur, tantò magis erit ſubtile & tenue. Cum hoc oleo (ſi fiat è calcibus Solis vel Lunæ) poſſumus incerare ſubſtantiam cæterorum corporum elevatorum, quouſque figantur & fluant, quæ tunc etiam congelabunt Mercurium in Aurum & Argentum, atque etiam transmutabunt reliqua imperfecta corpora, ex quorum calcibus ſic elevatis hæc ſubſtantia inceranda ſumpſit originem. Vid. *Ripl. Medull. Phil. Chem. Cantilena Riplei* etiam in hoc fundatur, quod Rex (id eſt, Aurum) conqueratur de ſterilitate, quia ſcilicet Aurum compactum nimis eſt & durum, hinc ipſi renaſcendum eſſe & in ſinum matris recondendum, ut ſolvatur in primam materiam, & disgregetur, moribundique corporis virus emanet,

Veſce-

Veſcebatur interim carnibus Pavonis
Et bibebat ſanguinem viridis Leonis
Sibi quem Mercurius telo paßionis
Miniſtrabat aureo ſcypho Babylonio.

Unde

Ejus tunc multicolor cutis apparebat
Nunc nigra, nunc viridis, nunc rubea fiebat
Se ſe quoque multoties ſurſum erigebat
Et ſurſum poſteà ſe ſe reponebat.

Quomodo ſymbolizet cum fidei articulis præter alia patet ex *Port. X. Ripl. pag.* 81. ubi verba CHriſti extant; *Si exaltatus fuero, tunc omnes ad me traham*: nimirum pariter medicina noſtra ſi exaltata fuerit, erit nobilitata, quod fieri debet, inquit, duobus modis; ab eo tempore, quo partes ſunt deſponſatæ, quæ ſunt crucifixæ & exanimatæ, contumulantur ſimul mas & fœmina, & poſteà revivificantur ſpiritu vitæ; Tunc ſurſum in cœlum debent exaltari, ut ibi corpus & anima glorificentur, nam debes illud adducere ad talem ſubtilitatem, ut aſcendant ſimul, & poſſint inthroniſari in nubibus ſplendentibus angelis conſociata, tunc trahent, ut videbis, omnia ad propriam dignitatem. Nimir. Lapis Phil. humanus & terreſtris eſt ſpiritus mundi aut emanatio externa ſpiritualis virtutis divinæ cum humiditate cœleſti veſtitæ, quam Philoſophus & terrenus corporificat, condenſat & fixat in Auro vulgari, ut pluſquam perfectum efficiat ad augendam ejus humiditatem radicalem, ad nutriendum, vegetationem habendum & animandum per mortem iſtius ſpiritûs mundi, qui eſt parens omnium mixtorum filiorum ſuorum in 3. familiis ſpiritûs naturæ univerſalis incluſorum, ut ait *Colleſſon. de Phil. Herm. Vol. VI. Tr. Chym.* Ita enim Deo placuit, ait *Orthel. ſuper Sendivog. libr. cit. pag.* 473. ut lux incomprehenſibilis, ſpiritus & vita hujus mundi temporalis corpus comprehenſibile fieret, id eſt, corpus in & ex rebus corporalibus conſtans aſſumeret, vel ut rectius dicam, ſe in res corporales infunderet & ſe cum illis uniret, ut hoc medio vita noſtra corporalis perſeveranter conſervaretur: Quanto nobilius ergo eſt ſubjectum incorporationis, tanto præſtantior & efficacior fit ſpiritus illius incorporati per artificem (non tamen à corporis veſtimento immunis) extractio, qui tum vim habet nobis neceſſaria ad vitam & ſanitatem uſque ad mortem ſuppeditare; Quicunque ergo Phyſicus principia ſuæ Medicinæ fundamento (quod è Theologiâ verâ oritur & ei convenit) ſuperſtruxit, is à vero ſcopo ſervandæ & ſalvandæ noſtræ caducæ vitæ non facilè aberrabit; Hic ſitus eſt ille Lapis, ad quem Æſculapii Ethnici & ipſorum æmuli offenderunt, quia theologicum *Emanuel* & verbum incarnatū non intellexerunt, vel non ſatis bene

conſiderarunt, quomodo ergo de negotio ſalutis noſtræ temporali aut terreno ſalvatore aliquid certi in fundo cognoviſſent. Hoc Opus etiam correſpondet primæ mundi creationi, in quâ primò extitit cœlum & terra, quæ erant confuſa inſtar aquæ, ſupra quam ferebatur Spiritus Domini; quæ operatio per aquam primùm exiſtentem indicat primò extitiſſe Corruptionem in elemento aquæ fieri ſolitam; Pariter qui in aquam verti neſcit compoſitum, ut prima ejus corruptio fiat in elemento aquæ, manum ab opere tutò ſuſpendat. Philoſophi antiqui Teſtamenti hoc in opere velut in ſpeculo CHriſti nativitatem, paſſionem & reſurrectionem viderunt. Divina myſteria omnesque fidei articuli hoc illuſtrantur, ait *Tackius in Chryſog. p.* 139. Lapis Philoſ. primò vilis eſt & abjectus, & poſt multas afflictiones & depurationes exaltatur, moritur & ſepelitur, reſurgit & corpus glorificatum nactus, ut Leo fortis trium Regnorum fit Dominus. Ad talem glorificationem in hoc opere repræſentandam prolixus eſt pius ille Scriptor *Aquarii Sapientum*, quo Lectorem æquum ablegamus, adducentes verba Philoſophi in MS. Opus Philoſophorum nil eſt aliud, ait, niſi corporis & ſpiritus ſcil. Auri vel Argenti cum Mercurio Philoſ. vera & inſeparabilis conjunctio; Et ut gloriosè reſurgat corpus cum ſpiritu, & in cœlum adſcendant, perpetuò vivant, quia jam ſunt ab omni peccato per pœnitentiam purgati; nam ſpiritus ab immunditiis ſuis omnibus ex terrâ contractis purgatus eſt, & corpus ab elementalibus vitiis ſuis purgatum vel depuratum. Nam ſpiritus corpus flagellavit, contrivit, & tanquam ignis infernalis combuſſit & in cineres mortuos per pœnitentiam redegit; Itaque factâ & finitâ pœnitentiâ corporis ipſum corpus vice versâ ſpiritum caſtigavit, ſanguinemque ejus ſuis aculeis undique aſperſit, viſceraque ejus dilaniavit & ita per pœnitentiam uſque ad mortem adduxit. Et hoc eſt quod dicitur, Spiritus præparat corpus, & corpus ſpiritum. Mortuo & defœcato poſteà corpore rurſusque unito cùm ſpiritu & animâ puris, ſpiritus utrumque ſurſum rapit, ita ut paulatim omnia æquipolleant: Anima & corpus naturam ſpiritûs, ille viciſſim corporis & animæ conſequitur: quo facto ſic copulantur, ut nullatenus ſeparari poſſint: ſpiritus facilè figitur, id eſt, in naturam corporis abit, nam corporeum ſpiritualitatem induit, ſpirituale verò corporeum; unde jure corpus glorificatum dicitur, quia perficit corpora reliqua in penetrando. Et hoc unum eſt ex maximis arcanis, quæ miſericors ille DEus nobis patefecit in ſalutis noſtræ confirmationem & gloriam abſolutiſſimi amoris in nos, per Filium ſuum JEſum CHriſtum collati. Quis non obſtupeſcat, cùm mortem & reſurrectionem in omnibus deprehendat? O infinita Sapientia? quis Te ſatis dignis laudibus evehat? Ita *Drebelius de Quint. Eſſent. Cap.* 3. Videatur inprimis *Excellentiſſ. Joh. Ludov. Hanne-*

Hannemanni Pium Caſtum & Devotum Philoſophiæ adeptæ & Theologiæ orthodoxæ Oſculum, id eſt, Exercitatio Philoſophico-Myſtico-Theologica, quâ pio quodam Zelo & ſtudio adumbratur & inſtituitur Analogia quorundam Myſteriorum Theologicorum cum Lapidis Philoſophorum Arcano Magiſterio. Sic *Jac. Tollius in Manuduct. ad Cœl. Chym. pag.* 7. id quod *Geneſ. I.* ſcriptum legitur, & à *Longino* pro Majeſtate & omnipotentiâ Creatoris extollendâ laudatur, *Fiat Lux & facta eſt Lux, & Tenebræ erant ſuper terram*, typicè ita declarare auſus eſt, experimentoque declarare: Tunde, ait, Antimonium in Mortario Philoſoph. & cribra; id eſt, funde in catillo, & concutiendo infundibulum fac ut ſubſideat regulus, & is quidem, ſi rectè res geratur, unica ſæpè fuſione ſtellatus. Sic Hiſtoriam Diluvii per analogiam huc trahere non veretur *Agricola parvus*, dum ex ſolutione & combinatione Lilii rubri & albi (ut *Artic.* I. conſenſum hujus Authoris attulimus) fieri dicit, quòd Sol & Luna tenebreſcant, Diluvioque fugato arcus Iridis ſe monſtret, paulatimque ſe Luna nitidam & fulgentem exhibeat conſpiciendam. Quò & alludit *citatus Hannemannus Lib. cit. Cap.* 7. *p.* 72. notanter inquiens: *Vitrificatio illa, quæ contingit in Magiſterio Philoſophico multum differt à Vitrificatione communi. Diagnoſin utriuſque non hic apponam, ne forſan ex eâ porcis concedatur aditus ad Margaritarum piſcationem. Et illa vitrificatio ſolummodo metuenda eſt in principio operis. Quando enim Columba in arcam intulit ramum olivæ, aquæ maximam partem exſiccatæ ſunt & videntur transmutatæ in lucis primigeniæ Symbolum.* Sic *Auctor Bibliothecæ Chemicæ* Pariſiis impreſſæ *verſ.* 9. *Cap. XLIX. Catulus leonis Juda: ad prædam requieſcens accubuiſti ut leo & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum?* explicare audet: *L'or eſt inutil s'il n'eſt fait volatil*: quorum verborum declarationem quandam ſiſtit *Borrichius de Sap. Herm. & Ægypt. p.m.* 408. dicens: Graviſſima queq, corpora totâ ſubſtantiâ leviſſima evadunt, ſi probè à ſe ſe particulæ invicem divellantur. Hoc autem ſi licet licebit etiam quædam numiſmata vetera ad hunc ſenſum torquere, ut eſt illud, quod Magnus quondam Fautor noſter, quem hîc & Patavii non ſemel ſalutavimus, *Carol. Patin. in Nat. Jovis p.* 125. ſiſtit: Nimir. quod in una parte Alexandrum ab Hercule ortum ducentem Leonis exuviis indutum, in averſo autem nummo capram puerum ſeu Jovem lactantem cum ſigno Scorpii cum inſcriptione, Dei Filius, habet: Quale epithetum ad Alexandrum referri nullus inficiabitur qui Strabonem legerit *lib.* 7. Arrianum *lib.* 3. Diodorum *lib.* 17. Curtium & Plutarchum, memineritque pontificiæ ſalutationis, ὦ παῖ διὸς, *O Fili Jovis.* Tritum eſt omnem ferè ætatem Deos nuncupaſſe vel Diis ſimillimos & pares ἰσόθεους, atque Diis genitos, qui virtutem heroicè profeſſi erant, de quo *Homerus iliad.* ω. Socrates apud *Platonem*, & Ariſtoteles *lib.* 7. *moral.* Pariter namque Hercules Philoſophicus ſeu Aurum cibandum eſt

lacte

lacte capræ ut mercurio ſuo, quò fœcundum reddatur, id quod ſignum fœcundum Scorpii innuit: An autem non huc trahi poſſit *Kerenhapuch in Lib. Jobi Cap. ult.* fortè non adeò alienus eſt ſi quiſpiam *Borrichius de Ort. Chym. p. m.* 115. nec Acutiſſimus *Clericus in Crit. Sacr. p. m.* 1107. qui tertiam Jobi filiam à copiâ omnium bonorum quaſi beatam ita dictam eſſe docet, nimirum Job multa perdens & paſſus (Dominus dedit, abſtulit, &c.) Lapidem Philoſ. obtinuit, quo uſus ſuper Metalla VII. quæ purgata comparavit 7. filiis, dum 7. planetæ in ejus nativitate ipſi contrariabantur; dein Aurum ipſi favebat, & conſequenter alii planetæ, unde Lapis parabatur, pro quo tegendo ſub filiæ Cornu ſtibii tertiæ detexit. Ex Coccejo autem in Job nomina filiarum ſonant Dies, Caſia, Cornu ſtibii ex 2. *Reg.* 9, 30. *Jer.* 4. 30. vel gemmæ carbunculi ex 1. *Chron.* 29. 2. *Eſa.* 54. 11. Impium autem omnino eſt, quod *Celſus* Chriſtianis objecit, doctrinam de Virgine Maria ejuſque partu ex fabulis Danaës, Melanippe, Auge & Antiope eſſe deſumptam. Et Cæcilius Natalis apud *Minutium Felicem* non minus periculosè ait: Omnia iſta figmenta malè ſanæ opinionis & inepta ſolatia à Poëtis fallacibus in dulcedine carminis luſa à Chriſtianis nimium credulis in DEum ipſorum turpiter reformata ſunt. Piè magis hoc invertit *Vir Rever. Excell. & Doctiſſimus* DN. *Nicolaus Gürtlerus Baſil. SS. Theol. Doct. & Prof. Brem. in Theol. pag. m.* 59. ubi fabulam de Mercurio Jovis Filio & Legato de Pallade è Jovis cerebro natâ ex doctrinâ de Filio DEI ortam conjicit, non ſecus ac ſpiritus Poëtarum Spiritum Sanctum redolere juxta verſum:

Eſt DEUS in nobis agitante caleſcimus illo
Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.

Notatu digna quoque ſunt verba *Mommæ in Oeco. Patriarch. p. m.* 288. dicentis: *Plutarchus de Defect. Oraculor.* refert, Dæmonibus & impuris ſpiritibus mortem Panis (Mercurii & Penelopes filii) terrori fuiſſe. Quid ſi præſenſerunt noxam regno tenebrarum inferendam, per mortem magni paſtoris ovium JEſu Chriſti, *Hebr. XIII.* 20. 1. *Pet. II.* 25 *Heb. II.* 14? Quod etiam agnovit *Huët.* Epiſcopus Abrincenſis *in Concord. rat. & fidei L. II.* ubi mirificum eſſe dicit Chriſtianorum Ethnicorumque decretorum & præceptorum concentum & convenientiam, ut iisdem ferè moribus aſſectatores ſuos imbuerit, vel exemplo M. Aurel. Imperat. Fabulas in ſerios & pios uſus eſſe conſecratas eſſeque meram Theologiam, teſte *Euſeb Præpar. Evang. L. I. C.* 10. *Origenes* quoque *contra Celſum Lib. I.* apertè docet Sacerdotes Ægyptios populum fabulis paſcere ſolitos fuiſſe, dum interea ipſi ſub nominibus Deorũ Patriorum philoſopharentur: unde *Meyer. in Hier. Æg.* ſeq. quoq; verba notatu digna circa hanc rem profert: Leges Ægypti ab Iſide latæ ſunt ex Mercurii

conſilio

conſilio, qui eas à Vulcano acceperat; in honorem Oſiridis & Iſidis omnia Feſta inſtituta & Hieroglyphica facta, animalia certa ſacrata, &c. Iſidi quoque Apis ſacer erit, qui totum compoſitum Lapidis Philoſophici denotat, ut Ægyptiis Sacerdotibus hinc ejus cultura ſit introducta. Et quid de Phœnice ave (quali nomine Tinctura à volatilitate, & Phœnix ab operatione, dum quæ ſibi affinia detegit, colore ſuo rubeo phœniceo imbuit, & projecta in aquilinas pennas totas aureas reddit, dicitur) cui aliàs etiam CHriſtus comparari ſolet juxta verſum:

Effinxit CHriſtum Phœnix reparabilis ales

dicendum! certè tam certum eſſe quàm quod certiſſimum eſſe dicit *Meyerus in Symb aur. menſ. pag. m.* 30. Ægyptios per avem Phœnicem intellexiſſe Tincturam auream, atque Taciti tempore, ut nec ante unquam, nec poſt, niſi ætate Morieni ſub initio Chriſtianiſmi huc uſque, nulli gentium, ne quidem doctiſſimo, cognitum fuiſſe ſcripto vel relatione apertâ, aut in mentem veniſſe, eſſe artem tanti effectus, nempe aurificii veriſſimam cauſam. Hinc Ægyptiorum tot allegoriæ, nec non Græcorum figmenta de perſonis, rebus, locis & temporibus, quibus hæc contigerint; cùm omnia debeant intelligi de re una, quæ tot Deorum nominibus appellatur: Eadem res eſt Phœnix, avis, quæ poſt certum annorum numerum redit in Ægypti urbem, Solis dictam, ibique ſe Solis avem cremat, ex quo cinere novus Phœnix enaſcitur: Veteres hoc propter famæ conſtantiam & doctorum hominum, qui aliquid ea de re olfeciſſent, in ſcriptis allegoricis concordantiam, credere nolentes volentes quaſi coacti ſunt, cùm aliam viam aut rationem non intellexerint; quia id eſſe, aut non eſſe poſſit: At nobis talia velle perſuadere, eſſet *Æthiopem dealbare*, qui ſcimus ex innumeris argumentis pleraque antiquorum fabuloſa de Diis, Deabus, heroibus, animalibus, feſtis, ludis & inſtitutis, ſcripta & cantata, Chymiæ occultiſſimæ eſſe velamenta, imprudentibus ob oculos obtenſa, ut videant lucem ſolis non niſi per umbras: Prudentioribus verò iisdem data fuit occaſio indagandi & inquirendi apud alios ſcientes, qualia ſint ea arcana, quæ ibi deliteſcant. Hæc fuit cauſa, cur tot perſpicaciſſimi viri ex Græcis aliisque populis Ægyptum, aliaque remotiſſima loca perluſtrârint, ut nimirum ſolem viderent abſque umbris, hoc eſt, rem ipſam abſque allegoriis: Imò eadem fuit cauſa, cur Ægyptum nulli peregrino adire liceret, niſi cum contumelia vellet arceri & in fines regni deportari; quia ſcilicet *Phœnix* tum forte patrem ſuum ſepelivit in ARA *Solis*, ne forte cineres ejus ad peregrinos diſpergerentur, quod & factum eſt ſequentibus temporibus, cùm mitiores regnarent Reges: Hinc *Græci Buſiridis* ſævitiam famoſis ſcriptis deteſtati ſunt, quaſi ille peregrinos mactaret Jovi, cùm revera Rex præclarus

P aliàs

aliàs & Philoſophus in his arcanis expertiſſimus fuerit, qui tamen advenas in regnum non admiſerit propter certas cauſas, cùm ſcilicet nec mercibus nec bonis Ægyptii indigerent alienis. *Hucuſque Meyerus.* Licet autem CHriſtus Phœnici avi eleganter comparetur, non tamen cum Perſis credendum eſt omniſcientiam ejus & miracula in ſanandis morbis à Lapide benedicto unicè proceſſiſſe, ut *Auctor Itineris Perſici modernus* de Perſis ſcribit his verbis : L'eloge fameux de Haly le grand Saint la grande idole des Perſans porte à la fin du Chant (dans la gallerie du Tombeau d'Abas en gros caracteres d'or) ſecond & commencement du troiſieme. Dieu formera un corps Aerien, que crie de la part à haute voix, Victoria, Victoria. Il n'y a de brave qu'Aly. Il n'y a point d'epée ſemblable à Zulgafar (qui s'ouvroit en deux au bout comme une fourche.) Toi de la pureté duquel le Ciel de l'impeccabilité tire ſon eclat. Le Soleil s'eſt fait une couronne de gloire de l'ombre de ton paraſol. JEſus le grand Chymiiſte ſe ſervoit de la terre du portail de ta prudence pour *Souffre rouge, dont il compoſoit le Takſir & la pierre Phale,* Pierres de Divination. (Les Mahometans diſent, que du tems de JEſus CHriſt la Medicine eſtoit en vogue & au plus haut degre d'excellence, & que DIEU lui donna tant de ſecrets en cet art, que meme il reſſuſcitoit les morts & penetroit dans les pensées) avec quoi il connoiſſoit tout & gueriſſoit tout. *Hucuſque Chardin.* Mirum autem eſt quod refert *M. Petrus Bonus Lombardus* (non immeritò ab *Excellentiſſ.* DN. *Joſepho Lanzono in Deſcription. Medicor. Ferrarienſ.* laudatus) per hanc artem cognoviſſe & judicaviſſe antiquos Philoſophos hujus artis, virginem debere concipere (ut legere eſt in *Margarit. pretioſ. Cap. 6. pag. 649. Vol. V. Th Chym.*) & parere: quia apud eos ſic Lapis concipit & impraegnatur à ſe ipſo & parit ſeipſum: Unde eſt conceptio ſimilis Conceptioni virginis, quæ abſque viro concipit, quod eſſe non poteſt niſi miraculosè, ſcilicet per Divinam Gratiam : & in partu iſtius Lapidis fit partus ſimilis partui virginis: quia poſt partum manet virgo ut prius ante conceptum, quod etiam eſſe non poteſt niſi divino miraculo mediante. Quia igitur viderunt conceptionem, impraegnationem, & partum, & nutricationem iſtius Lapidis ita miraculoſam, judicaverunt mulierem virginem debere concipere abſque viro, & impraegnari, & parere miraculosè, & manere virginem ut prius. Unde Alphidius : Hic Lapis in viis projectus eſt, in nubibus exaltatus, in aëre habitat, in flumine paſcitur, & in cacuminibus montiū quieſcit: cujus mater virgo eſt, cujus pater fœminam neſcit. Adhuc etiam noverunt, quòd DEus fieri debeat homo die noviſſima hujus artis, in qua eſt operis complementum, generans & generatum fiunt omnino unum, & ſenex, & puer, & pater, & filius, fiunt omnino unum : ita quòd omnia vetera fiunt nova. Unde quia hanc rem ſic miraculoſam

loſam viderunt, judicaverunt etiam Creatorem cum creatura fieri debere unum. Quia igitur creatori nulla creatura uniri poteſt niſi homo ſolus, cùm ſit ad imaginem & ſimilitudinem creatoris factus ratione animæ intellectivæ, judicaverunt DEum cum homine fieri debere unum. Et hoc factum fuit in CHriſto JEſu, & Virgine Matre ejus. Unde Balgus in Turba Philoſophorum dicit: O quam miræ naturæ, quæ animam ſenis in juvenile corpus transformaverunt, ac pater filius factus eſt. Benedictus igitur ſit DEus creator optimus, &c. Similiter Plato ſcribens in Alchemicis, ſcripſit Evangelium, quod poſt eum per tempora longa valde ſcripſit Joannes Evangeliſta & complevit. Scripſit enim Plato, In principio erat verbum, continuò uſque ad locum illum, fuit homo miſſus à DEO, &c. Sicut recitat Beatus Auguſtinus in Summa Confeſſionum: & oſtendit DEus hoc exemplum miraculoſum Philoſophis in hoc Lapide, ut oſtenderet potentiam ſuam, ut ipſi ſcirent, & cognoſcerent eum, opera quæ ſupra naturam conſiſtunt, quæ noſter intellectus non poteſt comprehendere, poſſe efficere quando vult. Unde Morienus: Scias quòd hoc magiſterium non eſt niſi Secretum ſecretorum DEI altiſſimi & magni. Ipſe enim hoc Magiſterium ſuis Philoſophis vel Prophetis commendavit, quorum animas in ſuo paradiſo collocavit. Hæc pluſquam aurea verba in multis confirmat *Huëtius in citat. Libr. de Concord. rat. & fidei*, nimirum quoad incarnationem CHriſti ut DEI *Amelium Porphyrii magiſtrum ex Johanne Evangeliſta* confeſſum eſſe, DEI Verbum eſſe DEUM, hominem eſſe factum, ſubiiſſe mortem DEumque extitiſſe poſt interitum, ita ut extiterit ante ortum. Quid quod laudatus Auctor non vereatur pro convincendis Ethnicis argumenta depromere Chymiam redolentia, dum ait: DEum Chriſtianorum letho datum eſſe, ridentibus & calumniantibus Ethnicis, ſic reſpondet *Arnobius L.I.* nec ipſos pudere, cùm Liberum patrem dicunt membratim à Titanibus eſſe diſcerptum, & in ollas, ut Coqueretur, conjectum. Not. Liber eſt Bacchus, qui *Borrichio* Noachus, & hic Saturnus. Sic & idem *Huëtius p. 155.* dicit Saturnum pulſum eſſe cœlo à Jove & vinctum compedibus; Oſirin à Typhone in fruſtra conciſum; DEus Brachmannorum his adjungi poteſt, quem ſecundam eſſe ajunt Trinitatis perſonam & corpus novies in humani generis ſalutem ſumpſiſſe. Hunc octavo ſuo adventu præliatum eſſe aſſeverant cum Gigante, qui ſolis intercipiebat lumen & vulnere in femore accepto corruiſſe. Cleomedes quidam, ait, refert Conflagrationem & renovationem mundi creditam fuiſſe à præſtantiſſimis Phyſicorum; quare & Empedocles ſtatuit omnia in igne mutatum iri per novam elementorum diſſolutionem & concretionem citra eorum excidium: nimirum ut in *Demonſtr. Evang.* docuit *Huëtius*, priſca Mythologia nil niſi

mera ſacræ Hiſtoriæ eſt adumbratio. Quare & alius Auctor Gallus, nimirum *Vigenerius* in eleganti & docto Tract. *de Igne & Sale*, inquit: Quod Cabala eſt in rebus divinis & intelligibilibus, in quarum penitiora ſecreta penetrat, illud eſt Alchymia in naturalibus & elementaribus rebus, quas nobis revelat. Intentio Philoſ. primaria etiam eſt ideò ſecreta naturæ penetrare, ut inde animos noſtros ad res ſpirituales elevemus, ad quem finem ſenſibilia inſerviunt ut ſcalæ Jacobi. Elegantiores autem meditationes nullæ dantur, quàm de igne & metallorum mutatione. Quo ſpectat id quod citat *Hannemannus in Oſcul. Cap.* 11. *pag.* 96. inquit: Habent hæ comparationes ſuum fundamentum in Scripturæ codice; DEus ſemetipſum comparat cum igne abſumente. CHriſti incarnationem, crucifixionem exprimit Sylva urens, viſa, tamen abſque deflagratione, hoc ipſum viſum Theologi de ejus incarnatione interpretantur. Serpentis Ænei exaltationem ipſe Paulus Doctor Gentium ad CHriſti Crucifixionem applicat. CHriſtus ipſe in multis ad naturalia provocat, & ex iis quædam in ſuorum dogmatum illuſtrationem mutuatur exempla, imò & ſuum adventum ad judicium cum furis nocturni irruptione comparat, quidni ergo comparare liceret cum ejusmodi Magiſterio, quod totum ſua naturâ ſacrum & divinum. Huic noſtræ comparandi methodo magna accedit auctoritas, quod *Johannes Arndius* de Myſterio incarnationis Chriſti altas quasdam meditationes conſcripſerit. Imò is in ſua Poſtilla *Tom. I. pag.* 716. apertè ex Chymiæ ſecretioris myſteriis ita loquitur: Die Erfahrung gibet / daß ſpiritualia corpora geiſtliche Leiber der Natur ſind / die ſo durchdringend und ſubtil ſind / daß ſie auch einen harten Stein durchgehen; was wollen wir dann von geiſtlichen Leiberen ſagen die in der Ewigkeit wohnen; derowegen auch nicht vom Leib CHriſti auß den irdiſchen natürlichen Eigenſchafften eines menſchlichen Leibs zu ſchlieſſen / dum non attenditur, was ſpiritualia corpora geiſtliche Leiber ſeyn: wie wir durch die Lufft und Waſſer gehn / alſo durchdringen ſie alle irdiſche Dinge / und kan ſie nichts auffhalten: dennoch ein überauß groſſer Underſcheid iſt under den geiſtlichen und natürlichen Leiberen / dann ſie mit viel tauſend Eigenſchafften begabt / und eitel Krafft und Leben ſind / ja ſie ſind gleich den Engliſchen Geiſteren / wiewol ſie keine Geiſter ſind / darum̃ ſie nichts hinderen kan / deß haben wir augenſcheinliche Zeugnuſſen in der Natur / dann es ſind auch greiffliche Dinge auff Erden / und ſind doch nichts dann lautere ſpiritus, Geiſter / die gantz und gar können in ſpiritus reſolvirt werden / und ſind doch corpora, Leiber. Ach / nach einem ſolchen verklärten himliſchen Cörper möchten wir uns wol ſehnen! Iſt doch ein Menſch nichts / dann ein ſtinckender Koht / weil er

noch

noch lebet / aber ein verklärter geiſtlicher Leib und him̃liſcher Cörper iſt ſo klar als die Sonne / ſo rein und durchſichtig als ein Cryſtall / ein durchſichtig Glaß / wie das him̃liſche Jeruſalem (Apoc. 21. verſ. 18.) ſo behende und geſchwind als ein Engel / nichts dann Krafft und Stärcke / Leben und Herzlichkeit; Es kan ihn nichts hinderen / nichts beſudlen / noch beflecken / kan ihn auch nichts betrüben / es kan nichts unreines an ihm hafften noch zu ihm kommen; es kan ihm kein Feur noch Waſſer ſchaden / dann er nim̃t nichts irdiſches mehr an ſich. *Johannes Gerhardus* verus Theologus Practicus *in Dedicat. Meditat. ſacrar.* (qui liber pluſquam aureus Vade-mecum noſtrum erat in itinere per Galliam & Italiam) mentionem facit Lapidis Philoſophici his verbis: Alii progrediuntur ulteriùs & oſtendunt, quod omnis vera Medicina ſit ex regeneratione, ſiquidem nihil poteſt regenerare, quod non ipſum regeneratum: ad emundationem ergo ſpiritus vitalis ab impuris morborum tincturis, quæ eſt quaſi regeneratio quædam, requiruntur corpora regenerata, id eſt, ſpiritus, qui ſunt corpora ſpiritualia propter penetrationem & Tincturam: ac nihilominus ſunt etiam ſpiritus corporei: ita quoque verus Theologiæ finis eſt, ſpiritualis illa interioris hominis regeneratio, quam ex aqua & ſpiritu fieri teſtatur veritas. Addimus etiam collationem Spiritus Philoſophici cum Lapide benedicto in Eccleſia: ſed hæc non omnibus nota, &c. Nimirum Philoſophorum ſermo parabolis, ænigmatibus & mille troporum involucris tectus non prima ſtatim fronte cuivis patere debet. Neque etiam omnibus conveniunt omnia. Deus enim in pravis impiorum conſiliis haud quaquam connivet: nec viciſſim piis & cordatis viris ſua denegat præmia. Fugere autem mala, & bona ſectari decet verum artis diſcipulum, & ejuſmodi pietatis armis qui inſtructus & probè munitus fuerit intrepidè ad hoc ſacrum accedere poteſt ſtudium, & ſine dubio voti compos fiet,

Nam tantùm ſacris hæc ſacra noſſe datum eſt.

Quo & ſpectat illud Poëtæ:

Inſcius, quæ non capit, ea carpit:
Doctus at myſteria tanta ridet.
Ambo ſic pergant: fatuus ſed unus
Invidus alter.

Valent. Weigelius (qui quoque SS. non niſi myſticum librum eſſe dicit) totam ſuam Theologiam ex hoc Arcano Philoſophico Lapideque benedicto deduxit, ceu in ſcriptis ejus multa hujus rei occurrunt veſtigia, præprimis ubi de morte diſſerit, ſcripſit etiam *Aureum vellus, Azot Tract.* den guldenen Griff &c. *Jac. Böhm Philoſophus Teutonicus* multa quoque profert, quæ ex arte divina emanant; ut *in Tractat.* von der Gnadenwahl / *pag. 159. §. 39.*

CHriſtus erfüllet mit ſeinem Blut der Liebe in uns GOttes Gerechtigkeit in Zorne/ und wandelt denſelben in Göttlicher Freude. Item/ was in uns und durch den Fall verblichen/ muß von GOtt erwecket/ und was in uns verderbet/ muß transmutirt werden/ damit der Engliſche Menſch wieder hervor komme. Item/ CHriſti himmiſches Blut tingirt uns/&c. Vide ſupra. Hunc *Böhmium Auct. Sudi Philoſ.* ita extollit, ut apertè aſſerere non vereatur, ejus ſcripta poſt Sacram Scripturam paria in mundo vix habere, ipſum ad omnium rerum centrum intimum reſpexiſſe, ſicut Salomon in Libro Sapientiæ aliique illuminati in Lumine Divino occulta naturæ penetrarunt. Et quicunque id Lumen, quod eſt S.S. Trinitas, ex omnibus viribus amat, fit & eſt unius eſſentiæ cum eo homogeneæ, omnia enim ſe invicem diligentia non ſunt niſi ens unum, in ſpecie tamen duo, ſcilicet agens & patiens & ſe invicem trahunt, ut Magnes Ferrum, Mercurius Aurum, Virgo Juvenem,&c. Horum intuitu facilè aſſenſum præbemus verbis *Jac. Tollii in Sapient. inſanient. ad Ampliſſ. Conſul. Amſtelod.* Promiſi, Viri Perilluſtres, *Cœlum Chymicum reſeratum* (cujus MS. dum hic Baſileæ degeret, nobis monſtravit) cujus dum, ait, ipſa recludo penetralia, tanta mihi ac tam vaſta divinæ gloriæ ſpatia occurrerunt, ut attonitus, ac vix mei compos, hæſerim aliquamdiu, cunctatusque ſim, dubius animi, pergendumne eſſet, an ſubſiſtendum. Hoc in æſtu horror me invaſit, qualis illos corripere ſolet, quos ſacris adytis appropinquantes clariſſimus derepente ætherii luminis ſplendor circumfulſit. Hunc religio quædam conſecuta eſt, arcanorum penitiſſimorum revelationem ingratam ſummo Numini, inutilem publico, pernicioſam retegenti, & in profanum vulgus proferenti, ſuggerens. Licèt autem pluſquam decuit prolixi fuerimus in tradendâ analogiâ articulorum fidei cum arcanioribus myſteriis naturalibus, non poſſumus tamen non aurea verba myſterium Trinitatis (quod *Lucianus* non niſi arithmeticum eſſe dicere auſus eſt) contra modernos ejus hoſtes, declarantia ex *P. Boni Margar. pret. pag.* 706. *in Theatr. Chym. Vol. V.* ſiſtere; Notandum cenſeo, ait, apud conſiderantes veritatem, & figuras in rebus, quod quicunque hujus artis divinæ & glorioſæ fuerit verus opifex, ponere in DEO poterit Trinitatem in unitate, & unitatem in trinitate, cum diſtinctione trium, ſed abſque diverſitate in ipſo. Nam in hoc Lapide verè aſſignatur trinitas in unitate, & è converſo, cum diſtinctione & abſque diverſitate, ſubtiliter intuenti & ſcienti. Neque video exemplum in mundo ſic per omnia ſimile, ad aſſignandam Trinitatem in DEO, ut hoc. Illud enim beati Auguſtini, quod ponit C. 10 de Trinitate, de Anima; & ponitur 1. Sententiarum, ſcilicet quod in animâ ſunt iſta tria idem: ſcilicet memoria, intelligentia, & dilectio ſive voluntas, & pulchrum, & verum, ſed fortè ali-

quam

quam patitur contradictionem : hoc autem nullo modo. Et credo firmiter, quod quicunque infidelis hanc artem divinam veraciter ſciret, fieret neceſſariò fidelis in Trinitate Dei, & crederet in Chriſto Jeſu Filio Dei Domino noſtro. Et ſi hoc facit, non eſt niſi ex timore pœnæ, perceptæ in Secta & lege illa, & aliis illatæ, ne ſibi ſimilis pœna inſeratur. Nihilominus tamen perfectiſſimè videt, & Trinitatem in Deo eſſe, & aſſignari neceſſariò poſſe, per iſtius Lapidis pretioſiſſimi & occultiſſimi inventionem, ſicut viderunt Hermes, Plato & antiqui Philoſophi. Non igitur videtur in mundo ſimilitudo ſimilior, nec inquiſitio, nec ſubtilitas, nec utilitas, nec theſaurus ſimilis huic, cum anima ſcientis hoc, & corpus ſint in hoc mundo libera & & futuri ſeculi beatitudine adipiſcatur, cum ex fide & bonis operibus poſſit ad ſuum creatorem poſt mortem transferri, & in die noviſſimo iterum conjungi, & apud creatorem beatificari completè. *Hucuſque Auctor Margar. pret.* Horum conſideratione non mirum, cur *Sendivogius in Præfat. Ænigm. Philoſ.* emphaticè ita loquatur : Video enim omnia, quæ ſunt, vanitatem eſſe, fraudem & avaritiam invaluiſſe, ubi omnia venalia ſunt, & iniquitatem virtutem ſuperaſſe. Futuræ vitæ meliora præ oculis video, hiſce gaudeo: Jam non miror, ut antea feci, cur Philoſophi habitâ tali medicina non curarunt abbreviare dies ſuos, quia omni Philoſopho ita eſt præ oculis vita ſequens, ſicuti in ſpeculo apparet tibi tua propria facies: quod ſi tibi DEus dabit optatum finem, poſtea credes mihi, nec te mundo revelabis. Unde & *Auctor Bibliothecæ Chym. Pariſiis editæ* in hæc verba erumpit: Les Philoſophes ne conſiderant plus rien ſur la terre qui merite leur affection, diſent comme le Prophete: Seigneur, il ne me reſte plus que la poſſeſſion de votre gloire pour eſtre entierement ſatisfait. Cauſam autem cur plurimi mortalium his in rebus ignari & negligentes ſint, ſiſtitur ab *Eſpagnet in Enchir. Phyſ. reſtit. pag. m.* 178. his verbis : Illa veritatis obnubilatio, illæ mentis humanæ tenebræ pars pœnæ peccati fuerunt, cujus cauſâ paradiſi voluptate, ſcientiarum deliciis, naturæ cœleſtiumque cognitione excidit homo ; ut qui ad pravum prohibitæ ſcientiæ deſiderium ſe extulerat, per juſtam etiam conceſſæ privationem deprimeretur ; ſicque inductâ ſcientiarum multiplicitate ac confuſione, veræ ſcientiæ, quæ una omnium rerum erat, amiſſione plecteretur ; Cherubin ille eſt Paradiſi cuſtodiæ præfectus, igneo gladio imminens, luminis ſui fulgore corruſcans. hominum mentes obcœcans, & ab arcanis Naturæ Univerſique veritate arcens : adeò ut illud Platonis locum habeat : Οὐδεὶς εἴσεταί ποτε τοῦτο κακὸς ὤν, ἀλλ' ἔμπειρός τε, καὶ ἐπιεικὴς ἤθεσιν γενόμενος, id eſt. Nemo malus unquam hoc ſciet. Sed peritus qui erit, & moribus æquis præditus.

XIII. *Lamp-*

XIII. *Lampſpringius* Nobilis Germanus, antiquiſſimus Scriptor, verſibus Germanicis & emblematicis figuris artem ingenioſè tradit, ex quibus prima pars duos Piſces in mari noſtro natantes (Funde Antimonium, ait *Tollius in Manuduct.* & videbis mare Philoſophicum) ſiſtit: Mare eſt corpus, ait, duo Piſces ſunt ſpiritus & anima:

Philoſophi in genere dicunt,
Duos piſces in noſtro mari eſſe,
Sine omni carne & oſsibus.
Hi in propria aqua coquantur:
Tunc immenſum ex his mare fiet,
Quòd nullus homo eloqui poterit,
Hoc eſt Philoſophorum decretum:
Duo piſces ſunt tantum unum, hoc verum,
Tamen ſunt duo & nihilominus unum
Corpus, ſpiritus, & anima.
Nunc certè vobis ſic dico,
Coquite ſimul hæc tria,
Ut ſit maximum Mare.
Poſteà vobis ſignificabitur
Quando magnum incrementum habueritis.
Ideo coquite ſulphur cum ſulphure bene,
Nec multa verba ea de re facite.
Tace & reconde hæc tuo magno commodo,
Ita eris liber ab omni pauperie.
Os tuum adeo compeſce;
Sic tuus labor nulli innoteſcet.

Libav. de Igne Nat. pag. 27. ait; Totum ſimul ſumptum conſtat corpore, animâ & ſpiritu. Spiritus vel aqua noſtra pontica pro mari ſumitur & pro Mercurio philoſ. ſeparatim, qui & Leo viridis dicitur (medium ſcilicet conjungendi Tincturas & animam corpori reddendi) in hoc corpus imperfecti elixiris delicuit, qui eſt unus piſcis. Anima pro metallo perfecto in quo vis animandi & elixir ad certam ſpeciem alligandi. Hic eſt piſcis alter. Hæc ſic in conjunctione conſiderantur. Sed in Digeſtione & coagulatione potius ſunt potentialia, ubi in unico homogeneo mari ſunt illa duo potentiâ, emerguntque virtute, *Hermes* vocat Solem & Lunam, ut & *Riplæus,* quæ voces deſignant Elixir ut Lunam & Aurum noſtrum tanquam Solem, quæ duo ſolvuntur aquâ mercuriali, ut aquâ maris. *Lampſpring.* jubet hic corpus, animam & ſpiritum coquere, ut ſit mare maximum, ubi totum compoſitum ex tribus Mare vocat; Id autem non eſt niſi in ſolutione tertiâ, quâ anima

anima corpori redditur; ideo ut mare maximum fiat coquere in aquâ propriâ duos piſces Philoſ. jubet, qui non ſunt aliud quàm Elixir & ejus fermentum. Multiplicatur ſcilicet medicina per ſolutionem tardius, per fermentationem verò citius, dum Aurum vel Argentum ſibi convertit in ſpiritum ſimilem per liquefactionem cum novo Mercurio, velut hanc in rem *Auguſtinianus in MS. p.* 204. loquitur: Azymo, id eſt, Sulphuri noſtro oportet dare fermentum, veluti paſtæ levatum ut panis ſufficienter fermentetur & veniat ad ejus perfectam bonitatem; Fermenta ejusmodi ſunt Aurum vel Argentum : Sicut autem in compoſitione panis conjungitur levamentum cum farinâ, ita Sulphuri noſtro albo vel rubeo conjungitur fermentũ ſuum album vel rubeum. Et ideò veluti, ut melius fermentum & farina jungantur, infunditur aqua, ſic quoque Sulphuri noſtro & fermento datur & infunditur aqua ſua mineralis, & coquitur, & poſt decoctionem ejus noviter infunditur & reiteratur imbibitio aquæ ſuæ mineralis, uſquequò Sulphur & fermentum ſimul reducantur & fiant unum & idem, quod cognoſcitur, quando color quoquo pacto non variatur per augmentum ignis. Et iſte modus à principio vocatur Reductio & in fine Fixatio. Et quantò magis fermentatur, tantò plus augetur virtus & perfectio ejus, perfectius tingens & permanens & ſemper in minori tempore. Quando autem, ut docet candidè *Laur. Ventura* Venetus, medicina projicitur ſuper corpus debitâ proportione, & totum ponitur in ignem, & augetur per ſuos gradus, & ſæpius ſolvitur & ſæpius coagulatur, quouſque fluat, ut cera, tunc ſimiliter ut prius ſubtiliſatur & ſpirituališatur. Quare etiam hoc unũ eſt è ſecretis maximis, quòd medicinæ virtus in projectione hîc augeatur non ſaltem in quantitate extensâ, ſed etiam in virtute perfectionis & bonitatis. Hinc etiam ſi in projectione ſuper Aurum medicina in ingreſſu debilitaretur, ingreſſus conciliabitur, ſi prima pars medicinæ ſibi jungatur & coquatur, ſolvendo & congelando quouſque fluat; Id verò deinde ſemper fiet in minori tempore; ſciendum enim probè, quod in Opere Philoſophico nequeat deſcribi terminus temporis præciſus & determinatus Regiminis & perfectionis ſeu mutationis ignis vel Colorum apparentium, quia unum procedit ab alio; ſed verum dicit, quòd Ignis variatur de gradu in gradum ac ſecundùm varietatem colorum in opere apparentiùm; Colores ergo oſtendunt diverſitatem ignis & ordinem mutandi gradus ejus: Quia in ſolutione corporis ſeu reductione ad primam materiam oportet ignem ita levem facere, ut videatur calor naturalis, quia hic cum humido agens in ſiccum convertit ſiccum in humidum, & in iſto actu reductionis ſeminis non fit coloris mutatio, & hoc reſpectu ignis lenis: poſtquam verò noſtrum ſemen reducetur in humidum, calor agens in humidum generat Nigredinem, & ita ſemen noſtrum

ſtrum efficitur verè nigrum; & iſte eſt calor continuatus mediocris, uſque-quò nigredo conſumetur: Poſteà in coagulatione noſtri ſeminis, ignis mutatur & temperatus fit, & continuatur uſque ad Albedinem perfectam, quia calor agens in ſicco generat Albedinem, & in iſtâ albedine finitur Sulphur Album pro Argento; Sed ad Aurum ſequitur à Sulphure albo ignis fortis & continuatus uſque ad Rubeum perfectum. Certò ergo ſcias, quòd Colorum principium eſt color niger, à quo deinde ad rubeum non niſi per album eſt tranſitus; De coloribus autem apparentibus inter nigrum & album & inter album & rubeum non eſt curandum: ſed bene curari oportet, quòd deveniatur ad perfectum Nigrum, poſteà ad perfectum Album, tertiò ad perfectum Rubeum: In Opere ergo ad Aurum ignis in primâ ſolutione erit lenis, in ſolutione (ſeu ſublimatione quæ non fit per diſtantiam ſed coctionem in præſtantius, ut ait *Libav. Synt. p. 279.*) mediocris per balneum; In coagulatione temperatus, in dealbatione continuus, & in rubificatione fortis. Et ſcias quòd in conjunctione Corporis cum animâ mediante ſpiritu, ſcilicet in conjunctione Sulphuris cum Fermento aquâ tamen mediante, omnes Colores Mundi, qui imaginari poſſunt, apparebunt; ſed quia Fermentum & Sulphur cum aquâ ſuâ efficientur una & eadem res, ſimul conjuncta per ignis augmentum, tandem Colorum aliqua varietas non videtur, imò materia gaudet in igne, qui augmentat ejus virtutem, in tingendo perfectiſſimè in Aurum & Argentum. Quod ſi autem penitius in variorum ejusmodi colorum ortum & naturam inquirere placet adgnoſcendum erit illam à vitrificatione præcipuè dependere, ceu hoc *in Epiſt. ad Natur. Cur.* adgnoſcit expertus Chymicus *Melch. Friben in Dec. I. An. VIII. Ephemer. Curioſ. pag.* 281. item quòd *Kunckelius* acidum & terram ſuperfluam adgnoſcat, ceu *in Obſerv. Chym. P. II. p. 96.* de Marte dicit, in illo, remotâ ejus impuritate, ob illa plus deprehendi coloris quàm in aliis metallis; Colores ſcilicet luſum ſaltem eſſe naturæ, terram ſcilicet aliquam ſolubilem in acido & ſale volatili; Omnes ſcilicet terræ ſubtiles mortuæ quæ per ſe nullo modo fluxæ effici poſſunt, efficiuntur ſal aliquod adeptæ, cui terræ ſolutæ ſi inſinuatur ſal volatile, illa coloratur v. g. Argentum rubicundum evadere poteſt ope Salis armoniaci, ipſumque Aurum in Phoſphorum magis ſplendens evadit, ſi juxta *Mazzottam de Mineral. Cap. 5.* mixtura facta ex *Auri p. j. Mercurii loti p. jß. Sal. armon. p. jß.* in crucibulo clauſo per horas 24. calcinetur pro materia ſplendidiſſima. Terram autem ſat copioſè in Auro & Argento hoſpitari, Anatome *Kunckeliana* edocet: Acidum autem in elixiri Sophorum adeſſe, fuſibilitas ejus inſtar ceræ innuit: Terra ſcilicet fuſilis in eo dominatur, teſte *Libavio Syntagm. arcanor. pag. m.* 311. ubi notanter ait, in vitro terræ principia ejusque qualitates dominari, nam terræ propius quod eſt etiam

vitro

vitro, propius eſt. Terra ſcilicet fuſilis in eo dominatur. Huc ſpectat quòd notanter *Kunckelius in Obſerv. Chym. P. II. pag. m.* 25. docet; In Regulo ſcilicet ſeu ſubſtantia metallica antimonii nil niſi Mercurium reperiri, qui cum acido & terrâ ſicut alia metalla conjunctus eſt, nec quidquam aliud Mercurio frenum injicere poſſe quàm acidum, perſuaſum ſe habere mox refert, innuitque ad tingendas 1000. partes Mercurii unico grano Lapidis Philoſophici, acidum illud admodum forte eſſe debere. In calcinatione verò reguli ſalis acidi nimium adeſſe, cujus ratione is facilè liqueſcat in vitrum, non ſaltem *cit. Kunckelius* innuit, ſed & eleganter id comparatione fermenti panificii docet *Bernhardus in Comm. ſuper Roſar. Arnold. in MS. pag.* 36. ubi refert ſe ex farinæ frumenti puri, adſperſione aquæ, formatam maſſam azymam quinque diebus ſolo calore digeſtivo fermentum feciſſe propter ſui corruptionem cum acetoſo ſapore, qui oritur ex quadam reincrudatione rerum naturalium decoctarum crudefactarum & reincrudatarum & ſemicoctarum inſimul commiſtarum: Sicuti ergo hoc fit cum fermento panis ut dein integram maſſam elevare & fermentare itidem poſſit, ita pariter ſtatuendum eſt, quod in paſtâ farinæ æris noſtri virtus fermenti acquiratur per putrefactionem ex toto, comminuendo ſcilicet partes materiæ groſſæ & fixæ per calcinationem, illasque reſolvendo, poſt quam indurationem erit ſaporit levaminis, nimirum acetoſi; ſicut patet in Latone putrefacto, qui non coagulatur ſi non acetoſatur ſive exacerbatur, id quod ſignum veriſſimæ putrefactionis; & cognoſcitur Levatum, quando partes fermenti ſimul unitæ in majori raritate conſiſtunt, extenduntur, augentur & relevantur, quam prius, propter quod dein virtutem habent elevandi, fermentandi & multiplicandi; Fermentum ergo noſtrum non eſt niſi ſubſtantia metalli putrefacta, per quam fit multiplicatio & naturarum conſervatio, ut patet non ſaltem in præallato exemplo paſtæ panis, ſed & tritico & aliis quæ per ſolum opus naturæ putreſcunt, & poſteà multiplicantur, cum per putrefactionem deducta ſunt ad primam & ſimplicem naturam ſeu materiam & proximam regenerationi in eadem ſpecie & multiplicatione. Quando fermentum reſolvitur ejus caliditas per totam reſolutionem ſubſtantiæ univerſalis extenditur & in majori frigiditate quàm prius erat, reducitur & cùm congelatur calor retinetur in coagulato. Et eſt fermentum in calcem redigendum & multiplicandum in qualitatibus primis. Calx ergo prædicta fermenti quæ inceranda, eſt veluti farina tritici quæ debet reſolvi in aquam ferventem, quia ſi aqua in quâ farina reſolvitur, non haberet in ſe actualem calorem, non fieret inde bonum levamen, eò quod frigiditas aquæ conſtringeret nimis partes paſtæ & mortificaret calidum; cùm partes paſtæ non poſſent levari, cùm non haberent animam. Animetur ergo amplius

fermentum introducendo & multiplicando calorem in eo cum putrefactione, ut ſit animatum animâ naturali, & per eam elevatur & ſublimetur potentiis naturalibus, alioquin niſi fuerit animatum, parum valebit aut nihil, ſecùndum rationem levaminis. Veruntamen album & ſummum fermentum conficitur ex farinâ albiſſimâ præparatâ & cribratâ & ſubtiliatâ & ex humido confecta & poſtea in aceto philoſoph. diſſoluta & poſtea indurata; Et quia in hoc dominatur ignis ſummè activus humidum mercuriale facilè ſibi aſſociat & in naturam fermentalem adducit, imò quia calidum ejus eſt proportionatum humido complexionali eſt velut inſtrumentum formæ quo movetur ad ſpeciem, & habet in ſe virtutem cœleſtem, & ideò acumine ſuo cum virtute cœleſti & animæ, quæ eſt formalis, ſigillat & inducit propriam formam & ſpeciem in omnibus metallis. Egent enim metalla, ut *Mich. Scotus* ait, calido valde forti cum humido aquoſo ſubtili aëreo (acido ſcilicet fortiſſimo cum ſubtili terrâ Mercurium volatilem potenter figente) quùm commixtio eorum ſit valde viſcoſa, ut patet in eorum liquefactione (in quâ quia velut Mercurius currens apparent, eorum transplantationem poſſibilem probat *Theophr. in ſecr. Mag. de Lap. Philoſ. ſub fin. Tom. II. Oper. de Lum. nat.*) quapropter inveniendum quoddam corpus calidum ſubtile ex naturâ eorum (acidum terreum metallicum) & ſibi conforme quod ſubintret & digerat eorum ſuperfluitates, haud ſecus ac corpus humanum ope medicinæ calidæ expellit ſuas ſuperfluitates, digerit, & conſervat ipſum in eſſe ſano; Unde ſi in metallis ſit calidum diminutum, v. gr. Ferrum addendum calidum forte quod ipſum adauget; ſi verò calidum aduſtum, ut in Cupro, addendum calidum humidum. Hoc autem calidum ſiccum cum humido aëreo aqueo perficiens metalla, non niſi ex Mercurio habebitur putrefaciendo, mortificando, &c. Nimirum verus Philoſophus in transmutatione metallorum nil aliud agit, quàm quòd ſanguineam complexionem (Aquæ phlegmatica craſis ignea in ſanguineam mutanda, ut ait *Agric. in Popp. T. II. p. 305.*) imperfectorum metallorum excitat. Id verò præſtatur modico digeſti Sulphuris (Sanguinis) quod ſuâ igneitate oleagineâ penetrante totam aqueam mercurialitatem metalli pervadit & excoquit, ut corpus perfectè complexionatum fiat, non aliter ac cum Fermento fit: Sanguis verò hic in duris vinculis rigidis perſiſtere non debet, ſed fuſibilis eſſe ante Mercurii fugam; aliàs enim non per minima ſic commiſceretur, ut unà cum malleo in Laminas extendi poſſit, id quod facit compoſitio metallica facta ab Archæo à Sulphure, Sale, Mercurio, eaque cruda, vapor ſcilicet unctuoſus Mercurii & Sulphuris materiam in ſe continens. Hinc breviſſima minusq; diffuſa via eſt manere apud unicam ſuffocatam aquam, ac reincrudationem Luminarium procurare. Nimirum tale ex fixitate ens reincrudatum

omnium

omnium citiſſimè rurſus ad fixitatem feſtinat, ſicut amans Virginem maximo ejusdem trahitur deſiderio, ſi ſemel ejus confabulatione fruitus eſt. Obſervandum autem ne fugiens à fixo fugiat ſed inſeparabiliter ei commiſceatur & ex utroque Oleum incombuſtibile fiat.

XIV. Poſt *Lampſpringium* meritò locatur antiquiſſimus item *Auctor vetuſtiſſimi Duelli ſive Dialogi Germanici Lapidis cum Auro & Mercurio vulgaribus*, qui haud ita pridem à quodam ſub hoc Anagrammate DIVES SICUT ARDENS S*** (ſub quo latere *Monſ. DE SAINCT DIDIER chez Monſ. le Compte d'Avaux Ambaſſadeur du Roy de France en Hollande*, nobis pro certo Bibliopolæ Batavi retulere) Notis illuſtratus eſt & impreſſus Amſtelodami 1689. *Auctor* hic juramento aſſeverat & per animæ ſuæ ſalutem notum facit ſe veritatem profiteri illamque nudam eloqui; Totum ſcilicet Opus ſaltem ex una re & in ſeipſo perfici, nec plus neceſſe habere, quàm ſolutionem & reinſpiſſationem: Summa autem elegantis hujus Tractatus eſt, ut probetur diverſis modis & rationibus, Aurum commune non eſſe Aurum Philoſophicum, ſed hoc longè aliud agnoſci: Lapis ab Auro venenoſus vermis vocitatur; Mercurius verò communis ab Auro pro teſte adducitur, quod nimirum ex Auro & Mercurio totum fiat opus, ſed à Lapide, ut volatilis & inutilis rejicitur: Lapis adfirmat in ſeſe eſſe Aurum philoſophicum & non in alio, ſeque Dominum Tincturæ verè à Philoſophis dici, Aurum autem omnes decipere, quotquot in eo laborent; cum vero à verbis ad violentiam Lapidi inferendam reliqui duo convenirent, à Lapide abſumpti ſunt. Inprimis autem notatu dignum eſt, quod hic Auctor monet pro Auro Phil. ex Auro communi arte obtinendo, ut *Solutio fiat in proprio ſanguine*, quo Aurum ceu crudum per calorem decenter molleſcat, maturetur, & in primordialem humorem reſolvatur, quò Tinctura ejus vel Spiritus digeſtus per ſpiritum crudum ſufficienter extrahatur, interius foràs vertatur, corporisq; groſſities per novam terræ generationem ſimiliter ſubtilietur, & cum ſpiritu & ſanguine indiviſibiliter complicetur: ceu Aurum, in Proceſſu contra Martem coram Mercurio, ita loquens introducitur: de me placenta coquitur, quisquis eam deguſtavarit, non amplius eſuriet: item, comiſcentur mihi, uniuntur & figuntur ſpiritus metallici, ſicut rubea Tinctura inde obtineatur. Impreſſus autem eſt hic Proceſſus *Hamburgi An.* 1680. *Germanicè* in Dialogo prædicto. Præfixus Titulus de Vulcano Lunatico mentionem facit, per quem quid intelligendum ſit, omnium optimè docet *Auctor particularis ex univerſali ad Illuſtres Academ. Nat. Cur. pag.* 39. Durch den Lunariſchen Vulcanum oder Silberfeur wird nicht verſtanden vollkommenes Silber/ welches als ein todter Cörper keine Feurs-Krafft hat/ ſondern lebendiges Queckſilber/ ſo ſeines innerlichen hölliſchen Feurs halben

ein rechter Vulcanus iſt (cujus occaſione Commentator *in Dial. inter Eudoxum & Pyrophilum* ignis Pontani & Artephii, Magici ſcilicet in aqua philoſ. latitantis meminit, quùm Vulcanus hic Lunaticus cum iis coincidat, prout aliàs notum eſt, fixum & volatile, ſeu geminum Treviſani Mercurium in Scriptis Philoſophorum pluribus nominibus gaudere) und dieſes wird hernach zu End des bemeldtes Ritter-Kriegs des Steins Weib genañt: Durch den Stein verſteht der Auctor materiam artis crudam, quæ juxta *Arnold.* per ſe motum non habet, niſi moveatur arte & operatione. Iſt alſo des Auctoris dieſe Meinung / daß zu dem Lapide Philoſ. ſich nicht ſchicke die Zuſammenſetzung des gemeinen Golds und Mercurii, aber wol die Verehelichung des philoſophiſchen Golds und wahren materiæ mit dem Mercurio; ut fixi Auri ſolutio fiat in proprio ſanguine, per aquam mercurialem volatilem. Humido autem ejusmodi ſolvente hac in re opus eſt ob Auri ſiccitatem, illud enim cùm calidum & ſiccum juxta principia Philoſophiæ Ariſtotelicæ ſit, & perfectionẽ majorem in natura Auri aſſequi non poſſit, judicaverunt veteres Philoſophi iſtud in frigidum humidum prius ſolvi oportere, quod dein ab agente pati poſſit & perfici; etſi enim Auri materia ſimpliciter perfecta ſit, tamen eſt imperfecta comparata materiæ ejusdem in humidum mutatæ, hac enim ſolutione fit dilatio ſubtilitatis & tenuitatis ſubſtantiæ & intentio qualitatum agentium: ſimile eſt frumentum in terrâ ſatum: Humidum ergo & Aurum ſoluta utrinque miſta ſunt ipſum ſemen, quod ſolâ indiget concoctione, ut perficiatur in Salem aurificum: nimirum concretionis cauſa in Auro partim eſt ſiccitas terræ quæ humido auri ineſt, ipſumque conſtringit, partim verò frigus & ſiccum externum quæ vapores (materia proxima metallorum) intra ſaxa denſant & cogunt, unde humidum hoc externum ejusdem naturæ oportet eſſe cum humido auri, quale eſt humidum mercurii, ut utrumque quantitate ſuperans ſiccum auri ſolvere poſſit. At quo minus erit frigidæ qualitatis humidum hoc mercurii, eò promptiùs ſolvit aurum, unde præ mercurio vulgi præſtat Mercurius Saturni, ſtanni, biſmuthi aut ſtibii ſeu Mercurius antimonii: Aurum ſcilicet in metallis perfectius miſtum nullis facultatibus agentibus, ſed ſolum perpetiendi potentiâ eſt præditum, unde imperfectam miſtionem reliquorum metallorum perficere nequit; Tinctura verò agendi & patiendi potentiâ pollet, unde imperfectam miſtionem perficit; Cur verò Tinctura perfectiori miſtione & facultate ſit prædita quàm aurum, cauſa eſt quòd elementa corporum miſtorum, quæ rurſus miſcentur alios & nobiliores effectus pariant quàm quæ primò miſcentur. Scilicet, quia quies nullius rei cauſa eſt neq; omnino per eam quicquam agitur, ut quæ neq; motûs nec mutationis ullius cauſa eſt, ideò nec aurum igni

(cujus

(cujus natura in perniciſſimo motu conſiſtit, invictum mutabitur, niſi quodam diſſolvente homogeneo partes ejus mutentur & moveantur, quò dein ſenſibus noſtris aliter appareat quàm ante apparuit, in quo mutatio conſiſtit. Hinc & dum aurum poſtea album apparet ex calcinatione,in ſuâ eſſentiâ nil detrimenti paſſum eſt,ſed tantùm discontinuatum &ob ſpiſſam luminis reflexioné album videtur. Quia enim partes inſenſiles liquidorũ in continuo ſunt motu, aqua mercurialis in hoc negotio igne liquefacta ita ſuccutiet partes auri duri circa quod moventur,ut de ſuo ſtatu deturbentur; Ignis enim eſt fluidiſſima congeries tubulorum ſphæricorum è ramoſis maximè per materiam ſubtilem dilatatis, & in gyros infinitos redactis conflata, è quibus ſphærulis tenuiſſimis circumgyrantibus ſalium puncta prominentiæ ſerrulas & rotulas acuminatas & dentatas efficiunt, ſuperficie undiquaque inſtar limæ rotundæ acutâ & ſcindente inſtructâ; Vi igitur de loco pulſa & extricata una ſphærula, aſperis acutis ſuis eminentiis ut alias etiam de loco pellat neceſſe eſt, unde ſenſim omnes per mutuum contactum & levem intricationem, ut rotulæ ſerratæ in horologiis, moveri debent; Non mirum ergo Ignem velut Salia agere,corporum divortia accelerare, poris ſe inſinuare, ad arctiorem partium plexum diſponere ſicque aëris preſſionem & pondus augere, immutareq́ qualitates agendi.Sic tamen ut in his Tincturæ Philoſophicæ ingredientibus ut incombuſtibilibus vel incorruptibilibus (ceu *Ulſtadius in Cœlo Philoſ. p.* 102. monet, quia nos morti obnoxii ſumus, nobis inveniendum fuiſſe aliquid incorruptibili vicinum, & conſonans radicali naturæ humiditatis) Auri calce chymicâ non deſtruatur interna miſtura nec pereat craſis, ſed interna foras vocetur per elementaris vinculi ſolutionem quandam aut diſpoſitionem talem quæ non poſſit continere compagem & dilatationem ſuſtinere, interim radicali humido non abſumpto, compage ſcilicet eſſentiali (non elementali) manente, quod oſtendit reductio calcium & mutatio in liquores aut Vitra,quæ omnino humiditatem internam reſtitiſſe indicant; nimirum hujus artis ſcopus eſt aurum in naturam ſalis mutare, quare & neceſſum eſt, quâ poſſimus arte, ipſum rarefacere & attenuare; Præparata verò ſemina mercurii & auri primùm miſceri oportet mathematicè & per contiguas partes, dein poſt abſolutam præparationem naturaliter & per continuas partes verâ unione; hæc enim lex eſt & ordo omnium verè miſcendorum, ut primùm ſe tangant partes ſervatis formis prioribus integris in miſtione,& deinde alterentur,poſtremò uniantur. Nimirum perfectio ſeminis jam orti promotio eſt ad poſteriorem formæ actum,hinc non ſtatim perfectio illa conſummatur, ut actus prior ſeu forma, quæcùm ſit præcipua ſubſtantiæ pars, gradus non ſuſcipit, ſed actus poſterior gradus ſuſcipit ut qualitates, ceu eleganter docet *Claveus ſupra cit.*

Hoc

Hoc autem ſemen in mineralibus & metallicis qui novit illudque ſcit, ut loquitur *Johannes Faber Caſtelnovidarienſis in Sapient. univerſ. pag. m.* 184. (qui nimir. hunc Auctorem ex Germanico in Latinum tranſtulit *an.* 1604.) depurare & percoquere, illi certè manifeſtiſſima eſt tota Alchymia. Item: Tota ſecreta Alchymiæ à Mercurio Philoſophorum, qui eſt ſpiritus, dependent: Intra 500. annos perficitur argentum in fodinis terræ, aurum verò intra annos 1000. ſed in zonâ torridâ etiam intra 500. ob radios ſolis perpendiculares; Unde excogitarunt Chymici Veteres ſemen metallicum purum & nitidum ab omni excremento liberatum auro communi imprægnatum & in eo ſolutum citius excoquere aucto artificiali calore, ideò ut naturalem non excedat & æquipolleat calori ſolis in Menſe Julii, eo ipſo naturali calore & vitali ſemen iſtud metallicum purum factum & auri communis eſſentiâ delibutum intra aurum coxerunt & perfecerunt non in aurum vulgare ſed tingens. Arcanum hoc minerale conſtat ex ſemine minerali perfecte depurato & auro vulgari in eo ſemine ſoluto & perficitur his ſolis duabus ſubſtantiis ex unicâ radice & fonte hauſtis, ita ut hæc duo tandem in unam ſubſtantiam abeant coctione. Valet hoc ad vitam longam, quia hoc ut perenne & incorruptibile aſſociatur humido noſtro radiculi alterabili, unde durabilius & perennius efficitur. Inde juxta divitias verè beatus quis redditur, hæc verò poſſidet qui ſemen minerale ſeu metallicum notum habet & ad perfectionem conducere novit. Id verò negant ignari, quia ſecretiora & pulchriora naturæ occulta ſunt & inviſibilia, ſolisque mentis oculis percipiuntur, quia in ſpiritu naturali inviſibili vis omnis exiſtit. Sed vos, Chymiæ Candidati, credite, operamini, gaudebitis & ſinite alios errare. Hic *Faber Secr. Chym. pag.* 432 diu laboravit, ut è Mercurio vivo vulgi extraheret ſolvens illud phyſicum, quod poſtea in quodam ſubjecto longè communiori & magis familiari, quòd etiam magis abundaret & copioſius eſſet, invenit, quàm eſt Mercurius ille, ex quo Herculem ſuum Chymicum formavit, qui hinc corrigendus. Mercurius vulgi idem ſemen cum metallis habet, & ſi natura ex illo plumbum faceret, deterioraret ſuum ſemen, quia plumbo purior eſt Mercurius vulgi. In *Panchym.* ait *pag.* 429. DEUS mei jam miſertus aquas mihi patefecit aridas valdè, ex quibus verum paratur ſulphur, cujus ſolius decocto cum fermento perfectum, abſolvitur opus; millies ſe erraviſſe, ut *Pontanus*, ſuper veram materiam, aut, quia, quia verum naturæ ignem non habuerit, nec uti eo ſciverit & ipſum applicare ſubjectis convenientibus & propriis ignorabat. In *Secr. Chym.* ait; Qui Aurum convertere novit in Mercurium per quendam Mercurium, i.e. in liquorẽ per aliquem liquorem, ex quo natura iſtud fecit & componit, maximas ibi invenerit virtutes & ſanationes morborum aliàs incurabilium,

rabilium, alioquin ſaltem commerciis & negotiationibus humanis inſerviet; ſi autem coctum fuerit, genere ſolutionis, & fixatum fuerit in terram rubram & permanentem, ſuprema eſt medicina. Argentum ſaltem eſt aqua cocta & congelata in metallum, ſed Natura ut artifex tanto labore & defatigatione id fecit, unde & Philoſophi ope aquæ acidæ & ardentis illud ſolvunt argentum, fitque argentum potabile remedium contra apoplexiam, maniam, febrem hecticam; Suppeditat enim, ait *Faber Secr. Chym. pag.* 422. & præbet iſtud latè ubertim ad integram reſtaurationem humidi radicalis, quod per calorem naturæ contrarium periit. Laudatus hic Auctor metallinam ſtellam cum Rege ſociari ita tradit, inquiens: Si Mercurii philoſ. *p. xij.* adduntur Auri *p. j.* erit velut Sol in zodiaco ſuo & cœlo, Mercurius enim eſt cœlum noſtrum, in quo Sol noſter curſum ſuum perficit & lucem ſuam communicat & infundit terris noſtris metallicis; Si verò ad Auri *p. j.* ſumantur ſaltem *p. x.* vel *ix.* ut inibi Sol ſuum perficiat curſum, curſus quidem erit brevior, ſed non perfectior, quia ſcilicet non tantum attenuabitur Aurum noſtrum, diminutâ causâ attenuante, quæ opus perficit. Vid. *Alchym. propugn. p.* 47. Idem *in Hydrogr. ſpag. Cap.* 15. refert, ſe non obſervaſſe pondus, ſed materias conjunxiſſe & maximâ quantitate partis volatilis partem fixam diſſolviſſe, & deinde in balneo Mariæ aut leviſſimo cinerum calore ſuperfluam volatilis materiæ partem extraxiſſe, donec tenacem viderit materiam, viſcoſam & valde nigram, dein parcè admodum irrigandum eſſe, ut materia cooperiatur tantùm gladii ſpiſſitudine, quod multoties ſit operandum, donec lapis ſat biberit aquæ ſuæ, & perfectiſſimæ ſit albedinis vel rubedinis completæ & ſaturati coloris immutabilis & facillimæ fuſionis. Natura ipſa ſibi eſt pondus & lanx, aſſumens ſolùm quod ſibi neceſſum eſt, reliquum rejicitur ad alia opera perficienda: ſeparat verò ſpiritum hunc, ut rurſus purgata & purior facta materia, rurſus connectatur, & nunquam in poſterum ſeparetur. Simile opus eſt nutritionis in corporibus animalium, in quibus nutriens in ſubſtantiam corporis viventis commutatur, ceu hinc etiam potulentis hoc comparat *Beccher. in Metallurg. p.*338. ubi refert, in Regis, id eſt, Auri cellâ reperiri potum vel aquam ſolventem copioſiùs, id eſt, antimonialem; Eſtque hæc 1. Aqua manus non madefaciens. 2. Aqua gravis compacta & ob frigus ingens continuò congelata; glacies nimirum quo Rex ſe refrigerat: unde & leni calore liqueſcit & aquam in fluxu refert; ſi verò refrigeſcat inſtar glaciei ſe habet. 3. Aqua eſt volatilis ob naturam frigidam, crudam & incoctam, unde volat leni igne inſtar ſpiritûs vini, ſi verò in ſummitate concreſcat, inſtar nivis ſe habet. 4. Vim habet transmutantem, unde Colores alii & alii apparent & indies magis fixatur. 5. Corpora metallica in eâ liqueſcunt ut glacies in aquâ calidâ, & vola-

tiliſantur, eſtque talis ſolutio perfectior reincrudatio. Cit. *Faber in Panchym. L.I.C.9*, ſequentibus quoq; verbis artis hujus notitam prodit: Quærant Chymici ſalem purum & nitidum ac limpidum ac ab omnibus terreis & futilibus ſpurcitiis repurgatum, è quo arte levi elicient Liquorem mirum Mercurii nomine donatum, quamvis in ſe habeat & coërceat reliqua duo naturæ principia, Sulphur, Sal, quem Liquorem ſi igne perenni & continuo congelare ſciant, Auri purâ ſubſtantiâ imprægnatum, ut maturo & fixo auri ſulphure citius congeletur, habebunt proculdubio medicinam morborum omnium curatricem. Ex quibus & ſupra allatis verbis colligere eſt illum ſi non actu poſſeſſorem, ſcientem tamen hujus myſterii fuiſſe, licet *Morhoſius* de hoc dubitet *in Epiſt. de Transſmut. Metallor.* quare non pigebit adducere quæ Vir Ampiſſ. *Joh. Georg. Volckamer. Academiæ Leopoldino Imperialis Præſes in Epiſt. 9. Decemb. 1690.* ad nos perſcripſit: Was Herꝛen Petrum Johan. Fabrum zu Caſtelnovidari anlangt / an dem ich auß Neapoli An. 1642. von Herꝛen Joh. Bapt. Capuccio, einem egregio Philo-Chymico bin recommendirt worden / habe ich ſolchem in ſeinem Hauß zugeſprochen / da er mich in ſein Laboratorium geführt / das zu höchſt in ſeinem Hauß ware / und mir einen Spiritum viridem Vitrioli, das durch eine Retorten in ein Recipienten herüber gieng / zeigte / mit höchſter humanitet; und auch ſeine varia Opuſcula in 8. gebunden / offerirt. Habe ihne vor einen kaum 40. jährigen (der doch 60. Jahr ſchon überſchritten) Mann angeſehen: Und wann keine Compagnia mit mir geweſen wäre / hätte ich mich gerne ein Zeitlang bey ihme auffgehalten. Darzu auch die ignorantz der Frantzöſiſchen Sprach mich fortgetrieben hätte. Wie hoch er ſeine Wiſſenſchafft gebracht hat / weiß ich nicht. Er iſt von vielen vor einem Poſſeſſore des univerſals gehalten worden. Etliche haben davor gehalten / er ſey biß zur Erkanntnuß des weiſen Steins gelanget. Damahl hat er an ſeinem Panchymico gearbeitet. Seine Schreiben an mich habe ich auch drucken laſſen / damit ich nichts dem Bono publico invidirte / und ſolch Manuſcriptum, auch etliche Exemplaria ſeorſim von der Preß mir zugeeignet.

XV. *Raymundus Lullius* Majoricanus patriâ, natione Hiſpanus, Eduardo III. Angl. Regi veritatem Tincturæ philoſoph. reapſe probatam dedit in notiſſimo monetæ illo genere quod Nobile Raymundi vel Roſa nobilis vocatur cum inſcriptione: Jeſus autem tranſibat per medium illorum. Hic cùm non ita pridem à quodam in cathedrâ miſerè traductus fuerit, non poſſumus non ante omnia vitam & mores ejus concernentia ex *P. Pacifici Relatione Itineris Perſici anno 1628. abſoluti* ſiſtere: Siciliâ, refert, poſt tergum relictâ in Sardiniam inſulam navi noſtra delati ſumus, unde poſtea Minoricam & tandem Majoricam inſulam & urbem ejusdem nominis & regni primariam acceſſimus, ubi tacere non debeo tria notabilia ibi viſa;

quorum

quorum primum eſt Corpus Regis Wilhelmi, qui templum Epiſcopale in urbe condidit, & in eodem ſepultus fuit. Et notatu dignum eſt, Corpus hoc integrum adhuc eſſe, exiccatum tamen, & ſingulis diebus Sabbathi induſio albo, & collari ſubtili linteo honorari. Secundum eſt puella laica, quæ à 25. annis nihil comedit nec bibit, niſi quòd ſingulis diebus S. Communionis particeps fiat. Tertium, quod ſtudiosè notavi, gratiſſimum auditu proculdubio erit hominibus literatis & quibus pietas cordi eſt, quia concernit perſonam Sanctam, & maximi nominis virum, quem eruditi per Galliam hæreticum ſemper crediderunt; & certè nec ipſe ego antehac meliùs de illo ſenſi: Eſt nempe Raymundus Lullius, qui ſcripſit artem facilè addiſcendi omnes ſcientias. Notate igitur quid illis locis obſervaverim. Cùm enim officii Miſſæ cauſa adiiſſem Conventum Patrum Franciſcanorum, lecta illa fuit in Capella, quæ eſt ad latus magni altaris, quæ auro ubique radiabat & magnas divitias monſtrabat. Maximè autem in admirationem me rapuit imago quæpiam lignea in ſuperiori altaris parte, diligentiſſimè elaborata & coloribus curiosè decorata, quæ venerabilem ſenem promiſsâ barba, & habitu tertii Franciſcani ordinis amictum repræſentabat, facie quidem elevata, & in crucifixum, ex Sole arbori incumbente colloquentem, intenta, pedibus autem ſubſcriptum erat literis aureis, *Beatus Raymundus Lullius.* Turbabar primo intuitu, ſed ita mecum ratiocinabar, quòd officium Inquiſitionis, in iſto loco introductum, nunquam conceſſiſſet in numerum Sanctorum hominem cooptari hæreticum. Abſoluta Miſſa, relatum mihi fuit, Corpus & reliquias Raymundi, penes eos in marmoreo ſepulchro conſervari, idque in eadem Capella monſtratum mihi fuit, officium autem legi tanquam de Martyre in Barbaria Africæ propter fidem Chriſtianam lapidato, quod quidem ſingularem conſolationem mihi attulit in hac urbe: idque tantò magis, quando didici, vigere ibi facultatem quandam Theologicam, ut Pariſiis eſt Sorbona, in qua Raymundi Lullii ſcripta prælegerentur, ut in Gallia S. Thomæ opera, ejusque profeſſores Raymundinos & Lulliſtas ſeſe appellare. Sed nondum eo modo ſatis contentus, optavi ut videre illos poſſem, quod cùm Lector Facultatis illius intelligeret, prævenit votum meum honorifica omnium Doctorum illius collegii viſitatione, qui verè omnes Canonici ſunt, & de doctrina Sancti hujus viri mecum contulerunt, &c. Et paulò pòſt: Regeſſi penes nos Lullium pro Alchymiſta haberi, ſed illi reſponderunt, quòd dubio procul & veraciſſimè ex illuminatione divina cognitam habuerit perfectionem totius naturæ, & quòd mediante hac cognitione invenerit Medicinam univerſalem per Aurum quoddam potabile, qua ſanitatem ſuam ad annum ætatis 145. produxerit, quo quidem anno martyrium ſubierit, eamque rem

potiùs commendationem quàm opprobrium aliquod ipſius memoriæ afferre debere, &c. Plura *Lullium* concernentia tradit *Meyerus Symb. Menſ. aur.* & *Morhofius de Tranſmut. Metall. p.* 122. *& ſeq.* ut & *Borrichius de Ortu & Progreſſu Chymiæ p.* 129 *& ſeqq.* ubi refert, illum non ſaltem in Anglia ſed & Mediolani Chemica tractaſſe, id quod præter Roſas Nobiles Anglorum probet domus adhuc ſuperſtes nobili iſto habitatore quondam ſuperbiens; in cujus veſtibulo conſpicuæ figuræ, ſtatuæque ingenium, artemque Chemici ſatis demonſtrant, ut illæ *Flammelli* Pariſiis in periſtylio cœmeterii S. Innocentium. Proceſſus ejus quem in *Teſtament.* & *Luce Mercur.* ſiſtit, ita ſonat, ut dicat, ſumendum eſſe Vinum album vel rubeum, quod Liquorem Lunariæ vocat, & Nigrum nigrius nigro, & exinde aquam vitæ rectificatiſſimam eliciendam, nimirum ſemper digerendo & abſtrahendo humiditatem, quouſque terra noſtra ſit prægnans & alba & biberit totum ſuum ſpiritum, cujus ſignum eſt, quod nil amplius deſtillabit; ulterius jubet hæc ponere in balneum & deſtillare in cineribus, quouſque quod poterit adſcendere, adſcendat & hoc tribus vicibus facere : Continuabis, ait, regalem noſtram ſolutionem quouſque totum aurum ſit converſum in aquam glorioſam; dein hoc ſic ſolutum aurum ponas in balneo & deſtilles ab eo totum menſtruum quouſque aurum ſit in modum ceræ fuſæ, &c. quæ ſtat in vaſe ad modum liquoris ſpiſſi. Abhinc ergo igne lento & vaſe obturato unâ & ſolâ decoctione per Colores procedere poteris & in hac decoctione peraguntur ſolutio, coagulatio, ſublimatio, deſtillatio, calcinatio, ſeparatio, fuſio, inceratio, imbibitio, fixio, &c. Quales operationes fiunt ſpiritu vini rectificato Lulliano quem *in Codicill. C.* 39. vocat aquam vitæ, lac virginis, ſanguinem reincrudatum, menſtruum dealbatum, nutrimentum infantis, cibum cordis, aquam narium, venenum viventium, cibum mortuorum, & argentum vivum philoſophorum à ſua fæculentia terrea per ſublimationē depuratum: quibus verbis, ut *Meyerus* bene notat, *Lullius* optimè deſcribit Ignem innaturalem dictum. Ubi ſciendum *Theatrum Chymicum Vol. III. de Lap. Phyſ. Cond. p. m.* 665. notare ex noſtro *Lullio* quòd Mercurius dicatur ignis non quòd intrinſecus de naturâ ſuâ calidior ſit humore radicali, ſed quod igne elementali potentior ſit in actionibus ſuis, videlicet comburendo aurum, & quia in ſe continet naturalem proprietatem & virtutem ſcindentem & rumpentem & ſine vi aurum diſſolventem quod ignis facere nequit. Ignis talis philoſophicus forte ille eſt, qui 2. *Maccab. I.* ℣. 20. dicitur fuiſſe aliquot annis abſconditus intra puteum & in aquam craſſam verſus, quam aquam igneæ originis Nehemias dein ſacerdos haurire juſſit ac ſupra ligna & ſacrificium effundere. Prout & *Livius Dec. I. Lib. V.* refert de perenni Veſtalium Virginum igne, illum in Bello Gallico, doliolis conditum, in proximo quodam

dam ad ſacellum Veſtæ ſacello defoſſum fuiſſe. Prout & *Strabo Geographiæ L. XV.* ſcribit Magos Perſarum ſolitos fuiſſe ignem in cineribus conſervare, & coram illis quotidie preces ſuas peragere, id quod juxta *Viginerium de Igne & Sale pag. m. 52.* myſterio non caruit, præſertim ſi, juxta *Tollium,* preces quotidianæ *Baſilii,* nil aliud ſunt quàm antimonii philoſophici repetitæ abſtractiones ſpiritus mercurialis ſive quotidianus cibi potusque appetitus. Myſterium porrò in eo quoque latebat, quod cineres iſtos oportuit eſſe de arbore quadam gummoſa ut ignis ibi diutius duraret, qualis eſt Juniperus; ex qua *citat. Vigenerius* carbones vivos in ſtrato ſuper ſtrato ex propriis ipſorum cineribus parato ultra annum integrum ſe conſervaſſe ſcribit, incluſis omnibus in doliolo bene clauſo, ne ullus aër ſubiret: videatur *Pſalmus CXIX.* & de ſecreto ſacroq; igne peregrino non miſcendo *Levit. C. X* ut & *Auguſtinus Lib. III. de Civitate Dei Cap.* 18. nimirum ut *Libavius in Syntagmate Alchym. p.* 176. notat, auri calcinandi modus per mercurium philoſoph. eſt occultiſſimus & planè myſticus nec malè myſteriis Pontificum gentilitiorum, ex quibus traditur fuiſſe Hermes, comparatus, de eo enim tam ſanctè devoteque ſcribunt & loquuntur quàm de ipſius Dei ſanctiſſimi religione. Ignis hic ſecretus Aqua eſt quæ terræ contradiſtinguitur, in quibus duobus, ut brevibus mentem Lullii explicat *Meyerus,* tota ars fundata eſt, in aqua quidem ut ſolvat terram, in terra verò, ut coaguletaqua: pro aqua autem te intelligere, Lector, vult Lullius, ſpiritum mercurialem liquidum, ab omni ſorde purgatum, & pro terrâ corpus perfectum & purum, aurum ſcilicet & argentum, quæ quia nota ſunt & in iis ope prædictæ aquæ omnis fit operatio, meritò ait *Weidenfeld. Præf. de Secr. Adept. Lullium, Paracelſum, Baſilium* aliosque pro confirmatione menſtrui Philoſophici ſpirare in unum, unico tantùm verbo remanente incognito, ſed quod omnium univerſalem baſin exprimit, ſcilicet vocatur Spiritus vini non communis ſed philoſophicus, quo cognito & habito patebunt poſſidenti maxima Chemiæ ſecretioris myſteria philoſophica, medica, alchymica, & magica, proceſſusque omnes cujuſcunque methodi & materiæ, modo ne abſit Vini philoſophici ſpiritus, veros & nunquam fallaces fore percipietur, illuſtrante dein uno cognito, alios plures. Præprimis autem hujus menſtrui excellentiam commendat *cit. Weidenfeld. pag.* 598. quod ſit homogeneum & permanens cum rebus diſſolutis, adeoque diſſolventia cum diſſolutis in tertium quid ab utroque differens, transmutabilia : nihilque in Chymia adepta infallibilius, quàm quòd Diſſolutio corporis ſit coagulatio ſpiritûs & vice versâ. Et malè per analogiam Veterum dicerentur menſtruum, niſi etiam transformarentur in embryonis ſubſtantiam & propriam præberent infanti nutritionem & augmentationem. *Iſac. Holland. Cap.* 27. *Op. Min.* refert Spiritum

R 3 vini

vini (quo cum ſcilicet imbuit & congelat) eandem habere naturam, quam habet ſpiritus antimonii, nam ubicunque ſpiritus antimonii ad opus adhibetur, opus amabile & fuſibile efficit, ut ingreſſum det, ut facit aqua paradiſi aut ſpiritus arſenici aut ſulphuris imò magis quàm omnia ſimul præſtare poſſent, quamvis omnia ſimul in ſuâ quintâ eſſent eſſentiâ. Hoc animo imprime pro maximo tuo ſecreto. Talis ſcil. ſpiritûs ope fit ut ſpiſſitudo auri attenuetur, illius verò tenuitas inſpiſſetur, item aquæ hujus frigiditate extinguitur ignis auri, & auri caliditate calefit aquæ frigiditas, adeò ut temperentur invicem & intimè commiſceantur: prout & in moralibus pariter,

Sic animum ſapiens fortunæ attemperat omni
Et regit arbitrio tempus utrumque ſuo.

Artem hanc Lullianam profeſſus eſt præ aliis ejus diſcipulus *Antonius de Abbatiâ Archipresbyter*, cujus elegans epiſtola *de Tranſmut. Metallor.* præſertim in argentum, exſtat, quæ quia hucuſque in lucem edita non eſt, & Lullii mentem clarè detegit, candidè illam hîc inſerere lubet. Quia, ait, Philoſophi plura ſcripſerunt, & dixerunt veritatem ſecundum eorum intentionem: ſed pauci ſunt, qui ipſos intelligant; non enim advertunt, quod hæc ars eſt arcanum ſecretiſſimum naturæ, & donum Dei peculiare, nam ipſe dat, cui vult, & aufert, à quo vult. Itaque à Philoſophis nihil teneo, nec unquam tenere potui, uſquequo Deo placuit mihi revelare id, quod nullibi ſcripſi, inveni & admodum paucis revelatum fuit. Et propter hoc dico vobis omnibus laborantibus in arte Alchimia, quod non frangatis capita veſtra in libris Philoſophorum, quia nulla unquam bona invenire poteritis per dicta ipſorum; quamvis quilibet eorum ſe intelligat ſecundum ſuum intellectum, unde dixit quidam Philoſophus: Quod nemo debet ſibi perſuadere ſcire artem niſi à ſolo Deo. Notifico igitur vobis, quod niſi prius Theorica ſeu mentalis vera artis & ſubjecti habeatur notitia, & cognitio certa: impoſſibile eſt ad effectum bonum pervenire: aliàs eſſet caſus & fortuna, & non ars ſeu ſcientia: & talis non eſſet dignus nominari Philoſophus, ſed tantum homo bene fortunatus. Ego autem, qui nihil Philoſophis debeo, promitto vobis veritatem. Deus mihi teſtis eſt, quod vidi multos in pluribus locis laborare in vanum, ſcilicet ſuper argentum vivum corporum imperfectorum, arſenicum, auripigmentum, ſuper marcheſitas, & tartarum, oleum, animalia, vegetabilia, alum. ſales & gummas, urinam & ſuper alias fatuitates, quæ non ſunt dicendæ. Et non fuit aliud, niſi temporis perditio, & ſubſtantiæ conſumptio, & cordis triſtitia, & vicinorum murmuratio, & irriſio, & tandem miſeria. Hac de cauſâ conſcripſi hanc epiſtolam ſine aliqua occultatione, cùm prius omnia expertus eſſem, ut vos in arte laborantes exemplo meo admonerem, ne tempus & pecunias ve-

ſtras

ſtras perdatis. Nam antequam ad ſcientiam perveniſſem, cùm neſcirem, de quo opus deberet fieri, multas pecunias expendi, multaſque malas noctes & dies perpeſſus ſum per plures annos in hac benedicta arte: & ſublimationes arſenici, auripigmenti, & argenti vivi, ac multæ aliæ fatuitates deſtruxerunt mihi corpus & intellectum. Conſulo igitur vobis laborantibus, ne debeatis operari in rebus, de quibus non poſſitis conſequi aliquod bonum: quia ſcitis, quod nemo poteſt dare, quod non habet. Exemplum dabo vobis, ſi vultis ipſum intelligere. Homo generat hominem, equus equum, frumentum frumentum; canis canem; & unum quodque ſecundum ſuum ſimile. Hoc enim procedit à naturâ: quia ipſa dat, quod in ſe habet. Vos autem cæci, numquid creditis, quod ex nihilo aliquid fiat? hoc nemo poteſt facere, niſi ſolus Deus. Ergo ſi vultis facere Aurum & Argentum, capiatis exemplum ſecundum quod natura ante oculos veſtros poſuit. Nonne videtis, quomodo natura operatur, non habens tot fatuitates in ſe, quot vos creditis *eſſe neceſſarias?* Adam fuit primus homo, à quo omnes alii nati ſunt. Exemplum magnum vidiſtis. Aliqui dicunt quod Ars hæc non eſt vera, nec poſſibilis, & dicunt quod corruptio unius eſt generatio alterius: & dicunt, quod de Argento non poteſt fieri Argentum. Ego verò dico quod iſti rudes homines, nec intelligunt artem. Nonne ſcitis vos omnes, quod ſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, generat frumentum, ſicut erat, priuſquam caderet in ipſam terram? Etiam ſemen hominis, quando cadit in matricem mulieris, generat hominem: & alterius animalis generat animal tale, quale erat ipſum animal, à quo deciſum fuit ſemen, antequam caderet in ipſam matricem: quoniam ibi eſt propria terra ſeminis, & conformis ſemini. Quod ſi fortè ſemen caderet extra propriam terram, ſeu proprium locum; certè aut non generat; aut ſi generat, naſcitur monſtrum, vel aliquod inopinatum, quod nunquam fuit de intentione Naturæ, quæ cupit conſervari in ſuis individuis, generando ſucceſſivè ſibi ſimile in ſpecie: quemadmodum fuit præceptum mandato Dei excelſi: cui ipſa natura tenetur obedire. Conſimili modo eſt dicendum de quinta eſſentia Lunæ, quoniam ſi projeceritis quintam eſſentiam Lunæ in locum proprium generabit, & multiplicabitur. Quare oportet quod cadat ſuper terram propriam, quæ terra eſt Mercurius, vel Jupiter, vel Mars, vel Sol. Nam ſi projeceris ipſam ſuper Solem cum modo fermentationis, convertetur Aurum in Argentum, & hoc eſt certum, & per me probatum ſuper quodlibet metallum, & ſuper Argentum vivum commune crudum. At ſi projeceritis ſuper ſilicem, vel lignum, vel ſuper ſpongiam, creditis vos cæci ipſum converti in argentum. Sed veniamus ad veriſſimam compoſitionem, quia nihil occultare volo. Accipe Argenti naturalis finiſſimi bene purificati

partem

partem unam, & partes quatuor Mercurii vulgi & bene purgati: & habeas Argentum tuum ſubtiliter laminatum, quod pone in bocia vitrea cum collo longo: & ſuperpone de aceto tantum, quod ſupernatet per quatuor digitos: & pone ſuper cineres; & ſigilla bociam cum ſtuppa, vel bombace, & qualibet hora move materiam cum baculo, & quanto plus, tanto melius. Et ſcias, quod dictum amalgama fit in octo diebus vel novem, & eſt cum conſervatione ſuæ formæ, in qua non eſt aliqua deſtructio. Deinde capias dictum amalgama, & pone in urinali cum ſuo alembico, & extrahe argentum vivum tantum, quod exeat dictum argentum vivum ſolum, ita quod non remaneat de ipſo aliquid in fundo bociæ: & ſic habebis materiam tuam pulchram, albam & bene paratam, quam calcina per aliquot dies ſuper cineres, vel in furno reverberationis cum lento igne. Et ſic erit præparata ad faciendum opus perfectum in tranſmutatione metallorum & perlarum. Et ſcias quod oportet tunc habere unam rem, ſine qua nihil poteſt fieri in toto magiſterio, quam *Raymundus* vocat *Nigrum nigrius nigro* (a); & deſtilla ipſam per modum ſecundum Philoſophos. Quia prima ſentit de aqua vitis modicum: ſecunda nihil valet: tertia bona & perfecta eſt. Et, ſi habes de iſto aceto, vel aqua vitis, nihil aliud eſt quod deſideres, ſi bene intelligis naturam rerum. Illi, qui loquuntur de aquis fortibus, affirmantes in eis multa bona eſſe, falſum dicunt. Ego autem nunquam aliquid boni novi in ipſis, niſi tantum unum, quod eſt, quod cum aquis fortibus (*b*), & aqua vitis vel aceto acerrimo poteſt fieri aliqua abbreviatio artis per eum, qui ſcit bene practicare, & aliter non. Scire debetis Vos aquas fortes non debere extrahi niſi de Vitriolo & ſale nitro: aliqui autem dicunt de Cynabrio. Et ego dico vobis, quod ſine aceto, vel aqua vitis, nihil poteſt fieri: & propter hoc *Raymundus* dixit, quod Aqua ſua compoſita (*c*) eſt *maſſa ex quatuor rebus*, quam aquam ego nunquam ſcivi facere. Dico igitur vobis, habeatis aquam noſtram, quia cum Aceto fit Aqua vitis, quam vocamus aquam Ve-

(*a*) Quod verò Auctor hic ſinceriſſimus ait, quòd oportet habere rem unam, quæ dicitur *Nigrum nigrius nigro*, illudque juxta Philoſophos deſtillare, indigitat materiam, ex quâ hoc conficitur menſtruum, quàm aliàs quoque Vinum, (unde & Spiritus vini philoſophicus Lullianus audit ſpiritus antimonii rectificatus) item liquorem Lunariæ vocat, de quo *p. 1. Teſtam. Noviſſ.* Confer *Weidenfeld. de ſecretis adeptor. p. m. 31.* qui & *p. 35.* notat Spiritûs Vini Philoſ. rectificationem, quocunque etiam fiat modo, paucioribus vel pluribus cohobationibus ſatis bonam eſſe, dummodo fuerit ſeparatus à fecibus vini. Confer *p. 460.* Vid. & *Hoffmann. Diſſert. de Cinnabari antimonii.*

(*b*) Ope aquæ fortis, aquæ vitis, aceti, ſpiritus vini aurum & argentum ſubtiliſantur & ad mercurificationem diſponuntur.

(*c*) Aqua illa dicitur aqua vitæ, aqua cœlica, menſtruum vegetabile, fimus, Stella, Diana, Vid. *Lullius in Brenz. Farrag. Proceſſ. Phil. p. 24.*

getabilem inter nos (*a*): cum qua aqua poſſunt conjungi elementa, & ſeparari ſecundum quod natura dat. Et notifico vobis, quod iſta Aqua in tantum eſt fortis, quod ſcindit omne metallum (*b*). Sed ſi vultis habere artem, rogate Deum, ut informet vos ad faciendum iſtam benedictam Aquam, ſine qua nihil poteſtis facere in tranſmutatione metallorum. Et in hoc non eſt dubium, quia videbitis magnum experimentum ſive exemplum. Nam ſi ſolveritis Argentum in aqua forti vulgari, videbitis, quod materia veſtra erit tota in oleo, & ponderabit plus (*c*) quàm prius de media parte. Unde notifico vobis, quod non eſt poſſibile ſolvere, nec coagulare cum aqua forti communi (*d*): quia propter ſpiritus, quos tenet in ſe, non eſt poſſibile aliquid perficere: quia nec ſolutio nec coagulatio perfecta fieri poteſt cum tali aqua. Propter hoc dico vobis, quod habeatis aquam noſtram, quam Philoſophi vocaverunt Aquam Vegetabilem, quæ eſt fortior omni aqua mundi, & potentior; & multi nominant ipſam *Lunariam majorem*. Habeatis igitur calcem Argenti, & ponatis in dicta aqua ad diſſolvendum in balneo (*e*) Mariæ. Et evacuatio fiat per inclinationem, antequam aliam ponatis: reponendo de dicta aqua deſuper, donec diſſolvatur tota calx ad placitum veſtrum, clara & limpida, ſicut aqua vitis. Teneatis ipſam in *Corruptione* apud primam ſolutionem per quindecim dies, vel plures; & poſtea incipiatis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti *ſeparare elementa* (*f*), & extrahere illo modo ab Aqua benedicta Quintam Eſſentiam veſtram, quæ in fundo vaſis erit *alba*, & *lucida ſicut Margarita*. Teneatis ipſam per duodecim dies in Generatione, & per octo dies in Alteratione (*g*), & per octo dies in Fixatione. Et ſic habebitis Oleum veſtrum pretioſiſſimum, & virtuoſum, benedictum, Aquam permanentem, Sperma metallorum, Quintam eſſentiam fixam, & pluribus aliis nominibus à Philoſophis nominatam. Vultis, fratres mei, videre virtutem ſuam? Capiatis unam perlam turbulentam, & ungatis ipſam cum dicto Oleo, & ponatis in Sole, in vaſe vi-

(*a*) Aqua hæc Vegetabilis eſt Mercurius ſophicus ex vino in ſpiritum rectificata.

(*b*) Quomodo his verbis aliquis diluſus ſit, Vid. *in Epiſt. Germanicè impreſſâ, p. 106.*

(*c*) Calx argenti ope aquæ fortis ob ſales accreſcentes plus ponderat.

(*d*) Aurum ab aqua forti verè ſolutum non eſt, nec naturam exuit metallicam, eouſque enim ſolutum conſpicitur, dum liquorem ſalſum retinet, qui verè auro miſtus non eſt nec unitus, hinc enim in vaporem rareſit & borace priſtinum habetur aurum. Aſt Mercurius verè ſolvit aurum, eique unitur & cum eo figitur in perpetuum in Oleum fixiſſimum tenuiſſimæ eſſentiæ. Ita *Claveus*. Confer *Experim. XXV. Raym. Lull. p. 271.*

(*e*) Eleva, ait *Lullius apud Brenz. in Farrag. p. 25.* menſtruum per balneum lene & in fundo vaſis remanebit lumen perlarum & anima metallorum. Vid. *Lullii Clavicul. Vol. I. Th. Ch. p. 315.*

(*f*) Separare elementa conſtat in ſublimatione.

(*g*) Cùm alteratur corpus ejus fit nigrum, ait *Lullius*.

treo per tres vel quatuor dies, & habebitis perlam (*a*) ita claram & lucidam, ſicut unquam fuit viſa alia. Aliud etiam magnum miraculum dico vobis. Recipiatis unam unciam de dicto oleo benedicto, & ſeptem uncias Mercurii ſublimati, & impaſtabitis totum ſimul, & ſublimabitis ipſum toties, donec in fundo vaſis remaneat, & habebitis veriſſimam medicinam tingentem, & permanentem, una pars ſupra centum, & plures. Sed dicere vobis non valeo, quantum experientia ipſa vos docebit. Aliud magnũ miraculum videbitis de iſto oleo claro & lucido. Ponatis de ipſo partem unam in una fiala cum collo longo ſupra centum quinquaginta partes Mercurii vulgi, & teneatis in igne in congelatione octo diebus. Poſtea in nomine Domini frangatis vas vitreum : & habebitis materiam albam & claram ſicut perlæ. Deinde ponatis ipſam in crucibulo cum modico ſaponis: & verè habebitis Argentum finiſſimum, ad omnem examinationem, ita bonum ſicut Deus creavit; & totum iſtud procedit à parte Quintæ eſſentiæ Lunæ, de qua tot bona proveniunt quod lingua exprimere non poteſt. Aliud miraculum de Quinta eſſentia Lunæ audite. Si quis patitur fluxum ſanguinis, & biberit ex ea unam guttam vel duas, ſanatus erit: & lætificabitur ejus cor. Aliud miraculum eſt, quod ſi ponatur, modicum de Aqua vitis, & poſtea lavetur facies, pulcherrimum habebit colorem. Alias quoque magnas virtutes (*b*) habet: quia ſuper quodlibet metallum poteſt fieri tranſmutatio perfecta: ſi quis ſcit ipſa præparare ad recipiendum dictam medicinam. Nunc volo loqui de Fermentatione. Si vultis ipſam fermentare cum Argento vivo ſublimato, jam vobis dixi veritatem, in parvo tempore fit iſta fermentatio. Si etiam vultis fermentare ſuper aliis metallis, faciatis quòd quodlibet metallum aſcendat in lateribus cameræ ſuæ, ut ſublimetur. Iſta ſublimatio non aſcendit nimis altè, & prævalet ſublimationi argenti vivi in centuplo. Et ideò notifico vobis, quod hæc ſublimatio leviter fit: & cum pauco labore. Notate iſtud verbum, quod dicunt omnes Philoſophi communiter, Fiat de fixo volatile, & de volatili fixum. Si vultis facere de fixo volatile, capiatis ſuam conformitatem, quæ eſt corporis pars una: & cum dicto corpore fixo conjungatis tres partes de corpore volatili & ponatis totum ſimul; & videbitis totum ſimul aſcendere. Augmentatio ſic fit, ſi iſtis quatuor partibus volatilibus detur pars una de fixo; & iterùm fiat ipſum volatile ; & ſic po-

(*a*) Quoad Perlas confirmatio habetur ex *Kunckelii Obſerv. Chym. pag. m. 70.* ſtatuente Mercurium ex aquâ & ſale potiſſimùm mediante ſubtili quadam perlatâ terrâ conſtare.

(*b*) De Virtutibus aliis vid. *Raym. Lull. de Med. ſecr. Part. IV. p. 430.* ubi commendat ejus cochl. ß. in brodio Citri vel Vino albo in Calculo renum & veſicæ frangendo. In clyſtere ejus cochl. ij. in brodio pullino ſine ſale in affect. Inteſtinorum ſumuntur.

teritis procedere in infinitum. Sed ſi vultis facere volatile fixum, faciatis oppoſitum, duæ partes accipiantur de fixo, & una de volatili. O ſancte Deus, quot bona dixi vobis in parvo tempore. Nonne veritatem intelligitis, quam habetis ante oculos veſtros, per ea quæ prædixi vobis? Nullus unquam hæc, quæ vobis explicavi, mihi communicavit: nec ex aliena doctrina veritatem potui comprendere: ſed totum à ſolo Deo habui. Unde rogo omnes Laborantes in arte Alchymiæ, quod habeatis Deum præ oculis & in corde & mente veſtra: & obtinebitis, ac fiet vobis, quod petitis. Aliud vobis non dico pro tempore præſenti, niſi quod ſi laboraveritis in Auro, ſicut dixi vobis de Argento, vos facietis verum Aurum. Sed ego dico vobis, quod feci, & credidi facere Aurum, & feci Argentum album, ſicut nix; quod habebat judicium Auri in omni examinatione, niſi in colore. Quamobrem dico vobis, quod nondum potui invenire modum faciendi aurum, ſed manifeſto vobis omnia, quæ vidi, & in veritate Dei probavi manibus meis cum Dei auxilio. Et ſciatis, Chariſſimi, ſi plus vidiſſem, plus dixiſſem vobis. Plures Philoſophi dixerunt, quod in rebus vilibus, & parvi precii, & parvi valoris conſtat ars, ſicut de Marcheſitis, Antimoniis albis & rubeis. Et ideo probavi Quintam eſſentiam de qualibet minera per illum modum, quem feci de Argento: tamen neque in Marcheſita, neque in Antimonio, neque in alia minera potui invenire tincturam aliquam: & jam probavi omnes mineras, quas potui invenire: nec unquam potui aliquam tincturam extrahere. Sed ſi Deus dabit mihi gratiam, quod poſſim aliquid invenire ad rubeum ſicut reperi ad album, revelabo vobis. Itaque rogo omnes Laborantes in arte, quod ſicut dixi vobis veritatem, quemadmodum ego feci manibus meis, ita rogetis Deum pro anima mea. Item notifico vobis, quod vidi plures libros in arte iſta benedicta, qui falſum dixerunt, & nihil operari ſcierunt: quia ignorant altitudinem Magiſterii noſtri. Finitur hoc pretioſiſſimum opus in duobus menſibus, ſed ſi plus temporis adhibeatur, melius & perfectius eſt.

XVI. *Arnoldus Villanovanus*, Philoſophus inſignis & Medicus excellens, & ſi cultus literarum acceſſiſſet humaniorum, etiam antiquis conferendus: fuit natione Gallus. Natus eſt enim in Provincia Narbonenſi, in oppido, quod pertranſivimus an. 1684. Villa Nova dictum, (ubi trinepotem ejus Villanovanum Montpeſatium ſe vidiſſe refert *Borrichius*) circa annum Chriſti 1300. eo ferè tempore quo *Petrus Aponenſis*, dictus Conciliator, & *Raymundus Lullius* claruerunt. Reliquit multa opera in Theologia & Philoſophia, plura autem in arte Medica. In Alchymia tantus fuit Artifex, ut *Raymundi Lullii* in ea arte Magiſter exſtiterit, & laminas quoque fecerit aureas (ceu ſupra jam diximus) non cedentes perfectiſſimo auro.

Secreta enim naturæ adeò rimatus eſt, ut altiùs poſt ipſius ætatem ferè nemo penetraverit. Unde à Rege Siciliæ Friderico in magno habitus eſt honore: à quo cum ad Rom. Pontificem ſanandum eſſet miſſus, in eo tandem itinere diem obiit, & Genuæ fuit ſepultus. Opera Arnaldi Chymica, quæ ad noſtram ætatem pervenêre, hæc ferè ſunt: Roſarius Philoſophorum, Lumen novum: Flos Florum: & Speculum Alchymiæ, in quo Præceptores ſuos, *Gebrum, Morienum, Avicennam, Hermetem, Turbam*, &c. adgnoſcit; Quia verò præter editos prædictos ejus tractatus adhuc alios nondum impreſſos poſſidemus, mentem ejus & candorem circa detectionem Lapidis non melius nos ſiſtere poſſe confidimus, quàm ſeq. ejus Tractatu parabolico *de Secretis Philoſoph.* magnâ ſcientiâ & myſteriis pleno: Ita verò illa habet.

ARNOLDI DE VILLA NOVA
TRACTATUS PARABOLICUS
De
SECRETIS PHILOSOPHORUM.

PROOEMIUM.

Scito, fili, quod in hoc libro loquar de Secretis Philoſophorum, & dividam eum in ſex Capitula. In primo dicam, quid eſt Lapis; in ſecundo, quare dictus eſt Naturalis: in tertio, quare vocatus eſt Animalis, ſive ſanguis: in quarto, quare vocatus Herbalis: in quinto verò dicam præparationem cum cauſis certis & veris intelligenti; & in ſexto, omnem multiplicationem ponderis noſtri Lapidis. Breviter autem & ſummatim ita loquar, ut fatuos derideam, & ſapientes inſtruam, & doceam. Ars enim iſta non eſt, niſi de ſecretis Philoſophorum: nullus ergo ad hanc ſcientiam veniat, niſi prius audierit Logicam & Phyſicam, & ſciat naturas rerum atque elementorum cauſas; aliter enim fruſtra fatigaret animam ſuam & corpus ſuum. Itaque non credat aliquis, quod ſibi eveniat miraculosè. Fatui habentes libros Philoſophorum loquentes parabolicè, tentant, & nihil inveniunt: ſapientes autem tentant, & verum inveniunt noſtrum magiſterium. Propter hoc dicit Ariſtoteles in libro, Lapis Scholiæ, Quod eſt Lapis & non eſt Lapis; qui invenitur in omni homine & in omni planitie; & in montibus, & in aquis, & vocatur Albedit. Super hoc multi meditati ſunt & turbati; Ex eis fuêre, qui dixerunt, quod eſt animal, quod vocatur Rebis, & obſcurè loquuti ſunt: & ex eis fuerunt, qui perfectè intellexerunt. Et alii dixerunt, quod eſt ſanguis, alii quod ſunt capilli, aliqui ova. Fatui autem intelligentes ad literam, operati ſunt de ovis, & de ſanguine, & de capillis, & de herbis, & de ſelibus, & de ſalibus, & de aluminibus, & nihil invenerunt: quia non intellexerunt dicta Philoſophorum obſcurè loquentium. Quippe ſi eam claram

ram tradidiſſent, malè feciſſent propter multas rationes. Primò, quia omnes eam ſcirent: ſecundò, quia mundus deſtrueretur: tertiò, quia eſſent coram Deo de factis eorum reddituri rationem. Et ideò Deum ſupplico, ut & mihi det intellectum & viam, ut cælem fatuis & inſipientibus, ſapientibus autem declarem. Itaque tractemus, quid ſit Lapis.

Caput Primum.

DE LAPIDIS MATERIA, QUID SIT LAPIS.

Interloquutores Magiſter & Diſcipulus.

Magiſter. Scito, fili, quod hic Lapis noſter, ut dicit Hermes, eſt in re animata. Ex hac igitur auctoritate introductum fuit principium ſcientiæ hujus. Et fuerunt multi expoſitores, qui eam expoſuerunt, & non intellexerunt. Quidam enim dixerunt eſſe in re animata, quia eſt in animalibus: alii in plantis, & herbis; alii in ſalibus. Modo autem dicam tibi, quid eſt Lapis noſter. *Sol, Luna & Azoth ſunt Lapides noſtri*: ipſi autem Lapides ſunt mortui ſuper terram: & nihil operantur per ſe, niſi per induſtriam humanam adminiſtretur eis. Ex iſtis autem Lapidibus fit ita verum Aurum & Argentum ſicut à natura.

Diſcipulus. Quomodo eſt hoc? Philoſophi enim dicunt, quod Ars eſt debilior Natura: tu autem dicis, quod fit ita verum Aurum & Argentum ex iſtis per artem, ſicut per naturam?

Mag. Nos non facimus aurum aut argentum: ſed natura facit illud, cui nos adminiſtramus. Tu autem ſcis, quod per artificium natura adjuvatur. Intellige ergo quod Aurum per noſtrum artificium factum non eſt artificiale ſed naturale.

Diſc. Cur Hermes dixit ex re animata fieri?

Mag. Ratio cur Triplex in Philoſophia dicit eſſe in re animata, hæc eſt: quia ſicut anima ſpiritualis eſt, & inviſibilis: ita Azoth eſt ſpiritualis & inviſibilis, quia inviſibiliter recedit. Et ideo vocatus eſt ſervus fugitivus & ſpiritus avolans: Nam in mundo non eſt alius ſpiritus præter ipſum, nec quòd operetur id, quod ipſe operatur: quia eſt aëreus, quod perfectionis eſt ſignum.

Diſc. Cur *non eſt in ſalibus, aluminibus, nec animalibus?*

Mag. Quia fatuus eſt ille, qui quærit à natura, quod in ea non eſt; in ſalibus verò & aluminibus non eſt aurum nec argentum: ergo hæc non quæras in eis. Quare autem *non ſit in animalibus*, audi Hermetem dicentem, Res fiunt ſecundum earum naturam; nam ex homine non fit niſi homo, & ex leone niſi leo; nec ex aliis animalibus aliud fit, niſi quod eſt ipſis ſimile.

Diſc. Quomodo ergo Medicina, quæ non eſt de natura hominis, habet curare infirmitatem noſtri corporis?

Mag. Intellige verba Philoſophorum, quia non eſt bona ſimilitudo inter Medicinam corporis humani & medicinam metallorum, nam medicina data homini non facit hominem, ſed hominem curat ab infirmitate: nec ita curat, quin poſſit ſibi evenire poſtea alia infirmitas. Sed *Medicina noſtra* data cui debet dari, ſervat hominem ſeu fœminam, id eſt, *reducit in Aurum vel Argentum* in tantum, quod nulla diſcraſia ſive defectus poteſt eis poſtea evenire, quoniam res verè tranſmutat, ſecundum quod Elixir præparatur.

Diſc. Non intelligo, quomodo tranſmutet hominem & fœminam?

Mag. Verè tranſmutat hominem & fœminam; ſed hominem in angelam vel angelum, fœminam verò in angelam tantum. Intellige ergo cautelas Philoſophorum, & ſis ſapiens, & non inſipiens: Quia *Lapis noſter debet eſſe de materia incombuſtibili*: non autem de ſalibus, nec aluminibus, nec animalibus. Sed quia ſolus Mercurius eſt ſpiritus incombuſtibilis & aëreus, quod perfectionis eſt ſignum, ideo oportet, quòd ſit in magiſterio. Tibi ergo clarè patet, quid eſt Lapis, & quot ſunt Lapides, & quare oportet, quòd Mercurius ſit in magiſterio.

Caput Secundum.

QUARE LAPIS NOSTER DICATUR NATURALIS.

Mag. Scito, fili, quod Lapis noſter eſt naturalis propter multas rationes. Primò, quia facit, quod natura facit, ſcilicet fœminam & hominem: quod intelligit Philoſophus, fatuus verò ignorat. Secundò, quia Pater Philoſophorum, Hermes, vocavit eum Naturalem; cui, ut Philoſopho eſt credendum, non fabulis, nec receptis vel deceptoribus. Tertiò, quia materia, de qua fit, naturalis *eſt, & reperitur,* & naturaliter invenitur.

Diſc. Si materia Lapidis, ut dixiſti, naturaliter invenitur, omnia autem quæ ſunt citra orbem Lunæ, ſunt ex quatuor elementis compoſita: ergo Lapis eſt ex quatuor elementis compoſitus. *Elementorum verò aliud calidum, aliud frigidum, aliud ſiccum, aliud humidum: ergo Lapis eſt aut calidus, aut humidus, aut frigidus, aut ſiccus.*

Mag. Eſt frigidus, humidus, calidus & ſiccus, & iterato frigidus & humidus. Intellige, quia ſeptem ſunt Planetæ, ſcilicet Sol, Luna, Mars, Mercurius, Jupiter, Venus & Saturnus. Mercurius eſt frigidus & humidus. Luna frigida & humida. Sol calidus & ſiccus. Lapis igitur ex his tribus conſtitutus, eſt frigidus & humidus propter Mercurium; frigidus & humidus propter Lunam; calidus & ſiccus propter Solem.

Diſc. Quare eſt de natura Terræ, Aquæ, Aëris & Ignis?

Mag. Quia Ariſtoteles dicit, Quando habueris aquam ex aëre, aërem ex igne,

ex igne, & ignem ex terra: tunc habebis magiſterium. Inclina ergo aurem tuam, & intellige dicta Philoſophorum.

Caput Tertium.

QUARE LAPIS VOCATUS EST ANIMALIS SIVE SANGUIS.

Mag. Scito, fili, quod Lapis noſter eſt animalis. Ratio eſt, quia qui habet ſpiritum, habet animam: Lapis noſter habet ſpiritum: ergo habet animam.

Diſc. Quomodo habet ſpiritum?

Mag. Nonne ſcis, quod quatuor ſunt ſpiritus, Sal armoniacus, Sulphur, *A*rſenicum & *A*rgentum vivum. *Argentum vivum* autem *eſt materia omnium metallorum*; *& eſt inter ſpiritus*: ergo eſt ſpiritus. &, ſi eſt ſpiritus, ergo eſt anima: ſi eſt anima, ergo eſt animal. Vide ergo, quomodo deduxi te de ſpiritu ad animam, & de anima ad animalem. Ergo Lapis noſter eſt animalis. Et *Hermes in libro Arcani* dixit, *Lapis noſter eſt de animata re*, i. e. *de ſpirituali.* Fatui autem putantes eum eſſe in animalibus, cum animalibus operati ſunt, & nihil invenerunt, niſi perditionem pecuniæ, temporis, corporis, & ſenſus.

Diſc. Quare dictus eſt Lapis noſter Sanguis?

Mag. Conſidera quod dixit *Archelaus.* Accipe Lapidem, quem priores capere juſſerunt, & totum contere, donec totum vertatur in ſanguinem, id eſt, in *rubedinem*; unde dictus eſt Sanguis propter rubedinem: quia ſicut Sanguis eſt rubeus, conſimiliter Lapis noſter eſt rubeus; ex quo maximum elicias ſecretum: quia tunc eſt de natura ignis. Conſidera, quæ dico, & intellige, & habebis magiſterium. Fatui autem putantes eum eſſe ſanguinem, quia Philoſophi compoſuerunt libros, in quibus dicunt, quòd *Lapis ſit ex ſanguine*, operati ſunt in ſanguine, & nihil invenerunt; quippe quia res non fiunt, niſi ſecundum earum naturas.

Diſc. Quare dixit Philoſophus: Fac de Lacte ſanguinem fluentem, & habebis magiſterium perfectum?

Mag. Vult dicere, Fac de Lacte, id eſt, *de Lapide albificato*; Sanguinem fluentem, id eſt, ut *ſit rubeus, ſicut ſanguis, & fluens & currens.*

Diſc. Quomodo albificatur & rubificatur Lapis?

Mag. Recipe Lapidem, & tere cum Lacte, & erit albificatum: tere cum ſanguine, & erit rubificatum. Hoc idem per alium modum dicam tibi magis clare. *Accipe vile & tere cum çaro, & erit albificatum: accipe vile & tere cum cariſſimo, & erit rubificatum igne mediante:* quia ignis facit conjungere, eos purgat & decorat. Fatui autem non intelligentes dicta Philoſophorum, ſed ſumentes ut jacent ad literam; tentant, & nihil inveniunt. Sed poſtea dicunt, mendacium eſt; falſa ſcientia eſt: & ideo ſcientia vilipendit & fugit ipſos; quia ſcientia non habet inimicum, niſi ignorantem.

Diſc.

Diſc. Magiſter, libenter audirem præcepta hujus artis.

Mag. Præcepta, quæ tibi dicam, obſcura erunt neſcienti, ſed clara intelligenti. Quicunque igitur ad hanc ſcientiam vult pervenire; & non eſt Philoſophus, fatuus eſt: quia hæc ſcientia eſt de occultis Philoſophorum. Secundum præceptum eſt, quòd, qui in hac ſcientia vult operari, habeat ad minus *expenſas per duos annos.* Ratio autem eſt, quia ſi deficias primâ vice, iterato opus incipiat: quia tantum proficit ille, qui peccat primâ vice, quantum ille qui peccat in ſecundâ: nam noſcit defectum, & ab illo cavebit, Item, ſi deficiat tertio vel quarto, & non habeat expenſas, opus incompletum remanet, & omnia amittit. Tertium præceptum eſt, quòd, qui vult habere hanc ſcientiam, non operetur ſub alicujus *Magnatis* ſeu Principis poteſtate, propter multas cauſas. Nam ſi opus longum eſſet, quotidie quæreret de opere, quaſi deridendo; & tenebit labores tuos, quaſi labores ignari, & eris ſibi ludibrio, & dicet nihil eſt, mendacium eſt, trufa eſt. Et ſi opus bonum fuerit; tunc ipſe à te ſcire volet artem, & artis modum; quòd ſi recuſaveris, captivaberis, donec ſciat illam. Si autem docueris, faciet te interficere, ne fortè alios doceas. Et ideo cave à manu Potentis præ cæteris; quantum tuam vitam capi pendis. Unde verſus,

Utere pane tuo, ſic verè liber eris.

Quartum præceptum eſt, quod ſi ſcis, & habeas ſcientiam, *gratias Deo agas*: & largire pauperibus. quòd ſi non feceris, non bene tibi eveniet. Sed ſi non habes ſcientiam hanc, eam indagando, cogitationem tuam ad Deum dirige: quoniam ipſe eſt veritas, juſtitia & bonitas, & miſericordiam dabit tibi. Cùm autem ſcientiam habueris, nulli unquam reveles ſecretum tuum; aliter diffamaberis: & dicent omnes te falſarium, & deceptorem, & mala de te fama creſcet, ut mihi ſemel accidit, qui per unum menſem fui captivus.

Caput Quartum.

QUARE LAPIS NOSTER NOMINETUR HERBALIS.

Mag. Lapis noſter eſt *Herbalis*, quia ſicut herba habet animam, ita & Lapis noſter. Nam *Hermes* dixit, Lapis noſter eſt de animata re. Fatui autem credentes eum eſſe herbam, quia Philoſophus dixit eum eſſe herbalem, operati ſunt cum herbis, & nihil invenientes dixerunt non eſſe veritatem in hac ſcientia. Alii autem dixerunt, quod Mercurius debet congelari cum herbis, & hoc operantes nihil effecerunt. Non autem dico, quin Mercurius poſſit congelari cum herbis: ſed nihil prodeſt; quamvis, qui ſic faciunt, credant magnum quid feciſſe: dicentes, ſcio congelare Mercurium; at dicere deberet, ſcio deſtruere Mercurium. Quia poſt talem congelationem cum herbis Mercurius eſt frangibilis, nec ignem poteſt expectare, quare nihil valuit. Sed *iſtud cum quo Mercurius modo noſtro congelatur, eſt aurum*, vel *argentum*:

gentum: *& poſt congelationem adhuc dicitur eſſe vivus*, & debet eſſe aurum vel argentum. Nam omnis Mercurius bene congelatus eſt de pondere auri, licèt ſit albus, quod perfectionis eſt ſignum: quia non oportet niſi quod ſibi detur color, ut ſit aurum.

Diſc. Quare vocatur Lapis noſter Servus rubicundus?

Mag. Quia citò rubificatur.

Diſc. Quare vocatus etiam eſt Servus fugitivus?

Mag. Quia citò fugit ab igne, niſi detineatur.

Diſc. Sed quare dicunt Philoſophi, quod Draco non moritur, niſi cum fratre ſuo interficiatur?

Mag. Primus, qui hoc dixit, fuit *Hermes*: vult autem ſignificare, quod Draco, id eſt Mercurius nunquam moritur, id eſt, congelatur, niſi cum fratre ſuo, id eſt, Sole vel Lunâ. Ideo dicit *Avicenna*, Fac, quod non vides, & dimitte quod vides; & habebis magiſterium. Et in alio capitulo dixit, Lapis herbalis ſunt capilli, ſanguis, ova & urina: Et hoc dixit ad denotandum quatuor elementa. Non credas mihi ſoli, ſed Philoſophis, quibus memerito credendum eſt: non autem fabulis, neque receptis: Quia qui faciunt receptas nihil ſciunt de ſcientia, ſed habuerunt aliquot libros Philoſophorum loquentium parabolicè per Sales, & Alumina; & ipſi defloraverunt & ſcripſerunt receptas, quibus decipiunt ſe & alios. Vidi ego quendam, qui in arte iſta laboraverat per annos duodecim, & quia ad ſcientiam pervenire non potuerat, quaſi deſperatus compoſuit unum librum, quem intitulavit Flos paradiſi, in quo duo millia receptarum, & amplius continentur, & illum librum dabat omnibus ad copiandum: & ſic totum mundum & ſeipſum decipiebat, quia erat inſipiens, impius, & de hac arte deſperatus.

Caput Quintum.

DE PRÆPARATIONE LAPIDIS.

Mag. Scito, fili, quod in hoc Capitulo dicam Præparationem Lapidis noſtri, & viam operationis ejus, quam ſcivi, non ex me, ſed à Domino fratre meo partem; & aliam partem à quodam Monacho Alemano. Igitur quicunque hanc ſcientiam quærit, niſi ſit Philoſophus, arat litus: quia eſt de occultis Philoſophorum. Deum autem rogo, ut me à peccato invidiæ præſervet, & ut errantes valeam perducere ad viam ſummi *Hermetis* Philoſophi, verbis claris intelligenti & obſcuris ignoranti. Principio igitur dico, quod *Pater, Filius, & Spiritus ſanctus unum ſunt & idem in Trinitate, & tamen tria ſunt.* Sic & eſt de Lapide noſtro: qui unus eſt, & tria ſunt & idem diverſa. Et *ſicut mundus per fœminam fuit perditus, ita per fœminam oportuit ipſum reſtaurari.* Matrem ergo puram accipies, & eam in lecto cum filiis ponas, ſecundum quod intendis: & ibi ſtrictiſſimam pœnitentiam faciat, donec fuerit

ab omnibus peccatis bene mundata: & tunc pro certo filium procreabit & pariet, qui omnibus prævalebit. Et, tunc apparebunt *ſigna in Sole & Luna.* Capiatur igitur hic filius, & optimè verberetur, & caſtigetur, ne causâ ſuperbiæ perdatur. Et *Geber* dixit, quod *ex Mercurio hoc totum habet fieri*: Et idem *Geber* in alio capitulo dicit, quod *Sulphur commune invenitur in Sole & Lunâ*; In *Mercurio facilius*, in *corporibus melius*. Et idem *Geber* in alio capitulo: *Ad hoc fit ejus tinctura, ut melioretur plus quàm eſt in ſua natura.* Filium igitur verberatum capias, & eum in lecto ponas, ut in eo aliquantulum delectetur: Et cùm ſenties, quod jam delectetur, eum mundum capias, & in aqua frigida extingue: & iterato eum in lecto ponas; & tunc incipiet delectari. Iterato eum capias, & *Judæis ad crucifigendum tradas*, qui cùm crucifixus fuerit, nec Sol, nec Luna videbuntur. Et tunc templi velum ſcindetur, & terræmotus magnus erit, & mutationes. Fortius ergo incendium adhibendum erit: & tunc emittet ſpiritum. Multi in hoc erraverunt.

Diſc. Quæ verba ſunt hæc? non intelligo.

Mag. Nonne oportet, quòd ego hæc occultem, in quibus eſt ſecretum ſecretorum, ſicut faciunt Philoſophi? Non eſt de hac ſcientia, ſicut de aliis: de quibus dictum eſt, *Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam* ſcripta ſunt: imò melius, Non ad noſtram doctrinam. Sed amore tui fert animus clarius dicere: *Purga Lapidem, tere portam, frange claviculam*; & habebis rem bonam. Intellige dicta Philoſophorum, & *habebis magiſterium.* Scias ergo pro certo, quod *Filius crucifixus intra parvum tempus reſurget de morte ad vitam*: & tunc habebit animam. *Fortius ergo incendium erit dandum*; *nam ſolo igne nutrietur.* Propter hoc vocaverunt eum Philoſophi *Salamandram*; quia ſicut Salamandra ſolo igne nutritur: ſic & Lapis noſter.

Diſc. Quomodo hoc eſt? Nam ſuperiùs dixiſti, quod Lapis erat frigidus & humidus: frigidum autem & humidum ſunt de natura aquæ: aqua verò & ignis ſunt contraria: quomodo ergo unum contrariorum nutritur reliquo vel altero contrario?

Mag. Non intelligis dicta Philoſophorum. Nonne vides, quod vinum eſt calidum; acetum verò ex vino; & tamen eſt frigidum. Similiter videmus per influentiam Planetarum naſci aliquem, qui ex fortitudine & influxu Planetæ inclinatur ad luxuriam, vel ad aliquod aliud vitium: tamen per bonam & aſſiduam correctionem poteſt effici bonus & probus. Ideò ait Ptolomæus: *Vir ſapiens dominabitur aſtris.* Similiter dicendum eſt de Lapide: qui quamvis ſit frigidus, ratione tamen aſſuetudinis, quam habuit cum igne, jam factus eſt igneus, ſive de naturâ ignis. Propterea dixit Morienus, *Ignis & Azoth Latonem albificant, & rubificant.* Et Philoſophi dixerunt, Unus eſt Lapis noſter, cui nihil alienum introducitur; quod ſi fiat, perdetur.

Diſc.

Diſc. De perfectione Lapidis non amplius loquimini?

Mag. Cùm fortius incendium ſequutum fuerit, tunc aſſumptus eſt Filius in cœlum coram omnibus: cumque in cœlum aſcenderit, percute eum, & vulnera fortiter. Quare Philoſophus dixit: *fac fixum volatile* ſive fugiens: *& volatile fixum*, & habebis totum magiſterium. Intra in domum, & evigila Filium: & ſi non vult ſurgere, *projice eum de cœlo in terram & aſcendet in cœlum primò, poſtea in terram deſcendet.* Et tunc pro certo Filius exaltabitur, & bellum fortiſſimum vincet, atque in ſua poteſtate ſubjugabit inimicos ſuos: quod in conjunctione cognoſces, ſeu in colore. Tunc è ſervo revertetur Imperator pacificus, ſex nationes gentium convertens. Tunc ergo attende quod parâſti. Quod ſi Lunam poſueris duplici coronâ erit coronatus: ſi verò Solem, diademate rubeo triplici invenies coronatum.

Caput Sextum.

DE OMNI PONDERE ET MULTIPLICATIONE LAPIDIS.

Mag. Fili, in hoc capitulo dicam tibi Multiplicationem Lapidis Philoſophorum, quæ eſt ſapienti facilis, inſipienti difficilis. Cùm igitur Lapis Philoſophorum ſit de puriſſimâ materiâ ac nobiliſſimâ, poteſt multiplicari uſque in infinitum ſecundum Philoſophos.

Diſc. Secundùm quem numerum?

Mag. Secundùm *numerum algorithmi.*

Diſc. Explica, ut melius intelligam hunc algorithmum?

Mag. Computa, *Decem decies ſunt centum. Et Centum decies ſunt mille: Mille decies ſunt Decem millia. Pone igitur de Elixiri unum ſuper Decem: & de illis decem unum ſuper Centum: & de illis Centum, unum ſuper Mille; & de illis Mille, unum ſuper Decem millia: & ſic in infinitum.* Modo dicam veritatem obſcurius neſcienti, & clarius intelligenti. Pone unciam unam Elixiris albi ſupra decem ferri, & erit totum argentum. Pone de iſto ferro unciam unam ſuper centum Plumbi, & erit totum argentum. Pone unciam unam de Elixire rubeo, ſuper mille fœminæ prægnantis de puella, vel ſuper centum Cupri, & fiet *Rex ſex nationum.* Intellige, quæ dico, & habebis totum magiſterium. Te igitur, & quemcunque, ad quem iſte liber non abſque Dei nutu pervenerit, per fidem Domini conjuro, ut non oſtendas eum niſi Philoſophis: quia ſi aliis oſtenderis, derideberis. Jam ergo explevi propoſitum in hoc libro. Nam primo loquutus ſum, quid eſt Lapis noſter. Secundo, quare vocatur Naturalis. Tertio, quare vocatur Animalis, & Sanguis. Quarto, quare vocatur Herbalis. Quinto, dixi præparationem ejus, ut Sapientes intelligerent, fatuos autem deriderem. Sexto denique multiplicationem Lapidis noſtri benedicti. Ad laudem & gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, Redemptoris noſtri, cui omnis laus & gloria in æternum, Amen.

XVII. *Theophraſtus Paracelſus* Nobilis Helvetius Einſidlæ natus, & in eâdem cathedrâ quâ nos docemus in Univerſitate Baſilienſi quondam, priori nempe ſeculo, hac in urbe docens, *Diabolum in Alchymiâ*, ut ait *in Manual. Cap. I. Solve, Fige, Coagula, Reitera*, optimè quoque novit, adeò ut non mirum ſit Oporinum, Prædeceſſorem quoque noſtrum, (licet hic poſteà vel potius Paracelſus cum eo amicitiam fregerit) confiteri: fuiſſe in eo mirabilem faciendi medicinam in omni morborum genere promptitudinem & felicitatem. Item, in curandis ulceribus etiam deploratiſſimis miracula edidiſſe, nullâ victûs præſcriptâ, aut obſervatâ ratione, ut &, quod Laudano ſuo ita gloriabatur, ut non dubitârit affirmare ejus ſolius uſu ſe è mortuis vivos reddere poſſe; idque aliquoties, dum apud ipſum fuit, re ipsâ declarâſſe. His aſſentit *Melchior Adamus* in vita ejus, *Eraſmus in epiſt. ad ipſum data, Scholzius in epiſt. Medic.* 80. *Severinus in epiſt. ad Paracelſum*, præſertim autem notum ejus Epitaphium Salisburgi adhuc hodie videndum. Illum autem poſſeſſorem hujus Lapidis fuiſſe colligit *Borrichius*, non ſaltem ex accurata deſcriptione Lapidis, quam ſiſtit in *Tr. Pract. de Tranſm. rer. p. m.* 99. ſed & quod ipſe apud Gersdorfium pulviſculum omnibus Lapidis notis reſpondentem à vivo Paracelſo obtentum viderit, imò *Meyerus in ſymb. aur. menſ. p.* 184. referat, eum aliquando projectionem feciſſe famulo Franciſco præſente, Regulumq; adeò pretioſum æſtimaſſe Antimonii Philoſophici, ut dixerit, quod nec Carolus Q. nec Leo Romanus eum æquivalente pretio compenſare valeat: Videatur *Præfat. Lib. de Tinct. Phyſic. pag. m.* 116. ubi ait: Eſt mihi theſaurus in quâdam Fori Julii civitate Weiden, in Xenodochio reconditus, quem nec tu Leo Romane, nec Carole Germane totâ ſubſtantiâ veſtrâ ſolvere poteſtis. Quùm verò tantus Vir (ut eum quoque extollit *Borrichius* hoc carmine contra *Conringium*,

Qualis in Iſiacis quondam clariſſimus oris,
Et triplici magnus laude Taautus erat.
Talis & Helveticâ natus Paracelſus eremo
Cortice ſub rigido clauſa adamanta dedit.
Aſtra ſophûm: placuere ideo: prope Numina viſa,
Sectaturque ſuos turba perita Duces.
Diſcite inexpertis cauti diffidere Momis,
Sub titulo fellis mella ſubinde latent.)

artem hanc præcipuè tradat in *Libro de Tinct. Phyſic.* ipſius verbis, quæ conſentientia ſunt Philoſophorum prædictorum ſiſtere lubet. Eſt, ait, Tincturæ materia res quædam (ubi me tamen juxta ſpagiricum ſenſum intellexeris) quæ quidem ex tribus in eſſentiam unam arte chymicâ tranſit, aut manere poteſt. Verùm ut eam ſuo nomine declarem juxta veterum uſum & conſuetudinem,

ſuetudinem, Leo rubeus à multis vocatus eſt; à pauciſſimis verò cognitus. Hic per auxilium naturæ pariter & artis poteſt in aquilam albam tranſmutari, ut ex uno duo fiant, quæ Spagiro ſupra ſplendorem aureum relucent, in uno ſervata magis lucent. Jam ſi Cabaliſtarum & veterum Aſtronomorum conſuetum ſermonem non intellexeris, à Deo minimè ad ſpagiricam artem vocatus es, nec per naturam electus, imò non aptus ut os vix in arte hac aperias. Eſt itaque materia precioſiſſimusque theſaurus, ac nobiliſſimum hoc omne quod ex altiſſimi Conditoris manifeſtatione meditationibus hominum obtingere poteſt. Hoc eſt Lili Alchymiæ, & Medicinæ, quod Philoſophi tam accuratè quæſierunt, verùm ob defectum integræ cognitionis & perfectæ præparationis ejus, ad abſolutiſſimum finem perducere nondum potuerunt. Per inveſtigationes eorum & experientias, tincturæ tantùm initium datum eſt nobis, attamen verum fundamentum quod meos imitari diſcipulos oportet, mihi relictum fuit, ut nemo ſuas larvas noſtris inventionibus immiſcere debeat. Ego, inquit *Paracelſus*, meritò poſt longas meas experientias ſpagiros corrigam, & falſum & erroneum à vero ſeparabo, cùm prolixis admodum inveſtigationibus meis repererim, quò juſtè ſimilia reprehendere queam & immutare. Verùm ſi tamen experimenta meis excellentiora comperiſſem, tantos minimè labores aſſumpſiſſem, quos in gratiam, utilitatem & honorem proborum alchymiſtarum omnium libenter ſubii. Cùm ergo tincturæ ſubjectum ſatis declaratum ſit, ut fratres inter duos vix fideliùs queat ac liceat, præparationem ejus aggrediar, & ultra primi ſæculi experientias, addam & meas inventiones. Spagiri veteres lili putrefecerunt uno menſe philoſophico, poſtmodum ſpiritus humidos ab eo deſtillarunt, (*a*) quouſque ſicci tandem elevati ſunt. Caput mortuum ſpiritibus humidis imbiberunt, & ab eo per deſtillationem ſæpius abſtraxerunt, idque tam diu donec ſicci prorſum elevati ſunt. Deinceps abſtractos humores & ſiccos ſpiritus per pellicanum ter aut quater ſimul univerunt, uſque dum lili totum in fundo ſiccum reſederit. Quamquam experientia prima proceſſum hunc ante fixationem dedit, nihilominus anteceſſores noſtri ſæpius eo votum perfectè ſuum aſſecuti ſunt.

(a) *Paracelſ. de Gener. Rer. natur. Oper. Tom. II. p. m. 88.* notanter in hanc rem ait: Sciatis quoque quemlibet ſilicem ſumptum ex aquâ fluviatili & poſitum in cucurbita, ſuperfuſa ſuâ aquâ fluviali, ut impleatur cucurbita, quæ iterum inde deſtillando abſtrahatur dum aliqua gutta aſcendit uſque dum Lapis arefiat, & hac aqua cucurbita iterum impleatur, & rurſum abſtrahatur, & hoc tamdiu fiat donec cucurbita ſit plena illo Lapide, hoc modo Alchymiſticè in paucis diebus valde magnum Lapidem fieri poſſe videbis quod Archeus aquarum in multis annis vix faceret. Si poſtea vitrum in ſaxo frangas habebis ſilicem in forma cucurbitæ, quaſi in vitrum fuiſſet infuſus: & quanquam hoc tibi nil proſit, ſit tibi tamen pro re mira.

Breviorem tamen viam habuiſſent ad rubei leonis theſaurum perveniendi, ſi concordantiam Aſtronomiæ cum Alchymia didiciſſent, quam in Hermetis Apocalypſi demonſtravi. Cùm verò dies quilibet (ut Chriſtus loquitur in fidelium conſolationem) propriam ſuam eſſentiam habeat, ſpagiris ante mea tempora labor fuit ingens & gravis, qui jam auxilio Spiritus S. affluentis hoc poſtremo ſæculo meâ theorica ſublevabitur atque practicâ. Cùm ergo primum ſæculum tincturæ primam dederit experimentum, ex uno ſimplici duo ſpagiri fecerunt; Verùm quòd inventum hoc medio ſæculo periiſſet, eorum ſucceſſores diligenti perſcrutatione poſtmodum in ejusmodi nomina duo ſimplicis inciderunt hujus, idque nominarunt unico vocabulo, nempe lili, tincturæ ſubjectum. Tandem imitatores naturæ materiam hanc, non ſecus ac in terra ſemen, tempore ſuo putrefecerunt, cùm ante corruptionem hanc ex eo nihil enaſcatur, nec aliquod arcanum erumpere poteſt. Poſtea ſpiritus humidos abſtraxerunt à materia, donec tandem ignis violentia ſicci pariter elevati ſunt ac ſublimati, ut hac via non aliter quàm ruſticus ex anni tempore pervenirent ad maturitatem. Poſtremò tandem finito ſuo vere prodiit æſtas, quo tempore fructus iſtos & ſiccos ſpiritus incorporarunt, & magiſterium Tincturæ eò perduxerunt, ut ad meſſem devenerit, & ad extremam ſe maturitatem diſpoſuerit. Tam prolixo labore tædioſaque reiteratione ſpagiri veteres non indiguiſſent, ſi ex mea ſchola didiciſſent opus, longè citiùs ac minoribus impenſis votum fuiſſent aſſecuti. Proinde vobis dico, Paracelſus inquit, Roſei coloris tantùm à Leone ſanguinem accipite, & ex Aquila gluten, quæ poſtquam ſimul conjunxeritis, juxta veterem coagulate proceſſum. Tincturam habebitis Philoſophorum, quam infiniti quæſiverunt, inveneruntque pauciſſimi. Quædam itaque ſimplicia componit Alchymiſta, quæ corrumpit ut eſt artis, indeque præparat aliud, ac tantiſper donec unum fiat: hoc plus efficit quàm ipſa natura per ſe poſſet. Rectè probeque me ut intelligas, Leonem tuum in Oriente quæras, & Aquilam ad Meridiem in aſſumptum hoc opus noſtrum. Inſtrumenta meliora non reperies quàm Hungaria & Hiſtria producunt. At ſi cupias id ex unitate per dualitatem in trinitate, cum æquali permutatione cujuſque deducere, tuum iter ad Meridiem dirigas oportet; ſic in Cypro votum conſequeris, de quo latiùs minimè loquendum. Arcana plura transmutationes exhibentia reperiuntur, etſi paucis cognita, quæ licet alicui manifeſtentur à Domino Deo, non propterea ſtatim erumpit rumor cum arte, ſed Omnipotens cum ipſis dat pariter intellectum hæc & alia celandi uſque in adventum Heliæ Artiſtæ, quo tempore nihil tam occultum quod non revelabitur. Videmus enim in ſulphure Jovis maximam eſſe Tincturam gemmarum, quæ quidem eas altiùs adducit, quàm ipſa natura per ſeipſam

valeat,

valeat, ſed de his hactenus, ad phyſicam Tincturam tandem redeamus. Poſtremò ſpagiri veteres lili pellicanatum, ignis ordinata quadam augmentatione materiam ſuam tam diu fixerunt, quouſque, poſt omnium colorum diſparitionem, rubeum inſtar ſanguinis induerit, & cum eo Salamandræ conditionem. Rectè quidem ab eis proceſſum fuit, ac ad eundem unumquemque, margaritam hanc ambientem, procedere modum æquum eſt ac decet. Hunc tibi clariùs declarare poſſe, mihi difficilimum eſſet, cùm tamen didiceris in Alchymiſtarum ſchola gradus ignis obſervare, vaſa quoque mutare, tum demum videbis, mox atque lili tuum in ovo philoſophico fuerit excalefactum, admirandis apparere demonſtrationibus, ut corvo nigrius fieri, cygno poſtmodum ſucceſſu temporis albius, & poſtremò tranſiens per flavedinem ſanguine quovis magis rubeum. Cùm igitur Ægyptiorum theſaurum præ manibus habuerimus, eſt quòd in utilitatem noſtram convertamus, idque duplici magiſterio, priore quidem ad inſtaurationem ſanitatis humani corporis, poſteriore in tranſmutationem metallorum. In hujus uſum ut veniat, ejus primò pondus unum ſuper mille ſolis fuſi pondera projiciendum eſt, medicina tum demum præparata fuerit ad metallorum tollendam lepram. Item Phyſicorum in Ægypto nonnulli per hanc Tincturam annos centum & quinquaginta vixerunt. Aliorum vita prolixior fuit hoc medio, ut ex hiſtoriis patet. Eſt itaque Tinctura Phyſicorum univerſalis medicina quædam, quæ cunctos morbos conſumit non aliter quàm ignis omne lignum. Doſis ejus eſt valde exigua, ſed operatio potentiſſima. Per eam, inquit Paracelſus, curavi lepram, hydropiſim, caducum, veneream labem, guttam, colicam, &c. item lupum, cancrum, noli me tangere, fiſtulas, & genus omne morborum internorum & externorum.

XVIII. *Anonymus Philaletha* hoc ſeculo erat unus, qui hanc artem multis obſcuram & velut ſepultam ſcriptis dilucidare & reſuſcitare reapſeque comprobare dignatus eſt, is verò quis fuerit, non adeò apertè conſtat. *Auctor Biblioth. Gallic. Pariſiis editæ* dubitat, an non ille qui granum Tincturæ Helvetio Hagæ Comitis obtulit (adeas Lector *Vitulum aureum Helvetii*) fuerit is qui ſub hoc nomine latet. *Morhoſius de Tranſmut. Metall. p. m.* 143. refert, illum è gente Anglorum eſſe, quæ ut in aliis ita in hiſce palmam aliis multis præripit, hunc verò in Indiam Orientalem profectum, filio *Georgii Starkey* Pharmacopolæ particulam Tincturæ cum Tractatu pluſquam aureo *Introitûs ad occultum Regis Palatium* ſub fide ſilentii linguâ Latina conſcriptum communicaſſe: refert hic Auctor *cap.* 13. ſe Argentum Chymicum, quod in celebri Germaniæ urbe vendidit, inſoluto pretio reliquiſſe: is fortè (ſed tamen meræ conjecturæ ſunt) & ille fuit qui Ratisbonæ inſtar Principis ſplendidè degebat, mox tamen harum delitiarum pertæſus plebejo ſaltem amictu

amictu veſtitus Badæ Canonico cuidam comparuit, & artis hujus ſe gnarum eſſe pluribus indiciis, conſortio præſertim gaudens P. Emerico à Stahl prodidit. Auctor hic candidè ſed inſimul cautè magnum hocce ſecretum tradit, ut præcipuè notant *Auctor Triumphi Hermetici* & *Edmund. Dickinſon* Medicus Regius Anglus in *epiſt. ad Theodor. Mundanum*: Ille in *cit. Tract. Gall. de magiſt. Hermet. p. m.* 72. benè notat, quod ii qui Philaletham ſequuntur circa depurationem & animationem Mercurii vulgaris, fallantur, dum ad Mercurium ſophicum tegendum præparationis Mercurii communis ſingularem quendam modum ſiſtit, quùm tamen communis hic penitus exulare debeat, ut ſupra ſæpius jam innuimus: Poſterior ita candidè de doctrina Philalethæ judicat: Arbitror neminem hucuſque ſubtilius & verſutius impoſuiſſe Lectori ſuo quàm celeberrimus & expertiſſimus ille præſentis ſeculi Philoſophus Anglus qui Philalethis nomen induit; ille enim cùm Riplæi atque Raymundi Diſcipulus fuerit atque eandem quam illi materiam (nempe duo extrema & utrumque conjungens medium) ad ſuum opus adhibuerit, res tamen ſiccas & fictitias in ſcenam induxit; quas ita perſonas ſuas agere docuit atque omnia tum exactè quadrare fecit, ut ſi quis ἀμύητος intraret theatrum illius libri, non fabulam ſibi dari ſed hiſtoriam crederet, tum callidè & occultè ſe inſinuant omnia; Nihilominus haud parum debemus candori ingenuo ſubtilis illius Adepti, quod palam fateatur, ſcripta ſua quæ planiſſima videntur omnium obſcuriſſima eſſe, atque citius incautos homines in errorem ducere quàm alia quæ extant omnia: ſed an gratiæ ſint referendæ illius humanitati ſummæve miſericordiæ qua occurrit errantibus Alchemiſtis eosque per vaſtum Chemiæ ſolitudinem rectam ad ſanctæ ſophiæ ducere ſe promittit, ex ipſa via quam monſtrant, facilè dijudicandum. En ejus apertam brevem & rectam ſemitam! *Accipe id quod nondum eſt perfectum nec tamen omnino imperfectum, ſed quod tendit ad perfectionem & fac ex eo rem nobiliſſimam perfectiſſimamque.* Quò nihil unquam dilucidius eſt dictum, ſerio affirmat, nec apertiùs à quopiam dici poſſe ob metum anathematis. Ex hoc veluti pede ſciamus quantum à Philoſophis & quam Herculeum ad ſtudia noſtra promovenda ſit expectandum auxilium. Quò verò mentem hujus Authoris tanto dilucidius tradamus, nil melius agemus quàm ſi annotationes noſtras ad cit. Libr. *Introitus ad occluſum*, &c. benev. Lectori ſiſtamus, utpote quas non ingratas fore ſperamus:

Ad Cap. I. Totum ſecretum in Mercurio) Mercurium metallicum verum Lapidis principium eſſe, quod aurum, abſque quod heterogeneitatem injungat, in ſui primigeniam reducat ſeminalitatem, inde patet, quòd ipſe nil ſit niſi aurum fluidum & ſpirituoſum, cui ad ſummam perfectionis nil niſi benigna fixatio & concentratio talis ne ſpiritualis volatilis virtus deperdatur,

perdatur, deeſt, quam etiam in ſoluto auro acquirit. Hanc mercurii aureitatem *Philaletha* noſter expreſsè innuit *Cap.XIX.* &*c. II. p.m.5.* inquiens: Ex noſtrâ materiâ aurum verum extrahi poteſt. Et *Cap.XIIX. p.* 45. Quod ſi non noris quod ſit ſecretorum noſtrorum ſubjectum, oportet ut aurum iſtud philoſophicum pro vulgari habeas & vendas, cùm ſit omni auro præſtantius. Qui hic notatu digniſſimum arcanum de auro mercurii ejusque ad laboris abbreviationem uſu totum apertiùs recluſerit, nemo eſt quàm Philaletha, pro ut & Chym. Wegweiſ. dicit: Weilen es ſchwär das Gold zerſtören/und ſein Saamen außzuziehen / iſt ein leichterer Weg beſagten Saamen zu finden/ welcher noch nicht in Gold verwandelt/ weilen die Gold. (it. Silber/&c.) Erz nicht alle einerley Gattung / ſondern vollkommen und unvollkommen/ i. e. in ihrer erſten Geburtſtunden: Et *Tr. Aur. Lap. Phil. p. m.* 47. ait: Da man ſagt/ Unſer Gold iſt kein gemein Gold/nennen ſie das Waſſer ihr Gold/ſo durch Feur oben in die Höhe ſteigt.

Aurum immaturum, &c.) Natura per aſcenſus aſpirationum terræ atque earundem deſcenſus iteratos primò Mercurium facit, poſt ex eo per diuturnam coctionem fabricatur Aurum, ait *Dickinſon ad Mundan. p.* 117. Pariter ars procedit in Elixiris confectione.

Sal Sophorum) Hoc etiam dicitur Luna, Aurum album, Fœmina, Aqua pontica, Acetum acerrimum, Draco alatus.

Cap. III. Ex principiis Coſmopolitæ *Magnes* eſt aqua ſeu roris coagulati ſpiritus fixus redditus; *Chalybs* autem ejusdẽ ſpiritus adhuc fluidus.

In Evo) In ævo, quod Author ſumpſit pro regione Orientis.

Aſtra) i. e. ſtellam in ſuperficie apparentem.

Regium puellum honora, gazam aperi, auri donum offer) Alludit hic Auctor ad ea quæ poſt nativitatem Chriſti contigerunt: nimirum tres fuiſſe Magi perhibentur, qui ex Oriente, præeunte ſtellâ, Bethleemum venêre Chriſtum natum adoraturi; horum tertius natu minimus vulgo Æthiops fuiſſe traditur. Hi cum tribus Magis Philoſ. conferuntur, Saturno, Jove, Marte, quorum natu quaſi minimus Saturnus *Baſil. Valent.* niger vermis dicitur in *Thaumatol. Planet.* De *Nigredine* hac ſciendum illam eſſe Mercurium hunc Saturnino corpore indutum. Huic thus aſſignatur, quod mercuriale eſt Gummi & Jovi ætherio offerri ſolitum. Jovi Myrrha tribuitur condimentum mortuorum, quo etiam Joſephus ab Arimathea & Nicodemus Chriſti corpus condire voluerunt: Aurum quod fixum ſulphur eſt Philoſophorum morti datur, ſiquidem calcinandus Jupiter eſt & in cinerem redigendus. Theophraſtus & alii plures præſertim ex Veteribus Mercurium Triſmegiſtum Prophetam Regem & Sacerdotem ſiſtunt, Prophetæ autem thus, Sacerdoti myrrha, Regi aurum convenit, ſic & Chriſtus Sacer-

dos analogicè pro fratribus ſuis ſe vivum ſacrificium obtulit moriensque ſanguine illos à morte & leprâ peccati redemit & liberavit. Idem quoque Propheta & Rex agnoſcitur, tria hæc munera ſuſtinens in unâ perſonâ, ſicut & unus ex his tribus Planetis circulus conficitur, triangulum in ſe complectens. Eſt enim una eademque res, unus idemque Mercurius philoſ. ſed diverſo intuitu diverſa nomina ſortitus, unde Morienus: *Noſtrum Magiſterium unum nomen habet & unam diſpoſitionem ſeu confectionem & viam linearem, &c.* Ex Oriente venêre Magi: Leo noſter ab Oriente in arte philoſ. notiſſimus eſt, Aurum ſcil. Stella ſupernaturalis eſt Stella reguli antimonialis philoſophica analogicè, &c.

Cap. IV. In hoc & præcedenti, ut & *Cap. XI.* alludere Auctorem ad Stellam regulinam innuit quoq; *Cramerus de Tranſm. Metall. C.3. §.3. Cl.* Maëtz. autem in præparatione Reguli antimonii martiati ſtatuit Antimonium ſe habere inſtar Magnetis, abſcondens videlicet in ſe puriorem partem Martis, ſulphur ſcil. Solare, quo Mercurium antimonii animari ut Magnetem hunc dicit: Auctor auté ſale abundare ex ſphærâ Lunæ petito qui aurum calcinare valeat, nim. Magnes hic calcinatus per ſe facilè liqueſcit ob ſalis acidi copiam & terræ quæ remanet paucitatem; Aurum verò dum unà cum eo calcinatur terræ figentis paucitatem reſarcit, unà inſimul cum & à mercurio fluxibilitatem acquirens; ſic ergo patet, quî juxta *Kunckelium* uni dematur aliquid & alteri addatur. Quia verò Mercurius figitur non niſi ab acido & ſubtili terrâ metallicâ, facilè patet virtus Lapidis in projectione, in qua quia ſalinus eſt facilè Mercurium coagulat, Mercurius enim ſal libenter amplectitur & facilè per acidum coagulatur. Hoc autem, ut fieri poſſit, calcinandum prius aurum eſt, quod tamen per ſe nunquam fiet, ſed addito hocce ſale, quem Auctor menſtruum in ſphæra Lunæ vocat, *Roſarium Philoſ.* autem *Lunariam noſtram*, quæ ſcilicet vim habeat aurum in intimis ſuis poris adgrediendi, & lamellas ejus quibus arctiſſimè compaginatur diſlocandi, ut ex ductili fiat aſperum & facilè fragile & ob ſal ingeſtum facillimæ fuſionis. Quare & *Auct. Cord. Patern.* calcinationis artificium conſiſtere dicit in mortificatione hujus Lunariæ ſeu ejus ſalificatione, indeſtructo vel indepertito ſulphure auri, ſed potius poroſiori reddito, ut intra ſe humidum radicale Mercurii aſſumat, ſicq; Elixir medium inter durum & molle obtineatur: Ex ſalificatione autem iſtâ & inde fluxibilitate materię inductâ patet, quî dicatur in *Clang. Bucc. p.m.56. Noſtrum finale ſubjectum eſt habere medicinam quæ fluat ante Mercurii fugam*: item, *Sal metallorum eſt Lapis Phil.* Vel ut *Kunckel. in Obſervat. pag.* 24. ait, *Mercurius figi nequit, niſi ſalis metallorum adjumento*: in cujus confirmationem Idem *p.26.* refert ſibi notum eſſe *Sal ex metallis* igne intenſiſſimo præparandi, quod Sal (Sal ejuſmodi quod inſipidum & inodorum

eſt:

eſt Mercurius & omnia metalla habent) primùm in ſale & aceto ſolvitur aut cum iſtis extrahitur tranſitque cum illis filtrum, ſi verò ſemel ut alumen plumoſum concreverit, nullo deinceps nec aceto nec aquâ ſolvitur ampliùs, nec in ullo igne liqueſcit, præterquam immoderato calore, ubi lacteo vitro ſimile evadit. Poſtquam verò *Kunckelius* ſal illud eò redegit (fluidum ſcilicet illud efficiendo) ut in aquâ ſolveretur, ſuperinfudit Mercurio purificato, qui totus tremebundus tanquam hinc inde volitans apparebat, donec aquam inde calore abſtraxerit, ubi in reductione friabilem obtinuiſſe ſe maſſam refert, quæ poſt aliquot fuſiones & in teſtâ purgationes pulcherrimi argenti ℥jß. circiter reddiderit. De Calcinatione hac Philoſ. docet *Aurora conſurg in Turb. Phil. Cap. XX. pag.* 243. item *Rhenani Harmon. p.* 227. illam repræſentari combuſtione ligni, in quo primùm avolat frigidum humidum, dein unctuoſum quo ardet ſe manifeſtat, tandem relicto in cinere humido valde modico & ſubtili, fixo & perpetuo non inflammabili, quod eſt vitrificans & diaphaneitatem vitream ſpondet. Et hoc modo præcipitur fieri calcinatio Philoſ. ut dictum, & ipſa verè fit per acetum Philoſophorum ſeu per aquam permanentem & non re aliâ. Vid. *loc. cit.* ubi dein docetur Imbibitio, ceu quæ non in alium finem inſtituitur, niſi ut quod calcinatum eſt ex auro, à ſale calcinati Mercurii ſophici quantum ad ſufficientem fluxibilitatem opus eſt, imbuatur, quare monet Philoſophorum *Turba* Operatorem: Cineres in fundo vaſis ne vilipendas, quia illi ſunt diadema corporis & corona victoriæ, quæ eſt cinis rerum permanentium.

Cap. V. Chaos Sophorum) Chaos Veterum eſt noſter Saturnus, ait *Braceſchus de Alchym. Propoſ.* 98. Hic autem, ut notat *Salom. Biblioth. Chym. ad noſtr. Philaleth. Cap.* 22. eſt tumulus quo Rex noſter ſepelitur, unde non mirum Paracelſum quoque noſtrum Saturnum ita loquentem inducere: Spiritus meus eſt aqua emolliens fratrum meorum rigida & congelata corpora. Mundo minimè utile foret, ſi cognoſceret, aut ſaltem crederet, quidnam in me lateat, efficereque poſſim: utilius foret ſi mecum id quod poſſum facere calleret Alchymiſtarum omnes artes deſerens hoc ſolo quod in me eſt & per me fieri poteſt, uteretur. Frigoris Lapis eſt in me, hæc eſt aqua per quam ſpiritus congelari facio metallorum ſex in eſſe corporeum ſeptimi, hoc eſt aurum vel argentum promovere.

Opus hoc creationi univerſi aſſimilandum) Ab initio mundi erat chaos, i.e. Hyle, unde dicitur *Geneſ.* 1. Deus (i.e. artifex) creavit (i.e. miſcuit) primò cœlos (i.e. rarum) & terram (i.e. denſum) quos cœlos reddunt Philoſophi ſublimationem, terram autem mixtum nigrum, & ex limo iſtius terræ plaſmavit, i.e. multiplicavit Adam (i.e. Aurum) & cum Adam Viraginem, i.e. Tincturam. Ita *Anonymus Æyrenæus in Enarr. Geber. Medic.*

Eſto Lux & Lux erat) Ad horum verborum explicationem ait *Tollius in Manud. ad Cœl. Chym. p.7.* Tunde antimonium in mortario philoſ. & cribra i. e. funde in catillo & concutiendo infundibulum fac ut ſubſideat regulus, & is quidem, ſi rectè res geratur, unica ſæpe fuſione ſtellatus; habebis è veſtigio poſt tenebras lucem & quidem cœleſtem.

Cœlum eſt in quo Lunaria) *Ulſtadius Patr. Noricus* hoc explicat *in Cœl. Philoſ. p.217.* dicens: Quinta Eſſentia ſeu Aqua vitæ rectificata dicitur Cœlum noſtrum, quia poteſt ornari tam à duobus luminaribus majoribus, auro & argento, tum minoribus ſeu reliquis planetis: Vim habet convertere metalla in materiam primam, quæ eſt Hyle, i. e. primordialis materia Lapidis, quæ eſt reductio corporis in aquam, & fit Lapis ad album & ad rubeum.

Cap. VI. Aër Sophorum item Chaos noſtrum nominatur) Synonyma ſunt Chalybs, Magnes, Chaos, Aër Sophorum: Poſterius autem epitheton deſumpſit ut multa alia Auctor *ex Eſpagnet Enchirid. Phyſ. §.77.* ubi Aër naturæ cribrum dicitur: Aër quidem ob naturam volatilem: Cribrum verò quia cribratione philoſophica obtinetur, hincque apparet, quia artifici placet, demptis ſcoriis, ut in ſequentibus loquitur, apparenteque luce.

Aëris malignitatem temperabunt) Nullum hic nexum eſſe antecedentium & conſequentium notat *Salom. in Biblioth. Chym.*

Peroledos) Cit. *Salom.* notat inde ſignificari aquarum in aëre contentarum loculos.

Lucem à tenebris ſepara) Hoc innuit, quid *cap. ſeq.* velit docere circa ſufficientem præparationem Mercurii ſophici per aquilas, ut obtineatur aqua toties acuata ſeu rectificata, quoties pro ſublimatione debita opus eſt.

Cap. VII. Obſcuritates circa præparationem Mercurii ſophici hîc declarantur, proceſſus nimirum reguli ſtellati ita explicandus: recipe draconis ignei, id eſt, limaturæ chalybis libras quatuor, Magnetis, id eſt, antimonii vulgaris libras novem, miſce ſimul per ignem & ſalem nitri, ut fluant in forma mineralis aquæ, cui ſupernatabit ſpuma rejicienda, hoc eſt ſcoriæ, nucleus inde ſeligendus, hoc eſt, regulus, qui ulteriori nitri additione ita purgabitur, ut Saturnus in ſpeculo Martis ſuam formam adſpicere poſſit, id eſt, Regulus appareat ſtellatus: quia verò necdum taliter ſufficienter purgatus eſt pro balneo Regis, ulterius purgandus eſt à ſulphure impuro adhærente, quouſque commixtionem vel amalgamationem Mercurii vulgaris admittat, Sulphur enim adhærens in calcinatione inquinaret id quod ex Auro & Mercurio intimè commixtum eſt.

Dianæ columbæ) Præcipuum laboris qui hic jubetur, ſitum eſt in recta Mercurii purgatione, dubium verò an per columbas Dianæ ſint intelligendæ Lunæ partes duæ, non enim à Poëtis Lunæ columbæ attribuuntur, ſed

Veneri;

Veneri; Et potius per Dianam Mercurius (quem *Snyderus* filium Dianæ vocat) vel *Regn. Miner.* intelligitur; hinc videtur per columbas volatiles ſpiritus alasq́; Mercurii, ut vocat *Snyderus*, indigitari, ceu cit. *Tollius* in fuſione antimonii tales columbas conſpici refert, ſub florum forma apparentes.

Fulgente Luna) Hoc innuit Auctor Mercurium ſplendidiſſimum eſſe debere, inſtar Lunæ ſeu argenti nitidiſſimi: nimirum Lunæ vox variè ſumitur juxta *Libavium Syntagm. Alchym. L. I. p. m.* 84. dum alia eſt Luna vulgi, alia Luna fixa, item Elixir album, Luna etiam eſt in ſolutione antimonii, eſtque Luna aqua illa argentea, quam Dianam nuncupant. Diana Philoſ. ait *Dikinſon in Epiſt. ad Mundan. p.* 112. eſt Sulphur illud album ſeu terra foliata quæ Philoſ. Chemica Luna dicitur.

Cap. VIII. Hoc brevibus docetur difficultatem Alchymiæ conſiſtere præcipuè in recta cognitione, præparatione & depuratione Leonis viridis, æris Hermetis, quo cognito, ipſa operatio, nil ſit, niſi opus mulierum.

Cap. IX. Cadmi ſocios) Hanc allegoriam nil niſi Chemiæ deſcriptionem eſſe, qua Cadmus valde excelluit, docet *Meyerus in Symbol. aur. menſ. p. m.* 33. ut & in *Emblem. p. m.* 150.

Mercurius aquilæ unius, trium, ſeptem) His innuit Auctor, quid per aquilas velit, nimirum depurationes repetitas toties, quoties diverſa metalli magis vel minus edomabilis natura requirit.

Primo enti metallorum) Mercurii homogeneitatem cum auro indigitat Auctor, quare & *Riplæo in Clavi aur. portæ p.* 245. dicitur Leo viridis, id eſt, aurum viride multiplicabile & ſpermaticum, quod à natura eſt adhuc incompletum, poteſtatem habens reducendi corpora ad primam materiam & efficiendi fixa ſpiritualia & fugitiva; & propterea etiam meritò vocatur Leo, quia ſicut omnia animalia bruta ſe ſubjiciunt Leoni, ſic omne corpus metallicum ſiſtitur poteſtati illius vivi Mercurii noſtri. In *XII. Port. p.* 76. ubi antimonium vocat primam terram cum ſua propria aqua viridi, jubet, ut cùm Leo, id eſt, aurum ſitit, fiat ut bibat, donec ejus corpus corrumpatur; tunc enim ut *pag. ſeq.* loquitur, corpus docet ſpiritum ignem pati, & ſpiritus corpus ingredi ad tuum placitum. Quare quod *Major* in *Gen. errant. Ff. l.* de Mercurio vulgari, quem pro primâ metallorum materiâ habet, refert, id de Mercurio Philoſ. eſt intelligendum, nimirum Aurum ab ipſo in ſaniem quandam metallicam converti aut quaſi devorari, dum quod antea firmiſſimum erat & flammis nullis ſolubile, citò & ſine ſtrepitu in omnium minutiſſimas & tenuiſſimas minutias fatiſcit atque intra Mercurium abſcondit ſe. Rem ulterius comparat ſeparationi duorum annulorum catenæ decuſſatim ſibi cohærentium, inſerto inter eos in medium digito aut ſtylo, neque enim aliter fieri ſibi concipit particularum auri celerem illam à Mercurio

 diſſolu-

diſſolutionem, quàm quod incurvæ hujus minutiæ agiliter ſe inſinuent intra repandas auri minutias decuſſatim aut catenatim ſibi cohærentes; ſuique obtruſione eas in diſtantiolam aliquam diducentes; cujusmodi Mercuriales atomos figuram incurvam habentes hoc lubentiùs ſibi imaginatur, quò certius eſt ipſum in fuſione currentem vel millies in minutiſſimos globulos, non ſecus ac vulgaris Mercurius, colligi atque ſic veroſimiliter recollectis in orbem & citò inordinatis ſemicirculis ſuis, in perpetuam iſtam ſphæricam figuram convolvi, ſicut humor cryſtallinus oculi piſcium coctus ex meris ſemicirculis componitur; neque enim Mercurii minutiæ ultimò inſectiles ſeu atomi orbiculariter ſe habent, eò quod in minores & minores globulorum globulillulos ſubdividantur microſcopii viſum effugientes & denuo in globulos compingantur; in Geometria enim abſurdum eſt Orbes ex orbibus in ſuperficie ſe contingentibus ſine glutine interpoſito componi.

Cap. X. Sulphureus ignis in Mercurio) *Poterius Pharmac. Spagyr. p.m.*412. ignem diſtinguit in naturalem & intrinſecum, ac artificialem & extrinſecum, hic illum juvat & ad agendum proritat; nimirum igneus noſter Mercurius primò agit in aurum ipſum incinerando formamque ejus privando & ita ipſum aurum ab igneitate Mercurii occulta comburente diſſolvitur & patitur. Poſteà verò Mercurius dum venit in igneitatem auri regenerantem, non comburentem ipſum repatitur ab auro, & auri igneitas poſteà in ipſum Mercurium aget, ipſum à fœditate ſuâ purgando, diſſolvendo, regenerando, informando & in melius reducendo: Unde *Albertus M.* Factus fui ſcilicet pater Mercurius perſecutor filii mei ſcilicet auri, ſed jam factus eſt perſecutor meus. Idem *Albertus* in Proceſſu ſuo ſuadet materiam Lap. Philoſ. ponere in urinali vel vaſe cum foramine parvo aperto & ſupponere ignem lentum, ſic enim vapor ſurſum dirigitur & evolat quod volatile de eo eſt & fuliginoſum per foramen ſtrictum operculi colli. Cùm ergo præfocatur, redit ad ſubſtantiam citrinam, convolutus in ſe ipſo; quod poſtea acceptum tinget quodcunque metallum in colorem auri & fortè pulchriorem ſi fuerit nobile Elixir, in quo nullo erravit Artifex. Putrefactione, ait cit. *Poterius Pharmacop. p.*412. (cujus velut appendices ſunt Digeſtio & Circulatio) purum ab impuro ſegregatur, multa renovantur & in novam formam adducuntur, ſic etiam per eam multa vitâ exuta revireſcunt, corroſiva quæque acrimoniam deponunt, lævia & dulcia efficiuntur; venenata & efferata cicurantur, colores tranſmutantur & alia mira præſtat.

Cap. XI. De Origine ac Inventione Magiſterii hic tractat Auctor, nimirum ex origine omnium metallicorum, quæ cùm ſit Mercurius, Philoſophi videntes hunc ut infantem Saturni ſulphure Martis imprægnatum & columbis

lumbis Dianæ probè depuratum, ceu Solem indigeſtum & primum ens auri hujusque ſtylangem eſſe adhuc volatilem nondumque coagulatum (coagulatus enim eſt de pondere auri & argenti) bene judicaverunt illum eſſe poſſe agrum, in quo Sol ſatus ſeminaretur & multiplicaretur, unde aurum mercurio commiſcuerunt & fixum factum eſt volatile, durum molle, coagulatum ſolutum, ſtupente ipsâ naturâ; igne hinc bené & diu ſatis digeſtis mortuum vivificatum eſt & vivum mortificatum, putruit corpus & glorioſus reſurrexit ſpiritus animaque exaltata eſt in Quint. Eſſent. ſeu ſumam Medicinam, reſultantem ex cohobatione naturarum harum unius ſuper aliam ut virtus digeſta ope indigeſti penitus extrahatur. Quapropter opus tum præparatione ingredientium, tum Exterorum diſpoſitione, tum Regimine accurato ignis, tum exactiſſimâ Operis univerſi cognitione, & tandem Patientiâ ne præcipitatione operis id deſtruatur. Sicut autem granum frumenti mortuum per ſe velut eſt ante ſationem, per quam ſemen dicitur poſtea, ſic aurum mortuum velut eſt, quamdiu eſt in forma annuli, vaſis, &c. ſed quando tum Mercurio noſtro junctum eſt dicitur vivum & chaos noſtrum philoſ. in quâ vivificatione menſtruum mortificatur juxta dictum Philoſ. Vivificandum eſt mortuum & mortificandum vivum, dum ſcilicet aurum in mercurio amalgamatum continuè coquitur, unde diſſolvitur, quia aurum reſpectu mercurii eſt velut ſemen & mercurius erga aurum velut bona terra reſpectu grani frumenti. Auctor der Offenbar. Göttl. Majeſt. p. m. 125. ad Vegetationem & creſcentiam auri ſimiliter utitur ſimili grani tritici, quod ut explicatur ad multiplicationem, ſic aurum humiditate ſua radicali, aquâ ſcilicet mercuriali, ut terrâ conveniente, cibatum & inebriatum in infinitum creſcit, prægreſsâ debitâ ejus putrefactione, ut porrò loquitur. In *Auguſtiani Op. MS. meo p.* 203. elegantiſſimè etiam Opus Philoſophicum comparatur ſeminationi agricolæ quæ ut decenter fiat in terram præparatam grana injicienda, ut putreſcant, & in primam materiam reſolvantur; Pariter ergo aurum ut durum corpus mollificandum eſt, & in mercurium ſophicum, è quo ortum, reducendum, quo facto ait: Semina aurum in terram ſuam laboratam & præparatam, quæ terra eſt aqua propinquior omnium metallorum, in quâ non oportet, quòd aliqua alia materia ſit decocta; Quoniam ſicut aqua uſualis capit virtutem cujuſcunque rei decoctæ in eâ, cujus decoctione aqua uſualis non eſt pura; ita noſtra aqua capit virtutem cujuſcunque rei miſtæ & decoctæ in eâ, & ideò oportet ut ſit pura & munda; quæ ut melius mundificetur & purgetur, debet acui, ut facilius ingreſſum capiat & virtutem auri & argenti quæ in eâ decoquantur, & aurum & argentum per iſtam decoctionem una & eadem res ſint cum ea, & ita reducantur in primam materiam, ſcilicet Mercurium. Hinc decoctione & putrefactione

terra

terra ſeparatur ab aquâ, & nigra fit, aquaque inſpiſſatur, adſcendente parte volatili, relictâ calcinatâ in fundo vaſis, quæ dicitur ſublimatum, id eſt, nobilitatum : *P.* 231. dicit *Idem* : Philoſophi volunt nutrire granum eorum humore connaturali donec figatur & fructum afferat talem, qualem ipſum granum intrinſecus habet, & volunt vivificare id quod mortuum eſt à formâ metallinâ, quouſque præſtet fuſionem metallinam perfectam, & talem Vivificationem ſeu nutrimentum aliqui Philoſophorum vocant Ingreſſum; *Geber* hoc ſuadet, dum ea, quæ ingredi nequeunt ob ſpiſſitudinem, ad id diſponuntur multiplici reiteratione ſolutionis ſpirituum non inflammabilium. *Avicenna in Tract. Turb. Phil. p.* 466. docet, qualiter Medicinæ ingreſſus ſit conciliandus, nimirum repetitâ imbibitione Mercurii ſophici, quouſque materia figatur & efficiatur fuſibilis pluſquam cera. Ablue terram, contere & coque eam, donec de ſuâ biberit aquâ, quantum bibere poſſit, vel donec ipſa terra fuerit, ſicut paſta adhærens cum aquâ : Ad hoc faciendum ſufficit aqua & azot. Videtur nimirum repetitâ mercurii comixtione & calcinatione ſal Elixiris fixi ſucceſſivè augeri & terra craſſa auri præſens, quæ ingreſſum impedit, plurimùm temperari, ita ut dein Elixir ante Mercurii exhalationem ingreſſum habeat; Mercurius enim calcinatus, juxta *Kunckelium*, facilè liqueſcit & vitreſcit, quod verò facilè fluit, copiam ſalis ſufficientem monſtrat : Hinc & in *Nov. Lum. Arnold. p.m.* 510. *Vol. II. Turb.* docetur, Cinerem qui fuſione caret, ut ingrediatur & tingat, ſudore ſuo opus habere, id eſt, aquâ permanente; qualem aquam faciat is, qui ſcit facere vitrum; hæc enim materia nil aliud eſt quàm de ſeipsâ vult ſibi adjungi, nam omnia, quibus indiget, in ſe habet; Et ſic ex iſto cinere habebitur Lapis fuſilis tingens.

Auri ſtylangem) Quid per hoc intelligatur, optimè norunt Aurifabri Aurum depurantes.

In domo Arietis) *Auctor Novi Luminis* ait *in Ventre Arietis*, per hunc autem Ferrum indigitatur.

Exigua jam eſſet malignitas arſenicalis) Nimirum dum à ſcoriis purgatur reſtitat tamen adhuc aliquid, ſcilicet juxta *Pantaleonem* circiter decima pars, quare notanda Auctoris verba ſequentia : *Quouſque nullam relinqueret in deſtillatione ſua in fundo remanentiam*, unde ſolem immaturum, Lunamque ſuam vivam Philoſophi nominarunt.

Cap. XII. Cohobatio duarum naturarum) *Vid. Treviſanus in Epiſt. de Transmut. Metall. Roſar. Philoſ.*

Rerum opus ingredientium, &c.) Notæ veræ materiæ Philoſoph. ſunt, 1. Ut materia ſit duplex nomine ejusdem generis. 2. Ut ſit mineralis & radicis metallicæ. 3. Ut ſit fuſionis facillimæ & habeat partes Spiritus vini

& vola-

& volatilis. 4. Ut tum partes volatiles tum fixæ ſimul junctæ putrefiant, & in putrefactione perficiantur. 5. Ut in coctione colore nigro, albo, rubeo appareant. 6. Ut ſi ſit ad album in Argentum, rubrum verò mercurium metalla imperfecta in aurum mutet.

Cap. XIII. Barbaria aut Guinea aurum) *Ludolf. in Hiſt. Æthiop. p.* 105. refert in Æthiopiâ dari multum auri, ut & in aliis Africæ regnis; *Dapperus* refert in regionibus Guineis maximè in littore apud fluminum cataractas Æthiopes urinatores in fundum ſe dimittere, patinis ligneis arenam haurire, quam poſtea lavent, & graviora quæ ſubſidunt, haud ſatis purgata, peregrinis mercatoribus vendant.

Sulphur ex altera parte) Sulphur Philoſophorum etiam dicitur Corpus, per quod non ſaltem id quod tres dimenſiones habet, intelligitur, ſed fixum, prout Animæ nomine intelligunt volatile, & per Spiritum id quod ligat animam cum corpore.

Sine Ære ſuo) Æs Philoſoph. eſt Aurum eorum, dictum quoque Laton.

Verùm) Aurum hîc legendum.

In potentia) Deficit hic quidquam, nimirum, ad recipiendam vitam.

Serpentis inſtar ænei) Potius fuit vitulus aureus, *Exod.* 32. à Moſe in cineres combuſtus, cujus occaſione ait *Borrichius de Ort. Chem. p. m.* 48. Neq; quiſquam fundendo, eliquando, urendo ſimplici igne, ita intima auri viſcera exenteraverit, ut potulentum evadat, & non ſtatim projectum in fluvium, ſubſidat in fundum, niſi Chemiâ & quidam arcaniori Duce. Reddatur, ſi vacat, pulvis ille auri tenuiſſimus ſive elimando, ſive tundendo, terendove, uratur vel decies, mox aquæ infundatur, petet è veſtigio fundum & hiatum potantis eludet. Non adducam illud *Nicolai Lyræ* teſtimonium, qui in hunc Exodi locum commentando refert, tradere Doctores Hebræos, reos filiorum Iſraël bibentes hanc aquam pulvere vituli infectam in barbis poſtea colorem aureum retinuiſſe, alios non item; hoc enim ſi verum, miraculum ſpirat, non opus Chemiæ. Poſſe autem aurum corrumpi, & à ſuis velut annellis exire, ut reclamaret tota Pyraemonum cohors, nihil efficeret, docente ipſo Dei Spiritu, 1. *Petr.* 1. *v.* 7. & *v.* 18. aurum eſſe φθαρτὸν & corruptioni ſubjectum. En verba: Εἰδότες ὅτι οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ ἢ χρυσίῳ ἐλυτρώθητε. item τιμιώτερον χρυσίου τοῦ ἀπολλυμένου. Quod ſi quis minus dictum propriè exiſtimet, ſciat, idem tridui experimento poſſe demonſtrari.

Cap. XIV. Res propriis nominibus non nominavi) Mercurii præparationem indigitat, quam *Cap.* 7. ænigmaticè ſiſtit.

Cap. XV. Talem Mercurii & auri depurationem expoſcit Auctor, ut ne minimum de ſulphure arſenicali vel impuro metallo binis ingredientibus, Auro & Mercurio admixtum fit.

Cap. XVI. Amalgama Philoſophicum ex dupla vel tripla proportione hic docetur, ſcil. Mercurius intimè auro vel argento mixtus. Ad amalgama autem hoc conficiendum ſæpe ſtilo corallino albo uti ſe *Autor* ſcribit, quo nempe Mercurium ſophicum indigitat. Qualis nimirum in *Agricol. Rhomæi Vade mecum Philoſ. p.*220. marmori inditur, ſupra quem corpus in atomos teritur, & ſine quo calcinatio nulla operi noſtro proficua habetur.

Cap. XVII. & XVIII. Quæ de Vaſis proportione, forma, materia & clauſura hic dicuntur non ad literam ſed ſenſu philoſophico intelligenda ſunt, ceu hanc in rem bene ſcribit *Meyerus Symb. aur. menſ. p.m.*427. magnæ ſubtilitatis eſt ita ſcribere, ut conſcii ſaltem intelligant, at majoris ingenii ex ſeipſo inveſtigare ratiocinando quid ex ſcripto intelligi debeat. Hinc quid per Vas hic velit, Philoſophi conſulendi, qui pro illo aquam ſuam ſeu Mercurium intelligunt, prout ait *Arnoldus de Villanova* : Lapis fit in uno vaſe, fit enim cum aqua noſtra & ex eâ, illa enim corpora ſolvit, calcinat, in terram reducit, dealbat & mundificat. Et *alibi*, in aquâ noſtra ſunt omnes operationes. Sulphur vas naturæ *Lullio* dicitur. Per vas hoc Hermetis & Mariæ itidem indigitari aquam Philoſoph. adſtipulatur *Hoghelande Theatr. Chym. Lib. I. p. m.*139. ubi dicit, hoc vas in debitâ proportione auro ita miſcendum ne nimis hoc diluatur vel inſufficienter reſolvatur. In *Tract. Mariæ Prophetiſſæ in Turb. Philoſ. p. m.*34. hinc dicitur: Vas *Vas Hermetis quod Stoici occultaverunt non eſt vas nigromanticum, ſed menſura ignis tui.* Quibus verbis ſubjungit *Mayerus Symb. menſ. aur. pag.* 63: Ideo in cratere ignis flammam plumbei coloris moderabatur ſibi contrarium elementum, nec exceſſit unquam crateris oras; id eſt Mercurii humidum frigidum defendit materiam à combuſtione, ipſiusque ſulphur internum exuſcitat ſulphur internum ſolis ut vi ignis exaltetur & à compedibus liberetur. Mon fils eſt comme un lion, qui le fera lever, ceu in figurâ præfigitur Bibliothecę Pariſiis impreſſæ. Furnus quis jam ſit intelligendus docetur, nimirum non tam externus perquam artificioſè inſtructus, quam furnus ſeu ignis internus ceu in quo tota conſiſtit perfectio, prout Auctor ait: Hunc ignem de furno noſtro ferè ſecreto intelligi volo, quem oculus vulgaris vidit nunquam.

Cap. XIX. XX. XXI. XXII. uſque ad XXXI. Ipſum modum præparationis ſiſtit unà cum variis regiminibus, præſertim inſtructione ad regimen Mercurii, quod *Treviſanus* & *Baſilius* reticent. Quantum autem ex inſtructione colligere eſt, diſtinguit Auctor elixir in tres ordines primi, ſecundi & tertii. Ex quibus *Primi ordinis Elixir* dicitur quod ex materia phyſica unico lineali, motu per aquilas volantes Philal. quæ ſunt vaporationes, i. e. ſublimationes ſeu primâ rotæ circulatione perficitur, quale productum in arte Elixir corporum vocatur, nimirum ſulphur Philoſophorum vel aurum ſophorum

nondum

nondum tingens quod ſemel tantum cum mercurio calcinationem ſubiit & coloris eſt mortui ſcilicet nigri, ita tamen ut inde auri vivi nomen obtineat, quod ſcil. cum novo mercurio ſæpius decoquendum eſt: Quoad proportionem ponderis auri & mercurii juxta Auctorem præſertim *Cap.* 19. eſt id in dupla vel tripla proportione Mercurii ad corpus, juxta *Poterium* in quadrupla, imò juxta *Sidonium* in Parab. in decupla, juxta *Zvvölferum* verò in octupla: quoad pondus *Faber* exiſtimat ſufficere, modò pars fixa ſolvatur à parte volatili: tali ſcilicet prima fuſione & calcinatione repagula auri vulgaris ſolvuntur vel ut *Philaletha cit. l.* loquitur ejus corporis incantamentum ſolvitur, ſine quo aliàs opus mariti perficere haud poſſet, quare dein ſol noſter dabit opus binis aut ternis menſibus citius perfectum quam aurum vulgi eritque virtutis efficacioris in projectione: Hinc & *Auctor Tumuli Paupert. Cap. V.* Sal auri philoſ. duplex dicit reperiri, minus ſcilicet ſolum argentum & mercurium vulgi vel metallorum tingens in aurum, & majus quod reliqua impura metalla tingit & depurat igneitate ſuâ penetrativâ; unde illud Medicinam primi, hoc ſecundi vocitat. *Secundi ordinis Elixir* id dicitur, quando aurum vivum per ſeptem imbibitiones rotatur, tandemque poſt ultimam imbibitionem putrefit, dealbatur & rurſus coagulatur, nimirum aurum vivum vel noſtrum de novo in aquâ noſtrâ ſeu mercurio antimonii reſolvitur, ut conſumatur ut prius ad remanentiam humidi radicalis metallici in parte minutiſſima ſed efficaciſſimâ, ſcilicet ſalinâ calcinatâ, cujus ratione terra hæc auri terra ſitiens fit & frequenti reiteratione calcinationis & ſolutionis magis pingueſcit & fuſilis redditur, ut dein eò citius novum additum mercurium in ſui naturam convertere poſſit; Quod verò reiteratio hæc ſolutionis & coagulationis augmentum virtutis conciliet, patet experimento *Scoti in Quæſt. MS. p. m.* 98. quia ſi auri ℥j. *ſemel ſic præparati in ſpiritûs* ℔j. ſolveris, fixat eum in una die: ſi quater vel quinquies reiteraveris, fixat ℔j. in una hora, quia augetur medicinæ virtus reiteratione talis decoctionis, quod inde Philalethæ Elixir medium dicitur, ut medium inter primum & tertium, ſic tamen ut eatenus Elixir ſpirituum dicatur, quatenus Elixir primum poſt completas imbibitiones iteratò moritur, putrefit & renovatur; corporum tum elixir adhuc verè eſt in quantum ultimam ſuam ſpiritualitatem nondum eſt aſſecutum, id quod per philoſophicam fermentationem ſeu Elixir tertii ordinis obtinetur, de quo poſtea. In *Dialog. Dæmogorg.* habetur hæc explicatio trium medicinarum: Sublimatio primi gradûs, ait, eſt dum Lapis noſter mundatur & purificatur ab impuritate corrumpente & redditur purus & volatilis. Poſteà figitur & id dicitur gradus ſecundus præparationis: tertius verò gradus adminiſtrationis Lapidis eſt ut fixum faciamus volatilem, & hæc eſt multiplicatio: gra-

dus ergo primus eſt Præparationis, ſecundus Fixionis, tertius Multiplicationis. Corpus enim aduſtum Phœnix eſt & comburendo renovatur: Aurum ſcilicet & Argentum meliora & ſubtiliora ſunt facta, quàm ſi manerent in natura communi, ſic enim ſunt penitus mortua & nullam exercere poſſunt actionem. Hinc ut metalla nobilia & munda tranſmutare queant ignobilia, oportet ut prius alterentur & penetrandi acumen obtineant, ſolutione decenti factâ in liquorem & in calcem reductione. Calcinatione volatile tollitur & remanet ſulphur & ſal fixum quæ ſubſtantiæ naturæ amicæ ſunt & cardiacæ, ait *Poterius*. Omnis enim res, ut ait *Geber. C.64.* calcinata facilius in aquam reſolvitur. Et tunc quoque varii Colores ſunt conſpiciendi, nimirum ab initio poſt conjunctionem Auri & Mercurii (quæ regimen Saturni eſt) & calcinatione factum ſulphur auri in carceribus Saturni occultatum & captivum detinetur ſub nigro colore, unde ſulphur hoc ſolaris naturæ liberandum eſt, quod verò aliter fieri nequit, niſi per Mercurium, qui artifex eſt & vita captivi & ferè emortui ſolis. Dum ergo Mercurius ſophicus regimen ſuum adoritur velle quoddam habet ſe promovendi in aurum, ubi profectò non leve certamen oritur inter Mercurium & Saturnum, donec poſt nubila, phœbeia proles incipiat paulatim liberari, Saturnique potentiam in tenebroſa nocte pedetentim ſuperari contingat: hactenus enim Nigredo; quâ diſparente & Jove jam ſceptra acquirente varii Colores emergent & denique Albedo ſuccedet, ſubſequentis regiminis Lunaris indicium; quo peracto, etſi teſtante Philaletha, jam Lunaris Lapis perfectus ſit; nihilominus ulteriori ſed debito ignis regimine mota materia Veneris ſe imperio ſubmittet & virideſcet: verùm cùm & hæc ſuum abſolverit ſphæram, ſuccedet flavo bruneoque colore Mars cum variis intermediis coloribus, donec tandem Sol victor evadat. Et ſic ſub Saturno quidem terrena potentia reſiſtat: à Mercurio verò diluatur & vincatur. Sub Jove aër clavum teneat; ſub Luna aqua cui, ut etiam aëri Venus ſuum debet regimen; Sub Marte ignis: ſub Sole verò Lux. Cæterùm, lætiùs videntur hi Colores quàm ratione indagari poſſunt, dicente *Tackio Chryſog. p. 173.* id quod tamen ab acido, volatili & terra derivandum. *Tertii ordinis Elixir* id dicitur, quando ſulphur incombuſtibile igneum cum partibus tribus auri optimi in crucibulo cautè miſcetur & poſtea maſſæ hujus parti uni novus mercurius ad partes binas miſcetur & ut prius funduntur, quo medicina longè ſpiritualior & penetrantior reddatur; quare & *Philalethæ Elixir ſpirituum* dicitur, cujus tantò efficacior tinctura primo elixire, quantum aurum & argentum ab hoc penetrativâ vi & ſubtiliativâ ſuperatur, cujus tranſcendentis virtutis ſpiritualis reſpectu primæ perfectionis Elixir hebes corporeumque magis judicatur, Corporum elixir inde dictum.

Cap.

Cap. XXXI. Fermentatio Lapidis. Fermentatio hæc juxta *Libav. de Lap. Phil. p.m. 68.* ob nullam aliam inventa eſt, niſi quia Lapis initio genitus & operatione ſecunda auctus, labefactatus eſt nimia copia mercuriali, atque ita interempta vis ejus, quæ ſe erigere non poteſt, niſi fermento efficace tanquam animâ denuò adjectâ. Unde & dein varii Colores apparent, quia ſcil. Sulphur hoc Phil. dictum ex calcinatione mercurii ſale acido maximè ſcatet, ceu à quo etiam fluxibilitas emergit, quale acidum ſe immiſcens novæ terræ additæ ſolari dum novum aurum miſcetur, illam ſolvit hincque varios Colores apparere facit, qui tandem in rubicundiſſimum deſinunt, quia ſcil. ſale ſuperfluo & terrâ ſubtili coagulum hoc mercuriale ſcatet, quibus dein Mercuriũ vulgi in aurum coagulare valet. Mercurius enim ait *Kunckelius*, figi nequit, niſi acidum aliquod & ſubtilis metallica terra ipſi opituletur, i.e. tale ſal metallicum ſeu acidum forte terreum grave. Quantum verò poſſit Fermentatio cum novo Auro vel Argento inſtituta patet ſaltem è ſalibus aliorum metallorum eorumque agendi efficaciâ in aurum commixtum; ſic namq; elegans experimentum eſt *Berlich. de Med. Univ. C. IX. p.m* 31. ita referentis: Auro puriſſimo in Crucibulo pyriformi liquato partes decem de ſale martis adjeci texique tegulâ & ſic igne fortiſſimo per tres horas in fluxu detinui, tandem per ſe frigefactum Crucibulum aperui & Aurum licet ponderoſiſſimum metallum in ſuprema media parte conſpexi, ſal verò totum in nigricantem poroſam vitream maſſam permutatum & pondere quarta parte auctum reperi; Mirandum verò ſalem iſtum cum Auro tantam habuiſſe fermentationem, ut iſtud ad ſummum elevaverit & in medio portaverit, ſed etiam ſoli nec ponderis accreviſſe nec ſplendoris multum; Si autem in lapide lydio examinaretur Lapidem non colore aureo, ſed rubicundiſſimo (cupri colorem ſuperante) pinxit & ejuſmodi colorem non ſolùm in externis ſed etiam mediis partibus exhibuit. Iſtud Aurum cineritio purgatum hoc modo pondere nonnihil auctum, pòſt etiam rubicundiorem auro finiſſimo in lapide lydio oſtendit colorem, infortunio autem deperditum eſt, ut cum iſto non alia viderit experimenta *Berlichius*. Judica ergo, inquit, quid futurum ſit, ſi talis labor cum ſale ex auro ope antimonii confectum per aliquot dies continuaretur.

Cap. XXXIII. Lapidis multiplicatio. Ratio multiplicationis in eo conſiſtit, quod Tinctura nil ſit niſi Mercurius in caractere Solis ſeminali concretus & fixatus; nec differat ab eodem niſi in qualitate aſſumptæ ſpeciei & fixitatis, quam ergo utramque novus Mercurius tincturæ additus & ope digeſtionis aſſimilatus, ab eadem facilè recipit, eundemque in quantitate & qualitate auget.

Cap. XXXIV. De modo projiciendi. Cauſa tingendi ſita eſt in indeſtructi-

bilibus terreis & ſubtiliſſimis acidis ideoque penetrantiſſimis tincturæ particulis quæ per ignem in motum elaſticum verſæ, non poſſunt non radicaliter liquatum homogeneum metallicum Mercurium ſubire & radicales poros, particulis ſuis incuneatis, juxta earum figuram & motum transformare.

Cap. XXXV. De multiplici uſu hujus artis. Quod Uſum Tincturæ attinet, iſta non tantùm in nobilitandis metallis, ſed etiam infirmitatibus humanis, quantum de lege naturæ conceditur, omnibus tollendis efficaciſſima eſt, adeò ut culmen ſpei renovationis unicum heic ſupereſſe omnes Adepti uno ore fateantur. Hac Perſas credere CHriſtum miracula in ſanandis morbis perpetraſſe *Chardin. in Itiner.* refert, *Henr. Sike* verò *Bremenſis in not. ad Evang. Infant.* non veretur adducere Perſas credere Salvatorem tinctoriam artem exercuiſſe, unicaque tinctura pannos cujuslibet coloris exhibuiſſe, indeque tinctores Perſas eum pro patrono venerari & tinctoriam demum Officinam CHriſti appellare. Quod de Magiæ naturalis & Cabalæ ſummis ſecretis, per Tincturam acquirendis, *Julius Sperberus Iſag. ad DEI & Naturæ cognit.* it. *Autor. Agric. Parv.* habent, recenſere ſuperſedemus; Interea exinde rationem reddimus, cur *Fratres Roſaceæ Crucis* tranſmutationem metallorum parergon habeant, nimirùm quòd pariter in illa adhuc majora arcana, quæ ipſis ἔργϰ nomine tantùm digna reputantur, ſuſpiciant. Vide *Famam & Confeſſ. Fr.* it. *Julianum de Campis, Böhmii ſcripta, Arndt. Chriſtianiſ. Gerhard. Præfat. Meditat. aliosque Theoſophos*, auream mediocritatem his in rebus obſervantes. Sic & *Ripleus in Port. X. p.m.*8. ſymbolizationem Lapidis Philoſoph. cum fidei articulis ex ſequentibus CHriſti verbis innuit: *Si exaltatus fuero tunc omnes ad me traham*: nimir. pariter medicina noſtra ſi exaltata fuerit, erit nobilitata, quod fieri debet, inquit duobus modis; ab eo tempore quo partes ſunt deſponſatæ quæ ſunt crucifixæ & exanimatæ contumulantur ſimul mas & fœmina, & poſtea revificantur ſpiritu vitæ; Tunc ſurſum in cœlum debent exaltari, ut ibi corpus & anima glorificentur, nam debes illud adducere ad talem ſubtilitatem ut adſcendant ſimul & poſſint inthroniſari in nubibus ſplendentibus angelis conſociata, tunc tradent, ut videbis omnia corpora ad ſuam propriam dignitatem. Hujus occaſione notatu dignum quod ſub finem *Canon. Apoſt. Clementis ſub finem Decret. Gratian. Corp. J. Can. p.*1272. extat, ubi commendat is *Clementis epiſtolas duas & Præceptiones* quas dicit Epiſcopis per illum (per me Clementem) in libris octo nuncupatas eſſe: quas omnibus publicare non oporteat, ob quædam arcana quæ in ſe continent. Nimir. *in Epiſt. II Clem. pſeudogr.* dicitur: Interrogatus à quodam Dominus quando regnum ejus adventurum eſſet? reſpondit. Quùm duo unum erunt & quod exterius ſicut interius & mas cum fœmina, nec mas nec fœmina, id quod in Opere prædicto Philoſ. oculatus quiſque facilè animadvertere

vertere

vertere poteſt, quin & obſcuriſſima aliàs Apocalypſeos Johannis Theologi (cujus ne milleſimam partem ſe intelligere *Sebaſt. Caſtalio* refert) ſibi dilucidare; ſed non niſi ſanis ſana, nec niſi mundis munda.

ART. III.

De artificiali Mineralium & Metallorum Vitrificatione.

ELEGANTIA ſunt, quæ de Vitris ſtillatitiis ut & anaclaſticis in *Ephemerid. Curioſ. German. Dec. I. & II.* tum à Viro Illuſtr. *Franciſco Redi*, tum *Roſino Lentilio*, tum *Morhofio* erudito orbi exhibentur, quibus tamen meo judicio, quoad inſignem utilitatem quàm in Alchymicis & Re Medica præſtare poterunt, longius antecellunt Vitra Metallorum, qualia ut & Mineralium, Lapidum, omnium, facillimè & citiſſimè abſque fixis ſalibus abſque ullo addito plumbo ſe in fornace compendiosè extructâ in Vitra redigere poſſe liberè ſcribit *Theodorus Gummert Epiſtolâ divulgatoriâ ſpeciali An.* 1677. *Dreſdæ editâ*, in qua præter dictam Vitrificationem etiam de certa purificatione Vitrioli, Mercurificatione Ferri & Cupri peculiarique probâ mineræ cujusdam Bohemicæ candidè mentionem facit, quin & terræ cujusdam vitrificæ fluxionem vitrificatoriam inſigniter promoventis: Quanta autem ſit nobilitas Vitrificatoriæ operationis *Exc. Bohnius Diſſert. Chym. XIII.* §. 1. candidè ſiſtit, dum ait: Vitrificatio ignis potentiæ deſtructivæ maximè reſiſtit adeoque metallo perfectiori & puriori Auro fixitate & immutabilitate prorſus accedit hoc protechniæ productum, ut cum illo idem ignis purgatorium intrepidè ſuſtineat, pluſque ſplendoris & pretii ab ejus tortura, ac illud à natura excoctum minerale, ſi quod malleabilitas huic præ illo acquiſivit, excipias, petat. *Mazzotta de tripl. Philoſ. p.* 63. agnoſcit duplex humidum in mixtis, unum evaporabile, dum ignis intrans partes elevat; alterum incombuſtibile, ceu cineres, amianthus, aurum tali ſcatent humiditate radicali; unde ait idem *pag.* 67. Cinis fit ex conſumptione humidi igne extenuabilis; & ſi quid in cinere remanet humiditatis, non conſumitur igne ſed fluit in vitrum quod eſt fixæ nimis naturæ; Et qui ſciunt ultimam humiditatem à corpore perfecto (Auro ſcil. & Argento) quod dicitur anima illius extrahere illamq; conjungere cum partibus ejusdem generis (non dico ſpeciei ☿libus) & coquere, ad ſe trahit illas partes & fit ſuprema reſolutio & artis complementum ac naturæ compendium. Si habes intellectum me percipies, ait *Mazzotta*, quia alia addere non audeo. Nimir. ex hoc fundamento quoque eſt quod idem *Mazzotta* adeo commendet ſal alkali fuſibile pro fixatione ſpirituum metallicorum, quale etiam modo *Kunckeliano* paratum

paratum Mercurium metallorum faciliùs præbet & vitrificationem facilitat. Quare meritò hanc *Gummerti* terram vitrificam ſuſpicatur *Cramerus in Colleg. Chym. p.m.* 98. eſſe Terram tartari quæ fluit in aëre, aſt facilè in igne & ſecundùm *Beccherum* in aciditatibus abſorbendis ipſo ſale alcali adhuc potentior eſt, ceu laudatus *Kunckel. Obſerv. Chym. p. m.* 220. refert, Sal Tartari quod poſt ſolutionem & ſecundam cryſtalliſationem butyri inſtar in fundo relinquitur nec concreſcit majorem vim poſſidere in retinendo illo quod Mercurium in metallis ligavit, acido ſcilicet, pro parando Mercurio metallorum, refertque faciliùs ſulphur poſtea quàm prius ſolvere; vocatque terram quandam quæ plus acidi requirit & ab hoc ſuo ſale nondum ſoluta eſt quæque itidem in aëre facilè ſolvitur, ut de Terra Tartari ſimiliter prædicat *Cramerus*. Refert *Kunckelius* hanc terram metallorum calcibus eſſe miſcendam ut Mercurius obtineatur, reſolutio nim. fiat in ſubtilem vaporem qui poſtea imperfecta metalla ingredi & tingere valet; Nimirum ſic facilius ad Vitrificationem diſponuntur corpora perfecta, quare ℞. *Calc. Argent. cum Mercur. philoſ. parat.* ℥j. *Mercur. ſublim* ℥ijß. *Arſenici ſubl.* ℥j. miſc. & ſublima ſimul, ſpiritum ſeu ſublimatum miſcendo cum fecibus ſeu eo quod in fundo remanſit, dein hoc unias cum *Sale fuſibili fixo* ſeu *alcali prædicto* vel *terrâ tartari* ℥iv. & ſublima toties uſque dum omnia maneant in fundo ſemper miſcendo feces cum ſublimato, ſolvantur dein in humido & congelentur pluries lentè & ſic hujus *p. j.* tinget Vener. purgati *p. xij.* Sic apud *Beccher.* Glückhaf. *p.* 507. lapis rubeus ex repetitâ fuſione reg. Antimonii & Auri paratus bene tritus jubetur miſceri cum ſale tartari & quinquies funde pro Tinctura in Mercurium. Laudatus *Gummertus* in *cit. Tr.* neminem aſſerit hactenus fuiſſe, qui hujus Vitrificationis apertè meminerit, præter *Iſaacum Hollandum*; quonam verò loci hic in ſcriptis ſuis de hiſce tractet, minimè ſiſtit: *Libavium* verò dum evolverem offendi hunc ex hujus *Operis Mineralis Cap. LXXVI. p.m.* 513. & *Cap. XCI.* hæc adducere verba *Syntagm. Arcan. Chym. de Tranſmut. Magiſter. Lib VII.* Omnia metalla abſque additamento in Vitrum abeunt excepto Auro, quod per ſe nullis ignibus in vitrum verti poteſt, quamvis uſque in diem judicii ureretur: aliquid ei addendum, quod in aliis metallis non eſt neceſſe; Argento combuſto, ut fit in examine cinnabaris examineque ejus facilè vitreſcente longè facilius metallis cæteris, unde Figuli ex marte flavum vitrum conflant, ex Venere viride lucidum vel obſcurum, ex Ceruſsâ ſtanneâ lacteum, ex Lazurio argenti & biſmuthi cœruleum, quod Ultramarinum vocant, &c. Et quàm varia mineralia vitream naturam accipiunt in conflatoriis Venarum officinis, in quibus ſpumæ & lapides vitrei deliquatis detrahuntur, qui denuò liquati elegantius & purius vitreſcunt & materia ſunt vitreis vaſis. Idem refert *Cap. ſeq. XX,* quod

Iſaacus

Iſaacus ex calce Lunæ cœruleum conflet vitrum, ex Solis verò rubrum, quanquam *Cap. XCI.* negaverit Solem vitreſcere poſſe, ceu qui verè calcinari (nî forte hoc notum fuerit Moſi vitulum aureũ comburenti & populo Iſraëlitico potandum offerenti) nequiret, & tamen non ſit tranſitus ex metallo in vitrum niſi per calcem tanquam medium inter utrumque; Vitrificationis ſcilicet medium eſt terra fuſilis, cinerea, calciformis, cui omne humidum evaporabile igne ablatum eſt, & nonniſi pauciſſimum humidi viſcoſi radicalis remanet, cujus ratione poſtea quoque in Vitrum colliqueſcit fixæ igne, ceu in igne genitum, naturæ: Unde *Geber Cap. de Calcin.* ſcribit: Omne corpus propriâ privatum humiditate non niſi vitrificatoriam dat fuſionem: quæ hinc maximè augebitur admixtâ terrâ quadam vitrificante, qualis eſt terra tartari modo prædicto elicita è ſale tartari ſoluto & bis cryſtalliſato: Quare etiam pro Vitro aureo vel argenteo tingente ita procedendum; Pro aureo quidem; ℞. *Calc. aur. cum Mercur. philoſ. præpar.* ℥j. *Sal. tartar. fuſibil.* ℥j. miſc. & funde in Vitrum rubicundiſſ. adde dein *Mercur. ſublim.* (pro argenteo ſumi poterit *Arſenic. ſubl.*) ℥iv. ſublimentur ſex vel novies vel uſque dum Aurum ſit fuſile inſtar ceræ & penetrativum in fundo maneat, cujus *p. j.* tinget *p. x.* Lunæ, quod ſi non faceret ulterius toties ſublimandum foret, uſque dum fixum fuſibile in fundo maneat. Poſtea ℞. *Vitri hujus vel Lapidis fixi q. v. Salis armon. depurat. vel melius Flor. reg. antimonii cum Sale* ✱*co* ♎*tor.* ter, dein ſepties quouſque fluant inſtar *ceræ* (pro Argento ſumi poterit *Nitr. depur.*) *q. ſ.* miſc. lento igne, refrigerata piſtentur & ſolvantur ſuper vitrum in cellâ & habebitur Oleum rubicundiſſimum; Pôſt ℞. *Vitri hujus ſolut. p. viij. Aur. in Aq. fort. ſol. p.* j. (Pro Argento pro ferment. ſum. Argentum in Aq. fort. ſol.) *Mercur. in Aq. fort. ſol. & præcipit. denuoque ſoluti p. iij.* deſtilletur aqua, & vigoretur ignis, ut figantur & bene uniantur, hinc denuò ſolvatur in aq. reg. & evaporetur ad mediet. quo in frigido lapilli diaphani, fuſibiles igne candelæ, habeantur, cujus *p.* 1. tingit *p.*100. Huc ſpectat *Vitrum fixum Argenteum Rhenani*: ℞. *Ol. Vitrioli rub. rectif. q. v.* ſolv. in eo *Mercur. opt. depur.* donec penitus ſolvatur formâ olei, dein hoc per retortam in arenâ in recipientem pelle, ut Mercurius remaneat præcipitatus in calcem, ℞. *Mercur. præcip. hujus* ℥ij. *Calc. argenti, Salis armon. aa.* ℥j. Invicem trita & commixta in phiolâ ſublima, ubi ✱cum adſcendit, & Mercurius cum Lunâ etiam ſervato pondere in fundo manent in modum auri puriſſimi; poſtea in vitro forti aut crucibulo devitreato in furno venti ad fluendum pone, adauctoque igne in fixum transparens vitrum, quod de colore aureo ad pallidiorem deſcendiſſe videtur, abit. Vitrum hoc, ait *Rhenan. in Theor. Chym. p.m.*19. infinitarum virtutum eſt, quas ſingulas recenſere æquitatis non eſt. Idem iisdem verbis de-

 ſcribit

ſcribit & teſtatur *Poterius Pharmac. ſpagyr. L. II. pag. m.* 448. *& Beccher.* Glückhaf. *pag.* 394. in cujus confirmationem facit, quod *flores antimonii cum Sale armon. ſublimati ter dein ſepties reſublimati* fluant inſtar ceræ, item quod *Calc. Lunæ p. j. cum Mercur. ſublim. p. viij.* novies ſublimata Lunam ſume fuſilem inſtar ceræ reddant. Hujus occaſione communicamus quoque Menſtruum univerſale ſeu Ignem Gehennæ Rupeſciſſæ vel Liquorem Alcaheſt Helmontii è *MS. D. Henr. Scretæ M. Doct. Scaphuſ.* ℞. *Mercur. ſublim. ſepties per Vitriol. & Salem* ℔iij. *Sal. arm. ter à ſale comm. ſublim. clari & albi* ℔iß. Trita ſimul & alcoholiſata ſublima in ſublimatorio per arenam horas ix. Ubi refrixerit Mercurium ſublimatum pennâ detrahito & cum reliquo ſublima ut prius; Hanc operationem quater repete, donec amplius non ſublimetur & in fundo vaſis maſſa nigra remaneat inſtar ceræ fluens: refrigeratum exime & tritum rurſus in patinâ vitreâ ſæpius cum *aqua Sal. armon.* ſ. a. præparatâ, imbibe & exicca ad 9. vel 10. uſque vices, donec ferè non amplius coaguletur; tritum ſubtiliter ſolvatur in loco humido in Oleum pulchrum quod rectificandum per deſtillationem in cineribus à fecibus & reſidentiis, Aqua ✱ci ſolle ‑♎‑ ✱ci dulcis ſeyn/welcher mit ſpir. vini wird bereitet: fortè eſt Aqua divina parata etiam terendo ſal armoniacum cum album. ovi vel aceto deſt. & deſtill. per alembicum, dieſem Waſſer ſetze wieder friſch Sal. arm. hinzu/ & habebis aquam ſalis arm. quæ coagulat in tigi lo lutato Mercurium. Hanc aquam omnium facilè principem diligenter reſerva, cujus ℞. ℥viij & impone *laminas optimi Auri* ℥iß. vitro clauſo repone ad digeſt. in ciner. per hor. viij. & corpus tuum videbis tranſmutatum in fundo vaſis in ſubtilem vaporem ſeu Mercurium. Factâ ſolutione totam aquam mercurialem per alembicum lento igne à prima materia ſublimando ſepara & in vitro diligenter aſſerva; Habebis hoc pacto veriſſimum Mercurium corporis, cujus uſus in rebus deſperatis modò prudenter ipſo utaris, eſt miraculoſus & cœleſtis. Adde *Ripl. Phil. alch. l. II. p.* 208. & *Rupeſciſſ. de Conſ. ver. lap. oper.* 1. 2. 3. Atque hæc ſunt excerpta ex Manuſcr. *D. Joh. Ad Schragl. J. U. D. & Synd. Argentorat.* qui ea habuit ex ore *Illuſtr. D. Gothfr. Mommi. Baronis de Schvvartzenſtein* Auctoris libri *Germ.* cui tit. *Radix Chemiæ: Mazotta de Miner. p.* 193. ſiſtit apertiùs præfatam Aquam, & nominat illam Aquam Angelorum; nimirum ℞. *Mercur. ſublim. ſæpius, Sal. armon. ſublim. ana* ℔j. miſc. & ſublima toties, donec in fundo vaſis totum fuſum maneat, poſtea in humido ſuper marmore permitte diſſolvi in aquam, quam congela, iterùm ſolve & congela, & hoc quater fiat, & ſerva pro re mirabili ad fixandum & incerandum. Et talem fixationem paucis eſſe manifeſtatam *Idem p.* 183. refert, nimirum convertit talis materia rubra inſtar ſanguinis & fixa Mercurium & Lunam in corpora perfecta, fixat ſcil. ſpiritus intrantes albificantes,

ficantes, Mercurium, Arſenicum, &c. non ſecus ac aliàs hoc præſtat ſal fuſibile aliquod è Sale armoniaco, Sale tartari, commun. &c. Sic ergo ℞. *Calc. argenti (præſertim philoſoph.)* ℥j. *Mercur. ſublimati* ℥iiß. *Arſen. ſublimati* ℥j. miſc. & ſublima ſimul, ſublimatum miſce reſiduo, dein add. *Sal. fuſib. fixi* ℥iv. ſublima toties ad omnimodam fixitatem, ſolve in humido & congela & fac projectionem, ut decet, ſuper cuprum (*p.j. ad part. xij.*) prius cum *Salis comm. & Tartari aa.* calcinatione purgatum, dum ſcil. ſ. ſ. ſ. faciendo cementatur in ollâ terreâ per 4. dies, dein aquâ calidâ ſalia ſolvuntur, poſt aceto *deſt.* vel lixivio forti incoquuntur, donec Cuprum ſit pulvis albus, qui poſtea fundendus cum borrace aut ſapone molli. Not. Si *Sali crepitato* addatur *alum. plumoſ.* melius erit. Dicit *Mazzotta L. cit. p.* 195. Sale fuſili fixo ſpiritus fixantur illos incerando & uniendo per ipſum cum corporibus, hinc ſi *Salis hujus fuſilis* ℥iij. inceretur igne lento *Arſenici ſublimati perfectè* ℔j, & poſtea ponatur ſuper marmorem in humido ſolvi in aquam quæ congeletur & hujus ℥j. convertet *Cupri* ℥vj. in *Lunam*, quod totum pluries *Guilelmum Anglum* feciſſe narrat *D. Thomas in ſuo florido*. Quin & ſale tali fuſibili cum *aa. cryſtalli* aut *ſilic. candid.* in pulverem extinctione redactorum Lapides artificiales formari poterunt, dum enim funduntur in crucibulo ceu plumbum injici poterunt calces metallorum Veneris, Jovis, &c. Et Virtus hujus Salis fuſi- patet etiam ex Oleo calcis vivę ſeq. quod Mercurium coagulat in Argentum, dum ſcil. calx viva elixiviatur & aqua denuò evaporatur in ferreâ ollâ, & hoc adhuc bis repetitur, hinc aqua fontana rurſus affunditur & coquitur ad conſiſt. ſalis, quod in cellâ repoſitum liqueſcit in Oleum vi dictâ coagulante præditum. Sic & *Tachen. Hippocr. Chym. p.* 62. refert Salis tartari ut alcali puri & excellentis ope Mercurium calore ſolis mundatum & digeſtum, ſolutione in *ſpiritu nitri (Mercurii* ℥ß. *in ſpirit. nitri* ℥j.) fecem nigram gravem tardique motus deponere quæ in Aurum fundi valeat & aliàs præcipitare Mercurium rutilum alcali tartareum calc. vivâ paratum; nimirum Sal hoc res ſibi miſtas in ſimilem materiam & ut informe induit formam uniti & ſic pergit ſimiliter fixare. Alia Metalla quod porrò ſpectat, ut Cuprũ & Ferrum, horum mineræ terrâ ejuſmodi lapidiformi propriâ plenæ & metallurgorum ſolitâ caſtratione haud adeò privatæ, per ſe in Vitra quoq; abire poſſunt, ceu in liquatione eorum lapides vitrei in ſcoriis adparent, de quibus *Braceſcius in Ligno Vitæ p.* 122. ait: Quùm Mars tamdiu in △ne fuerit quòd multùm debilis & frangibilis factus ſit, nec reliqua ſit in eo pars aliqua naturæ vel ſubſtantiæ ferri ſed in vitri naturam ſit converſus coloris ferè ſapphiri obſcuri, tum in lapidem mutatus erit. Vitrum enim tale eſt humidum naturale Martis incombuſtibile. Notabilia verò ſunt verba citati *Gummerti* dicentis: Materia univerſalis reſpectu metallorum & mineralium talis ſit

 oportet,

oportet, qualis requiritur ad lapides & quartios in cryſtallos redigendos, Hinc prout ad radicaliter ſolvenda metalla præſertim perfectiora requiritur mercuriale penetrantiſſimum igne magico prægnantiſſimum (nim. Mineralia propter concretionem & texturam firmiorem magisq; compactam non niſi in partes homogeneas ſe frangi patiuntur, maximè ſi homogeneo menſtruo ſolutio fiat, unde dein per coctionem, factâ coagulatione & metalli in ramenta minutiſſima diffractione, moleculæ menſtruo intertexuntur, quæ quia ſale acido maximè abundant terram ſolvendo fluxibilitatem ei conciliant, & ingreſſum cum tincturâ in metalla impuriora ſi ſcil. puriora Aurum & Argentum taliter ſalificentur) quo velut glacies in aquâ liqueſcant & primo opere regiminis quod eſt Mercurii, penitus diſſolvantur, ſic quoque ad Lapides & Quartios vitrificandos talis erit materiæ velut amor, ut ſtrictiſſimè invicem combinata unà vinculum ſolvi, ſolutaq; ſic ab acido ſe expandente in Cryſtallum & Vitrum abire poſſint; Qualiter verò ejusmodi materia obtineatur, modò dictus analogiſmus & conjecturæ quas ſuggerit epiſtola divulgatoria *Gummerti* innuunt, nimirum quòd ſit ſalis tartari poſt aliquot ſolut. & cryſtalliſ. relicta terra ſalina ſummè alcalina quæ Lapidibus pulv. & calcin. mixta in Vitra ea redigit, quæque hinc multum affinis metalli calcinati terræ calciformis puriſſimæ, quæ ſuper porphyrite vel marmore terenda eſt cum aqua ſalsâ impalpabiliter & poſtea aquâ communi limpidâ abluenda, donec aqua à calce munda & pura defluat, quæque rurſus ut prius terenda, donec nullæ amplius ſordes terræ defluant: Hoc ergo modo ſi debitè procedatur, nullatenus dubitandum, quin tam ex lapidibus quibusvis admixtione hujus terræ alcalinæ tartari elegantes Lapides tum ex metallis calcinatione alkaliſatis velut inſignia Amauſa (fortè à Muſaico vel muſivo opere, quale Venetiis in Templo Divi Marci videre eſt, ita dicta, de quorum etymologia aliàs tacet *Exc. Brunonis* Lexicon Medicum Caſtelli renovatum) & elegantiſſima cryſtalliformia corpora obtineri poſſint, v. g. ex calce Veneris ita uſtâ inſigne Amauſum Viride, ex calce plumbi ac etiam ferri Vitrum ſulvum, Stanni Album, Argenti Cœruleum, Solis Rubrum, (in cujus tamen defectu ſi magnum opus philoſophicum quis conficere ignoraverit, quod ad hoc requiritur, Lectori commendamus Purpuram Auri ope liquoris Jovis alibi à nobis deſcripti obtinendam, quo quidam expertus Chymicus, hîc in viciniâ in vico Stauffen, Vitrum rubrum elegantiſſimum conficit) vel ſi mixti colores alii expetantur ex mixtis his invicem obtinebuntur. Qualiter autem Metalla prius calcinanda ſint, ut in Crocos vitrificationi deſtinatos commodè cedant, in *Regno Minerali* diximus fieri ope Salis Tartari & pauci ſulphuris communis, quibus invicem fuſis facilè metallum lamellatum in Crocum ſolvitur: Verùm juxta elegantem procedendi modum

modum *Hollandi* & *Gummerti* calces ejuſmodi prius depurandæ ſunt, ut Vitrum fiat multò ſpecioſius & præſtantius amauſum, id quod innuit *Gummertus*, dum purificationis Vitrioli ſingularis quâ omnes omninò partes ejus metallicæ ſequeſtrantur, mentionem facit, quo ad coloranda vitra ex ſilicibus fuſis præſtari queant ea, quæ exempli gratia è calce Veneris in cœruleo, Martis in rubro, Argenti in flavo & in compoſitione horum habentur. Elegans certè ſummeque delectabilis eſt hic vitrificandi modus *Gummerti*, quo facillimè nigerrimos, rubicundos & albidos craſſos lapides in Cryſtallum transparentem, Saphyrum, Smaragdum (qualem artificialem duplicatum novies mille ducatis quendam Mediolanenſem, fraude diu tectâ, vendidiſſe *Merretus in Nerum* refert) Amethyſtum & quorumvis colorum alias gemmas (Genuinæ gemmæ valde leves, nihilominus compactiſſimæ & duriſſimæ ſunt. Factitiæ autem etſi in colore optimè reſpondeant, tamen molles ſunt & graves ex cryſtallo, quæ fuſa ſeipſa mollior evadit, & hæc durities & compactio in genuinis cauſa eſt cur adamas & rubinus per ignem nec liquari nec calcinari poſſit & hæc ignita, qualiter ſcil. maculæ earum tolli poſſunt, & in aquam injecta pluſculum tempus ſub illa reſplendeſcant & ignita maneant, quod etiam vitrum ſed remiſſius facit) fundere poteſt, dum nempe debita præceſſit depuratio & ſequeſtratio particularum, quæ opacitatem inferre poſſent calceſque non impolitæ ſed debitè mundificatæ ſumuntur, & demum vel per ſe vel etiam additione tartari terræ vitrificantur: Mundificantur autem Metalla urendo & reverberando aut calcinando (ubi ſi deſit fornax compendioſa *Gummerti*, illa cœmentoria *Glauberi* præ illo Venetorum Vitriariorum inſervire ad hoc poterit) ac calces itentidem lavando, aut calces denuò in corpus reducendo ac tum denuò calcinando atque iterum abluendo aquâ communi, donec nullæ amplius feces proveniant, ſic enim repetitis his calcinationibus & depurationibus impediri quoque poterit ſolita aliàs efferveſcentia & materiæ effluxus, qui contingit ex mutua actione partium acidarum in ſilicibus in partes calcinatas alcalicas juxta communem vitrificandi modum, de quo tantum conqueritur *Glauberus*, verùm acido ſic dempto in terra tartari magis alcalinâ, impeditur. Quantum verò utilitatis ex ejuſmodi præcedanea depuratione obtineri poſſit, *Hollandus* & *Gummertus* eleganter monſtrant ex reductione (quæ ſcil. eſt calcium & ſcoriarum in priſtinam metallicam ſubſtantiam redactio; dum ſcil. alcali domat acidum, quod ſcoriationis & vitrificationis cauſa exiſtebat, quo hinc abſorbto metallum reſtituitur: ſic refert *Cramerus*, *Stomachicum Poterii* in *Regulum antimonii* reduci, ſi ejus *p j*. addantur *p. iv. pulveris ex carbonibus tritis & pauxillo nitri*: ſic pluribus in locis minera ♂ non niſi immediatè injectis carbonibus Martem fundit: ſic Regulus antimonii

ſit acido ſulphuris ab alcali dempto prius, quo metallicum corpus reſideat) *Amauſorum*, quæ etſi per ſe longè majoris ſint pretii & pluris æſtimanda quàm metallum, quod in ſe depuratiſſimum & nobiliſſimum fovent, tamen inſuper anſam exhibent judicandi quid lucri obtineri poſſit ex frequenti vitrificatione & reductione calcium metallorum, de cujus utilitate ſumma jam quædam in *Append. Ludovici enucleati* propoſuimus, ac etiam ipſum magnum Opus Philoſophicum ad hanc claſſem tandem reducendum eſſe diximus, non enim, ut *Dæmogorg.* loquitur, niſi in Vitro & Sale eſt totum ſecretum, ceu & *Philaletha in Vade mecum Philoſoph.* loquitur, non fluit primi ordinis niſi cum corpore ſuæ ſpeciei perfecto fundatur, prius verò tum in Vitri metallici tincti formam redactus inſtar ceræ fluit ſuper metalli lamellam calefactam Mercuriumve projectus: unde ad Aurum vitrificandum ignem mercurialem laudat *Turba*, jubendo: *Comburite æs noſtrum igne fortiſſimo* ſcil. *mercuriali.* Cæterùm modus reductionis *Amauſorum* ſeu vitrorum artificialium exquiſitiorum, quæ Principum vaſa exornabant olim ab *Hollando* proponitur talis isq; conſideratione digniſſimus: *Sume*, ait, *& pulveriſa Amauſa ſubtiliſſimè, & ſume bonum acetum deſtillatum, in quo Sal armoniacum ſolutum fuerit, in ſingulis libris aceti* ℥ß. *Salis armoniaci, cum eo contere pulverem ſuper lapide tam tenuiter, ut ſi pictor eo uteretur. Ac illum contritum Vitro inde aut amphoræ lapideæ ac bonam quantitatem aceti deſtillati ſuperfunde ac pone in balneo ac balneo ignem ſubde, ut bulliat, ac move quater aut quinquies de die ſpatulâ ligneâ, atque hoc pacto retine per dies quatuor, tum ſinas frigeſieri, ac funde feces aceti in mundam amphoram lapideam, ac ſuper feces denuò acetum recens funde ac fac ut prius, idque tertiò reitera ac ſemper acetum primò adde, tum corpus illud omne ſolutum eſt ex fecibus illis aut ex vitro, tum acetum evapora aut per alembicum deſtilla ac in fundo corpus metalli permanebit in corpore ſubtili, cum eo aliquantum borracis permiſce ac crucibulo inde ac liquefacito in igne vehementi cum corpore. Si fuerit Mars aut Venus, munda ac pura ſunt, ita ut non amplius ſitu & rubigine infeſtentur, ac à ſuis fecibus vacua ſunt. Si verò Jupiter, fœtor ac ſtridor ei ademptus, eſtq; mundus ac fortis ut Luna. Si Luna, fixa eſt. Si Sol, Medicina, ac ſi Saturnus fuerit, Luna eſt.* Ex quibus ſanè verbis apparet, verum omnino eſſe, *Iſaacum Hollandum* his ſcriptis plus indicaſſe quàm in omni vitâ ut in lucem prodiret voluerit, ut *Kunckelius Obſerv. Chym. C. VII. p. m. 96.* refert, poſtquam docuit ex examine metallorum patere quod ſal ipſorum & terra in perfectis & imperfectis deprehendatur unum idemque. Nimirum laudatus *Hollandus* ſtatuit, quòd ſi Aurum vitrificetur, abire in Medicinam, cui conſentiunt *Libavius, Hamm. Poppius, Notat. in Batzendorf. Friben. in Miſc. Cur.* prout & *Anonymus Philoſ. de Lap. Phil. apud Rhenan. Synt. Harmon. Chym. Phil. V. I. p. 196.* ait notanter: Oportet materiam metalli à ſuo phlegmate fortiter

titer

titer depurare & crudum coquere per ignem fortiſſimum, donec fundatur in laminam cryſtallinam, tum ſumatur de lamina cryſtallina, quem in fundo vaſis fixam reperies & illam in crucibulo tenui ignem lenem cera inceratione ultimâ cum aëre ſuo albo, guttando guttam ad guttam deſuper, quouſque fundatur, ſicut cera ſine fumo: Et tunc completum eſt impretiabile pretium & theſaurus incomparabilis. Et *Auctor* der 79. Wunder 1690. *impreſſ. p.* 51. refert, Philoſophos de via ſicca & brevi parum & breviter ſcripſiſſe & ſolum uno & altero verbo (exemplo *Paracelſi*, qui gluten aquilæ & rubei Leonis ſanguinem ſumendum eſſe dicit) ſe explicaſſe. In tali autem viâ ſiccâ & brevi omnia violento modo igne aperto, in uno vaſe ſeu tigillo ope trium ignium (ut elementalis, metallici & magici penetrantiſſimi urentis) peraguntur & in ſummam Tincturam elaborantur, ita ut tam longâ putrefactione & colorum expectatione, ut fit in via humida, non ſit opus. Hinc & Philoſophis hæc via brevis & violenta, via per ſaxa & ignes dicitur, diſcipulisque à *Coſmopol. Nov. Lum. Tr.* 7. & 9. perſuadetur, quo pacto ſcil. ſemen metallicum duplici via, ſuaviter, & cum violentiâ obtinetur & *Tr.* 8. 9. 10. ignis ope ſit abbreviandum, id quod præcipuè ob oculos ſiſtit *Batavus* ille *Sparendamenſis*, qui ſe aurichalci potius quàm Aurifuſorem nominabat in *Helvetii Vitulo Aur.* Majora verò arcana recondita jacent in hac via ſicca, ſic enim videtur quo pacto Aurum igni inviciſſimum è vinculis ope 3. ignium liberatur, reducitur & ita deſtruitur, ut per ſe ſit irreducibile; Not. Ignis elementalis eſt ille lignorum ſeu carbonarius, metallicus ſulphur Aureum aut Argenteum incombuſtibile, magicus Mercur. philoſ. quo Aurum & Argentum comburitur, velut & in ultimum Vitri gradum vel Tincturam reducitur. Inde verò colligendum Aurum uſque ad vitri gradum ope ignis eſſe depurandum, ceu qui in omnibus ignis operibus ſupremum eſt, unde non datur procedere ultra, de quo vid. *Holland.* Sed objici poſſet, Philoſophos monere cavendum eſſe à vitro, eo quod vires corporis ſic abigantur; ſed hoc valet ſaltem, ubi vis ignis principia in vitrificatione unà ſecum rapit, ſed hoc non ſemper contingit, ut patet in vitro antimonii, præcipuè verò in Auro, ceu *Claveus* expertus Auro per duos menſes fuſo nil, argento 12. partem ſaltem deceſſiſſe; nimirum ut Aurum vitrificetur plus negotii faceſſit, & quamvis Aurum ope additamenti in principia reduceretur, tamen his principiis exolutis ignis nullam vim inferre valet, quia reducta hæc Auri principia nil aliud ſunt quàm humidum radicale & elicitum ſemen metallicum Auri, quod non ſaltem igni elementali ſed & metallico & magico igni reſiſtit, imò ita ſe amicabiliter uniunt, ut ſimilia, ut in unum corpus igni invictum tandem combinentur, nec invicem ſeparentur. Hinc eleganter *Coſmopolita*: Unum datur metallum quod poteſtatem habet alia

conſu-

conſumendi (ſcilicet Ignis metallicus) eſt enim velut aqua eorum & ferè ut mater; Unica tantum res, humidum radicale Solis vid. & Lunæ reſiſtit ei & melioratur per illud; ſed ut detegam, Chalybs vocatur, ſeu Stella ſignata Regis: *Si undecies coit Aurum cum eo, emittit ſuum ſemen & debilitatur ferè ad mortem uſque, &c.* Hinc & optimè dixit Auri fuſor ſeu Artiſta Helvetio, quòd ſi ignis ignem combureret, ſuum Lapidem in ignem projiceret; Interea mirandum, quod hic modus conficiendi Tincturam, qui aliàs *Sendivogio Præf. Nov. Lum.* Via Regia (quæ ſine errore calcanda) dicitur, tamdiu fuerit tectus, dum hinc inde de Auro tranſparente diaphano veſtigia leguntur: Hinc in *MS. D. Joh. Meſthoff* proceſſus extat, quòd quidam Aurifaber Argentorat. ex antimonio vitrum fecerit, cum quo Aurum deſtruxerit & in vitrum redegerit, quòd Argentum fuſum tinxerit in Aurum, hinc Straubingam deveniens Dn. Cham hoc retulit, qui dein Tincturam poſſedit & Archiduci Maximil. fratri Cæſaris Rodolfi 100000. Ducatos mutuo dedit & donavit. Alii proceſſus de arte vitrificatoriâ adduci poſſent; ſed hic ſufficit. Quam præſtans verò ſit ars vitrificatoria, Vitra pulcherrima per ſe item tincta ſulphuribus metallicis probant, ceu quæ & ita magneticè velut arripiunt & conſtantiùs quàm Salia retinent, ut videre eſt in Vitris metallicis, de quo *in Miſcell. Curioſ.* & apud *Hollandum* agitur. Sic ergo in ſupremum gradum digeſtis metallicis vitris, ex quocunque etiam ſint metallo reconditiora latent arcana, idque ex hoc fundamento, quòd ſemen in metallis diverſis minimè ſpecie differat, ſed in centro conveniant, quo de *Sendivog. Tr. IV.* hinc *Hauptmannus* confeſſus eſt ſe è Martis Vitro viridi Lunam in Solem tinxiſſe, vel ex illo *Baſil. Valentin.* der Schweffel auß der Kupfferſchlack/ der füllet dir den Beutel und Sack. Item, quòd Operarii ſcorias antiquas quæ nil ſunt quàm Vitra metallica, cum novo ære fundant & ope Sulphuris fixi partem ejus volatilem mercurialem figunt. Ex hac vitrificatione etiam varietas Colorum emergit inſtar caudæ pavonis dum nempe Sulphur & Mercurius coagulantur in ſiccum, quia ut *Kellæus pag.* 119. loquitur, niſi fuerit ſiccum, Colores diverſi minimè apparebunt, agente ſcil. ſiccitate in humiditatem, quâ poſtea ſenſim per exiccationem ſucceſſivam deficiente, Colores hi in album mutantur. *Exc. Bohnius Diſſert. Chym. XIII. §.* 20. refert Saturnum per ſe in Vitrum abire, ſi fuerit in ſaccharum prius converſus, dum enim quod brevi contingit, aceti partes ſalinæ metallicis intertextæ in crucibulo exhalarunt, fluere denuo in Saturnum videtur, cujus tamen ſubſtantia ſucceſſivè & per partes igne continuato in vitrum flavum faceſſit, ejus verò quod haud vitrificatum extrahitur varietate & elegantia Colorũ caudam pavonis ſi non ſuperat, certè æquat. Refert & de Vitro ex Plumbo & Arſenico facto coloris ſuccinei, quod ad mineras metallorum nobiliorũ rigidiores funden-

fundendas, hasque in Regulum præcipitandas valet; *Geber* jubet ♄ & ♃ per eliquationem cum vitro ad puritatem nobiliorem devehere. Quoad Plumbum, notatu digniſſimum eſt, quod *Auctor Artis fuſoriæ fundamentalis & experimentalis* docet, quòd ſcilicet plumbum vitrificatum & in cupellâ ſeu teſtâ reductum ſemper aliquid argenti elargiatur, imò etiam Auri aliquid, ſi præſertim flava, fuſca & nigra arena qualis circa ripas Rheni & aliorum fluviorum in Helvetia alibique reperitur, cum calce Saturni vel Minio vitrificetur & cum Sale alcali fruſtulisque ferri reducatur, de quo legi meretur *Glauberus in Novo Lumine Chymico* ut & *Oper. Miner. Parte III.* quo in loco aſſerere haud veretur calcis ferri, cupri vel ſtanni libram ope vitri plumbi ſilicum additione facti dimidium vel etiam integrum auri lotonem, ſi res ritè tractetur, reddere poſſe, præſertim ſi Sal Tartari aut cineres clavellati adhibeantur, & crucibula ad manus ſint, quæ non tam citò perterebrantur, id quod fit, quia plumbum denuò calcinatum pinguedine & mole corporis ſui poros ejuſmodi vaſorum occludit & impedit, quò minus ignis in metallum agat, qua actione impeditâ vis omnis in vaſa argillacea vertitur, ut hæc collabaſcere neceſſum habeant, vel potius quia ♄ ob ſal ſuperfluum terram crucibuli ſolvit, quouſque ſatis habeat pro vitrificatione. Apertius tamen hoc in negotio ſe declarare videtur cit. *Glauberus Pharmacop. Spagyr. Parte VI.* ubi crucibulorum vulgarium loco ferrea in in uſum trahenda ſuadet, imò loco Saturni nemini non noti ipſum Saturnum Philoſophorum, ſecretum ſcilicet plumbum, quod per ſe eſt purum & præſtabilius auro, commendat, Regulum ſcilicet Antimonii optime depuratum, ceu aptiſſimum ſubjectum, cui ſe aurum Silicum embryonatum combinare poſſit, ut ſic ex iis, quæ ſeparatim actu metallum non ſunt, poſt ſui conjunctionem in perfectam auri & argenti craſin convenire poſſint, haud aliter ac rotæ horologii disjunctæ horologium minimè conſtituunt, conjunctæ verò harmoniâ decenti quàm optimè elegans automaton efficiunt. Hoc igitur in negotio experiri quis poterit ſumendo *calcis Stanni* ℔iij. *Reguli Antimon. Martialis* ℔j. *Arenæ Danubii, Rheni, Emmæ vel alterius* ℔iij. & fundendo invicem in maſſam vitro æmulam, quæ in crucibulo vulgari vel ferreo cum *Salis Tartari* ℔j. reducta, repetitione aliquoties inſtitutâ, Auri & Argenti ſatis dives evadet, quo facto, Aurum ab argento aliisque admixtis præcipitatione ſingulari per fuſionem ſolam obtineri poterit, ſi cui notus erit modus taliter ſeparandi Aurum ab argento, quem ſe communicare poſſe harum rerum Studioſis refert *Cl. Cardilucius in Notis ſuper Erkerum*, quemque Comites, Barones, Nobiles ſumptibus haud exiguis à ſe expetiiſſe ad nos perſcripſerat. Qualiter verò ope vitrificationis Lunæ, hujus major fixitas obtineatur, elegans itidem operandi modus eſt innuens

juxta ea, quæ ex *Animali* & *Vegetabili Regno* demonſtrari poſſunt, qualiter ex deſtructis corporibus ea meliora & glorioſiora reſurgant, haud aliter ac ex putrefactis & incineratis cadaveribus humanis elegantius & clarius corpus reſuſcitabitur, è quo anima die noviſſimo ſplendida lucebit, ad modum ſcilicet lucernæ per laternam elucentis, idque omne juxta beneplacitum DEI. Eleganter de hiſce in *Apocalypſi Johannes Evangeliſta*: Ipſa civitas (nova ſcilicet cœleſtis Jeruſalem) erat Aurum purum & ſimilis vitro puro, (quem locum *Eraſm. in Paraphr. Cap. XXI. Apocal.* ita commentando explicat: Dieſe Stadt iſt gebauen auß lauterem Gold / dann der Glaub nicht ſeyn mag ohn einbrünſtige Liebe / die dem Gold vergleicht iſt: mit Reinigkeit auch eines unſchuldigen Lebens / die durch das Glaß iſt angezeigt/) nimirum pelluciditate, velut & Aurum philoſophicum pellucidum arte fit. Hic verò *Johannes Evangeliſta*, ſi fas eſt allegare verba Lucernæ Salis Philoſophorum, Auctore filio Coſmopolitæ, *Michaële Sendivogio p. m. 65.* etiam ab *Avicennâ* dictione primâ libri de Animâ inter poſſeſſores Lapidis Philoſophici ſuosque Inſtitutores, qui ſe ſcilicet *Avicennam* artem hanc docuerint, numeratur, quod veriſimile ſit, eò quod Eccleſia priſca, Auctore *Adamo* à *Sancto Victore* die *D. Johanni Evangeliſtæ* ſacro menſe Decembri in hymno incipiente: Gratulemur ad feſtivum, &c. ſic in ejus honorem cantet:

Cum gemmarum partes fractas
Solidaſſet, has diſtractas
Tribuit pauperibus.
Inexhauſtum fert theſaurum,
Qui de virgis fecit aurum:
Gemmas de Lapidibus.

Hanc in rem notabilia ſunt verba *Gerhardi Med. Herm. p. 51. L. VIII.* Differt, ait, artis & naturæ materia puritate & impuritate, ſubtilitate & groſſitie, non autem in radice & homogeneitate; ſunt enim inter ſe homogeneæ, & ſolum inter ſe differunt, ut Vinum & Spir. vini rectif. Et hæc materia dein ab arte convenienter decocta ſua quoque (gradatim procedendo) producit philoſophica metalla (ut ex coloribus apparet) non minus quàm natura; niſi quòd Natura metalla cruda & quaſi mortua, ars verò viva, puriſſima & ſubtiliſſima ſua producit metalla translucida & gemmarum inſtar perſpicua, penetrantia, perficientia & tingentia. Et ſic utrinque in Natura & arte una eſt, & tamen non omnino una & eadem operationis materia. Exemplo Theologico hoc percipitur, dum corpora noſtra eadem glorificata, ſpiritualia reſurgent. Hinc & *Beccher. Labor. port. p. 55.* Vitrificationem metallorum dicit eſſe ſpeciem regenerationis & lotionis, oportereque, ut *Iſaacus*

de

de Amauſis & *Paracelſus* de ſpirituum conjuratione in cryſtallo (metallorum tincturâ in vitrificatione apparente) corpus clarificare, vel ut *Democritus* loquitur, pharmaco ignito densi corporis umbram ſpoliare, i. e. corpora opaca metallica in diaphanam & translucidam terram, i. e. Vitrum convertere. Et in hanc Vitrificationem metallorum nonnulli traxerunt ſalis fuſibilis metallici mentionem, quos in hanc cogitationem deduxit Lapidis abſolutio, cujus ſignum eſt Rubini ſplendor & color atque etiam conſiſtentia, qua & Lapidis nomen defendit, ut ait *Libav. Synt. Arcan. Chym. C. XX. p.* 312. Aurum, ait *Id. alibi* per ſe negant calcinari & vitreſcere poſſe ob tenaciſſimam humiditatem quæ nullis ignibus cedere creditur, ſed artis, i. e. opus quam per medicamen quoddam diſſolvitur in aquam ſui generis (ſcil. metallicam) quæ coagulatur in cinereum corpus, indeque in Rubini formam tranſit. Sulphur enim maſculum & formale cujuslibet metalli, poſtquam liberatum eſt, tanta eſt potentia, ut materialia metalla, excuſsâ priore formâ in ſibi determinatum tranſmutet, de qua re *Sal. Triſmoſinus.* Aurum habet ſuum inimicum, à quo vel in favillam deducitur, hac mediante non eſt impoſſibilis Vitrificatio. *Geber* ait, omne metallum ſimileque corpus propriâ nimir. mercuriali humiditate privatum nullam niſi vitrificatoriam habet fuſionem. Aurum nudo igni vix privatur. Medicaminibus tamen adeo exuccum redditur, ut valde ſit aſperum & durum, ſuo verò hoſte etiam planè deſtruitur. Regulum quoq; Antimonii igne fortiſſimo ſe in Vitrum flavi aureiq; coloris tranſparentisque redegiſſe refert *Agricola in Popp. T. II. pap.* 294. ex quo Vitro extraxerit Tincturam rubini formam inſigne medicamentum ope aceti quercini & Spir. vini: Ex reſiduo verò ſal extraxit, cum quo dein in pulverem vel lapidem fixum coagulabatur: *Kunckelius Obſ. Chym. p.* 25. teſtatur quoque Vitrum ex regulo obtineri, ſi prius calcinetur, albo ſecedente fumo, ſale ſcil. acido volatili floris inſtar, remanenteque terrâ quadam gravi, quæ nullo negotio per ſe liqueſcens in vitrum abit, hoc vitrum plerumque adhuc regulum relinquit, qui rurſus calcinari & in Vitrum reduci poteſt, quod parvo negotio aſſequitur (agitando ſcil. filo ferreo, dum calcinatur & pulveriſatur) quippe cùm hic regulus calcinatus facilè liqueſcat, quidquid verò facilè fluit; id plurimùm ſalis habet, quod bene notandum, vel etiam ex illo quod Sal Philoſophorum eſt lapis eorum. Si huic vitro denuo ſuperfluum alcali addatur una ejus pars rursùs in regulum abit; quòd ſi denuo calcinetur & vitrum inde paretur, tandem in aliud planè vitrum tranſit, huic enim vitro ex antimonio deerat adhuc terra quædam craſſa, *ſalis acidi aderat nimium*, terræ autem minimum, unde tam facilè fluebat. Cùm ergo hoc acidum ſe jam cum ſale acido, quod penes ſic dicto ſale alcali erat, conjunxit, unam partem terræ ſecum abſtulit & Mercurius bonâ ſui parte ceſſit,

 ceſſit,

ceſſit, reſiduus verò in forma reguli denuo ſubſedit, id quod etiam in Mercurii corporum præparatione cum Sale Tartari probè conſiderandum. Nunquam ſatis verò mirari poſſumus inſignem candorem *Hameri Poppii* Vitrum ſolare ope reguli antimonii ſiſtentis, uti in Baſilicâ Antimonii verè heroicè ita dictâ *Cap. IX.* docet: ℞. *Aur. puriſſ. p. j. Regul. Antimonii depur. ter. p. ij.* Funde in crucibulo ante follem & effuſione in conum, f. regulus ſolaris. ℞. *Reguli ſolaris pulveris* ℥iß. Pulvis hic ponatur in ſcutellâ figulina, & calcinetur igne forti, agitando continuè bacillo ferreo, donec in griſeam flaveſcentem calcem abſque ulla fuſione abeat; ℞. *Calcis hujus ſolaris* ℥iß. Injiciatur per vices in crucibulum ignitum & coram folle igne intenſo fundatur, donec bene ſit eliquatum & maturum (explorando immiſſione bacilli ferrei & extractione) tandem in pelvim parum excalefactam effundatur, & erit Vitrum pellucidum hyacinthinum, ſeparatâ inſimul bonâ auri portione reincrudata: Materiam omnem pulveriſatam, ut prius funde & liquatam in pelvim effunde, Vitrum ab Auro ſeparatum ſerva. Dehinc ℞. *Solis hujus reincrudati à Vitro fuſo p. j. Reguli antimonii novi p ij.* miſc. funde ut prius, & calcina in ſcutella figulina continua agitatione, donec in calcem purpureo-nigram abeat abſque fuſione: Tum ℞. *Calcis hujus ſolaris q. ſ.* Funde materiam hanc ſucceſſivè injectam in crucibulum, ut bene eliquetur & maturetur (explorando immiſſione ferri num coloretur intensè) poſtea effunde in conum fuſorium & tota Auri ſubſtantia cum antimonio in transparens vitrum redigetur: Quod ſi verò de Auro adhuc aliquid reincrudaretur, fuſio reiteranda foret, donec omne Aurum cum reguli calce bene incorporetur & in vitrum rubiniforme abeat: ℞. *Vitri hujus ſolaris q. ſ. Spir. vini rectificatiſſ. q. ſ.* Digere, extrahe, decanta, repete, donec omnis tinctura rubicundiſſima extracta ſit, Tincturas omnes commiſce; pòſt ℞. *Tincturæ hujus aureæ q. ſ.* Abſtrahe *Spir. vini* ad remanentiam pulveris rubicundiſſimi: ℞. *Pulveris hujus vel Tincturæ fixæ rubiniformis p j. Reguli Antimonii p. ij.* Miſc. Funde in crucibulo, & color dilutus magis reddetur, Tincturaq, apta ad ingrediendum: ℞. *Lapidis hujus volatilis redditi p. j. Aur. purg. p. iij.* Funde per 3. dies in crucibulo, & habebis Tincturam omnibus numeris abſolutam, cujus *pars j.* tingit Mercurii vulgaris partes plures. Et ad talem Vitrificationem quoq; attendit de *Monte Snyderi in Pharmaco Cathol. p. m. 63.* cujus notabilia verba prædicta confirmantia Coronidis loco adducemus; *Primum*, ait, metallum eſt ipſum ſperma metallorum, quia ex illo eſt propagativum metallicum ſemen & ſulphur viſibiliter in lucem evocabile: Hujuſmodi metallum reperimus in minera Saturni, , Radix eſt metallorum perfectorum juxta ac imperfectorum, ſingulari quodam Saturnino ſpiritu præditum eſt; apparet ut minera mercurii, vocatur ſapientum

Plum-

Plumbum, philoſophorumq; Azoth, de quo Lac virginis diſtillare ſolemus, habetque Veneream proprietatem. *Ultimum* autem metallum ideò vocatur ultimum, quia ad maturam perfectionem & finem devenit, finis autem metallorum eſt eſſe Aurum, ultra illud natura non operatur in metallis, ſed debet deſiſtere & ceſſare, uſque dum dominatrix ſibi ars in ſuccurſum veniat; Hæc parvo temporis ſpatio (quanquam haud ſine naturæ ope) eatenus progreditur, quatenus ex ſolari compacto corpore translucidum quoddam diaphanum corpuſculum exurgat, quam Philoſophi Vitrificationem vocant. Hoc jam eſt nobiliſſimum, quod natura & ars perficere ac operari poſſunt; Qualiter verò hæc Vitrificatio facienda aut inſtituenda ſit, non poſſum debitè hîc deſcribere; nam conſurgeret, præter intentum meum, ingens volumen de hoc meo compendio; Veruntamen ne videar hoc pro me ſolo velle retinere, & id ipſum, ut quàm plurimi Sapientes veteres fecerunt, mecum portare in ſepulchrum, adeſdum. ℞. *hoc igneum elementum Magicum, quod ex duabus infernalibus contrariantibus materiis, ut ex ſulphure & nitro compoſitum eſt.* Cum hoc infernali abſumptivo igne incipe in fine naturæ, id eſt, oppugna & calcina illas aliàs inexuperabiles portas ſolaris munitii, nempe Auri; ſic incendit unus ignis alium, videlicet unum ſulphur aliud: & dum hoc fit, dominatur elementum ignis, quod ſecundum eſt principium in corpore ſolari, quia ignis, qui in auro eſt, vocatur Sulphur & Anima; Ubi nunc ignis vincit, ibi debet elementum aqueum, nempe humidus fugitivus mercurius, ad ſuum aſtrum volare; Et cùm mercurialis ſpiritus animæ ſit domicilium, vinculumque vocitetur, qui corpus cum anima copulet, ſequitur inde prima ſeparatio, & animæ ac corporis diſſolutio. Debet verò ad hoc alter ille frigidus metallicus ignis quoque uſurpari, quem de minerali quodam necdum fuſo Saturno extrahi oportet, & qui etiam mercurius Saturni nuncupatur; Hic Saturnalis Mercurius, qui ex immalleabili illo & non fuſo plumbo factus, non ardet [*fortè meliùs legeris*, currit] ut communis mercurius, ſed habet in ſe terreſtrem ſiccam qualitatem, hinc poteſt ille ſulphur Solis defendere & præſervare, ne comburatur & ſuo cum mercurio avolet. Quando Aurum cum mercurio Saturni amalgamatum eſt, tunc Aurum efficitur poroſum, poteſtque infernalis ignis ſolidum illud corpus multò citius & meliùs calcinare, & ſolarem ignem ab omnibus partibus accendere, inque cineres redigere; ex hoc deducimus claro cum cœlico rore Sulphur, & ex remanente corpore elixiviamus, poſt debitam reverberationem, ſuperpretioſiſſimum illum medicinalem Salem, de quo Sapientes dixerunt; *Sal metallorum Lapis eſt Philoſophorum*: Deinde alius Philoſophus ait, *Ni Deus creâſſet ſalem*, Lapis Philoſophorum fieri non poſſet; Hic Sal autem, ut decet, cum ſpiritu vini clarificari debet, &, hoc

 facto,

facto, cum ſulphure ſuo unitur, & cum ſpiritu mundi, id eſt, illo cum ſpiritu, qui ex mercurio Saturni deſtillatus eſt, imbibitur, in uno unico vitro atque fornace putrificatur & figitur; Sic eſt magnum Opus uſque in fermentationem ac augmentationem perfectum, eſtque univerſalis Medicina in omnibus infirmitatibus: Qui eâ fruitur, renovationem ſpiritûs ſui conſequitur, omniumque perditarum virium robur; Et qui ſcire cupit, quomodo & quando hanc medicinam applicabit, hunc ego, ad diutiùs me non retinendum, ad Philoſophorum libros ablegabo, & in meo propoſito perſiſtam. Mirabitur indubiè ſummoperè *benevolus Lector* perſpicuam meam radicalem inſtructionem, &c.

INDEX REGNI MINERALIS GENERALIS.

CAPUT I. Nomen Regni Mineralis indagat; cur dicatur Regnum? item varia vocis Mineralis acceptio ſiſtitur. *Pag.* I.

CAP. II. De Differentiis Mineralium, etiam juxta *Claveum, Becherum.* 4

CAP. III. De Naturali Mineralium Generatione, quæ eſt analoga nonnihil productioni Vegetabilium & Animalium. *Kunckelii* & *Beccheri* ſententiæ proponuntur. 6

CAP. IV. De Nutritionis & Augmentationis Mineralium modo, illorumque palingeneſiâ ex *Lohneiſio, Lud. de Comitibus, Cardano, Agricolâ,* &c. 17

CAP. V. De Partibus Mineralium organis Vegetabilium & Animalium analogis, eorumque Germinatione, Radice, Cortice, Subſtantiâ minerali ipsâ, Venis, &c. 23

APPEN-

APPENDICIS loco ſiſtitur

GENERATIO MINERALIUM ARTIFICIALIS

Seu olim promiſſum

REGNUM QUARTUM SULPHURUM FIXORUM METALLICORUM,

Exhibens PARALLELISMUM ALCHYMICUM Verorum Philoſophorum.

ART.I. De artificiali Mineralium productione. Inſeritur Tractatus nunquam huc uſque editus, ſcil. *Arnoldi Villanovani Compendium de Lapide Philoſophorum.* Agricolæ minoris modus ex Liliis duobus Elixir conficiendi, Avicennæ ex Aquilâ & Bufone aliaque ad illuſtrationem hujus Operis facientia. 39

II. Mira Harmonia & Conſenſus aliorum verorum Philoſophorum circa Generationem artificialem Mineralium ſiſtitur, ut

I. Alexandri Setonii Baſileæ reipsâ, projectione factâ, veritatem Lapidis Philoſophici comprobantis. 55

Illuſtratur ejuſdem Novum Lumen Chymicum & Parabola de fructu Arboris aurei & argentei. 56

II. Auctoris Cordis paterni, qui calcinationem philoſophicam docet. 58

III. Morieni Romani & Melchioris Cibenienſis Hungari, qui rem generationi Hominis comparant. 59

IV. Bernhardi Treviſani, ejusque Parabola explicatur ſimili *Joh. de Paduâ* & *Jac. Tollii.* 62

V. Nicolai Flammelli, cujus duorum Draconum, fixi & volatilis natura explicatur. 63

VI. Auctoris Tumuli Paupertatis, Philoſophi Galli. 65

VII. Baſilii Valentini Claves ex reverberii viâ dilucidantur, ſimulque hoc opere ipſos Articulos fidei Chriſtianæ nonnihil declarari poſſe ex *Kunradti Amphitheatro Sap. æ tern.* ſiſtitur. *Supplementum* quoddam *D. Thomæ ſuper Turb. Philoſ.* non ſine causâ à Rhenano omiſſum candidè proponitur. *Pontani Epiſtola* declaratur, ut & *Artephius.* 67

VIII. Cla-

VIII. Clavei Modus conficiendi ſal aurificum ſpirit. fuſibile. 77
IX. Barnaudi ſententia de Ænigmate Bononienſi, Ælia, Lælia, Criſpis, &c. alchymicè explicatur ex proceſſu *Fernelii in Libr. de Abd. Rer. cauſ.* & *Libavii* illuſtratione. 82
X. Gebri Arabis Sublimationem philoſophicam dilucidat. 92
XI. Marcelli Palingenii Itali ſignum Capricorni explicatur ex *Minſicht. Teſtam. Hadrianeo* itidem declarato: Excerpta quædam ex *Tollii Moyſe Chymico* proponuntur. *Pindarus in Pythiis alchymicè explicatur.* 96
XII. Riplei Angli *Portæ* panduntur & ulterior Analogia Myſteriorum Theolog. cum Lapidis arcano magiſterio ſiſtitur. 106
XIII. Lambſpringii Piſces dilucidantur ex variis Manuſcriptis hucuſque ineditis. 120
XIV. Auctoris vetuſtiſſimi Duelli, ejusq; commentatoris *Dn. de St. Didier* ſententia, præcipuè ex *Joh. Fabro* declaratur. 125
XV. Raymundi Lullii Hiſpani ejusque diſcipuli & illuſtratoris *Antonii de Abbatiâ* Archipresbyteri, ex hujus *epiſtola de Tranſmutatione Metallorum* jam recens in lucem editâ, doctrina cum annotationibus ſiſtitur. 130
XVI. Arnoldi Villanovani Galli, Vita & *Tractatus parabolicus de Secretis Philoſophorum* hucuſque ineditus candidè proponitur. 139
XVII. Theophraſti Paracelſi Germano-Helvetii ſententia, juxta Veterum uſum & conſuetudinem ipſius verbis ſiſtitur, conferenda cum iis quæ p. 53. ex eodem de Croco Solis parando adducuntur. 148
XVIII. Anonymi Philalethæ Introitus ad occultum Regis palatium notis illuſtratur, & præſertim ex novis philoſophiæ principiis declaratur. 151
III. *Artic.* De Artificiali Mineralium & Metallorum Vitrificatione. 167.

FINIS REGNI MINERALIS GENERALIS.

REGNUM MINERALE SPECIALE,

Seu

DISSERTATIONIS PHYSICO-MEDICÆ

De

MINERALIBUS,

Sectio II.

DE METALLIS.

CAPUT I.

De Metallorum Naturâ in genere, Ortu & Differentiis.

EX Auri primatu, pulchritudine & nobilitate, quâ coronam jure ſibi in hoc Regno vindicat, & ad quod producendum maximè Natura in opere ſuo collimat, Metallis primum in Mineralium ordinē deferri locum æquum eſt. Sunt autem METALLA *corpora foßilia dura, liquabilia & ductilia.* Ignis namque perniciſſimo motu funduntur, malleorumque ictibus in incude in longum & latum producuntur; quo utroque modo quia magis dura redduntur, quare *dura* adeo corpora ſint, patebit, ſic namque ſuperficies corpuſculorum planæ & ſibi invicem immediatè ſuperpoſitæ, (unde aliàs aëri ſubtili incluſo magna infertur violentia & compreſſio duritiesque hinc reſultat) propiùs invicem accedunt, & particulæ lubricæ interpoſitæ expelluntur, quod fit *malleatione*, ſicut *fuſione* particulæ tales exeunt & ſuperficiebus magis planis & frequentioribus applicantur, haud ſecus ac *triturâ* emolliuntur & vim elaſticam amittunt, ex particularum ſcilicet lubricarum ingreſſu, quæ acceſſum ſuperficierum impediunt, ac ſpongioſo tum velut

in corpore novis particulis lubricis locum concedunt; prout aliàs Lignum ſiccum minus tenſile videmus, ac ferrum ignitum virtute elaſticâ deſtitutum ob commixtionem nimirum talium partium fluidarum per ignem introductarum & ex motu earum inibi exiſtente, quo quia etiam particulæ ſuperficiales metallicæ ramoſæ & viſcoſæ rarefactione quadam in ſitu & poſitura nonnihil immutantur, metallum quaſi inflatum deprehenditur, abſque tamen ponderis augmento, ceu talem Metalli Tumorem in corpore Conoide ferreo expertus eſt Clariſſ. *Joh. Dan. Major* in *Genio Errante* depicto, illud enim ignitum frigidum eodem loco, ut prius, dum ignitum minimè eſſet, haud admiſit, ſed ſpatio aliquo interceptum reliquit, manifeſto indicio Metalla quamvis ob ſulphuream velut pinguedinem & viſcoſitatem in liquatione reſolvi haud poſſint, tamen violentiſſimi ignis actione nonnihil rarefieri, prout de Chalybe hoc in *ſequentibus* etiam conſtabit. Ex dictis verò *Metallorum* ortus & *Productio* ut & *differentia à reliquis mineralibus*, clarior adhuc, præter ea quæ *Sect. I.* attulimus, ſe ſiſtet. Ad *Ortum* ſcilicet Metallicorum & Mineralium corporum diverſæ particulæ concurrunt, præcipuè tamen ramoſæ viſcoſæ mercuriales, cum multis ſalinis iisque acidis, plurimùm vitriolaceis, quæ ſimul cum copioſis terreſtribus junctæ corpus unum conſtituunt, quod prout magis participiat de particulis mercurialibus ramoſis, viſcoſis, eo major vel minor erit ejus differentia, maximè verò pro particularum harum ramoſarum & viſcoſarum digeſtione & excoctione, connexione, ſitu, poſiturâ, quâ ſibi ſuperficiebus variis incumbunt & agglutinantur, Metallum & Minerale nunc *magis* nunc *minus perfectum* inde reſultabit: variè namque naturæ ejuſmodi gluten mercuriale viſcoſum humidum, terraque cum ſale, quo metalla in ejuſmodi formas abierunt, diſtributum eſt, ac pro diverſitate corporum jam aliis vel minimè adhæret vel ſub minima parte miſcetur, aliis verò mediocriter & per partes eis commixtum conjungitur. Nihil ego, ait expertus *Kunckelius in Obſerv. Chym. p. m.* 22. quidquam in metallis puris quàm ſal in mercurio & extra mercurium deprehendi, reliquum terra eſt, quæ formam conſtituit, color à ſale & terrâ accidentaliter provenit, terra ab auro ſeparata nihilominus albeſcit, quemadmodum & illa ex Lunâ, id quod non vana ſpeculatio ſed manualis operatio detexit; aliorum metallorum diverſa quidem longè eſt ratio, quanquam exceptâ illorum impuritate in intimo ſuo omnia ſunt generis ejuſdem, reſpectu ſcilicet mercurii & ſalis puri quæ in iis itidem reperiuntur, differuntque in formâ, duntaxat, prout nimirum acidum & pinguedo ſuperflua mixtionem certam cum partibus reliquis iniêre. Hinc Metalla diſtinguuntur à *Lapidibus*, quod quamvis hi in vitra abire poſſint, non tamen æquè ſint fuſiles ſed in calcem ſolùm igne redigi apti; à *mediis* verò

verò *mineralibus*, quod ob aliqualem humidi unctuoſi viſcidi præſentiam fundi quidem, ſed minimè, ob terreſtrium partium copiam, malleo duci poſſint: à *Terris* verò quomodo Metalla diſtinguantur, ultrò patebit, ceu in quibus viſcoſitas ☿lis prædicta pauciſſima vel nulla reperitur. Ex horũ conſideratione, patet, unde *Differentia ponderis* metallorum fluat, ex inæqualitate ſcil. pororum, dum particulæ Auri poros anguſtiores habent, & inter ſe compactiores ſunt, aliamque obtinent configurationem ſitum & nexum inter ſe quæ aëris & materiæ ſubtilis tranſitui magis obſtant, ita ut intra poros Auri ſit minor aëris materiæque ſubtilioris quantitas, quam in aliis metallis ob particulas crudiores ampliores poros inducentes; dein licet columnæ aëreæ quæ incumbunt Auro v.g. & Stanno ſint omnino æquales, illæ tamen ſubjecta ea corpora non æqualiter premunt, dum in Auro majus obſtaculum quàm in ♃ offendunt ob poros anguſtiores parteſque compactiores. Vid. *Lana Magiſt. Nat. & Art. Tom. II. p.m.* 351. Analoga nonnihil huic materiæ viſcoſæ ſunt Oleum & Cera, quæ calefacta fluunt quidem, non tamen ob pinguedinem & viſcoſitatem, ramoſarum ſcilicet partium mutuum amplexum evaporare permittuntur, unde non ſine cauſa *Nobilis Bohæmus* Hanoviæ ad Aurum Chymicum ex pauculis adhuc tincturæ auriferæ granulis conficiendum Ceram & ♄ expetiit, ceu circumſtantiæ hujus rei notantur in *Miſcellan. Curioſ. Decad. I. Ann. I. Obſerv. XVI.* §. 15. neque enim abſurda adeo, quamvis difficillima, Tranſmutatio metalli imperfecti in perfectius, ut illa pro non ente ſit habenda, conveniunt nempe Metalla in radice & origine ovoque primordiali, diſtincta ſaltem maturatione & variâ proportione partium aliarum accedentium, unde & participant inter ſe Metalla, præprimis ignobiliora de nobilioribus, prout in plumbariis mineris argentum diſperſum eſt, ceu videre eſt in illa minera ♄ Rhætica circa Scamphium ſeu Schambs expertâ, quam mihi communicavit Experientiſſ. D. D. *Carol. Joſeph. Müllerus Collega noſter Curioſus & Phyſicus Tugienſis* meritiſſimus: præcipuè autem in illâ noviter detectâ in *Bohemiâ de Hohen-Elbâ*, nimirum 1694. cujus mentionem facit *Stanisl. Reinh. Acxtelmeier in Lum. Nat. Germ. edit. p. m.* 23. ubi & refert ſe *mineram plumbi ad Tarnovvitzium* vidiſſe, cujus centenarius contineret 40. ad 50. lothones Argenti; Et quem latet *Cuprum Hungaricum & Carinthiacum* auro dives eſſe, ceu quod Venetiani ſeparant & inde Sekinos ſeu Ducatos formant; id quod & ante aliquot annos præſtiterit incola Villaci in Carinthiâ: Neq; verò pigebit hîc adducere, quæ in ſuis *d.6. Maji An.1686. Altenburgo* ad nos exaravit Deſideratiſſ. noſter *Gabr. Clauderus*, Practicus feliciſſimus: *Quæ de Metallorum tranſmutatione ambigua, amplius diduxi contra Athanaſium Kircherum in Tract. meo de Tinct. univerſali* (quo & Lectorem relego, ubi ſufficienter comprobatur va-

riis hiſtoriis & experimentis veritas tranſmutationis metallicæ) *unicum adduco : ſi malus pyruſque ſylveſtris induit naturam ſurculi inſititii, qui melioris eſt indolis, cur non propter analogiam in Regno Minerali idem ſperandum? præprimis cùm arbores in alias ſpecies ita degenerent, v.g. Cydonia in malum, pyrum, &c.* Sic & *Baſilius Valentinus* Ord. S. Benedicti decus inſigne, ænigmaticè innuit, Argentum ſi figatur perfectius abire in aurum, mutuata poſtea tincturâ à Cupro de ente Auri participante. Ubi namque partes ramoſæ in metallis magis exuperant, quàm viſcoſæ, illa metalla etiam præſtantiora erunt, nobiliores namque ſunt illæ præ hiſce, quia particulas magis digeſtas & à ſpiritu aſtrali fotas hincque ſubtiliores, minùs groſſas & terreſtres obtinent. Hinc quia Aurum particulis ejuſmodi ramoſis ſummopere abundat & ob fixitatem omnium nobiliſſimum eſt, ac tantùm non quartum Regnum quibusdam hinc conſtituit, Solque quem repræſentat, è Modernis quamplurimis pro ſtella fixâ potiùs quam planetâ habetur, in circulo metallico (qualem etiam circulum Deitatis vel Divinitatis Trinitatem in unitate ſitam repræſentat *Kellæus Anglus de Lapid. Philoſ, p. m* 101.) illud è circumferentia in Centrum potiùs (ceu Aurum centralem locum denotat) ablegandum videtur, ut ad quod reliqua quævis è peripheria collimant; Unde & *Diviſio Metallorum*, in *matura*, nobiliora & probè fixata, ut eſt *Aurum* & *Argentum*, quorum hoc quia præ illo minus habituatum *Corpus fœmininũ perfectum* nuncupatur, ſicut illud *Corpus maſculinum perfectum* : & in *immatura*, ignobiliora & minus fixata, quæ ſunt vel *mollia* vel *dura* : *Mollia* dicuntur quæ facilè liquantur (quod dum fit & aquæ nonnihil injicitur magno cum impetu diſſiliunt ob rarefactionem aquæ quæ inſtar bombulæ diſſilit) & in igne funduntur ob abundantiam ſalis & materiæ mercurialis, qualia ſunt *Stannum* & *Plumbum*. *Dura* verò ſunt quæ facilè igniuntur ob acidi vitriolici & pinguedinis copiam, difficulter verò funduntur, ob terræ impurioris dominium majoremque copiam, ut *Cuprum* & *Ferrum*, prout nempe terra diſſidet & particulæ mercuriales viſcoſæ vel ramoſæ ſunt magisque vel minus excoctæ & invicem commixtæ, ſic etiam actio ætheris & ignis in hæc corpora diverſimodè erit, hinc namque eſt quod metalla immatura dicta examen perfectorum haud ſuſtineant, ſed fugiant in cineribus cœmentoque regali, experientiâ Docimaſtarum & Excoctorum. Sic ergo *Verorum Metallorum*, quibus definitio metalli competat, numerabimus ſex, Aurum, Argentum, Plumbum, Stannum, Ferrum, Cuprum, præter quæ dantur & metallis affinia, *Spuria* dicta, quòd iis definitio metalli ejusque requiſita quædam deficiant, ut eſt *Mercurius* ſeu *Argentum vivum*, quod nec ductile eſt, (quamvis ductile id fieri poſſit, dum *Theodorus Kerckringius Morhoſio* confeſſus eſt ſe ex Mercurio, Aurum & Argentum verum ſolo regimine ignis, additione

ditione exigui pulviſculi antimonialis feciſſe) nec fluit in igne ſed in halitum reſolvitur, item *Antimonium*, *Cinnabaris*, *Biſmuthum*, *Arſenicum*, *&c.* de quibus omnibus in ſeq. ſpecialius agemus.

CAPUT II.
DE AURO.

AURUM, (Pindaro χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ) metallorum Rex, mineralium ſol coruſcus, particulis conſtat ramoſis plurimis, optimè digeſtis & concoctis, quarum ratione fixiſſimum eſt & inſtar catenati corporis annulorum in motum quidem cieri, diſcerpi tamen & divelli haud poteſt; unde perſuaſum ſibi habet Clariſſ. *Caſſius* in doctiſſ. *Cogitat. de Auro*, Aurum è ſulphure & mercurio in ſubtili quadam & purâ terrâ virgineâ, æquali proportione & indiſſolubili fœdere coagulatis atque invicem excoctis conſtare, ita quidem ut terra illa ſulphurea detineat Mercurium ne evaporet, Mercurius cum viſcoſitate terræ conglutinet ſulphur ne incineretur, terra verò utraque amicabili fœdere nectat & permanentia reddat, ſicq; in auro unum foveatur ab altero & alterius vinculum exiſtat, ut nullo eorum vacillante auri textura corruere non poſſit, & tam in igne quàm in ſale & ſulphuribus antimonii & ſaturni fortiſſimis inviolatum conſervetur: confirmat hæc præcipuè Anatome Auri *Kunckeliana*, nimirum ſumpſit is *Aur. opt.* ℥vj. ſolvebatq; Aquis fortibus & per retortã pellebat, ſic butyri ſimile quid tranſiit, quod præcipitatione cum aquâ font. pulverem candidũ in fundum ſubſidere fecit, tincturâ in aquâ remanente (unde dein abſtractione & edulcoratione præmiſsâ ope ſublimationis inſignis quædã rubedo adſcendit) verùm hic pulvis exiguus erat reſpectu terræ in fundo remanentis albæ: His verò affuſus *Spir. vini* ℥j. Tincturæ rubræ largiebantur, quæ Mercurio mixta & per retortam unà pulſa nullum connubium iniere, imò nec Lunæ calcem vel minimum tinxêre: Terra verò alba mortua relicta in crucibulo per 2. horas igne fuſorio candebat inſtar cretæ ac ne coaleſcere quidem cupiebat nec liqueſcere, uſque dum ei fluxum adderet *Kunckelius*, quo facto lacteum evadebat vitrum (non nigrum) Reliquus albus ille pulvis eſt velut Mercurius Solis, quem non novit tum temporis *Kunckelius*, qui tamen ſic ſeparavit ſalem, mercurium & terram ſeu quod idem eſt, ſal cum ſulphure & terrâ, quia color ſaltem eſt à terra ſolubili, quæ cum ſale volatili luſum inſtituit; ſic verò ſe ſeparaſſe dicit & concentraſſe, ut ad extremum ejus nihil ejus ipſe amplius viderit. Unde & *Obſerv. Chym. p. m.* 11. liberè fatetur Auri & Argenti extremum eſſe terram quandam quæ ſine additione irreducibilis eſt excluſo ab eâ ſale naturæ volatili, & in reliquis metallis non ſaltẽ hæc terra

irreducibilis reperitur, verùm ſal quoque acidum & pinguedo quædam quibus ſeparatis, corpora quoad materiam (non formam) unius ſunt ejusdemq; ſunt generis. Et *p.*22.ait, in metallis puris nil quàm ſal in Mercurio & extra Mercuriū deprehenditur, reliquum terra eſt quæ formam conſtituit, color à ſale & terra accidentaliter provenit, terra ab auro ſeparata nihilominus albeſcit, ſicut illa ex Lunâ; In metallis impuris vel imperfectis alia ratio eſt, quanquam exceptâ ipſorum impuritate in intimo ſuo omnia ſint generis ejuſdem reſpectu Mercurii & Salis puri, differuntque in formâ duntaxat ut alibi quoque dictum. Hunc ſequutus *Clar. Kirchmayer in Noctilucâ conſtante An.VIII.Ephem. Dec.I.p.m* 231. docet quoq; ad eſſentialem Auri conſtitutionem ante omnia Mercurium (ceu à quo perfectiſſimè excocto illi Color, Incombuſtibilitas, Gravitas, Tinctura conferuntur) Salem deinde fuſionem tribuentem & Terram aliquam irreducibilem requiri. Quæ tria invicem ita unita ſunt, ut communi menſtruo nec ſeparari nec deſtrui poſſunt. Ob talem verò Auri principiorum arctam combinationem pori Auri ſunt pauci, qui tamen adſunt (nullum enim corpus eſt, quod poris careat ceu & de Corporibus ſolidis commonſtravit Illuſtris *Boyleus Tr. pecul.*) grandiores ſunt illis quos argentum v. g. habet; quia verò illi pori in Auro ita configurati & ſituati ſunt, ut facilè ex uno in alterum detur aditus, quamvis particulæ valde ſibi invicem incumbant, hincque in ſubtiliſſimas lamellas fuſiſſimè Aurum (Auguſtanus enim quidam ex Ducato 260. bracteas obtinuit, & Caſellis in Principis Mauritii Theſauro rerum naturalium ex ℥ j. cujus ponderis aliàs eſt Ducatus, equus fabricatus viſitur omnibus lineamentis vivum æmulans) diduci poſſit, patet quare Aurum, ſecus ac ferrum & chalybs, virtute elaſticâ deſtituatur, ob communicationem ſcil. illam pororum ex irregulari ſitu particularum, quâ fit ut aër minori cum reſiſtentia & elaſi comprimatur & in compreſſione conſervari poſſit. Ob magnitudinem quoque pororum, in quos aditus particulis aliis admixtis conceditur, Aurum utut ponderoſiſſimum ſit metallum, ponderoſius tamen reddi poterit, v. g. Nummus Aureus ſi ſalſuginoſis ſpiritibus inſtructis, ut eſt urina equina vel canina, quæ ſpirituoſiſſima & ad ſpiritus ſalis armoni naturam quam maximè accedit, immergatur, nimirum ſal armon. & ex eo cum Nitro parata Aqua Regia poros in Auro reperit proportionatos, figurasque & texturas congeneres, quibus fit ut & Aurum in partes ſubtiliſſimas diſcerpant, & è fundo vaſis in altum eas elevare, velutque ſuſpendere poſſint. Eſt autem Aurum duplex, *nativum* & *coctum*; *Nativum* ἄπυρον (gediegen Gold) *obryzum* etiam dictum, ſtatim ſuum eſt & è terra aut effoditur, aut lavatur ex fluminibus aut in Animalibus etiam juxta nonnullos reperitur, v. g. Truttis, quarum aureæ maculæ auri præſentiam in illo fluvio denotant:

notant: quod *è terrâ effoditur* aut ſincerum & ſolidum eſt, ut maſſa illa aurea à me viſa in Archivo Piſano, aut ſcintillis lucentibus eſt tinctum, quale eſt quod *Lapidi Lazuli* adhæret & ſaxi quodam generi candidiſſimo Quartz dicto, cujus copia eſt Cottenheydæ. E' *fluminibus* quod habetur illud tum inibi generatum tum etiam eò devectum eſt, teſte *Becchero Phyſ. ſubterr. Lib. I. Sect. 3. C. II. pag. m.* 145. *& Suppl. I. Cap. IV. pag.* 63. *& Trifol. Holland. P. II.* ut & *Caſsio de Auro C. V. Fabro in Panchym. L. IV. Cap. XII.* Vid. *Hydrarg. C. IV.* præcipuè autem *Baſilio Valentino Op. Chym. T. II. L. I. C* 14. ubi experientiâ edoctus ſcribit: Am allerliebſten iſt das Gold in den Seiffen; Seiffen aber ſind erdfarbige Quellen/ an welche ſich das Metall gern leget die Quellen von unden auff/ und findet man ſie offt gantz vergüldet/ dann ſie werffen ſolche Farben über ſich; Hoc Aurum autem præcipuè in Bohemiâ formam granorum & maſſularum habet, quandoq; piſi eſt magnitudine, præſertim poſt magnas inundationes, vel etiam ex lapillis nigris excoquitur, in quibus ſcintillarum aut bractearum inſtar micat; Modus autem purgandi & præparandi in Peruvia ex relatione virorum eruditorum hic eſt: Glebam mineræ minutiſſimis granulis aureis confertam contundunt & atterunt primò in mortariis infunduntque aquam, ut molliſſima maſſa fiat, quam mox condiunt affuſo ſale & mercurio; inde exiccant iterumque minutiſſimè terunt: hinc lotiones plures aquâ purâ adhibent, quibus abit quidquid metallum non eſt & ſupereſt aurum vel argentum amalgamatum ſeu imbibitum mercurio: admoto verò igne mediocri evaporatur mercurius, metallum verò relinquitur quaſi cinis quod in crucibulis liquefactum mox tandem in virgas ducunt; nimirum aquâ & ſale elixiviantur particulæ metallicæ, mercurio verò coagmentantur minutæ moleculæ & granula, ne fortè lotionibus repetitis elabantur. Ex *Fluviis* autem in Europâ præcipuè Germaniâ & noſtrâ *Helvetiâ* Rhenus, Arola, Urſa (vid. *Thurneiſerus de Aquis L. VI. C. XX. & XXI p. m.* 173. *& ſeq.*) & Emma major & minor optimum & præſtantiſſimum præbent Aurum Hungarico & Arabico, colore & tenacitate, minimè cedens ceu hoc præprimis etiam teſtatur *Caſparus Schvverterus Chronic. Lbi. IV. Cap.* 17. Die Ara trägt auch viel gutes Gold in ihrem Sand. Herr Chriſtoph Silbereiſen/ Apt zu Wettingen/ zeigt mir auff ein Zeit ein Scätele voll ſchönes Golds/ welches auß dem Sand der Ara/ durch Laurentz Hägele/ einen Burger zu Klingnaw/ iſt außgeſchöpfft/ geflößt/ gewäſchen und außgebrennt worden. So hat Juncker Stoffel Maurer ſel. (war Vogt zu Klingnaw An. 1568.) ein Kettenen/ die von Aren-Gold/ das alda funden/ gemachet/ welches Gold zu Zürich geläutert worden/ und auff 60. Kronen ſchwer geweſen/ welches Kettenlein er mir umb Wunder wegen auff ein Zeit zu Klingnaw im Schloß/ in beyſein ſeines Schwagers Jr. Lipfrieden von Ulm/ ꝛc. zeiget. Geſag-


tes

tes Kettenlein hat jetzunder Jr. Heinrich Maurer ſein Nepos und Enckel der Zeit zu Lucern wohnhafft. In Animalibus, v. g. Piſcibus, Truttis nimirum vel Forellis quoq; aurum reperiri quidam volunt, ſicut peritonæum piſcium plurium velut argenteum apparet. *Coctum* Aurum aut è pyrite coloris *cineracei* & galenæ, vel *punicei* (ſicut è lapide ejuſmodi ſinum Aurum elicuit in *Rhætia* Præſtantiſſ. Vir Dominus *Schorno*, quorum tamen pauci reperiebantur) aut è proprio ſaxo aut ab Argento (Modus autem hic eſt, ſi auro parum argenti admixtum ſit, ad illud ſeparandum : ℞. *ad part. j. Aur. antimon. p. ij.* & fundatur in Regulum per ſe, ſic enim partes ſulphureæ antimonii omne heterogeneum admixtum in ſcorias redigunt, relicto Auro; prout & ſulphur commune metalla admixta in ſcorias redigit excepto auro, de argento verò parùm Auri ſecum ad fundum rapit, unde denuò vel ter ad aurum purificandum per antimonium funditur, regulo pòſt in teſtâ evaporato ad auri remanentiam. Quòd ſi verò ante argentum comixtum fuiſſet, *Cardilucio ſuper Febure Chem. p.694. monente*, alle zuruckgebliebene Schlacken läßt man hernach allererſt mit *limat. ferri* flieſſen/ und wirfft dann im Fluß Salpeter darauff/ damit das argentum darauß in ein regulum præcipitirt werde / welchen man alßdann auff der Capellen abtreiben und alles argentum wieder bekomen kan. Im fall aber das Aurum per antimonium purgandum viel Zuſatz hat/ ſo muß man ad *Auri part. j.* ſumere *antimonii part. iij. ad vj.* prout commixtio eſt major vel minor & ad *p. j. antimonii* ſumitur adhuc *ſulphur. comm. p. iv.* (ut augeatur & fortificetur ſulphur antimonii combuſtibile umb den häuffigen Zuſatz des Auri zu verſchlacken) wann man aber die Durchgieſſung mit recenti antimonio repetiret, omittitur ſulphur, prout & *Auctor* Offenbar. Göttl. Maj. *P. II. p.* 373. ait, quod ope Lixivii ſulphur è quartziis eradi poſſit, ut detracto ſulphure, aurum & argentum in fundo remaneant; item Quod qui ſciat dem Schlacken im Feur ſeinen geringen Fluß zu geben / und einen Niderſchlag zu gebrauchen / ut præcipitatur aurum & argentum ſupernatante ſcoriâ, magnum habeat compendium) ſeparatur, quod ἄπυρον vocant aut è terra quadam *purpureâ*, vapore & halitu unctuoſo fixo ita imprægnata, ut ſit fœcunda auri, ceu & *Experientiſſ. Beccherus Phyſ. ſubterr. Lib. I. Sect. III. Cap. 3. p. m. 161.* refert de Terrâ quadam peculiari Hungarica, quæ ſublimata totaliter argentum colore rubicundiſſimo tinxit, argento malleitatem & malleabilitatem ſuam retinente. Huc ſpectat *Aurum Norvegicum* è minerali quodã inibi effoſſo prolectum è quo an. 1649. cuſum numiſma, in cujus antiquâ parte Regis effigies, in adversâ perſpicillum cum inſcriptione : Vide Mira Domini, quæ ſcil. Verba Præfecto cuidam incredulitatem artis tranſmutatoriæ exprobrarint, ut refert *Muſæum Regium Oliger. Jacob. p. 86.* Apud Caſſandros (populos Sabæis vicinos in Arabiâ Felice) quamdiu rara fuit navigatio, Aurum tam

vile fuiſſe & reliqua metalla tam pretioſa ut ferro duplum, ære triplum, argento decuplum auri rependerent, *Bothartus* obſervat ex *Agatharchide L. V. Cap.* 44. *in Phaleg.* Auri hodie maximus proventus in Regno Peru ejusque provinciâ montanâ Potoſi ſub 21. gr. latit. auſtr. quanquam aliàs omnis ille Americæ tractus à Tropico Cancri ad trop. Capricorni Auri aliorumque metallorum ſit feraciſſimus. *Ludolf. in Hiſt. Æthiop. p.* 105. refert in Æthiopia dari multum auri, ut & in aliis Africæ regnis; *Dapperus* refert, in regionibus Guineæ maxime in littore apud fluminum cataractas (Goudfuſſ) Æthiopes urinatores in fundum ſe demittere, patinis ligneis arenam haurire, quam poſtea lavant, & graviora quæ ſubſidunt, haud ſatis purgata, peregrinis mercatoribus vendunt. Vix metallum eſt, ait *Idem*, ubi metallarii de ſpectris non aliquid referant, dicuntur hominibus incumbere illosque opprimere, in ſylva Hercinia dicitur der Mönch; vapor is metallicus dicitur Schwaden. Minera quoq; auri vitrea *Welſchio* donata, ex qua multum auri eruitur, ſimilis eſt electro immaturo *Paracelſi*; creſcit in ditione Salisburgenſi. Vid. *Obſ. Hecat. I. p.* 115. Electrum autem *Paracelſi* eſt de Monte *Snyders* Göldiſch-Bley der uralten Weiſen/ einem Arſenico zu vergleichen. Marchionis Onoldo-Brandenburgici Miniſter quidam *Exc. Roſino Lentilio* monſtravit fruſtum Auri puri ℥ß. pondere ex Argento, item Argenti ʒiij. è Cinnabari nativâ à ſe, quod ajebat, extractum. Vid. *Miſcell. Cur. Dec. II. An. II.* Notabilia circa proventum Auri hodiernum aliaq; ſiſtunt Auctores *Lexici Gallici Academ. Pariſienſis*: Le plus celebre pays ou l'Or ſe rencontre eſt celuy de Caravara au Perou & de Valdivia au Chili: l'or le plus pur eſt celuy de Menaricabo vers Batavie. La proportion de l'Or à celuy d'Argent eſt de 11. à 20. & en valeur la proportion de la monnoye d'or à celle d'argent eſt telle, que celle de l'or vaut 14. fois celle de l'argent, ſuivant le reglement de l'année 1640. Quand ces metaux ſont hors d'œuvre, il faut maintenant XV. marcs 2. onces 16. grains $\frac{3}{4}$. d'Argent fin pour payer I. Marc d'or fin, parceque le marc d'or fin eſt à preſent à 423. ℔. 10. ß. 10. d. $\frac{2}{2}\frac{0}{2}$. & le marc d'argent fin eſt à 27. ℔. 13. ß. $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$. Et pour l'or en œvre il faut 22. pieces de 5. ß. d'argent pour payer un Louys d'or de 5. ℔. 10. ß. Mais du temps de François I. en 1540. l'or ne valoit que 12. onces d'argent. A' Rome tempore *Honorii* ℥j. Auri erat ℥xiv. Argenti & ℥j. Argenti erat ♀ ℥ c. Cela change ſelon abondance des matieres en un pays; refert enim *Suetonius*, quòd Cæſar ex Galliis apportarit tantùm auri ut proportio ad argentum eſſet j. ad vijß. Maintenant il faut XIII. ℔. $\frac{8}{9}$. ☽. pour ℔j. ☉. Marc d'or eſt ℥viij. qui vaut d'ordinaire 360. ℔. de France. Tonne d'or eſt 100000. ℔. ou 40000. eſcus ſelon les Hollandois qui meſurent ainſi leurs richeſſes. Adorer le veau d'or eſt quand on fait la cour à un homme riche pour en tirer quelque advantage.

Une marchandiſe à bon debit eſt de l'or en barre; lingot qu'on a acheté cherement au poids de l'or. Atque *hæc ex ſplendido*, laborioſoque *Lex. Acad. Reg. Scientiar.* Non verò ingratum erit Lectori adducere veri & falſi auri diſtinctionem; nimirum ſi ſcire cupis ſitne Poculum pro aureo allatum ex mero auro an ex temperaturâ aliqua, vel etiam num ſit ex argento ſincero ære vitiato ſolve chalcanthum & ſalem in aquâ; hanc in poculum infunde vel hujus loco Liquorem, qui ex ſuccino dum oleum deſtillatur, prodit, immitte; maculæ multæ arguunt multum imperfecti metalli. Vidimus poculum impoſtorium cujus pars ſuperior erat argentum fabrile ut & pedamentum, ſed media æs albatum quod ſeipſum prodebat prominentiâ quadam leproſâ, unde facilè agnoſcebatur impoſtura, ait *Libav. ſyntagm. p.* 324. Quoad *Pondus* 1. Marck fein Silber hält 15. Loth 16. Grån/ iſt ihm auf Rthaler zu beſchicken zuzuſetzen 11. Marck 11. Loth 9. Grån Kupffer auff 100. Marck diß Silbers. Proportio ergo in crucibulo Marc. III. 2. Loth 9. Grån exhalatque 4½. Loth/ manente Marc. III. 7. Loth/ unde Rthl. 892½. Marck fein 14. Loth/ 4. Gr. Vid. Reinh. Bierman Metallbüchl. *Baſil.* impreſſ.

Uſum Auri quod ſpectat, ſunt illi omnino varii, medicinales, politici, &c. præter quos omnium curioſiſſimus ille eſt, dum ex optimo Auro *Sigillum* ☉ monetæ inſtar conficitur, in cujus unâ parte Rex coronatus cum Leone, in alterâ verò quadratura certorum numerorum (ut in hac figura depictum cernitur:) nimirum numero ſex multiplicari poſſit, ita ut in qualibet linea transverſum crucis modo numerentur 111, qui ſcilicet numeri ſecreti & abſconditi ſint cœterarũ ſtellarum huic planetæ ſubjectarum, ut docet *Theophraſt. Archidox. Mag. L. VII. p.m.* 717. Imprimenda autem ſigillo imago dum die Solis Luna primum gradum ♌ intrat. Et de hoc ſigillo refert *cit. Theophr. & Hiebner. Myſt. ſigill. & Lap. p.m.* 147. quod in ſindone luteâ geſtatum gratiam & favorem Principum conciliet, divitiisque & honoribus geſtantem auctiorem quempiam reddat varioſque morbos amuleti inſtar appenſum ſanet: de qua re porrò verba adducere lubet *Curioſiſſ. D. Joh. Henr. Voigtii in* Mathem. Raritāt. *Cent. II. num.* 145. *p. m.* 36. ubi ſequentia ſe de ejuſmodi ſigillo vidiſſe refert: Zu Oppurg im Vogtlande war ein Gräflicher Brandſteiniſcher Verwalter/ der hatte ein Sigill/ dreyeckt von feinem Gold/ mit Characteren geſtochen; Wer die Gelbe Sucht hatte/ und hängets an/ auff die Hertzgrube/ der ward innert 3. Tagen geſund/ wie er es



denn

denn offt ſolchen Patienten außliehe. Noch eins hatte er wider die Fliegen/das war graulecht von vermiſchten Metallen / in runder Form / wo das in ein Gemach gehänget wurde/ da die Fliegen bey tauſenden waren/ die ſuchten alſo fort ihren Außflug / und die nicht konnten außkommen / waren innert 2. Stunden alle todt. Noch einen Doct. Medicinæ habe ich wol gekañt/ der hatte des Theophraſti Sigill/ dreyeckt von vermiſchtem Golde und Silber/ wider die fallende Sucht/ und ſagte / daß er dergleichen unterſchiedenen Patienten hätte auffs Haupt verordnet/ und ſie wären geneſen. Der günſtige Leſer halte davon was er wil; Ich erzehle es nur wie ichs geſehen und gehöret. Vid. *Regn. Animal. in fine.*

Uſum verò Medicum quod ſpectat, licet Medico hodierno ſatius ſit è Medicamentis aurum, quàm ex auro medicamenta parare, ut inſignis *Chymiater Saxo Gothanus Daniel Ludovicus* in aurea ſua Pharmacia loquitur, tamen *Remedia ex Auro*, quæ re & nomine Regnum Minerale decorare poſſunt, uſitatiora & ſelectiora notamus ſequentia.

I. Aurum Pulverisatum ſeu crudum *ſubtiliſſimè limatum* magna præſtare in morbis deploratis experientia docuit, dum ſulphure ſuo blando à ventriculi ſemialkaheſtino veluti liquore nonnihil elicito, ſpiritus animales, ſolis ad inſtar, ſuaviter irradiat, fovet & afficit acriaque ſalia nimis exaltata illud adoriuntur, atque illi ſe combinando activitatem & ferociam ſuam, multùm mitigata, deponere coguntur, ſicut enim aqua regia ſaltem *ſpiritu ſalis armoniaci* vel *ſale communi* (ſolvitur ſcil. aurum modo in aqua forti aliquid ſalis diſſolvitur & totum in menſtruum deliquatur, nihil autem ab hoc ſegregetur: vel modo ab eodem ſale Aqua fortis tantùm cohobatur, hinc ejus aliqua duntaxat & volatilior forſan ſubſtantia in Aquam Regis faceſſit, ab Aqua forti enim ſali loco illius quod deceſſerat aliquid imprimi, credere jubet Nitrum verum in quod remanens ſal degenerat) acuata illud ſolvere poſſunt, ſic credibile eſt humores noſtros, ſpiritusque qui aliàs cum ſpiritu ſalis armoniaci affinitatem quandam colunt, certo modo depravatos, exaltatos magis, ſpecificè corroſivos auro exhibito adhærere & dum poris ejus, in quibus motus eorum nimius & perverſus ſiſti poteſt, ſe inſinuant, fibrillas corporis, quas crudeliter adorti ſunt, derelinquere, ſicque Corpori halcyonia & tranquillitatem conciliare. Hinc quamvis reliqua ingredientia *Pulveris* Medici illius Cæſarei *Antonii de Pozis* per ſe multa præſtare poſſint, ceu & efficaciam illius expertum ſe ſcribit *Exc. Frid. Hoffmannus in Clav. Schröd.* minimè tamen ei fruſtrà admiſcetur *Scobs Auri ſubtiliſſ.* Hinc illum in *febribus malignis* & *affectione hypochondriacâ* minimè ſpernendum cenſemus; Ejus deſcriptio hæc eſt: ℞. *Auri ſubtiliß. pulveriſ.* ℨv. *Unicornu ver. marin. ſeu foßil.* ℥ij. *Raſ. eboris* ℥j. *Pulv. epilept. Marchion. correct. cum cinnab. antimonii* ℥j. miſc. F. *Pulv. Doſ.* ℈j. *vel* ℨß. cujus pulveris effica-

cia quoad Aurum ingrediens vel & exinde perſpici poterit, eò quod in *affectione hypochondriacâ* & *melancholiâ* optimè juvent *globuli ex Auro formati*, ſi deglutiantur, acidum enim vitioſum eos corrodit ſeque enervat, ceu obſervatum eſt eos minori pondere cum ſenſibili ægrorum levamine redditos fuiſſe per inferiora: prout & ex dictâ ratione *Aurum foliatum* ſuam exhibere poteſt medicinam, dum noxiæ particulæ, quæ in aliis metallis copiosè reperiuntur, ab eo adſunt; commendamus id in medicamentis quæ *contra Mercurium in corpore oberrantem* præſcribuntur, prout id corpus intrare in Gallinis auri foliis ſaginatis hoc quidam ſe obſervaſſe referunt, dum in pectore earum poſt mactationem tres aureæ lineæ comparuerunt, haud ſecus ac in alia argenti foliis enutrita, inſperſis iiſdem ſaginæ, ovarium quaſi inargentatum apparuit, caroque argenti inſtar candida.

II. Aurum Fulminans pro Auro diaphoretico, de quo poſtea, conficiendo ita quondam in Officinâ pharmaceuticâ *Dn. Urielis Ritzij p. m.* præparandum fecimus: nim. *Ducatus Venetus limatus* optimè in *Aquâ regiâ* ſolutus erat, præcipitatusque *alcali* tum *fixo*, *oleo tartari*, tum *volatili ſpiritu* nim. *ſalis armoniaci*, quo magna ebullitio concitata ex conflictu ſalium, diffracta & eorum ſpicula aurum ſibi infixum velut habentia, affusâque copiosè aquâ font. per filtrationem tandem & edulcorationem *Aurum fulminans* prodiit. Hoc verò quia in pondere augetur, (Ducatus enim qui ℥j. pondere æquat. ℈iiij. Auri fulminantis exhibet) indicium eſt ſpicula illa ſalina corpori Auri adhucdum fortiter & intimè adhærere, igneque proin ſuſcitata cum violentiâ & fragore ab auri partibus diſcedere, unde dum cochleari nonnihil auri fulminantis inderemus magno cum ſonitu foramen fundo cochlearis impreſſum manſit, nummo obtegente in altum ſublato: primas hîc tenet ſpiritus nitri cujus magna eſt violentia, ceu aliàs fervidiſſimâ aëris conſtitutione particulæ nitroſæ in media aëris regione copiosè collectæ, ſi per contrarias ſulphuris, quod tum dominatur, & in aqua pluviali tandem ſe commonſtrat, particulas deprimantur caloreque accendantur, *Tonitru* ejusq; fragor excitatur. Ob ſalia verò ejuſmodi adhærentia obſervavi illud haud mediocriter laxare, ceu Ampliſſ. Dn. Conſuli *Krugio p.m.* illud exhibitum antequam Aurum diaphoreticum ad hecticam qua ex ulcere metarſi à clavo pedis (cujus morbi funeſtum exitum in *Obſerv. Exc. D.D. Mucalti* exhibuimus) laborabat, præparatum eſſet, diarrhæam, quæ adſtringentibus & roborantibus mox ſiſtenda erat, movit, adeo ut minimè abſim *Dan. Ludovico* aſſerenti, illud in ardentibus ad diarrhæam inclinantibus alvum præter intentionem ac ſæpè funeſtè moviſſe, nim. pituitam inteſtinalem egregiè incidit, hincque ad Tormina & Epilepſiam Infantum optimè commendatur, ut non ſaltem *Ettmüllerus in Valetud. Inf. & Prax. Med.* ſed &

Exc.

Exc. D. D. Sylv. Sam. Anbornius Practicus Sangallenſis feliciſſ. candidè teſtatur in *Miſcell. Curioſ. Dec. III. Ann. III. p. m.* 163. qui ſcil. Auri fulminantis *gr. ij.* cum *aa.* Jalap. in ſyr. viol. manè & veſperi feliciſſimè exhibuit; Laudatur aliàs in *Tympanitide & Colicâ*, auditque *Diaphoreticum*, ſed ut ex dictis notandum, oportet ut ſalia auro connexa ritè abluantur, in poteſtate enim Chymici eſt, remedium nunc magis laxans nunc magis diaphoreticum, nunc ſaltem diureticum adornare, ceu in mercurialibus & ♁tis in ſeq. conſtabit: Ubi diſpoſitio totalis maſſæ ſanguineæ & gangrana univerſalis corporis à ſalium corroſivorum liquefacientium ferociâ metuitur, haud ſpernendum erit connubium radicale *Auri fulminantis* (vel potius illius quod per repetitas fulminationes, hoc eſt evaporationes mercurii philoſ. præparatum eſt) cum *Sacchar. ♄ni cum Spiritu vini coagulat. & cinnabari antimonii rectif.* per philoſophicam putrefactionem, quale hinc medicamentum in morbis deſperatiſſimis ultimum remedium vocat *Frid. Hoffmannus*, v. g. in *febribus ardentibus malignis*, *Doſ.* à gr. iij. ad viij. item in deſperatiſſimis & contumaciſſimis morbis ſeq. ℞. *Auri philoſ. recluſ. Mercur. dulc. optim. aa.* ℨj. *Cinnab. antimonii puriſſ. Regul. antimonii medicin. aa.* ℨij. *cum ſpiritu vini rectif.* parum in mortario vitreo trituratione f. Pulvis *Doſ.* ℈ß. Sic & Pulvis Regius antipodagricus *Exc. Dolæi in Encyclop. Med. p. m.* 644. fit ex *Cinnab. nat. Mercur. dulc. particulâ auri & momento Opij.*

III. Aurum Diaphoreticum ex prædicto Auro fulminante ceu magiſterio auri facto cum aqua regia ſecundum *Poterium Pharmacop. Spargyr. Lib. III. p. m.* 599. etiam fieri poteſt cum duplici portione *florum ſulphuris*, quo pacto cicuratur ſuamque amittit volatilitatem & in pulverem rubicundum vertitur, *Spiritu vini rectif.* per 15. dies amplius digerendum: verùm meliùs & magis philoſophicè hoc fit ſi *Aurum* cum *aquâ vitæ philoſ.* quam & *ſiccam* (corpus ſiccum diſſolubile *&c. p.* 452.) vocat, recludatur, ut in *Sect. I. Append. Art. II.* ex eo fieri diximus & docuimus. *Excell. D. D. Frid. Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 59. judicat Aurum hoc diaphoreticum quod *Poterius* pulverem ſuum antipodagricum nominat, eſſe aurum cum mercurio junctum & decenti ignis temperamento in pulverem magnæ efficaciæ converſum, mercuriumque pro hoc ſcopo depurandum ſiſtere *Philaletham* in *Introit. apert.* Verùm noſtro judicio exulat omnis mercurius vulgaris etiam per metallica depuratus, & non niſi philoſophicus, quem cum veris Philoſophis *Poterius ſpiritum, ignem, azot, aquam*, vocat, aſſumendus, quæ nomina quia abundè explicavimus in *Miſcell. Cur. Dec. III. Ann. V. & VI. Obſ. CXLI.* benevolum Lectorem eò ablegamus: Nimirum valet id quod *Zvvölferus in Mantiſſ. ſpag. docet ſcil. ad* Auri ℥ß. Reguli antimonii ℥iiij. *miſcenda eſſe & liquefacienda in crucibulo igne forti, liquefacta effundantur inque pulverem ſubtilem redacta*

eouſque in arenâ calcinentur, donec rubedine perfundantur vel in pulverem rubrum convertantur; Sic nempe fit incrementum tincturæ auri per regulum antimonii puriſſimum ſoli junctum, digeſtum & ſpiritu ſalis vel Veneris extractum: nimirum ex pulvere iſto rubro ſpiritu ſalis vel Veneris Tinctura elegans elicitur, quæ tandem cum ſpiritu vini animato ita elaboranda eſt, ut cedat in Eſſentiam vel Arcanum præſtans. Uſum ſcil. hujus remedii egregium expertum ſe in *Obſervationibus* hinc inde refert *cit. Poterius*, maximè in *Hectica*, ut & *Paralyſi*, ceu illud *extr. hellebor. nigr.* & *colocynth.* mixtum in inveteratâ exhibuit mirabili cum effectu *Obſerv. Cap. LXXIII.* adeò ut inde quoque Aurum hoc diaphoreticum aliis nominibus, pro ratione morborum, in quibus confert, inſigniverit *Poterius*, nimir. *Pulverem podagricum*, ut in *Obſervat. p. m.* 42. *p.* 50. *p.* 142. *edit. Francof. in octav.* (cui ſcil. aſſenſum largitur *Hamerus Poppius in Baſil. Antim. p.m.* 205. referens Calcem auri cum reg. antimonii præ ſimplici calcinato antimonio inprimis ad articulorum gravitatem à Podagrâ vel Lue Gallicâ relictam commendari) *Sulphur hydroticum*, ob vim inſignem antihydropicam ut *Obſ. pag.* 84. *p.* 61. *& p.* 82. quin & *Sulphur martiale*, ut *Obſ. p.* 331. *metallorum p.* 245. *Theriacam metallorum p.* 41. *Cnôphelii* quoq; Antipodagricum in *Faſcic. Medicam. Dec. I. Ann. VI. & VII. p. m.* 152. relatum nil aliud fuit quàm ſulphur quoddam ☉e inſipidum, combinatum cum ſulphure antimonii fixato ſeu Cinnab. antimonii, ut refert *p.* 86. digeſtione lentâ; niſi forte intelligat per hoc combinationem Mercurii volatilis ♁lis cum ſulphure ☉i fixo, qui itidem pulverem præbet rubicundum in igne fixum, ignis inſtar conſumentem & concoquentem corporis humani ſordes & vitæ zizanias eradicantem, non ſecus ac alias ſcoriæ abſcedunt in Reguli ſolaris fuſione; Verùm probabile eſt ipſum ſulphur antimonii combinaſſe, quo pacto hoc parare docet non ſaltem variis modis *Kerckingius in Not. ad Baſil. Valent.* ſed & *cit. Cnôphelius p.* 87. ex ſcoriis antimonii cum ſale armoniaco ſublim. cum ſpir. vol. ♀ ſpir. vini tandem extractionem inſtituendo.

IV. Aurum Potabile, multis non putabile aliquod, à variis variè paratur: *Fr. Antonius Londinenſis in Tract. pecul.* de hoc remedii Cantabrigiæ 1610. edito, candidè docet C. 4. primò calcinandum eſſe ☉i corpus ſolidum, poſtea ſolvendum; Quem imitatus alius Chymicus Anglus *Corn. Drebelius Tr. de Quint. Eſſent. Cap. V. p. m.* 58. *è calce auri* parandum itidem docet affundendo *Spiritum vini rectificatiſſ.* ad ſupereminentiam 2. digitorum vel trium, ſic namque tingetur aureo colore fietque ☉ potabile ſeu Tinctura Solis. *Celeberr. D. Michaëlis* loco *Spiritus vini rectif.* ſumpſit illum qui ex *ſaccharo* ♄ præparatur aut reſuſcitatur, taliqueTincturâ ad *gr. iiij.* exhibitâ curavit Puerum quendam epilepticum, de quo omnes fere deſperarunt. Alii ad ſulphur auri eò meliùs extrahendum Spiritum vini acuunt *Sale*

urinæ

urinæ vel C. C. quo ſic ☉ minime acido ſaturatur, quin potius ad acidum rudius edomandum magis confortatur; verùm tinctura niſi ſit à radicaliter recluſo & ſoluto interno ☉ ſulphure vera non eſt, ſed ſolutio ſaltem tincta ex particulis ſalinis cum partibus auri tenaciter adhærentibus ob certamque illarum texturam reſultans; quare ad radicalem extractionem (ad quam docendam unice collimat *Regnum quartum ſulph. fix. metall.*) *Chymici* nobiliores *proprium Philoſophorum diſſolvens* expetunt, quæ eſt aqua dulcis, clara, pura & minimè corroſiva, à radiis Solis & Lunæ petita (*aqua cœlica Raymundina* laud. *Antonio Londinenſi de Aur. pot. p. m.* 32. dicta) in qua aurum reducitur in aquam claram gravem & funditur æque ac glacies in aqua calida; Et tum demum aurum in priorem ſtatum, id eſt, corpus reduci non poſſe dicitur, niſi hæc aqua in terram (id quod præprimis edocet hinc inde in ſuis ſcriptis *Raym. Lullius*) convertatur & hæc terra fiat fuſilis, fixa, tincturam præbens & elevare apta quæ ſunt inferiora, ex pauperibus divites faciens, illudque perfectum reddere, quod actu non erat, quanquam tale ſit *potentiâ*, de quo ſatis ſuperque in *Regn. Miner. Gen.* auctum. *Excell. Langelottus in Epiſt. pecul.* triturâ peculiari in mola philoſophica (quam inibi ſiſtit, & ex eo *Frid. Hoffman. in Clar. Schröder.* cujus tamen loco melius tritura & Tere Turbæ *Philoſophorum* intelligitur) vaſe ſcil. vitreo vel etiam ut *Burrhus* apud Regem Daniæ *Fridericum* fecit, aureo *calcem* ☉i pararunt, dum taliter ſolvens catholicum ſal aëris nitroſum allicuerunt, quæ ſolutio ob acidum volatile mitius, ſatis benigna eſt, quæque hinc nobiliores operationes, dum ſpiritui noſtro conveniens & amica eſt, quàm alia rudior & crudior, præſtare valet. Vid. *Tackium in Myſter. reſurr. rer. pag. m.* 65. *Thomſonum Anglum in Chymiatror. acu magnet. p. m.* 122. *Alb. Oth. Fabrum de Auro potab. ad Carol. II. Angl. Regem. Miſcell. Cur. Dec. III. An. V. & VI. p.* 109. *app. &c.*

V. Panacæa Auri Purgans *Exc. D. Mart. Maximil. Pruggmayeri*, quâ in curandis morbis mira præſtitit, hæc eſt, ex *Miſcell. Dec III. An. V. & VI. Obſ. XCIV. p. m.* 182. ℞. *Auri per antimonium purgati, inq; tenues laminas reducti, aut limati* ℥ß. *Mercurii vivi optimè purificati* ℥iij. *ſingula ſeorſim, & in ſeparatis vitris, Mercurius quidem in aquâ forti, Aurum verò & Vitrum antimonii in* 🜆 *ex ſale communi factâ, ſolvantur, ita ut ſolutiones ſint claræ & tranſparentes. Has tres ſolutiones confunde, &* 🜆 *per alembicum abſtrahe uſque ad totalem ſiccitatem & ignitionem vitri: Materiam in fundo relictam exime, & tere, iterùm in vitro affunde novam aquam regis, & uti priùs abſtrahe: quem laborem, materiam terendo, novam aquam regiam affundendo & abſtrahendo toties reitera, donec præcipitatus in ignitâ ferreâ laminâ nullum penitùs fumum de ſe emittat, quod fiet, ſi aquam regis ſexies vel ſepties, aut ſecundùm Hartmannum & Riverium duodecies à materiâ in fundo relicta abſtrahes: ubi notandum, in ſingulis*

gulis deſtillationibus aliquid ad latera vaſis ſublimari, quod ſemper abjiciendum eſt. His ita ritè peractis, maſſam vitro fracto exime, & tere, tritam patenti vaſi fictili vitreato impone ſuprà carbones, ut Spiritus ▽R evaporent, dein cum aquâ calidâ toties edulcora, quouſque omnem ſaporem & acrimoniam depoſuerit: pulveri exſiccato, Spiritum Vini rectificatiſſimum affunde, hunc abſtrahe, & alium iterùm affunde: quem laborem ſimiliter ſexies, novum Spiritum affundendo & abſtrahendo repete. Tandem prædictam maſſam in crucibulo lutato, igne rotæ per duas horas adhuc leniter calcina, & facta calcinatione ſuper pulverem in patina vitreata Spiritum Vini quem antea abſtraxiſti accende. Et ita habebis veram Panacæam auri, ſeu Aurum Vitæ ab aliis ſpagyricis nuncupatum, medicamentum præſtantiſſimum in Apoplexia, Epilepſia, Arthritide, Hydropiſi, Colica, Morbo Gallico & quampluribus aliis morbis, quod ita præparatum ſecurè à granis 8. ad 12. 15. uſque 20. & 30. additâ debitâ proportione Reſinæ Scammoneæ & Cremoris Tartari vel Tartari Vitriolati manè quinque horis ante paſtum, in aliquo juſculo, Syrupo, Aquâ deſtillatâ aut alio liquore ſumi poterit, & ſecundùm exigentiam morbi toties reiterari valebit, quoties neceſſitas poſtulabit. Quantam opem hæc panacæa purgans præter dictos morbos etiam in Febribus intermittentibus, quod tam de duplicibus quàm ſimplicibus intelligendum eſt, præſtet, enuntiare ſatis nequeo. Rarò enim præfata medicina bis vel ter ſive ſit quotidiana, tertiana, aut quartana, exhibetur ægrotanti, quin effectus deſideratus ad amuſſim ſubſequatur. Atque id ipſum hyberno etiam tempore, quo aliàs Febres, præſertim quartanæ, difficillimè aut nonnunquam vix ſunt curabiles, cum ſtupore fui expertus, ſimileſque quartanarios priſtinæ ſanitati feliciter reſtitui. Neque vulgari quadam virtute ſicuti cætera febrifuga, utpote per quæ morbus quandoque ad certum tempus tantùm protrahitur, & aliquando majoribus cum ſymptomatibus fit recidivus, hoc medicamentum gaudet & operatur, ſed fundamentaliter ipſam radicem morbi penitùs evellit, ſiquidem humorem melancholicum ſpecificâ virtute oppugnat, & illius fermentationem, quæ paroxyſmi cauſa eſt, inhibet, pravoſque ejuſdem qualitates extinguit; præterquam ipſos humores bilioſos expurgat, viſcoſos incidit, & attenuat, attenuatos educit, & graviſſimas obſtructiones, quibus febricitantes, plerumque verò quartanarii ſunt obnoxii ſimul quoque tollit; iis igitur ſublatis, & extincto fermento febrili, febres quoque cedere neceſſum eſt. Atque ut veritatem fatear, hæc mea panacæa Auri purgans nil aliud eſt, quàm genuinum illud à Celeberrimo Riverio tantoperè deprædicatum febrifugum ſeu verum ac ſpecificum febris quartanæ ῥιζότομον, de quo ipſe in ſuis obſervationibus toties gloriatur, ſe quàm ſæpiſſimè unicâ doſi præfatæ Medicinæ tertianam & quartanam curâſſe, rarò autem ad ſecundam & tertiam ejus exhibitionem confugiſſe: quâ de re præfatus Author, ſi quis ulteriorem informationem cupiverit, videri poterit. Deinde in hoc medicamento ulteriùs quoq; notatu dignum obſervavi, quod ii, qui paſſione

Colica

Colica *laborant, ſive ea ab humoribus biloſis, aut pituitoſis ſuam ſumat originem, non exiguam hâc acceptâ panacæâ opem perſentiant; nam ejuſmodi humores leniſſimè ſummâ cum ægrorum conſolatione educit. Et licet ſævientibus doloribus Colicis alia purgantia non ſemper tutò ſint adhibenda, hoc tamen medicamentum adhiberi poteſt quàm tutiſſimè. Nec ſolùm in Colica vis ejus miranda in lucem prodiit, quin etiam in* catarrhis, *præſertim* ſuffocativis, *ſuam demonſtret efficaciam, ſi enim hæc panacæa cum* Magiſterio Mechoacannæ *&* Antihecticio Poterii *permixta, alicui ſimili patienti offeratur, inter breve temporis ſpatium non ſolùm alleviatio percipitur, verùm etiam totalis morbi curatio, repetito adhuc ſemel medicamento, plerumque concomitatur: quod in pluribus quidem ſimilibus patientibus. præcipuè verò in Adm. Rer. P. Dominico Ordinis S. Dominici Prædicatore Generali ſedulò obſervavi; hic enim cùm aliàs ſæpius catarrho graviter decubuiſſet, & præfato morbo ad ſex uſque ſeptimanas quandoque laboráſſet cum neceſſariâ interruptione functionis prædicatoriæ, intra triduum hujus Panacæa ope convaleſcentiam eſt aſſecutus. Plurima hîc, Amice lector! etiam de aliis morbis afferre quidem poſſem exempla & experimenta, cùm autem ea ſpecificè recenſere nimis longum foret, unde huic meæ obſervationi finem impono, peneſq; inſinuo, quod, cui pilulæ magis quàm pulvis arrident, in hunc vel alium modum eas ſibi concinnare valebit. ℞. Auri vitæ ritè præparati, Extr. Aloës Soccotrin. aa. ℥vj. Myrrh. elect. ʒiij. Croci Auſtriaci ʒiß. Magiſt. Corall. ſolub. ℈ij. Ol. Caryophyll. gut.* viij. *Cinam. gut. v. c. ſ. q. Syr. de Cichor. c. Rhabarb. fiat Maſſa Pilularum, quæ à granis* xv. *ad* 20. *uſque* 30. *ſumi & ſecundùm neceſſitatem cum aliquot granis diagrydii, vel trochiſc. Alhanda locui poſſunt. Pro Coronide Lectorem benevolum certiorem reddere volui, me prædictum Aurum vitæ etiam ſine auro, nempe ex ſolo Mercurio & vitro Antimonii præparaſſe, & ejus ope nihilominus egregios effectus præſtitiſſe. Quod ipſum confirmat Joannes Michaëlis de hoc auro vitæ ita diſſerens: Qui inſcius venena hauſit, aut incantamenta perpeſſus eſt, vel peſte correptus fuerit, ſumat grana quatuor vel quinque, juniores grana tria, infantes verò granum unum, aut tertiam partem grani. ſanguinem in venis, medullaq; oſſium, & quicquid intra cutim, & carnem & circa nervos inhæſerit, mundificat. Et ut quidam mihi revelavit, plus* 80. *hominum peſte correptorum hoc ipſo præcipitato ex Vitro Antimonii & Mercurii abſque additamento auri, liberati ſunt.*

VI. Diaphoreticum ☉re fit ex *reguli martis ſtellati* ℥iijß. *Aur. puriſſ.* ℥ß. fuſis ac effuſis in regulum, qui pulveriſatur & cum *triplo nitri* miſcetur, pòſt in crucibulo calcinantur, detonantur & in aquâ extinguuntur, pòſt evaporando exiccantur ac rurſus in crucibulo liquefiunt & pòſt calcinationem iterùm extinguuntur, moreque ſolito dulcorantur & ſiccantur. *Uſus* egregius ad ſalia heterogenea Maſſ. ſang. edomanda, Arthritidem vagam, Luem Veneream, Lepram, Scorbutum, Podagram inveteratam, &c.

Aliud Diaphoreticum, potius Bezoardicum, ☉re conficere docet *Pharmacopœa Bateana*, ope ſpiritûs nitri bezoard. & butyri antimonii, dum nimir. talis butyri ut corroſi reguli ♁lis admixtione particulæ auri magis ſic divelluntur & ſubtiliantur & à corporalitate ad ſpiritualitatem reducuntur. Is enim, ut *Billich. in Obſ. Chym. p. m. 60.* loquitur, tam avidè aurum haurire perhibetur quàm aqua glaciem aut nivem abſorbeat; quod ipſum non tam corroſæ potentiæ adſcripſerim quàm præſentis mercurii trahaci magnetiſmo. *Zwölferus in Pharmac. Reg. pag. m. 99.* ita procedit: ℞. *Aur. pur. in* ▽R *ſol.* ℥ß *Butyr. antimonii in ſpir. nitr. ſol.* ℥ß. (donec non amplius ſtrepitus percipiatur) Solutiones mſ. & in arena igne leni abſtrahantur ſpiritus ad ſiccitatem; flava materia in fundo cucurbitæ relicta in vitreo mortario teratur & ei *ſpir. nitri* ℥iij. in cucurbitâ affundantur, factaque aliquali digeſtione denuo per arenam fortiter abſtrahitur, idque fiat ter, dein materia relicta calcinetur leniter ad horas duas ſub tegula (under der Muffel) uſuique reponatur; tum ℞. *Bezoard. hujus* ☉*ris, C.C. phil. ppt. Unicorn. foßil. aa.* ℥ß. *Bezoar. orient.* ʒij. Mſ. *Doſ.* ʒß. in peſte & febr. malign. Vel ℞. *Croci aur. cum Tinct. vel Vitro antimonii è regulo præparati* ʒij. *Bezoard. min.* ℥j. miſc. leniter ſub tegulâ (vulgo Muffel) per horam calcinentur & ſpatulâ agitentur, cui cum refrixerit, add. *Ol. cinamom.* ʒß. lævigentur per hor. ſuper porphyrite, tandem addendo *Boli arm.* ʒvj. *Croci Auſtr. aa.* ʒiß. miſc. inſpergendo *Ol. cort. citri.*

CAP. III.

DE ARGENTO.

ARGENTUM, (Græcè ἄργυρος & ἀργύριον ἀπὸ τοῦ ἀργοῦ dictum) cerebri ad inſtar candore ſuo, ob ſphærulas ex quibus conſtat, nitidum, ſincerum & ſplendens, minus quam ☉ (*perfectum minus* hinc quibuſdam dictum ob minus ſcilicet accuratum plexum, quo ab igne nonnihil ſubſtantiæ deperdit) ramoſis conſtat particulis, plurimis verò viſcoſis rudioribus cum ſpiritu ſalino valde amaro colligatis, adeò ut reſpectu aurearum particularum minus ſint digeſtæ, exactè commiſtæ & excoctæ, haud ſecus ac cum fructibus immaturis ſe habet, qui ob pericarpii carnem, multo vitriolo, ut *Malpighius in Anat. Plant.* docet, ſcatentem auſteri & acidi perſentiuntur, colorisque ſunt vel viridis vel pallidi, temporis verò tractu ex novâ modificatione particulis à ſole inducta, maturatione dulceſcunt, colorisque fiunt vel rubri vel flavi; pariter particulæ Argenti mercuriales viſcoſæ, ſulphureo-ſalinæ ſufficienter haud digeſtæ & maturatæ, fructûs ſunt inſtar immaturi: Sic namque in *Theatr. Chym. Vol. III. p. m. 606.* refert quidam Curioſus

ſus ſe in perluſtratione minerarum deprehendiſſe unam eandemque mineram argenti auro prægnantem quantò profundius cavaretur, tanto magis Auro fuiſſe feracem & multò plus Auri continuiſſe Argentum ex imis cavernis quàm è mediis aut ſuperioribus foſſum; ſcil. quia magis depuratum & prolixiori tempore excoctum digeſtumque à naturâ fuit ; vapor enim commiſtionis naturalis Mercurii & Sulphuris ſurſum delatus proxima quæque loca generationi congrua primum occupat, deinde illis oppletis ad alia tranſit, & ſic tandem poſt aliquot ſecula ad montium altiſſima fertur, donec tandem in ſuperficie eorundem vel lateribus, aquarum illuvie aut alio quocunque caſu prodatur, vel etiam metallurgorum induſtriâ vel virgulâ divinâ deprehendatur. Quod intimam particularum Argenti conſtitutionem ſpectat Accuratiſſimus Metallorum explorator *Kunckelius Obſ. Chym. p. m.* 120. in examine Argenti deprehendit in ejus Marcâ unâ non plus quàm quatuor lothones ſeu uncias duas Terræ albæ, qualem ſcil. in omnibus aliis metallorum corporibus animadvertit, reperiri, & per hanc terram mercurium, quo Argentum conſtat, copioſum coagulari, præſente inſimul ſale quodam vitriolico, quod ægrè Argentum, cupellatum licet cum plumbo, dimittit; nimirum mercurius argenti, (de cujus parandi modo vid. *Beccher. Phyſ. ſubt. P. V. Cap. III. §.* 29. item Chym. Glückh. *p.* 316. 349. item *Kunckel.*) terra ejus alba & ſal vitriolicum arctiſſimè mutuò ſibi connexa ſunt, deficitque ſaltem tum major Mercurii excoctio tum ſal volatile cum acido, ut ad Auri gradum evehatur; hinc namque & curioſiſſimum eſt experimentum laudati *Kunckelii*, dum Argento rubedinem inſignem, ſanguineam velut, ipſi conciliare potuit, illudque inſtar Terebinthinæ ductile reddere, nimirum ſi terræ prædictæ albæ Lunari acidum cum volatili inſinuetur; Vid. *Obſerv. Chym. p.* 111. item *p.* 7. ubi ſeq. modo acidi vim in vitrificatoriâ fuſione vel quæ inſtar ceræ liqueſcit, ſiſtit: ℞. *Lunæ* vel *Vener. limat.* ℔j. *ſulphur. comm.* ℔ß. *vel* ℥iiij. quæ per retortam deſtillata, repetitis aliquot vicibus quod ſublimatum erat denuo miſcendo, faciunt ☽tum inſtar ceræ liqueſcens, dum acidum terram Argenti ſolvit eique accreſcit (& à quâ dein lento igne per evaporationem ſecedit, ut denuo Argentum relinquatur inſtar pilorum, Germ. Haarſilber) cui ſi dein volatile aliquod è ſale armoniaco addatur, dubio procul rubedo unà emerget. Quia verò principia Argenti laxius nonnihil coierunt, fit ut Argentum (reſpectivè) Auro minus ſit fixum & ponderoſum, imperfectius, ſonorum, minimè durans omnino in cæmento regali: quamvis argentum argento abſolutius inveniatur, ut optimum quod eſt in antimonio nil deperdat, ſed aurum reputari poſſet, ſi adeſſet tinctura: quare & *Gebro* Argentum quaſi *filia* vocatur *naturæ proponentis aurum coëunte argento vivo & ſulphure albo non urente*; eſtque velut

Lux in tenebris in ſuis fodinis, multò tamen nitidius ſplendens, ſi igne repurgetur, ſec. Pſaltem Pſal. XI. *Eloquia Domini, eloquia munda, Argentum igne repurgatum*; nimir. Morbi ☽ti ſunt tum ſulphur combuſtibile, impediens quo minus in cœmĕnto ſtet & antimonium pertranſeat, & frigiditas ſeu intemperata humiditas, quæ hinc facilè à Lunâ repelli poſſint, (quod de reliquis fieri non poteſt facilè) ope calcinationis, maximè cum arſenico, ceu quâ ſulphur comburitur & ſale communi, cujus acido melioratur & fixa redditur, ut ex talium conſideratione docet accuratè Candidiſſimus *Iſaacus Hollandus Oper. Mineral. pag. 365. in Tom. IV. Theatr. Chym.* nimirum ℞. *Argenti cupellat. in laminas tuſ. q. ſ. Inde crucibulo & fac cum ſale comm. ſ. ſ. ſ. quouſque repleatur, tege & perluta, pone in fornace cæmentatoriâ, ut candeat, hinc refrigeſcat, aperto crucibulo lamellas reperies nigras, has lava, ſicca, reduc ſuper teſtam; denuo lamella & cum Sale comm. calcina & lava, idq; repete ter, & evadent albæ inſtar nivis & multùm fragiles, quæ tamen friabilitas corrigetur ſeq. Pulvere: ℞. Borrac. ℥j. Salis armoniaci ℥j. Tartari & Calc. viv. aa. ℥j. impaſta cum Ol. commun. Fluant invicem & Argentum ductile evadet inſtar auri eritq; Aurum album vel Luna fixa, quæ ſi non ſufficienter alba erit, reiteranda erit calcinatio & reductio cum priori pulvere.* Hæc verò *Luna fundenda cum Auro ſeq.* modo præparato: ℞. *Aur. fin. Vener. aa. ℥j. fluant, addendo parum Sulphuris comm. uſque dum Venus à Sulphure ſit corroſa, hæc effunde in conum calefactum & ſebo inlitum & ☉ in fundo remanebit & Cuprum à Sulphure corroſum, hæc in incude ſepara, & videbis Aurum ſummè rubrum à Venere, maximè ſi hoc triginta vicibus reiterabitur. Hujus Auri ℥j. addita Lunæ prædictæ ℥xij. fuſione reddit aurum* xxiv. *carator.* Atque hic proceſſus extat in noſtro MS. Germ. cumque eo concordat ille qui extat apud *Kunckel. in Obſ. Chym. p. 154.* ℞. *Sal gemmæ (quanquam ſale etiam communi fieri poteſt; quoniam verò illud in ſuo genere adeo variū ac diverſum, & in ſingulis officinis ſalinis aliud eſt, retineatur ſecuritatis gratia Sal gemmæ) hoc contunde minutatim & tum accipe argenti cupellati marcam unam in quo liquido ſcias nihil prorſus eſſe auri & extende volvulo, ad tantam, quantam fieri poteſt tenuitatem, ſi quis hoc inſtrumento deſtituitur is malleo utatur, ſed hac via proceſſus ille nimium redditur laborioſus; porro confice ex hoc ſale ſtratum ſuper ſtratum in pyxide terrea & hanc prunis aut fornaci cæmentatoriæ ita committe ut ſaltem excandeſcat, & non liqueſcat, idq; ſpatio circiter 12. horarum, deinde ſine frigeſcere, accipe pyxidem quam probè luto munitam eſſe oportuit, imprimis ſi non plena fuerit, reclude eam & argentum erue, &, quam late argentum projectum fuit ſal ipſum prorſus nigreſcens deprehenditur. Hoc Sal aſſerva, cum novo ſale ſepties repete & ☽ non tantum nigredinis relinquere videbis, illud obſerva, ſic Argentum tandem ita friabile fit ut digitis propemodum conterere liceat, id cur fiat in animo tuo conſidera, quando ſpiritus ſalis ar-*


gentum

gentum non ſolvit. Hoc *friabile argentum inditum crucibulo cum ſale gemmæ denuo liquefac, & in conum effuſum extende denuo, & denuo ut antea cæmenta & hac ſepties iterata cæmentatione, ſi in conum fuderis, & aqua forti ſeparaveris, talem reperies poßibilitatem, quam ne ſuſpicari quidem potuiſſes: An verò multum lucri ferat de eo nihil dico. Poſſem equidem exiguum quoddam compendium hîc oſtendere, quoniam verò metuendum ne non omnes in quorum manus hæc mea ſcripta venient, hoc ipſum ut par eſt agnoſcant, hactenus duntaxat illud hîc proponendum eſſe duxi. Ex quibus primum ſane poßibilitas intelligitur, ut ſi quis Magnus Princeps, aut alius quiſpiam tale aurum artificiale cimelii loco habere deſiderat, is cum aliquot marcis hanc operationem inſtituat, & habere poterit. Et credo ſane, ſi hæc operatio quam ſæpiſsimè continuaretur, aliquem quem victum operâ & labore quærere oportet, anni ſpatio neceſſaria vitæ præſidia, aut fructum tamen utilitatemq́ honeſtam poſſe comparare.* Mirandum verò præterea ☽ non ſaltem in ſpiritu nitri ſolutum cum additione Mercurii in arbuſculam artificialiter formari, ſed & in mineris naturaliter præ ſe ferre ſpeciem arboris, herbarum, item integrum piſcem, ſerpentem, ſcorpionem ex puro tali Argento in viſceribus terræ ita eſſe formatum, ceu miros ejuſmodi luſus naturæ vidiſſe ſe teſtantur primarii metallorum ſcrutatores *Agricola, Encelius Lib. I. Cap. I. Aldrovandus Muſ. Metallic. L. I. p. m.* 77. quæ hinc & ad confirmationem ſupra allatorum facient. Verùm præter ejuſmodi modò dictum Argentum, quod ſtatim eſt *ſuum*, (Germanicè Gediegen Silber cujus raſurâ Præfectus mineræ Freibergenſis, ubi & reperitur, partum difficilem ſanavit) ſine opificio fornacum factum, quodque Piſis in Archivo Magni Ducis Hetruriæ capillorum formam (quale trichites figurâ quoque ſiſtit laud. *Aldrovandus*) præ ſe ferre è minera vidi, dantur *aliæ Argenti ſpecies*, nimirum aut excoquitur ex metallis, ut ex pyrite, *plumbagine* (Germanicè Geſchmelzt Silber auß dem Kyß und Glanß) aut rude eſt, (Germ. Silber-Erß) cujus etſi plures fortè dentur ſpecies, ſi probè attendatur, *ſex* tamen notantur ratione *coloris*, ex varietate vaporum & commixtione cum aliis, *differentiæ*, dum *coloris* nunc eſt *rubei* (minera argenti rudis rubra de copioſo arſenico participans ut patet ex fuſione ☽ *p. j.* cum *lap. magnetis arſenicalis p. ij.* quæ rubra redduntur, unde illa minera vocatur Germ. recht gülden Erß) nunc *plumbei* (Glaſur Erß, ex ſulphure & Luna conſtans, ceu horum quoque fuſio cum pauco ſale communi docet) nunc *nigri* (ſchwarß Silber) jam *purpurei* (braun Erß) jam *cinericei* (grau Erß) jam *ruffi*: ex quibus *rubeum* variis modis in fodinis reperitur, naturaque præcipuè in eo mirabili opificio Geometriam (quam præ aliis ſiſtit *Aldrovandus*) exercuit, dum præterquam quòd ſolidæ ipſius maſſæ ad ſaxa ſimpliciter interdum adhæreſcunt, ſæpius etiam pro alterâ ſui parte quæ prominet in mucronem quaſi pyramidalem, materiam

riam aliam quam vena continet, complectitur, idque in forma quadrata in modum teſſeræ, interdum in forma ſexangulari ut Adamas, frequentiſſimè verò conſtat pluribus & inæqualibus angulis, ut Iris, rubeo colore, aliquando etiam cœruleo conſperſum. Quod *plumbei* eſt coloris probè eſt diſtinguendum à *Galenâ*, cujus colorem refert, quæque friabilis eſt & cultro vulnerata diſſilit, hoc verò minimè ſed dentibus compreſſum dilatatur, cujus occaſione notatu dignum eſt, quod refert *Munſter. Coſmograph. L.V. p.m.*116. In Meiſſenland hat es ſich ungefehrlich zugetragen/ daß man bey dem Waſſer Sal Silber gefunden hat/ an dem Ort/ da der Flecken Hall ligt/ ſo etwan ein Dorff/ aber jetzund ein herrliche Stadt/ und die auch von der Römer Zeiten her in groſſer achtung geweſen des Saltz-Brunnens halb/ umb welchen etwan die Hermanduren und die Catten gezanckt haben. Es hat ſich an dieſem Ort begeben/ daß einer ein Laſt Saltz durch Meiſſen in Böhemerland führet (dann es hat Böhem biß auff den heutigen Tag kein eigen Saltz) und fand in einem Karren-gleiß ein Stuck Bley-Ertz/ das war von dem Waſſer entdeckt und gewäſchen/ und ſahe auch gleich als wäre es ein Glantz von Goßlar. In ſumma/ er hub es auff/ und führt es mit der Zeit gen Goßlar. Dann dieſelbigen Fuhrleut pflegen viel Bleyes von Goßlar hinweg zu führen. Alß man nun dieſes Stuck Glantz probiert/ da fand man viel mehr Silber darinnen weder der Goßlar Glantz innhielt/ darumb machten ſich die Bergwercker von Goßlar gen Meiſſen/ an das Ort/ da jetzt Freyberg die edle Stadt ligt/ fiengen an zu graben/ ꝛc. Quòd verò id quod *cineracei* eſt coloris Argenti perſæpè dives ſit, obſervare datum in minera ſupra dictâ Rhæticâ, è qua Argentum cineraceum ſubdurum eſt, ut poſſit cultro ſecari, ceu & ſe duos tenere lapillos Argenti hujus cinerei, è quibus granulorum minimorum ad inſtar argentum emicat, quique igni admoti argentum deſudare videntur, *Lunæ Vegetabilis* nomine hinc quoque inſigniti, refert Clariſſimus *Olaus Wormius Muſæi p.m.*118.

Uſus Argenti varius eſt; in Medicinâ, Monetis, (ceu in *Urſtiſ. Chron. Baſil.* legitur, ſingulari privilegio urbi noſtræ promiſſum fuiſſe, ad monetam cudendam, omne Argentum in montibus argentiferis vicinæ Alſatiæ collectum, ceu quod *Münſtero in Coſmograph.* referente quotannis ad quingentas cum ſex millibus marchas adſcenderit) aliisque rebus, quas ſagax ingenium humanum ſibi applicare norit; quo & maximè ſpectat Sigillum Lunæ *Paracelſi* die Lunæ, Lunâ Capricorn. aut Virgin. ingrediente, ex puro argento confectum, quadraturâ ejus numero 9. multiplicatâ, ita ut quælibet linea 369. circiter contineat, & in altero latere ſit Imago Planetæ ☽: quale Amuletum in ſindone candidâ geſtatum morbis Lunaribus, Epilepſiæ, morbis oculorum, catarrhis, &c. reſiſtat: Ejus Figura hæc eſt. Cœterum non ſaltem in Rhætiâ ſed & Valeſiâ, (in valle ſcil. Eiſchilliâ, Bognies haud procul

procul à D. *Maurit.* oppido) & hinc inde in Helvetia apud Bernates, Glaronenſes, Subſylvanos, &c.



ſat divites argenti venæ reperiuntur, imò montes abſconditos theſauros tegunt, *Stumpſio* judice, quò altius ſcilicet in Helvetiam adſcenditur. Juxta *Aldrovandum* autem præcipuè pyrites albicantes minutis maculati granis venas argenteas indicare ſolent, quarum finis indicium præbeat tandem minera aluminis. Quo pacto autem cum plumbo ab impuritatibus præcipuè admixto ære purificatur, docet *Agricola in L. X. de re metall.* aureo libro.

Ex Præparatis Argenti, quæ in uſum Medicum cedere poſſunt, ſint

I. Crystalli Lunæ ſeu *Catharcticum argenteum* ex *Argento cupellat.* in *ſpiritu nitri* ſoluto (quæ ſolutio fellis inſtar eſt amariſſima) & per evaporationem tertiæ partis concreſcentes, qui *cryſtalli* exiccandi & de novo in aqua pluvia ſolvendi & filtrandi, addendo tantùm *ſalis prunellæ* quantùm ponderavit Luna, ad corroſivum Vitrioli Lunæ maximam partem obtundendum, ſicque per novam evaporationem obtinetur *Vitriolum Lunæ purgans*, Anglis præ aliis, in Paralyſi, *hydrope aſcite* commendatum, quia incidit & educit quàm promptiſſimè coagulatos craſſos humores; *Doſis gr.* iv. *ad* viij. *in rob. Sambuc.* vel *liquore convenienti*, vel cum *micâ panis* formentur inde Pilulæ magnitudine piſi minoris, quæ ſerventur in vaſe optimè clauſo, & aſſumantur cum pomo aſſo. Vocantur *Pilulæ Lunares Boylei* apud *Juncken. in Corp. Pharm. p.* 187. & hæ vehementer aquas educunt, unde ad corroboranda viſcera *Eſſent. baccar. juniperi* cum *proprio ſpiritu* extracta, vel *Tragea viſceralis cum croco ♂tis* pòſt exhibenda. *Daniel Ludovicus Magiſterium* ☽ longè acceptius, ſubtilius parari docet, ſi ☽ *in* 🜅 *ſoluta cum muriâ præcipitetur*, (qualiter ob conſiſtentiam tenacem facilem tum fuſibilitatem inſtar cornu ſi igni admoveatur *Luna cornea* dicitur, quæ in minutiſſimas adeò particulas diviſa eſt, ut ſit in proximo gradu ad mercurificationem) quod vel *per ſe* vel *cum antimonialibus Bezoard. miner.* (quo pacto commixtum non opus *Bezoardico argenti*) dari poſſit: Pro correctione verò decenti opus eſt *edulcoratione*, ut ſalia nimirum Lunæ ſic velut agglutinata, non ſecus ac in auro fulminante, eluantur, minusque ſi aſſumatur, ferocire poſſint,

ſalia

ſalia enim quæ inde elutriantur, non ſaltem ſunt ex ſale communi & nitro, ſed & maxime è vitriolo Veneris, hæc enim Lunæ ſemper ex parte adhæret, licèt optime per ♄ cupellata videatur, *Kunckelio* enim obſervante, ut docet *Obſerv. Lat. G. num.* 4. ♄ cum Lunâ cupellatus Venerem denuo Lunæ affricat, adeò ut pro feliciori ☽æ depuratione ſec. *Kunckelium* præſtet eam cum *nitro* & *borrace* fundere; nimirum experimenta hujus *Auctoris* circa Lunam inſtituta deſcribuntur *loc. cit. p. m.* 215. ſumpſit is argentum cupell. eique cum ſulphure calcinato affudit ſpiritum urinæ & perparum coloris cœrulei ſe monſtravit, unde pòſt argentum denuo cum alcali reductum & foliatum novoque ſulphure calcinatum nihil coloris cœrulei oſtendebat, Lunæ qualitate & quantitate imminutâ; Tale verò argentum de novo cupellatum & calcinatum de ♄ novum ſpiritum Veneris contraxit, hincque etiam novam Tincturam largiebatur extractione, quod argentum verò poſtea denuò cupellatum & granulatum cum *Nitri & Boracis p.ij.* in crucibulo fuſum omne cuprum in ſcorias cœruleas aſſumpſit, ſed fuſione repetitâ tertiò tandem omnis color evaneſcit, & calcinatione cum ſulphure etiam repetitâ nihil omnino cœrulei apparet. Hac verò operatione *Kunckelius* edoctus, tantum in ſpiritum urinæ de argento digeſtione tranſiiſſe, quantùm ſal acidum de ipſa Lunâ ſolvere potuit, ſed nullo colore communicato. Quare ad argentum purum parandum ſummopere in uſum traxit modum hunc fundendi cum nitro & borace poſt cupellationem. Imò fortè exinde quoq; fluit, quod argentum conficere doceat per ſe coloris ſanguinei & inſtar terebinthinæ ductile, haud ſecus ac *Becch. Theſ Ch. VI.* §. 249. quoq; refert ſibi notum eſſe modum aurum & argentum ceræ inſtar fluxile reddere ope ſpir. urinæ.

II. Lapis Infernalis ex Argento *in ſpiritu Nitri ſoluto*, ob ſalia admixta & non elota, cauſticum evadit potentiale, concentratur enim in *Lunâ ſpiritus Nitri*, ut hinc pro fonticulis excitandis, carne gangrænoſâ abſumenda, &c. is ritè adhibitus, utiliſſime adhibeatur. Ejus autem præparatio, quoad circumſtantias hæc eſt: ℞. *Argenti opt.* ℥ij. *Aq. fort. opt.* ℥iiij. probè ſoluto Argento maſſa integra in arena collocetur, abſtrahaturque dimid. ferè 🜄 pars: reliquam maſſam verò per vices in crucibulo capaci (capaci, ne materia igne exaltata extra crucibulum effundatur, hincque in auras abeat) liquefac, & quando ebullit nimis, ac è crucibulo egredi minatur, ferreo eſt deprimenda inſtrumento, pòſt ſi fluida ſatis videbitur, erit effundenda in canalem quendam ferreum (quali Aurifabri utuntur in liquationibus Auri & Argenti) ſed minorem; Poſtquam ita effuſa maſſa, ſi nigra fuerit & compacta ac minus foraminulenta & linguæ extremitatem guſtata rodens, bona erit; Sin verò nondum perfectè nigra, iterum crucibulo (ut de novo liqueſcat & adhuc aliqua parte 🜄is orbetur) injicienda eſt, liquataque rurſus in

canalem

canalem effundenda, idque toties repetendum, donec lapis productus erit nigerrimus, ſolidus, compactus, non adeo foraminulentus. (Quò plus Aq. fortis detrahitur, eò ſolidior & compactior lapis redditur, ſi modò tam bene corroſivus) hinc uſui reponatur in vaſe vitreo. *Nota* 1. Fit ſæpius ut lapis hic in vaſe vitreo, in quo reponitur, ſolvatur, id quod fit à reſiduo ſale & aqua forti, & ex nigro colore, in hoc caſu, deflectet in viridem & æruginoſum. 2. Argento nil detrahitur in hac operatione, niſi dum in crucibulo liqueſcit materia, ob ebullitionem per incuriam Pharmacopœi non coërcitam, aliquid maſſæ ex crucibulo ſecedat, & in carbones ſubjectas decidat, quorum igne dein in auram cum aqua forti exhalat, ſicque deperditur; nihil enim niſi ſubtiliatio particularum, ab aqua forti argento conciliatur, ceu & hoc fit dum portio argenti ▽Fti diſſolvitur, addito tanto ſalis armoniaci & tartari, ut fiat craſſamentum, quæ materia quoque in trochiſcos formatur & exiccatur, quibus cum modicâ ſalivâ ſupra Cuprum fricatis, color albiſſimus illi conciliatur, dummodo ab acribus ſuccis defendatur.

III. Tinctura Lunæ vulgaris larvata ſaltem ejus eſt vexatio, colorem enim per ſe ob viſcoſum mercuriale humidum optimè digeſtum, quo reſultravit, nullum in Chymia exhibere poteſt, & ultramarinus ille pretioſus, uti ex *lapide lazuli* & *Armeno* is aliàs etiam paratur, eſt à *Venere* ipſi permixta, quod ſi enim reſiduum tartaro fundatur, priſtinum habetur Argentum. Tinctura illa *cœrulea* autem fit ex *Lunâ cæmentatâ* (dum *Lunæ lamellatæ* ℥ß. *&* ☿*ti q.ſ.* fit *ſ.ſ.ſ.* in crucibulo reponendo in igne, donec ſenſim Mercuris avolârit & Argentum relictum ſit inſtar alicujus reſinæ, quæ hinc in pulverem redigi poteſt, de quo vid. *Boyle de Orig. Form. p. m.* 222.) dum ei in vitro anguſti officii affunditur *ſpir. urinæ*, & digeſtio inſtituitur per 24. horas, quo pacto ſaphirinus color ſe monſtrabit, haud aliter quam dum *Veneri ſpiritus urinæ* vel *ſalis arm.* affunditur: vel ſec. *Cl. Joh. Helfr. Jungken in Notis ad Agricol. Cap. II. p. m.* 26. ℞. *Sal. urin. vitriol vel C. C. vel cran. hum. Argenti limat. aa.* indantur vitro & ſtent aliquamdiu, uſque dum in flores excreſcat & maſſa cœrulea fiat, hinc affund. *Spir. Vini tartariſ.* & extrah. Tinctura. *Virtus* hinc ejuſmodi *Tincturæ* erit nec à ☽ ſola nec à menſtruo ſolo, ſed utriuſque mixtione quâ tertium quid inde reſultat, liquor nimir. ⊖nus partibus metallicis imprægnatus, quibus feroccia ſalia in M.S. domare & figere potis eſt, illaque amplexu ſuo & adhæſione peculiariter invertere: hinc multos *delirantes ex febre* ſe curaſſe refert *Grülingius Curat. Cent. V. p. m.* 40. ſolâ Tincturâ Lunæ, quæ etiam *Maniacis* à quibuſdam ob prædictam rationem, ut & oblivione laborantibus, propinata eſt, dum forte argenteæ particulæ ope menſtrui ſpirituoſi illuc traductæ cerebri, cui aliàs analogicè ☽ accommodatur, fibrillas roborare, ſicque ad decentem motum ſpiritus determinare & diſpo-

nere valent, præprimis autem ob *ſpiritum urinoſum* illos ſpiritus animales depurant & ab acido liberant, maxime ſi juxta *Kunckel. Obſ. P. lit. 3. num.* 17. Lunæ puriſſimæ cum ſulphure cœmentatæ ſpiritus ſal. arm admiſceatur, ſicque minutius ſubtiliſeturac velut ☿ſetur Luna, ceu *laud. Kunckelius Obſerv. P. II. p.* 13. abſtracto menſtruo urinoſo corpus ſaliforme remanere docet, ex quo ſpiritus lunaris deſtillari poſſit. Et ex tali Luna finiſſimâ Aquam prolectam licet inſipidam ſummopere extollit in Maniâ *Exc. Melch. Friccius in Paradox. p. m.* 127. quia ſcil. nimiam ſanguinis & ſpirituumvitalium expanſionem caſtigat, ſpiritus figit, acrimoniam humorum corrigit, ſomnum provocat, ſi ad aliquot cochlearia exhibeatur, ex quibus rationibus etiam *laud. Author* in Podagra, ut *Tract. pecul. p. m.* 160. refert, hanc Aquam cum *Syr. papaver. ſimpl.* ſæpius cum ſucceſſu ſe dediſſe refert.

IV. Arcanum Argenti *Poterii* Vitriolum Lunare ſubtiliſſimum eſſe judicat *Exc. Frider. Hoffmannus in Not. Poter. p. m.* 91. nimirum ut diximus in *Annotat. noſtris ad Obſervationes Chirurgicas Muralti* Arcanum hoc nihil eſt aliud quàm argentum radicaliter ope menſtrui convenientis mercurialis recluſum, id quod *cit. Poterius* innuit, dum ait: Magneſia Saturnina & Luna terreſtris, ſi ſudorifica reddantur, Arcanum hoc ſuppeditant; id quod doctiſſimè & candidiſſime explicat laud. *Frid. Hoffmannus*, dum ad vocem Magneſiæ ſaturninæ ſubjungit: Hæc nihil aliud eſt quàm regulus antimonii mixtus cum argento; duo hæc decenti ignis regimine figi poſſunt in pulverem diaphoreticum aperientem magnæ efficaciæ ſub parvâ doſi, dum ejus vires coincidunt cum mercurio præcipitato fixo. De hac Argenti verâ recluſione quid docuerit omnium optimè *Poterius in Regno quarto ſulph. fix. metall.* diximus, quò Lectorem ablegamus.

V. Diaphoreticum Lunare ita ſæpius paravit inſignis Chymicus Helvetius, *Doctiſſ. Dn. Bernh. Schnorfius, Pract. Badenſis* : ℞. *Reguli antimonii puriſſ. p. ij. Lunæ finæ p. j.* fuſa, pulveriſata cum triplo *Nitri*, decenter detona & edulcora, Doſ. *gr.* xv. Ad eundem modum Chymicos Scaphuſienſes id parare ad nos perſcripſit *Celeberr. Peyerus* : *Diaphoreticum Lunare non aliter paramus quàm Joviale, niſi quòd ſtanni Anglici loco Lunam diligenter purgatum recipimus, & cum regulo ♂ ſtellato* (cujus ſumitur v. g. ℥iv. Lunæ ℥ij.) *conjunctam & unitam ac poſtmodum in pulverem tenuem redactam cum triplo* Nitri *purgati & probè exiccati, ut artis eſt, conflagramus & in cinerem redigimus, qui aquâ communi edulcatus & reſiccatus fit Diaphoreticum Lunare.* Uſus in memoria confortanda, roborando cerebro, humiditatibusque ejus abſorbendis, *Epilepſiâ, Philtris & ſimilibus*, maxime ſi cum his duobus ingredientibus paulò aliter procedatur, nim. *Ettmüllero* docente, fundantur, pulveriſentur & ſublimentur horis 12. ſ. a. ita enim tota Luna cum regulo antimonii abit in flores: cujus doſis ſunt gr. iv. ad ix. Verùm quid inde ſi fixatio philoſophica

accedat,

accedat, obtineri poſſit, diximus in *Regn. quarto ſulph. fix.* Conſiderandum ſcil. hîc opus figuli, qui in duobus operatur, ſicco & humido, non aliter ac Philoſophus; *ſicco* ☽ nim. ut convertat humidum, *humido* ☿*li* ut ſolvat ſiccum, ſicque ſpiritu cum corpore mixto fiat temperamentum non ita rarum ut ſpiritus, nec ita denſum ut corpus, ſal ſcil. ☽ti Philoſophicum.


CAP. IV.

DE FERRO.

FERRUM (Græcè σίδηρος) meritò poſt ☉ & ☽ primas inter Metalla tenet, quia in eo, ut in ingenioſo illo libello *Antiquiſſimum bellum inter* ☉ *&* ♂*tem* inſcripto, non ſine delectatione legere eſt, *flores rubri nobiles aurei* elegantiſſimi latent, ac, ut *Groſchedelius in Trifol. Hermet.* loquitur, ſi ſubtile fixum abſque fixionis læſione Argento debitè comunicatur, colore ducatorum aureorum id ita imbuunt, ut id per adurentia aut ſaturnum minimè ablui & deleri poſſit, idque quia ſiccitas ſulphuris martis fixam humiditatem Lunæ attrahit, vel poris hujus ita includitur, ut ♄nus Lunam minime ſubire & hinc expellere poſſit, ceu proceſſus ejuſmodi ſiſtitur in *Vellere aureo Germ.* & *Beccheri* Chym. Glückſ. noſtroque *Theſ. Remed. Ludovic.* de cujus praxeos theoriâ ulterius conſuli poteſt laud. *Beccher. in Min. Aren. p.* 71. & *Auct.* Wunderdrey *in Proceſſ. ſec.* unde nec mirum quòd quædam *mineræ martis* ☉*res* dicantur, ceu eſt illa è *marcaſitâ Haſſiacâ*, ex qua tinctura virium haud contemnendarum præparatur (de qua infrà) Conſtat nimir. ♂, in lapideis montibus plerumque progenitus, præter particulas terreſtres ſalino-vitriolicas plurimas, etiam viſcoſis & ramoſis, ob quarum tamen paucitatem illarumque copiam & craſſitiem fit, ut ♂ non tam citò in motum deduci poſſit & liquari, (nim. particulæ ejus fortiter à columnis aëris ſubtilisque materiæ incumbentibus premuntur, earumque plana, quibus ſe contingunt, ſunt ampliora minusque polita ſed aſperitatibus prædita) igniri verò faciliùs ob ſulphuris haud adeo fixi abundantiam, ob quod & fit, ut ♂lia aſſumpta ructus pariant 🜍 redolentes, & ♂ inde anticachecticum ſit inſigne, quia nimir. partes ſulphureæ nobiles quæ in eo reconduntur expanſæ ſanguinem depreſſum nimis exaltant, confortant, eique tincturam nitro 🜍ream conciliant priſtinam, adeo ut veriſſimè dicatur Tincturam ejus homogeneam ferè eſſe tincturæ lapidis hæmatitis, in qua vis dominatur martialis aliaque multa latent egregia, non ſolùm quoad Medicinam ſed & Alchymiam, ſicut & in 🜔io, de quibus infrà. *Exper. Kunckelius*, inſtituendo anatomen ferri in *Obſerv. p. m.* 96. refert quoque Martem 🜍 habere verè

comburens & valde ſalſum, quo dein remoto Terram in eo deprehendi copioſiſſimam, propter cujus ſuperfluitatem etiam plus in eo quàm in omnibus metallis deprehenditur coloris; Et *Obſ. Chym. de Princip. p. m.* 19. docet Ferrum validum habere acidum ſuamque terram, quæ à mercurio & ſale ejus (quæ ſcil. reſpectu terræ in minori proportione adſunt) exteriorem ſuum ſplendorem obtinet, cauſaque eſt difficilis fluxûs in igne; quin & ſi ſal acidum crudum in marte exiſtens affuſione ſpiritûs nitri confortetur, tam violentam terræ fieri ſolutionem, ut vitrum, in quo hæc ſolutio inſtituitur, intensè caleſcat. Et ex hac terræ & acidi copia fit quoque quòd Ferrum duriſſimum ſit metallum, quæ tamen durities varia eſt pro variis gradibus ex temperatura; nam candens ferrum mollius eſt & ideò facile tunditur, cujus ratio eſt humoris rarefactio, unde niſi temperaretur, etiam refrigeſcens mollius eſſet; hæc autem temperatura fit immerſione in unum vel alterum certum liquorem aut ſuccum, v. g. ſuccum Urticæ, de quo *Welſch. in Hecatoſt. p.* 86. poſtquam in certo majori vel minori gradu incanduit, ratione enim diverſitatis, poſitâ tum in liquore tum in gradu candefactionis ferrum temperatum redditur vel durum, vel molle, vel rigidum, vel flexibile, vel fragile, vel ductile, vel elaſticum, vel ſecus, quorum omnium ratio petenda ex mutatione plexûs particularum; Modus autem ex ferro chalybem parandi juxta *Beccherum* eſt ſaltem ulterior ferri excoctio, ejus ſalis acidi crudi ſuperflui ſequeſtratio, terrearumque partium ejus proximior ad ſe invicem acceſſio: Modus hic eſt: Werffe etliche Stücke Eiſen in ein leere Puckel ohne einige andere Matery/ und ſetz ſie auff das beſte verlutiert in ein ſtätes und ſtarckes Feuer bey 48. Stunden lang/ hernach mache die Puckel auff/ ſo wirſt du die eiſern Stücklein (es wäre dann das Feuer gar zu ſtarck geweſen/ daß ſie gefloſſen/ welches ſchadete) gantz an einander finden / aber mehrentheils / ja wann du recht mit umbgeheſt/ gantz in einen guten Stahel verwandelt ohne Verlierung eines einigen Grans. Ratio eſt perlutatio vaſis, quâ fit ut intus materia melius digeratur & maturetur, ſicut aliàs fit in communi chalybem præparandi modo, dum ſcilicet in ſuperficie funditur & in medio eò melius digeritur in chalybem. Vid. *Beccher. Phyſ. ſubterr. P. V. Cap. ult.* Verùm ut Artifex majus emolumentum ab ejuſmodi opere percipiat *Poterius in Pharm. Spagyr. L. II. C. XVII. p. m.* 468. jubet ferro expetitam prius figuram inducere & hinc in vaſe terreo oblongo & convenienti metallum ſtratificare cum partibus duabus *pulv. carbonis ſalicis* aut *fagi* & parte unâ *raſuræ cornu bovis*, vaſeque poſtea tecto & munito per 4. vel 6. horas in furno venti cum ardentiſſimo igne excoquere. Et ex dictis jam alii quoque *Uſus* Ferri, præterquam medicinales, (de quibus pòſt) patent, nim. pro robore & victoria conciliandâ in certaminibus, defenſioneq; ab omni læſione, id quod præprimis adſcribit

bit *Sigillo Martis Theophraſtus Par. Archidox. Mag. p.m.* 716. è ♂ confecto, ſc. fuſo die ☽, quando illa gradum primum Arietis aut Sagittarii intrat, ♂que eſt in domo vel exaltatione, ita ut in uno latere ſit figura ♂, in altero quadrangulum numero quinario ita multiplicetur, ut linea quælibet vel latus 65. comprehendat. Vid. *Hiebner de Myſt. Sigill. p. m.*144. Ejus figura hæc eſt:



Eſt autem Ferrum ut Aurum & Argentum duplex, *nativum* purum, granorum vel maſſæ inſtar (gediegen Eiſen) in fodinis repertum, vel *excoctum* in officinis ferreis aut ex *lapidibus ferreis*, in quibus ſæpius Magnes, quem embryonatum ♂ alibi vocavimus & multum quoad texturam internam (nim. itidem oblongis fibris & poris conſtat, quia ductile & magneticum eſt, & magnes ſe habet ad ferrum, ut Cadmia ad plumbum, & eſt marcaſita ferruginea, unde & colore nigro itidem eſt ob particulas ſtriatas) cum ♂te convenire infrà dicemus, extrahitur, aut ex *terrâ rubrâ* ferrugine quaſi læsâ, ceu circa montem Vocetium in Helvetia, qui totus fermento ♂li imbutus mihi per illum aliquoties iter facienti videbatur, copioſe colligitur & in ferrum liquatur; eſſe verò ſæpius mineram ♂tis inſtar fermenti, Ilva Tyrrheni maris Inſula ob ferri venam nobilitata (dum ejus ℔ C. reddunt puri ferri ℔ LX. teſte *Aldrovando Muſ. Met. p.* 134.) docet, ceu quæ incredibili copiâ eam & exinde gignit, quod quæ terra eruitur, dum vena effoditur, tota progreſſu temporis in venam convertitur, *Cæſalpino & Ceruto in Muſæo p.m.* 450. referentibus. Quod verò hi de hac Inſula referunt, id certè quoque de Helvetia noſtra, Marti aliàs addictiſſimâ, dicere poſſumus, dum nullus fere Cantonum eſt, qui non prædivites ferri mineras aut lapides poſſideat; Sic in ditione *Tigurinâ Mons Legerius* eas fovet, *Bernenſi Vocetius* jam nominatus & prope Habsburgum, *Lucernenſi* in *Alpe* Bleicken dicta; *Uranienſi* in dem ſchwartzen Ertzberg / *Subſylvanorum Vallis Melchea*; *Glaronenſium mons* Guppen; *Baſilienſium* ditio mineras ferri exhibet officinis fuſoriis in Lauffenburg; *Solodurenſes* in præfectura *Falckenſteinenſi* ad Cluſam, *Thierſteinenſi & Gilgenberg*, hinc inde illas cum aquis vitriolatis harum indicibus obtinent, ut nil dicam de illis quæ in *Epiſcopatu Baſilienſi* & hîc in vicinia in *Marchionatu Badenſi Canderæ*, ut & *Comitatu Neocomenſi*, optimum ferrum nobis ſubminiſtrant, de quibus præter *Wagnerum* accuratè differit *Munſterus in Coſmograph.* Sic & Chalybis minera colore magis fuſco quàm ferri apud *Sarunetes* in *monte* Guntzen effoditur,

ditur, quæ minera Fluminis (Flums) ad ferrifodinam torretur; ad Lacum Rivarium autem prope pagum Quintam Morgæ funditur & ex ea maſſula (Maſſen vocant Idiotæ) ferreæ conflantur, hinc denuo ad pagum fluminis vehitur, ibique chalybs optimæ notæ conficitur ac cuditur; Nec minus in *Engadinâ inferiore* prope *Sernezium* ante decennium & quod excurrit, minera ferri & chalybis detecta, ut & in *Comitatu Badenſi* circa pagum *Tegerfelden* in agris minera ferri habetur, ex qua chalybs optimus conficitur, haud ſecus ac aliàs in *Thuringiæ* agris ferrum legitur à pueris ſilicum inſtar ferruginei coloris, Germ. Loſſſtein/ eſtque optimum fluidum & ductile, quod durius ferri genus fuſile magis reddit. Communiter autem ſub piſorum (German. Bohnerg) forma legitur, quamvis etiam ſub aliis formis ludat, prout *Exc. Wagnerus* varias ejuſmodi figuras ad certas claſſes redegit, nobisque tranſmiſit, quasque *Miſcell. Curioſ. Dec. II. Ann. VIII. Obſ. CXLIX. p.m.*321. inſeri curavimus ſeq. In Helvetia occurrunt Mineræ ferreæ variæ, & quidem

I. Lapides Ferrei. §. 1. *Cornu Hammonis ferreum.* In Comitatu Sarunetano, (Germ. Sargans) qui ſupremum dominium VII. Veterum Helvetiæ Civitatum agnoſcit, in monte Gunzgen dicto ferrifodinæ antiquiſſimæ & ampliſſimæ cum anfractuoſis ſuis mæandris, & conclavibus concameratis ſeu fornicibus, extant: ex his *Cornua Hammonis ferrea* quandoque eruuntur. *Cornu* hoc *Hammonis* non conſtat ex ferro fuſo, ſed ſub inſolita mineræ ferreæ figura in matrice ſua deliteſcit. Matrix hæc aperta & ſeparata partim elegantiſſimum & rariſſimum *Cornu Hammonis* in conſpectum dat, quod ſex ſuis circumvolutionibus eminentibus, in ſe revolutis, perpetuisque ſtriis & articulationibus quibus eſt dotatum, tam blanditur oculis quàm quod maximè. Partim verò ectypon ſive potiùs matrix interior ejuſdem *Cornu Hammonis* in conſpectum cadit, quæ Cornu illud in cavitate ſua per lineamenta diſtinctè conſpiciendum præbet.

§. 2. *Lapis Syriacus ſeu Judaicus ferreus.* *Lapidum Judaicorum* ſeu *Syriacorum* vulgò dictorum magna eſt differentia: aliquot ejus ſpecies Helvetia noſtra ſuppeditat. Ferreus autem figurâ ſuâ propè accedit ad fructum Pruni ſylveſtris, qui teres & ſtriis deſtitutus eſt. Hic in monte Legerio ditionis Tigurinæ reperitur.

§. 3. *Cubi, ſeu Teſſeræ parvæ ferreæ.* Ferri mineræ ſub *Cuborum parvorum* ſeu *Teſſerarum exiguarum* figura, idem mons Legerius eſt fertilis. Cubi hi ſplendore fulgentes ex viſceribus minerarum ferri in monte illo deliteſcentibus in apricum proferuntur.

II. Legumina Ferrea. §. 4. *Fabæ, Lupini & Piſa ferrea.* Alia ferri minera ad pagum Wollenwaar infra Brugas, oppidum Argoviæ ad Arolam ſitum, ditionis Bernenſis, extat; ibi mons ex Ochra pallida conſtans, Mine-

ram

ram ferri piſiformem, ſive Globulos mineræ ferri, Bohn-Ertz/ vel Bohn-Eiſen / copioſè in ſeſe continet, ita ut *Mons piſorum* verè appellari queat. Terra hæc ſublutea, friabilis, matrix eſt horum Piſorum, diverſæ autem ea ſunt figuræ; alia enim figuram *Fabarum*, alia *Lupinorum* ac *Cicerum*, alia *Piſorum majorum* ac *minorum* figuram exhibent colore ferrugineo. *Legumina* hæc *ferrea* in Arolæ aquis lavantur, à terra ac ſabulo purgantur, quæ poſtmodum contuſa in uſtrina liquantur, in ferraria verò officina ferrum fuſile inde laboratur, ferrique laminæ inde conficiuntur. Talia *Piſa ferrea* etiam in monte Legerio reperiuntur, in cujus occultis abditisque ſinubus atque intimis receſſibus effinguntur.

III. Testacea Minera Ferrea. §. 5. *Cochlea ſeſſilis ferrea*, inſtar *planæ marinæ*, vel in ſe retortæ ac revolutæ inſtar buccinæ, ob raram ſuam ſpeciem, & ſingulare Naturæ opificium, etiam admiratione digna. Tales *Cochleas ferreas* concinnè & affabrè elaboratas jam commemoratus mons Legerius quoque profert.

§. 6. *Strombus ferreus*. Ex Cochleis *Strombos ferreos*, parvos, elegantibus radiis inſignitos, idem mons nobis ſuppeditat. Hoc Cochlearum genus non raritate minùs quàm venuſtate quoque eſt commendabile.

IV. Fructus Exotici. §. 7. *Cubebæ ferreæ*. *Cubebæ* hæ *ferreæ*, magnitudine, colore, figurâ atque petiolis Cubebas, exoticum fructum præſentant, quas mons Legerius ex imis ſuis viſcerib. nobis quoq; ſubminiſtrat.

§. 8. *Piper rotundum ferreum*. Pari modo *Piper rotundum nigrum ferreum criſpatum*, & figurâ & magnitudine ſua eſt commendabile: quod ſi cum vero Pipere commiſceretur, ſoli oculi fucum detegere nequirent. Ejusdem montis Legerii eſt incola.

§. 9. *Anacardium ferreum*. Minera hæc ferrea Fructum illum arboris exoticæ, Anacardium dictum, exquiſitiſſimè exhibet, quæ quoque Legerii eſt fœtus.

V. Confectiones. §. 10. *Confectiones Coriandri magni ferreæ*. Globuli hi ferrei perelegantes *Confectionis Coriandri magni criſpati* æmuli, ſplendore ſuo coruſci atque nitidi ſunt, quos Natura ex ejuſdem montis ſacrario profert, & ſingulare ejus opificium exiſtunt. Quibus ſimiles è renibus excretos poſſidemus. Vid. *Liſter. Angl. Tr. de Font. med. Angl.*

§. 11. *Confectiones Cinamomi ferreæ*. *Confectio* hæc *Cinamomi ferrea*, ſub Martis nigricantis minera apparens, ob ſingularem quoque figuram hîc meretur commendari, quam inter bellaria ſua Legerius itidem offert.

Quamvis autem ex hiſce ♂ excoctus nigricet, ſubſtantia tamen ejus interior rubro-flava eſt ad inſtar ☉i puriſſimi, adeo ut *Medicamenta* ex ♂te præſtantiſſima haberi poſſint, ſi nodoſitates ejus, ut *Stillerus* loquitur, ritè reſecentur,

centur, imò totam ille Medicinam Methodicorum abſolvit, quoad laxum & ſtrictum, dum fibræ corporis noſtri, ex quibus id compaginatur, nunc nimis laxæ nunc ſtrictæ ſunt, Maſsaque ſanguinea nunc in motu eſt concitatior nunc languidior, unde varii & multiplices prodeunt morbi, facilè patet, quæ egregia ex eo haberi poſſint, dum ♂ ſanguini ſic & calcaria & frena adjicere valet, ceu expertus loquitur *Ettmüllerus in Coll. Pharm. in Schröder. Oper. T. I. p. 836.* ſe tincturâ ⊖li ♂tis *Zvvölferi* menſes reſeraſſe in tenerioribus conſtitutionibus & in robuſtioribus liquore terræ martis ſolaris: quo tamen etiam itidem uſus fuerit pro iisdem in aliis ſubjectis ſiſtendis: nimirum exhibetur ferrum duplici intentione *aperiendi & adſtringendi*, & ut loquuntur *Frid. Hoffmannus* & *Ludovicus*, operatur non ſola laxatarum ventriculi fibrarum adſtrictione, ſed manifeſtâ rodentium acidorum humorum imbibitione ſeu quaſi ⊖liſatione (unde nimirum in debili maxime vel teriori ventriculi conſtitutione nauſea & vomitus, imò ex *Williſii* obſervatione, Ulcera & tormina lethalia) ac conſequenter hinc ductuum excretoriorum & lactiferorum deterſione, quâ ratione Hypochondriacos & obſtructos per accidens levat. *Joh. Colbatch Angl. in Tent. de Alcal. & Acid.* Chalybeata ex eodem fundamento non alcalibus ſed acidis annumerat, quia ſcilicet non agunt & proſunt niſi in Vitriolum redacta, laudatque inprimis Chalybis præparationem *Williſianam* (dum calcinatur cum ſale armoniaco) contra Rheumatiſmos pariter ac inveteratas menſium obſtructiones, & ſi *pulvis* ille *Williſianus* vertatur in *Oleum martis per deliquium* 50. aut 60. guttas ejus bis de die exhibitas in forti *Corticis quercini decocto*, ſeminalem fluxum feliciter ſedare affirmat, non ſecus ac pro hæmorrhoidum fluxu ſedando ♂ ut ſpecificum laudat remedium *Mayerne in Prax. p. m.* 317. ceu qui obſtructiones viſcerum tollat, atram bilem (nam hoc morbo laborantes plerumque ſunt hypochondriaci) domat & plurimùm dulcificat, viſceraque roborat; Idem quoque *p.* 527. aperte fatetur ſe in Ventriculi, Lienis, Uteri affectibus inveteratis & pertinacibus ſæpe exhibuiſſe Vinum chalybeatum per annum integrum felici cum ſucceſſu. Cœterùm *Exc. Frid. Hoffman. Fil. in Not. Poter. p. m.* 13. ex eo quòd poſt ♂lium uſum pulſus obſervetur celerior, facies rubicundior, infert falſum eſſe, ea ſaltem acidum in primis viis imbibere, mineralia enim partibus conſtare ſolidioribus minus diviſibilibus & ſpiritu minerali ſubtiliſſimo celerrimi motûs, hincque etiam partibus fluidis corporis noſtri motum conciliare, ut tenaces fundantur humores, obſtructiones liberent & excretiones promoveantur: Quare etiam *p.* 77. de Tincturis ♂tis, quæ omnes vitriolaceæ ſunt, docet, illas vim ſuam exercere ſtimulando, incidendo. *Remedia* autem è marte præſtantiora & ſelectiora ſunt ſequentia.

I. LIMA-

I. Limatura Martis Cruda ſubtiliſſimè pulveriſata meliùs ex *ferro ſimplici* quàm chalybe ferro duriori (△ne enim alteratus, rarefactusque, ut ſupra monitum, multùm ſpirituum & ſulphuris △lis deperdit, & à textura ſua naturali declinat) vel etiam ex batitura (ceu cui acidum affuſum ſuum ſaporem nihilominus retinet, minimè verò limaturæ, ceu à qua intra paucas horas dulcedinem contrahit) aſſumitur, ceu in quod humores rodentes facilius agere, ſeq; in poros ejus ampliores abſcondere, ſicq; capi & cicurari poſſunt, vel etiam facilius connubium cum ejus particulis inire, adeò ut longè præſtantior ſit omnibus crocis aperientibus & adſtringentibus, teſte *Excell. Pauli de medicam. delectu* §. 8. Quare & noſtro judicio præſtantiſſima hinc ea eſt, eique haud prævalet Crocus ♂ cum ſulphure præparatus & quidem ſec. *Grevv. Experim. curieuſ. du melange des corps p.* 47. ideo, quia illi affuſus *ſpiritus nitri* minus ebullit, quàm ſi *limaturæ* affundatur, ſec. *Cl. Wepferum* verò quia ſpiritus acidularum mater ſic deſtruitur, quare in *morbis melancholicis* optimè chalybis limatura in alcool redacta, & per telam tenuiſſimam trajecta datur ex *Conſ. fl. borrag. violar. cum ſyr. capill. ven.* aut de *pomis*. Optimum autem ejus corrigens in Vinis medicatis ſunt *Caryophylli* & ad ejus aſperitatem corrigendam *Saccharum*, clavis verò omnium optima ad ejus penetralia reſervanda *Tartarus*, qui hinc nunquam omittendus, egregiè enim is ♂tis vires elicit & in nodulum unà cum ♂te inditus Vinorum (quorum aliàs acidum blandius ♂tem per ſe etiam rodit & imbibit) medicatorum vires exaltat, nim. 🜖 aciditate ſuâ optimè martem vitrioliſat, non ſecus ac hoc ex eadem progenie præprimis quoque præſtat Acetum, ceu quo limaturam probè aquâ & tandem vino ablutam in crucibulo coquendo & igniendo, tandemque in marmore pulveriſando præparavit *Solenander in Conſil. p. m.* 336. qui illum in hepatis atque lienis obſtructionibus, in Ictero & Hydrope, fluxibusque quibusvis ſæpius ſalutarem expertus eſt, ac vel in pulvere vel Infuſo comodè uſurpavit, non ſecus ac ipſa Limatura ſic uſurpatur: Sic optimus *Nodulus* ſequens, qui etiā ſeorſim *Trageæ* ♂*lis* loco, quantum tribus apicibus cultri capi poteſt, aſſumitur: ℞. *Limat.* ♂ ℥iiij. *Tartari crud.* ℥viij. *Cinam.* ʒj. *ſem. aniſ.* ʒß. *fœnic.* ℈j. *Rad. caryophyll.* ʒvj. miſc. f. *Pulv.* inſuendus ſacculo & imergendus ſeq. ℞. *Herb. Puleg. Sabin. Origan. Praſſ. Beton. aa.* Mß. *ſem apii, aniſ. fœnic. Rad. rub. tinct. aa.* ℥ß. *Rhabarb. pulv.* ʒjß. *Vini albi tenuis Menſ.* ß. *Aqua font. q. ſ. ad emin.* 2. *digit.* Stent in infuſione, ſumaturq; manè & veſperi cyathus tepidè. Vel ℞. *Herb. meliſſ.* M.ij. *Limat. mart. præpar.* ℥iß. *Rhab. el.* ℥j. *Sen. aniſ.* ʒij. Inſuantur ſacculo & affund. *Menſ. j* ß. *Vini albi veteris. Exc. Riedlinus in Lineis Med. Ann. M DC XCVI. p. m.* 135. in *Cachexiâ hydropem minitante* Martem crudum quàm utiliſſimè ſuaſit Viro diu malo hypochondriaco conflictato, nim. ut quotidie bis *Limaturæ* ♂ gr. xij. & *Vini*

Martiati ſimpliciſſimè parati duos hauſtus ſumeret. Confer elegantẽ Cachexiæ ſanationem ab *Exc.D.D Jo Geor.Schvvallero* inſtitutam in *Miſc.Cur.Dec.III. Ann.V. & VI. p.m.*111.Et hæc quoq; egregiè opitulantur in *Cachexiâ Virginum*, earum *obſtructionibus citrinis*, *Melancholiâ*, *&c.* dum & menſes promovet, appetitum excitat, ſanguinem exaltat & ei colorem rubrum conciliat, ſic etiam et majoris pulsûs perceptio notari poſſit juxta *Mayovv Oper. Med. p. m.* 143. Sic & *Uterinum* optimum eſt ſequens: ℞. *Mart. & Tartari aa. affund. Aq. puleg. q. ſ. Infund. in loc. calido per* 24. *horas, poſt filtrentur, Doſis* ℥j. *vel* ℥ij. *Chicotius in Epiſt. Med. p. m.* 343. ſimpliciter ſaltem in morbis melancholicis ita parat: ℞. *Limat. mart. rec.* ℥j. *cryſt. tart.* ℥iij. Bulliant in ℔ß. *Aq. font. aut pluv.* Coque leniter per horas duas, id eſt, uſque ad levem tincturam in ollâ ferreâ novâ, colentur per manicam aut linteum novum, donec nil amplius ſtillet; de *Tincturâ* illâ detur ℥j. in juſculo. Quòd ſi verò blando balnei calore evaporet, obtinebitur tartarus martiatus egregie hypochondriacos juvans. Ad *Obſtructiones Virginum citrinas* expertum quoq. remedium eſt *Tragea* ſeq. *Clar. D. D. Muralti*: ℞. *Limat. mart. præpar.* ʒj. *Croci mart. aperitiv.* ℈ß. *Antimon. diaphor. gr.* xv. *Unicorn. foſſil.* ʒij. *Myrrh. præp.* ʒß. *Sacchari* ad duplex pondus omnium Mſ. f. *Tragea.* Sic in fluxu hepatico: ℞. *Limat. mart. aceto modo prædicto ppt.* ℥j. *ſpec. diarrhod. Abb. diatrionſant. aa.* ʒij. *Maſtich.* ʒj. *Manus Chriſt. perl.* ℥iij. miſc. f. Pulv. Quin & Vermes fugat *Limatura martis cruda* experimento *D. Ambroſii Stegmanni in Miſcell. Cur. Dec. III. Ann. I. Obſ. VII.* in fœmina cardialgia (in qua aliàs feliciter uſus eſt) laborante, de quo & *Glauber. Furn. Philoſ. P. II. cap. IX.* idque ob ⊖lum ♂tis inde elicitum. *Vinum martiatum* expertum *Wepferi* ubi metus eſt, ne Icterus in hydropem abeat, præſente reſpiratione difficili, ita fit: ℞. *Raſur. mart.* ℥iiß. *Rad. bryon. enul. camp. Irid. noſtr. aa.* ʒiijß. *Herb. hyſſop. chelidon. c. fl. & rad. marrub. aa. Mj. Sal. abſynth.* ʒj. *Cinam. opt. Caryoph.* ʒij. *Macis* ʒjß. *Croci or.* ʒj. *Gran. juniper. cont. m.*ß. *Sacchar. alb.* ℥ijß. Coq. bene in vaſe vitreo cum tribus quartar. Vini albi, *Doſis* manè & horâ ſecund. *cochl.* 3. 4. *ad* ℥iij. Poteſt & *Limat.* ♂ *ſubtiliſſ.* cum *Maſſ aloëtica* vel *Extr. abſynt.* in *Pilulas* redigi & Cachecticis exhiberi, vel modo ſeq. ℞. *Extr. aloës opt.* ʒß. *Limat. mart. ſubtil. gr.* xij. *Sal. ſuccin. troch. alhand. aa. gr.* vj. M. f. *Pil.* ex ℈j. *num.* xx. Vel etiam ſaltem limatura hæc fruſtillo panis butyro illiti inſperſa comedatur cum motu ſubſequenti, quo modo Studioſum quendam hypochondriacum cum atrophia ſubſequente ſymptomaticâ feliciter curatum fuiſſe refert *Theod. Schenckius in Diſſ. de Obſtruct. cap. XXII.* Sic & in obſtructionibus primarum viarum, cachexiâ, hydrope, tumore ventris incipiente, item contra ſterilitatem, menſium obſtructionem, Icterum, aſthma hypochondriacum laudat *Frid. Hoffman. in Not. Poter. p.*687. ſeq. ℞. *Limat.* ♂ ʒij. *Arcan. dupl.* ℈ij. *Ol. menth. deſt. gut.* vj.

gut. vj. miſc. f. *Pulv.* præſertim verò in affectione hyſtericâ ſeq. Pilulas: ℞. *Lim. mart.* ℨij. *Gumm. ammon. ſagap. Myrrh. Aſ. fœt. aa.* ℥ß. *Extr. caſtor. Troch. alhand. aa. gr.* xij. *Sal. volat. C. C. ſuccin.* ☿ *dulc. aa. gr.* viij *camph. gr.* vj. *Cum Eſſ. ſuccin.* F. *Pil. ex* ℈j. *num.* xx. *Doſ. num.* 14. ubi tamen notandum, non nimis crebrò & quotidie quaſi ♂lia ejuſmodi, maximè crudiora adhuc, ſi abſit præſertim acidum, eſſe aſſumenda, ceu hoc infelici exemplo in proprio corpore docuit *Dravvitzius* Chymicus Celeberrimus in cujus corpore ob nimium ♂tis uſum venæ & arteriæ omnes rubigine quaſi obſitæ repertæ fuerunt. *Externus uſus* limaturæ ♂tis eſt vulnerarius, idq; ob vitriolũ ex eo elicitum, v. g. in Balſamo vulnerario Pharmacopœæ *Holmenſis p.* 32. deſcripto: ℞. *Ol. abiet. & terebinth. aa.* Inf. *Ocul. populi alb. rec. q. ſ.* poſtea adjiciatur *Limat. mart.* & deſuper inſtillatur paulatim *ſpiritus vitrioli q. ſ.* agitetur mixtura ſæpius, ſic ſolvitur limatura & eſſentiam ſuam vitriolicam affuſo oleo communicat, idque reddit rubicundiſſimum, quod deinde ſejungendum à limatura omnique humiditate.

II. Crocus Martis Sulphuratus fit è *limatura* cum æquali portione 🜍*ris* in crucibulo per deflagrationem, hanc denuo aliquoties repetendo, quo acidum ſulphuris intimius penetret & martem ſufficienter reſolvat, id quod patefacit ſolutio hujus maſſæ in aquâ calidâ ſæpius affusâ, quæ inde viridis fit & filtrata evaporataque ad apparentiam cuticulæ tandem in loco frigido Vitriolum ſiſtit: Croci hujus *Doſis* eſt ℈j. *ad* ℈ij. Ex illo *Pulverem cachecticum* paravit *Ludovicus*: ℞. *Croci* ♂ 🜍*rat.* ℨij. *Corall. rubr. ppt. Ocul. cancr. ppt. aa.* ℨß. miſc. F. *Pulv.* Hæc præcipitantia verò præ ſalibus lixivioſis, quæ ab aliis addi ſolent, meritò idem præfert, neque verò ſaltem quod internos æſtus intendant, ſed & quia ſic acidum ⊖*li martis* adhuc præſens cum ſalibus combinatur, ſicque relinquitur *Crocus martis* ſaltem *adſtringens*, ceu ex hac ratione damnavit modum *Michaëlis Mayovv Oper. Phyſ. Medic. p. m.* 109. quò & facit, quod ſalia acidis extra corpus ſaturata inefficacia ſint acidum morboſum edomare, vimque abſorptivam & per conſequens aperitivam exerere. Cœterum quia tali deflagratione cum 🜍re particulæ ſalino-acidæ de novo reliquis combinantur, fit ut partes ſalinæ & ſulphureæ ferè ſint æquales, metallumque magis recluſum eò melius etiam pulveriſari poſſit. Hinc *uſus egregius* hujus *Croci* in *Cachexiâ* & *Picâ Virginum, Ictero*, &c. præſertim ſi cum *cremore tartari* exhibeatur, vel *cremoris hujus* ℥iv. cum *Vitrioli martis* ℨij. probè commiſceantur (id quod fit ſolutione & coagulatione) ejusque ℨj. per plures dies in Juſculo carnis alterato herbis aperientibus exhibeatur, maximè ſi poſt aſſumptionem corpus decenter moveatur. Huc referri poteſt Crocus martis Cachecticus *Zvvölfferi*, quem ſiſtit in *Mantiſſ. Spagyr. Part. I. cap. III. p. m.* 337. & ita ſe habet: ℞. *Nitri puri* ℔j.

liquefiat igne leni in crucibulo, cui injiciatur *limati ferri q. ſ.* ad ſiccitatem *nitri*, paulatim tamen & ſucceſſivis actibus, donec nulla amplius limatura inprimi poſſit; quo facto relinquantur paululum adhuc ſuper igne aliquantum adaucto, donec ſponte ſuâ accenſum *Nitrum* propemodum conflagret; eximatur dein maſſa è crucibulo & affundatur ei aqua calida, quæ ſi tincta fuerit rubicundo colore, decantetur filtreturque, hinc ſpatio circiter unius diei & noctis reſidebit pulvis rubicundus, quem ab aqua per filtrum aut decantationem ſeparatum ac probè ſiccatum ad uſus ſerva. Præſtans hic dicitur in *Cachexiâ, morbo virgineo & Chloroſi* oblatus à ℈ß. *ad* ℈*j &* ʒß. vel in quadam Conſervâ vel vehiculo alio congruo & palato grato.

III. Crocus ♂ Vitriolatus fit ex *limat.* ♂ *℥iij. ſpir. vitrioli* ℥vj. *Aq. fontan.* ℥iv. ſucceſſive miſtis, filtratis & ad cryſtalliſationem repoſitis, reſiduo verò ⊙ ſiccato & in crucibulo leni igne ignito, quo habebitur *Crocus mart. vitriolatus Excell. Wedelii*, ex quo fit ejus *Pulvis cachecticus* cum *pulv. ſtomachic. Birckmann. aa. & guttâ olei cinamom.* item ejuſdem *Pulv. ſpleneticus & antimelancholicus* cum ♂*io diaphoretico & cinnabari nativa.* Notandum nim, ex *Williſio*, qui multa circa ♂tem tentavit, in ♂te eſſe partes tum 🜍reas quibus maxime ♂tem *panacæam cachexiarū* eſſe diximus, tum ſalinas ⊖licas; tales verò ⊖linas in cryſtallos, *Vitriolum martis* dictos, abiiſſe ex prædicto proceſſu conſtat, reliquas verò in fundum ſeceſſiſſe *Crocum*que exhibuiſſe, ut ad cujus præparationem Mars acidis prius ut recludatur opus habet, ſive acidum illud ſit mutuatum ab aliis, v. g. in *Croco* 🜍*rato* ab acido ſulphuris ſeu in ⊖*lato* à -∽-u Vitrioli, ſeu ſit proprium ipſi Marti, quo aliàs *per ſe Crocus martis* optime paratur, dum *limaturæ mart.* affunditur *Aq. com.* & radiis ⊙ribus canicularibus exponitur, acidumque Martis ab aqua diſſolvitur & poſt accedente Solis calore proprium corpus in talem *Crocum* corrodit, qui maximè *aperitivus Ettmüllero* audit, quo tamen non cedet ille qui è *limaturâ martis urinâ* ſæpius adſpersâ, △rique itidem expoſitâ paratur, idque *ob* ⊖ ⊡*æ* Λ*e*, cujus ratione penetrantior exiſtit, v. g. in obſtructionibus viſcerum: ℞. *Croci mart. aper.* ℥ij. *raſur. C. C. prim. rec.* ʒvj. *Lumbr. terr.* ℥ß. *Ocul. cancr. Succ. alb. ppti aa* ʒiij. *Corall. rubr. Opercul. cochl. teſt. ana* ʒij. *Cinam. opt. Cort. ſaſſafr. ana* ʒij. *Sacch. alb.* ℥iij. miſc. f. Pulv. divid. in 24. doſes ſumendas manè è vino albo ſuperambulando per horas 4. ante prandium; quique egregius erit contra Rheumatiſmum.

IV. Vitriolum Martis, ex -∽-*ûs* ⊖*li* vel 🜍*ris*, ut dictum, affuſione & corroſione particularum martis ſalinarum, maximè in cryſtallos, paratur compendioſè ex lamellis tenuibus, ſic tamen ut -∽-ui ⊖li, ceu qui particulis terreis metallicis conſtat, meritò præferatur 🜍, cujus ℔ß, mixta *limat.* ♂ ℥iiij. aſperſione aquæ in vitro conſervali poſt 6. hor. incaleſcit & in maſſam bruno nigri-

nigricantem abit, quæ exempta & carbone accenſa ſolutione Vitriolum album ſaporis gratiſſimi largitur; Quin & dicente *Williſ. de Morb. conv. cap. XI. p. m. 135.* ⊖ ✱ cum deliquio ſolutum ♂ ſimiliter diſſolvit & ad cryſtalliſandũ diſponit: ubi & refert Vitriolum ſaporem ſubdulcem cum aſpera quædam ſtipticitate referre: Eſtq; in humorum efferveſcentiis compeſcendis & calidioribus viſcerum & ſanguinis diſcraſiis corrigendis, fibrillis laxis roborandis & conſtringendis, egregium medicamentum, egregieq; prodeſt in *affectione hyſtericâ, hypochondriacâ,* (v. g. in *Pilulis* hiſce *Hoffmannianis*: ℞. *Vitrioli mart. diagrid. ſulph. aa. gr. x. Gumm. ammon. Myrrh. Extr. cathol. aa.* ʒß. *Croci, Sal. ſuccin. aa. gr. iv.* cum *Eſſ. ſuccin.* vel *caſtor.* f. Pilul. ex ℈j. *num.* xx.) *Cachexiâ* (v. g in *Pilulis Gladbachianis*: ℞. *Vitriol. mart. tart. vitriol. aa.* ℈j. *Gumm. amm. aſ. fœt. galban. aa.* ʒj. *Ol. ſuccin. gut.* v. *M.*) *Hæmorrhagiis, Diabete* (ceu in quo eſt deſtructio vinculi quod intercedit ſero cum ſanguine) aliisque morbis, ubi ebullitiones acres humorum ſiſtendæ, bilis volatilis figenda & enervanda, maximè autem ad Methodicorum *laxum adſtringendum,* quamvis aliàs quia acido jam ſaturatum eſt, crudo marti cedat. Vid. *Riverius in Obſervat.* Et ex hoc vitriolo ♂tis artificiali non ſecus ac ex cõmuni & naturali quoq; ♌tur ex retorta ad latus *Spiritus Vitrioli* ♂ (qui tamen ut nobiliores martiales vires acquirat ad *ſpir. vitrioli comm.* ℔ß. addere ſuadet *Rolfincius Diſſert. Chym. VI. cap.* xv. *p. m.* 20. *limaturæ mart.* ℔ $\frac{1}{4}$.) vi reſolvendi & aperiendi dotatus, non ſecus ac hacce gaudet *ſpiritus vitrioli vulgaris* & is quem *Schröderus Pharm. L. III. cap. II.* è minerâ martis recenter (noſtro tamen judicio melius ſi aliquandiu aëri expoſita ſit) ut eſt Haſſiaca vel Lücellenſis non procul à Baſileâ, effoſsâ, deſtillatur, qui *capiti mortuo* reaffuſus aliquotque cohobiis ſuper eodem rectificatus, odorem tandem ambram moſchumque æmulantem habere perhibetur, & non ſecus ac *ſpiritus vitrioli martis Aquæ fontanæ menſ. j.* ad gratum acidulum ſaporem affuſus, miſtione per minima transvaſatione factâ *Acidulas* æmulatur & in variis efferveſcentiis humorum corporis noſtri utiliſſimè exhibetur. *Frid. Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 546. *Vitriolo martis* è mineris præfatis educto miſcet æquam partem *ſalis armoniaci*, affunditque ad aliquot digitorum eminentiam *ſpiritum vini ſimplic.* digerit per 8. dies, dein ſolutionem per inclinationem effundit & tamdiu ſuperfuſionem & extractionem reiterat, donec omnis color & ſapor eductus ſit; Solutiones has immittit retortæ & igne evocat *ſpiritum vini,* fortiori tandem prodit *ſpiritus martis* acidus cum nebulis albis odoris ſulphurei gratiſſimi; Huc pertinent etiã è *Vitriol.* ♂*tis* ⌽ *aperit. & cachecticũ chalybeatum,* & ♀*us chalybeatus Zwölferi.* ⌽ *aperitivum* ita ſe habet: ℞. *Vitrioli* ♂ *opt.* ℥ij. ⌽ *puriſſ. roſat. cum rec. roſis par.* ℥vj. Mixta ſolvuntur in *ſucci Endiviæ, Cichorii ſylv. depur. aa. ſ. q.* & vel abſtractione *ſucc.* repetitâ cryſtalliſationi exponuntur, vel exhalatione to-

tius humiditatis in ſalinam conſiſtentiam ſubdulcem reducuntur. Prodeſt *Nitrum* hoc *aperitivum* Hepati à ſanguinis tranſeuntis æſtu nimium calenti, ejusque obſtructiones reſerat. *Nitrum cachecticum chalybeatum* verò paratur, recipiendo *ſal. prunell.* ℥iiiß. *⊖li ♂* ℥ij. *Arcani dupl.* ℥iiß. iſthæc terendo ſubtiliſſimè, & immiſſa *cucurbitæ vitreæ* in arenâ, calore per gradus aucto, aliquandiu calcinando, ad rubedinem ultimo igne fortiori, ut liquentur in maſſam, quæ frigefacta eximenda, & ſub Lapidis rubicundi facie aſſervanda, cujus Vires ex ipſa denominatione patent. 🜿us verò chalybeatus ita conficitur: ℞. *⊖li ♂is cum ſp. ⊖li vel cum 🜂e parati* ℥ß. ſolve in *ſucci endiviæ* recenter expreſſi & depurati ſeu *ſucci acetoſellæ ſ. q.* ſolutionem hanc incorpora cum *cremoris* ſeu *acidi* *🜿i* ℥iij. ac in vitro calore leniſſimo exſicca & aſſerva. Quoad *Uſum* prodeſt in obſtructionibus Hypochondriorum & ſuppreſſione menſium, aperit & alvum laxat.

V. Tincturæ Martis omnes vitriolaceæ ſunt, dum ope acidi adjuncti recluſio corporis ejus fit & ⊖ ♂ inde elicitur, adeo ut inde colligere ſit modum operandi ejuſmodi tincturarum non tam emanare à vi abſorbente & edulcorante acidum ſuccos corporis inquinante (quando enim acido jam dum ſaturatæ ſunt, non poſſunt illud amplius aſſumere) quàm à vi ſtimulante & incidente; Quo autem melius illud ⊖um elicitur, ſubtiliusque eſt, hoc efficacior erit ejuſmodi Tinctura. Quare non adeò placet nobis cum *Dan. Ludovico* illa quæ per ſimplicem ferri 🜿ique coctionem conficitur & deſes eſt, ut & illa quam Celeberr. *de le Boe Sylvius* ita paravit: ℞. *Scoriarum ♂ q. v.* (quæ vulgo à fabris ferrariis rejiciuntur ac etiam in 🜊to coctæ, linteisque applicatæ gangrænam arcent) contund. craſſo modo, affund. 🜊 ad eminent. 3. vel 4. digitorum, repone in digeſtionem per triduum, ut 🜊 colore rubicundo tingatur, decanta tum à ſcoriis & iterùm repone, donec limpida evaſerit, decanta tum iterùm à fecibus, & habebis *Tincturam ♂tis* pellucidam *Doſis* ʒj. in ∇ *carduibened.* ad obſtructa, ſanguinem à fece melancholicâ expurgandum, coagulando humorem acidum. *Externè* lenit etiam. Multò nim. hâc nobiliores ſunt ſequentes & quidem primò *TRa ♂tis Ludoviciana* ex ejus *Pharmac.* & *Ephemer. Curioſ. Dec. I. An. III.* ℞. *⊖li martis 🝎u Vitrioli* (vel etiam cum 🜂e per calcinationem) *facti, Acidi 🜿 aa.* ℥iv. *vel* vj. Coq. in *Aq. ſimpl.* ℔iij. vel ℔vj. debitâ intenſione, ac ſeorſim agitandum ad mellaginem exhala, quam ſuperfuſis *ſpir. vini comm.* ℔ij. iv. vel vij. digerendo ſolve, pauco ſedimento, ſi cuncta ritè ſint præparata, relicto, qui liquor ſaturatus poſt nullam aut exiguam ſaltem abſtractionem ſeu exhalationem uſui reponitur, *eſſentiâ papaveris erratici* ulterius tingendus vel *eſſent. abſynthii* commiſcendus. *Uſus* in hypochondriacarum partium *obſtructionibus*, *effervescentiis, præfocationibus, cachexiis, &c. Ictero* item, niſi ſit cum *hydrope* aut

calculo,

calculo, (ut ut etiam in calculo optimè proſit) citra purgantia, affectum pleꝛumque in deterius præcipitantia, & hoc per aliquot dies continuari poteſt, vel ſuperaddi *Diaphoreticum martiatum*, interponique *Pilulæ aloëticæ*: Vid. *Ludovic. de Volat.* ⊖ 🜿 *p.m.* 85. Dantur verò adhuc aliæ *Martis TRæ* & *Eſſentiæ*, quas pariter recenſere è re erit: Ita *Cl. Timæus* Eſſentiam ſuam hypochondriacam parat, recipiendo *Limat. mart. ſubtil. cum* -∽- ⦶*li ſ. q. irrorat.* ℥ij. & poſtquam in vaſe vitreo per triduum ſteterit, affundendo *Vini albi generoſi* ℔ij. dein in digeſtionem reponendo per 7. dies, agitando quotidie aliquoties, demum Colaturæ infundendo *Trochiſc. de Capparibus* ʒvj. *Rhabarb.* ℥ß. *Spec. Diarrhod. Abbat.* ʒij. *Diatrion. ſantal.* ʒj. *Aromatic. roſat.* ʒiß. *Cremor.* 🜿 ʒij. *Fœcul. Bryon. Aron. aa.* ℈ij. *Salis fraxini, Cichor. Abſynth. aa.* ℈j. *Croci orient.* ʒj. mixta tandem iterùm digerendo in MB. per triduum, hinc colando, colaturam abſtrahendo ad medietatem, & ad uſum aſſervando, cujus doſis eſt à ℈ß. ad ʒß. in juſculo Carnium vel alio liquore convenienteZvvölfferus Eſſentiam martis corallinam conficit, dum *Magiſterii ſolubilis corallor. rubr. ver.* ʒj. ſolvit in 🜄 *æ cinamom. opt.* ℥iß. ſolutioni addit *Eſſentiæ martis* ℥ij. & miſcet pro Eſſentiâ hepaticâ, deobſtruente, quæ vices TRæ martis & Coralliorum re & nomine ſuppleat. Adeſt etiam Eſſentia martis dulcis liquida & in forma conſiſtenti *D. Dravvitii* à Cl. *Mollenbroccio in Tr. de Varis cap.* 13. *p. m.* 119. ita deſcripta: ℞. *Limat. mart. aquâ clarâ purific. q. ſ.* ſuperfunde *Succum pomorum Borsdorffianorum*, pone in locum calidum per aliquot dies, ſæpius rutabulo agita, poſt per linteum exprime, ac in loco calido digere ad conſiſtentiam, tunc eſt Eſſentia martis dulcis in formâ conſiſtenti, vel poteſt Extractum martis dulce nominari: Huic ſi ſuperfundas -∽- *Vini*, vel in *affectu Scorbutico* -∽-*um cochleariæ*, ac iterùm digeras & filtres, habebis Eſſentiam martis dulcem liquidam. Doſis eſt à *gut* 20. ad 30. poteſtque exhiberi in convenienti vehiculo, *cereviſiâ, vino* vel *aquâ antiſcorbuticâ*. Et hunc in modum parari quoque poteſt TRa martis cydoniata, *limaturæ martis purificatæ* ℥j. affundendo *ſucci cydonior. expreſſ.* ℥vj. vel ℥viij. mixta digerendo per aliquot dies, donec dimidia vel tertia liquoris pars ſit evaporata, & reſiduus *ſuccus* ſapore ſuo ſufficientem extractionem factam eſſe teſtetur, tunc filtrationem inſtituendo, & additu -∽-*u Vini ſimplici* vel *aniſato*, vel pro *malo ſcorbutico* -∽- *cochleariæ*, digeſtionem iterùm moliendo. Item alia cum ſucco Acetoſæ vel acetoſellæ, qualis ex *Mynſichto* deſcribitur à *Rolfinckio Diſſ. Chym. cap. XIX.* & ita paratur: ℞. *Succi oxalid. expreſſ. depurat.* ℔iij. *Pulp. Tamarindor. à filamentis & nucleis ſepar.* ℥viij. agitata in vaſe terreo piſtillo ligneo digeruntur vel coquuntur, & per pannum trajiciuntur, liquoris percolati & chalybis limati recipitur ſufficiens quantitas in leni digeſtione TRa extrahitur, & exhalatione ad quartam partem inſtitutâ, 🜄 eisque quibusdam partibus exhauſtis, ſaturatior facta ſervatur

tur ad uſum. Adhæc *Excell. Dn. D. Michaëlis* TRam quandam martis cum Antimonio ſeq. modo concinnare docuit: ℞. *Vitrioli martis* & ♁*ii q. p.* calcinentur abſtracto in retorta ſimul ſpiritu ad rubedinem, pòſt ſuperfundatur 🝞*us vini* vel hujus loco 🝞*us cochleariæ*, digeratur & filtretur, tunc parata eſt TRa ♂*tis* & ♁*ii*. Vid. *Diaph* ♂ *Lud. Zvvölfferus* habet TRam ex *Croco ſuo cachectico* parabilem, ſi illi affundatur 🝞*us* ♀*is* ad ſupereminentiam trium vel 4. digitorum transverſorum, hinc in calore leni digeſtio inſtituatur, quouſque 🝞*us* affuſus imbuatur rubicundo colore, qui decantandus ac alius 🝞*us* ſuperaffundendus, idque toties repetendum, donec 🝞*us* non amplius rubedine tingatur, Poſtea tincti ſpiritus omnes in MB. ad oleitatem abſtrahantur, reſiduus verò liquor craſſus cum 🝞*u Vini* ſummè rectificato extrahatur & rurſus ad liquoris craſſiuſculi conſiſtentiam deſtillatione redigatur, ipſo *pulvere cachectico* præſtantior juxta *Zvvölfferum* habendus. Plures qui deſiderat TRas evolvat *Frid. Hofmanni Clav. Schröder. Lib. III. c. XI. p. m. 229. & ſeqq.* Nos illam *TRam* laudamus nobiliſſimarum virium quæ elegantiſſima & ſanguinis inſtar rubicundiſſima eſt, *TRam* nim. ♂*tiu Zvvölfferi ex* ⊕*lo* ♂*tis* & *ſale eſſentiali vini*, qui eſt *liquor* 🜃 *fol.* ♀*ri* extrahendam ∇ *cinam.* 🝞*osâ*, vel 🝞*u vini* (more nimirum *Rolfinciano Diſſ. Chym. VI. cap. 23. p. m. 24.* ℞. ⊕*li* ♂ *non calcin. pulv. Terr. fol. tart. aa. part. æq.* miſceantur & locentur in cellam frigidam & humidam per tres dies & noctes, ſic color mutatur & aliquo modo fluida redditur, aëre ſe inſinuante in poros: huic coloratæ miſturæ affunditur *ſpir. Vini* & ſtatim TRa exurgit elegantiſſima, quæ vino infuſa gratum odorem ſpirare facit, tincturasque etiam alias exaltat) cujus *Uſus* in *obſtructionibus* hypochondriorum, pancreatis, *Cachexiis, Chloroſi, Melancholiâ*, &c. eaque viſcera apprimè confortat, Doſ. *gut.* 20. ad 30. Talis TR*a* quoque fieri poteſt cum *liq. terræ fol.* ♀*ri ex minerâ* ♂*tis* ⊙*ris* in *Haſſiâ* & *Thuringiâ circa Salfeldiam* ut & *Naumburgum* reperibilis, quæ plurimis in morbis chronicis admodum ſalutaris exiſtit, de quo *Miſc. Cur. Dec. II. An. VIII. Obſ.* 100. Ex eadem quoque habetur *Liquor* ♂*lis* ⊙*ris*, dum minera hæc, poſtquam per plures annos ad Vitrioli (quod ut aliud vitriolum, poſtquam cum aquâ fuerit ſolutum & inſpiſſatum & deſtillationi comiſſum ſpiritum præbet & ⊙uum relinquit, quod nihil eſt aliud quàm Crocus martis in verum Martem liquatione reducibilis) ſufficientem productionem expoſita fuit, cum *aquâ roriſmajalis*, vel alia aliquâ deſtillatâ infunditur, atque quod ſolvitur, filtratur, idque quod filtratum eſt, denuò huic mineræ vitriolicæ affunditur, donec nihil hujus ⊖is amplius ſolvere atque imbibere poſſit, qualiter dehinc Liquor talis optimas Acidulas artificiales conſtituere poteſt: Quò autem citius vitrioli ſufficiens productio obtineatur, ſuadet *Ettmüllerus in Colleg. Pharm. in Schröd.* ut minera contuſa in locum humidum reponatur, ut eadem ſolvatur, quo

pacto

pacto pinguis ſulphuris materia ejusdem in halitus abit, acidum verò 🜍ris rodit Martem, & ſic fit Vitriolum; cùm verò in vitriolum abierit, immittitur ollæ non vitreatæ ſeponiturque in cellam aliáve loca ſubterranea vel humida, ſic enim per ollam vitriolum purius inſtar lanuginis tranſudat, remanente quod craſſius & impurius fuerit; Lanugo verò vitriolacea cum pennâ tandem de ollâ abraditur ac in rore Majali ſolvitur, ut obtineatur prædictus *Liquor*, uſûs egregii in *affectu hypochondriaco, Cachexiis, infarctu meſenterii, ſcorbuto, nimio menſium fluxu & earum ſuppreſſione*, ſi in ejus doſi ad inſtar Acidularum indies doſis adaugeatur.

VI. Mars Solubilis Willisii ſec. deſcriptionem veram ex Anglia nobis communicatam ex eodem fundamento ita fit: ℞. ♀ *alb. purg. Limat. mart. puriſſ. ana p. æq.* M.ſ. exactè in mortario ferreo, affundo *aquam theriacalem & Lumbricor. magiſtr. q. ſ.* F. *Maſſa*, contunde poſtea fortiter maſſam, hanc cum piſtillo ferreo per ſemihoram, in globulum redacta includatur papyro albo duplicato, arctè ligetur circumcirca, ſuſpendatur in loco clauſo tepido per 3. 4. dies, dum in duram concreverit maſſam, pulveriſetur, cribretur, ad ℥j. addantur ℔ij. *Aquæ*, & habebis *ferreas Acidulas Williſii*, quales ſe in magna quantitate ex tempore parare poſſe, ac *Vinum, Ceroviſiam, Lac* aut *ſerum* ejus nullo cum negotio, chalybeata reddere *de Fermentat. cap. VIII.* refert, id quod arcanum hactenus erat ſcitu Curioſo cuivis digniſſimum. Vid. & *Junken Chym. experiment. Curioſ. p.* 309.

VII. Diaphoreticum Martiatum *Dan. Ludovici in Pharmac. aureâ p.* 330. deſcriptum, ut & in *Miſcell. Curioſ. An. VIII. Dec. I. Obſ. 65. p.* 108. commendatum (aliis etiam ♁ium martiale cachecticum & Crocus ♁nii martialis dictum) fit ex *Limat. mart.* & *♁ii pulveriſ. p. æq.* quæ per continuas agitationes, ad reguli concretionem præcavendam, in ſcorias rediguntur; maſſa verò hinc pulveriſata (ex quâ affuſione ♒ûs ⊖is & dein aquæ comm. vitriolum & ex hoc ♒us educi poteſt, imò melior Martis Eſſentia, ut docet *Ettmüllerus in Coll. Pharm. in Schröd. Oper. T. I. p.* 843.) *cum triplo ⦶tri* in Xbulo candenti ſucceſſivè detonatur, detonataque affusâ calidâ (ad ⦶ ſeparandum) edulcoratur & in pulverem ſuper porphyrite teritur ſubtiliſſimum, colore hepatis, qua de cauſa *Excell. Wedelius* illud etiam vocat *Bezoardicum martiale flavum*, item *♁ium martiale cachecticum*, qui tamen reguli illam concretionem admiſit & ita proceſſit; ℞. *Antimon. p.* ij. *Mart. p.* j. fundantur ſimul igne fortiori, ubi apparet *Regulus*, huic *pulveriſato* addatur rurſus *Mart. p.* j. & fundantur denuo, ut omnia quaſi in *ſcorias* abeant & cum *triplo nitri* calcinetur eodem modo, & edulcoretur in medicamentum magnarum virium in *Cachexiâ, Hydrope*, (præſertim ubi urinæ ægrotantis ſunt rubicundiores, teſte *Dan. Ludov. de Volatil. ſal. tart. p. m.* 72.) *Scabie*, & ubi in *Scorbuto & affectione hypochondriacâ*

opus eſt ſudore; Valet in impuritatibus cutis cum *Extr. fumar. pulv. viperar.* item in *Eryſipelate, Dyſenteriâ malignâ, Fluxu cœliaco* cum *Balſam. Peruviano & ſucco tenerior. fol. querc. inſpiſſ.* in Pilulis, ceu videre eſt apud *Exc. & Clariſſ. Joh. Conr. Wepferum in Diſſert. inaugur. de Fluxu Cœliaco*, in qua & refert *Venerandum Dominum Parentem ſuum* multiplici praxi ſæpius præſtantiam hujus medicamenti ad diſſolvenda glutinoſa & obſtructiones reſerandas (felici connubio ♁io & marte junctis & à noxio 🜍re exutis) eſſe expertum; cui & ſuâ experientiâ adſtipulatur *Exc. Frid. Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 13. dicens illud in curatione morborum frigidorum & ipſius hydropis opem ferre præſtantiſſimam, ceu & *Spangenberg de Podagr.* §. *XXXII.* hoc præcipuè appropriatum eſſe dicit ſubjectis humidioribus, quia exiccet & potentius ſudoriferum ſit quàm ♁ *diaphoreticum*. Is verò pro ejus præparatione taliter proceſſit. ℞. *Limatur.* ♂ ℥ß. 🜍 ʒij. ⦶ ʒß. miſc. detonetur in concretum nigrum friabile ſulphurei odoris & ſaporis, hoc miſceatur cum ♁ ʒv. ⦶ ʒij. Injiciatur per vices in Xbulum, detonetur & edulcoretur ut ♁ diaphor. ſimplex. Idem quoque ♁ hoc diaphoreticum ♂le non rubicundi ſed albi coloris paravit ſeq. modo: ℞. *Limat. mart. q. v.* conſpergatur ſæpius *aquâ purâ ſimplici*, ut abeat primùm in ſubſtantiam quaſi mucilaginoſam, & dein poſt ejus exiccationem in pulverem ſubtilem terreſtrem, ita ut *Limatura* ♂ ab *aquâ* ferè in decuplo multiplicetur; dein ℞. *Pulveris hujus* & ♁ *aa.* & cum *Nitri q. ſ.* detonetur in ♁ *mart.* egregium non rubicundum ſed albi coloris. Nec verò pigebit etiam aliorum Chymicorum encheireſes excellentiſſimi hujus remedii, cujus uſum indies ſalutarem experimur, adducere, v. g. *Exper. Dn. Bernhardi Schnorfii Practici quondam Badenſis*: ℞. *Clavos ferreos vulgo* Schuhnägel & ♁*ii optimi ſtriati Ungarici aa. v. g.* ℔j. Clavi in furno venti in crucibulo igniantur donec fluant; Tum injice per cochl. ferreum ſucceſſive ♁ium pulveriſatum; Omnia ſimul igniantur in fine, ut fluant, addendo parum *Nitri* aut *Flußpulver* ex ♀ & ⦶*tri aa.* detonatione facti, dein effunde materiam in mortarium æneum calidum, & omnia ſimul pulveriſa. Pulveri huic adde *Nitri ſicci* triplum, & uti in *Antim. diaphor.* dictum, detona, edulcora, & Pulverem in filtro reſiduum bruni coloris ſerva ad uſum. Doſis à ℈ß. ad *gr.* xv. per ſe aut cum aliis in *Ictero, Cachexiâ, viſcerum obſtructionibus, nimio ardore ſtomachi, ſcabie, &c.* Eſt enim vivum ſal martis cum ſuo fixo ſulphure & ſale ♁ii. *Nota.* Si ⦶*um* inde *edulcoratum* coxeris, habebis *Nitrum fixum* per ſe. *D. D. Graßius in Dec. II. Miſcell. Curioſ. Ann. X. p. m.* 104. compendioſum nec adeò difficilem modum ſeq. ſiſtit; Nimir. dum in alios uſus conficitur *Reg.* ♁*ii mart.* ex ♁ ℥xv. *Limat mart.* ℥ivß. ⊖ ♀ri ⦶*tri* ℥ix. ſcoriæ remanent nigerrimæ, quibus pulveriſatis & cum triplo *Nitri* exactè miſtis, & l. a. detonatis tandem poſt edulcorationem & ea quæ ad complementi

plementum operis fieri decet, reſultat *Bezoardicum martiale* egregium efficax & ſaturatum colorem *cinamomi* referens. Eædem ſcoriæ ſi aliquandiu libero exponantur aëri; deinde omne ⊖ & ♀ elixivietur, ♀ *ur aceto deſt.* præcipitetur, *acetum deſtillatum* affundendo ad punctum ſaturationis uſque, & tandem ulterius procedatur, ut artis eſt, largiuntur Terram foliatam ♀*ri* cum ſubtiliſſimo ♁*ii* ♀*re* combinatam, uſus certè haud contemnendi. Ipſe *Ludovicus* in *Miſc. Cur. Dec. I. Ann. VIII. p. m.* 108 pro majori compendio ſuadet ♁*ii pulv.* & *limat. Mart. puriſſ.* (vel hujus loco ſaltem *mineram Martis pulveriſ.*) *aa. v. g.* ℥*iij. Nitri puriſſ. pulveriſ.* ℥xviij. per ſucceſſivas, ut in ♁*ii diaphor.* in ollâ aut crucibulo ſaltem vulgatioris argillæ ſed (ob validas ebullitiones) capaciſſimo ac prius candefacto ritè continuatisque per rudiculam ſubactionibus, detonare, relictam maſſam (rejectis tamen circa oras crucibuli ſcoriis quibuſdam minus calcinatis, ſurgentibusque ſimul floribus ♁*io* infectis) elutriare & edulcorare, remanente quâdem *Martis* nòn adeò reſoluti parte (unde etiam ℥ß. vel ℥j. ejus omitti forſan poſſet) reliquo tamen ♁*nio* inter ſubitaneum iſtum conflictum vel congreſſum ſufficientiſſimè hinc ſaturato, ut nec colore nec effectu à ſupradicto paulò operoſiori differat. Id quoque curioſum quod idem notat, nimirum obſervabile edulcati pulveris ſuperpondiumà ſolis Vulcani effluviis, humiditate extrinſecus attractâ & portione rudiculæ vix deducendum.

VIII. Crocus Martis Adstringens per reverberationem igne fortiſſimo: ceu *Crocum Martis* nobiliſſimum *Kunckelius de Art. vitrar. p.* 60. parat ex *Limat. Martis* purâ in ollam altitudine digiti ſaltem inditâ, & probè tectam igni fortiſſimo in fornace cœmentatoria exponendo, ſic enim intumeſcet *Mars* & in altum ⌒-tur flos rubeus tenerrimus; quo exempto *Mars* compactus denuò taliter reverberatur, repetiturque hoc quouſque *Croci* talis ſufficiens quantitas obtineatur. Herr Kunckel ſagt von dieſem Croco, daß er über die maſſen ein vortrefflicher Crocus Martis ſey / der gewißlich weiter dienet / als er zu melden Luſt habe. Sapienti ſat. Aliter hic *Crocus* modo *Rolfinciano* è *Croco Martis ſaccharino albo* & *modico* ⌒-*us vitrioli* vel ♀*ris* Xbulo indito, leni calcinatione quoq; paratur, præſtansq; eſt remedium in *Dyſenteriâ*, *Gonorrhæâ* cum *Terebinth. Ven.* fluxibusque ſanguinis quibuſcunque, v. g. fluore uterino albo: *Rec. Croci mart.* ʒiiß. *Lap. hæmat.* ʒj. *Aloës opt.* ℥iß. *Extr. helleb. nigr.* ℥j. *Scammon.* ʒiij *Ol. ſuccin.* ℈j. *mac.* ℈ß. miſc. & cum *mell. roſ.* f. *Pilul.* vel ſeq. *Poterii*: ℞. *Croci adſtring.* ℥j. *Succin. Maſtich. aa.* ʒij. *Corall. ppt. Lap. hæmat. Sang. drac. aa.* ʒj. *rad. torment. fl. verbaſc. Sem. hyperic. aa* ʒiß. *Syr. myrtin. q. ſ.* f. Maſſ. Doſ. ʒß. *ad* ℈ij. Notandum itidem eum in calcinatione augeri pondere, dum acidum carbonum ſe in ♂ inſinuat & particulas in ſitu aliter locando ad diverſam aëris preſſionem diſponit: Convenit

multum cum ▽ *Vitrioli dulci*, cujus emolumentum in *Chirurgicis* infrà adducemus. *Mayerne in Praxi p. m.* 585. Crocum martis corallinum, qui fiat ex Vitriolo martis ad ſummam albedinem calcinato, vocat ſummum adſtringens in omni fluxu.

IX. Oleum Martis ex Croco Martis per reverberationem facto talem in modum prolicitur: *Rec. Crocum martis* per reverberat. factum, eidem affunde ∽*us Vitrioli philoſ. q. ſ.* digere & extrahe aliquoties *recenti* ∽*u* rubedinem, additâ *Aquæ font. ſ. q.* tinctos liquores abſtrahe ad mellaginem, hanc ex Cucurbita non nimis altâ ♎a, & acquires flores, qui aëri humido expoſiti in liquorem aureum ſolvuntur, hicque Liquor vocatur Martis Oleum, & vel per ſe à *gutt.* j. vel ij. ad iij. vel cum Arcano ♀i mixtus ad *gutt.* x. x. xx. &c. cum appropriato vehiculo in tono viſcerum læſo, *vomitu, dyſenteriâ*, & aliis *alvi, ſeminis* & *urinæ fluxibus*, item in *Hæmorrhagiis* variis tanquam ſummum obſtructivum cum ſucceſſu adhibetur. Aliud ejuſmodi Oleum Martis Auro potabili vix cedens carmine deſcribit *Pharam. Rhumelius Jatr. Chym. cap. X. p. m.* 960. quod inprimis valeat ad *Herniarum curationem*: fit nim. ex *ſolutione ♂is in Aq. philoſ. è Vitriolo & ⊖e*, ſolutionis filtratione & abſtractione, uſque dum igne intenſiori *Oleum rubrum* appareat, quod optimè rectificatur & ſummè *anodynum & antihyſterium* præ reliquis virtutibus erit, eſt namque ☉ris progeniei, ut ſupra dictum, emergitque è particulis ramoſis in fluorem concitatis. Alii ſumunt *Crocum martis* ex *martis* in *Vitrioli* ℔iij. Aquâ tepidâ ſoluti paratum ad omnimodum laminarum ♂ conſumptionem, cui dehinc addunt *ſilicum calcinator.* ℔ij. & per retortam bene lutatam lento igne per 12. horas dein intenſiori ∫lant, unde *oleum* coloris ſanguinei habetur, *extus* & *intus* uſurpandum, in prædictis aliiſque affectibus præprimis verò ad omnes *hæmorrhagias interiores* & *viſcera roboranda* præſtantiſſimum.

X. TRa Martis Adstringens ad modum *Ludovici* vel è *crudo marte* per ∽*um* ⊕*nis ſimplicem recentem* aut ♀*ratum* præparatur, vel etiam, ut in *Tract. de Volat. ſal. tart. p.* 84. docet, è floribus, è coagulatâ martis (in ſpiritu ſalis) ſolutione rite ſublimatis vel ipſis quoque ſalis armoniaci floribus nigris ultimis per deliquium ſolutis, vel juxta alios etiam è ⊙ ſeu ▽ *volatili martis* dulc. balſam. abſtrahendo pulvere arenam remanentiamque extrahendo in *TRam adſtringentem cum ſpir. Vini*, Doſis *gutt.* 20. 30. *Uſus* in *fluxibus* quibusvis, *uterinis, alvinus, hæmorrhoidalibus*, &c. *Exc. Ettmüllerus* quia vomitum timet ob ♀rem, optimum proceſſum ſeq. judicat: *Rec. Croci mart. adſtring.* facti præcipuè ex Vitriolo martis, ſeu ⊙ Vitrioli martis ab omni Vitriolo elixiviati q. v. ſolvatur in ∽*u nitri* vel *ſimplici* vel *compoſito* cum *ſpir.* ⊖, ſolutio abſtrahatur, ut in fundo remaneat ſub conſiſtentia pultis, huic affunde

ſpir.

ſpir. Vini probe rectificatum, & habetur *TRa egregia* in quibusvis *hæmorrhagiis, dolore capitis* (quem teſte *Claudero in Miſc. Cur. Ann. V. Dec. III. p. m.* 383. miraculoſe ſedat, ac etiam gargariſmi loco uſurpata, dum ejus *guttæ* 40. in *aq. appropr.* ſolvuntur, odontalgiam certò lenit) *ſputo ſanguinis, Diarrhæâ, Dyſenteriâ*, &c. Doſis 20. ad 30. 40. *guttas*, in quovis ventriculo.

XI. Flores Martis varii variè præparare ſolent; *Experientiſſ. Moſes Charas Pharm. Regiæ Chym. cap. LIV.* Flores martis parat, *Croci martis* cum *ſulphure* reverberati, & ⊖*is* ♓*ci pulveriſati partes æqual.* in CCtâ vitreâ Balneo arenæ commiſsâ ſuperimpoſito capitello diligenter luto obducto & △ne per gradus adhibito ſublimando, ubi pars *Croci* & ⊖*is* ♓*ci* ſurſum evecta ſub ſpecie florum flavorum apparet, qui triti & cum ſubſidentiâ remixti iterum ſublimandi, quod quinquies aut ſexies aut toties repetendum, quouſq; *Crocus martis* fere totus cum ✳*co* in flores ſurſum elatus ſit. Florum autem omnium ratio conſiſtit in *ſulphuris ſubtilioris & volatilioris martis ſalisq; vitriolacei* tantillo cum *ſalinis volatilibus* admixtis particulis, ſub ſpecie fumi, ſenſim ſenſimqu calore remittente in floccos ab aëris frigidioris ambitu condenſari ſoliti, ritâ in altum propulſione & elevatione, quam quidem ✳cum facilitat, dum *ſulphur* à partibus terreſtrioribus & ſalinis crudioribus liberat, ſicque illi alas quaſi tribuit. Hinc omnes ferme Martis flores, tanquam partes corporis metallici ſubtiliores △les & ſulphureæ balſamicæ, atque cum ⊖inis △bus additis exaltatæ, omnia penetrant & penetrando aperiunt, disjiciunt & diſſolvunt, ſi vel per ſe vel cum *pulvere* aliquo aut *ſyrupo*, aut *conſervâ* aut *electuario* aut *aqua* convenienti commixtæ, vel in liquorem per deliquium, vel in TRam cum menſtruo aliquo ſulphureo, quale *ſpiritus Vini* exiſtit, redactæ ægro propinentur, unde cum fructu adhibentur in omnibus ferme vaſorum, viarum, meatuum, viſcerum & inteſtinorum obſtructionibus, ut & in *Tuſſi, Aſthmate & ulceribus putridis*, magna cum ægrorum ſalute. Exinde quoque fit tum *Sedativum Archæi ex Sulphure ſublimato martiali Zwölferi*: ℞. *Flor.* ⊖ ♓ *ci martial. ex* ✳*ci & limat. mart.* vel etiam *Croci mart. aa. q. p.* quibus ſuperaffundatur *Spir. Vini roſati*, ſcil. à *roſis recentibus* bis térve abſtracti deſtillando, & ad ſummam puritatem redacti, quant. ſufficient. Fiat Extractio *TRæ Martis*, relicto ⊖ ♓ co in reſiduo, toties ſpiritum prædictum affundendo, quouſque *TRa* flava conſpiciatur. Flavedine ſpiritus tincti poſtmodum deſtillando nonnihil abſtrahantur; rubicundus verò Liquor reſiduus ſtudioſe aſſervetur, *qui paſſiones Colicas, Inteſtinorum tormina, aliosq; dolores placat: Hepar roborat, nec non Lienis obſtructiones reſerat.* Tum & *Sulphur* ⊖*li anodynum martiale.* ℞. *Flor. prædictorum* ⊖*is* ♓ *ci martial. flaveſcent. q. pl.* Hi, affusâ aquæ ſimplicis ſuffic. quantitate, ab omni ſalſedine, ſive ⊖*le* ♓ *co* liberentur, & repetitis vicibus veluti edulcoren-

corentur, ut pluviſculus rubicundus, de *Martis* proſapia ejusque eſſentia, in reſiduo maneat; qui ſiccatus, & paululum (ſi lubet) atque leniſſime calcinatus, ad uſum ſeponatur Medicum. *Anodynum eſt, acutis doloribus compeſcendis proficuum; quod aliis Laudanis Opiatis peraptè admiſcetur.* Vid. infra *Tincturam Lap. hæmatit.* ceu huic affinem.

CAP. V.

DE CUPRO.

CUPRUM ab inſula *Cypro*, in qua copioſe foditur, dictum (Græcis χαλκὸς, quo tamen & vaſa & árma ærea indigitantur) conſtat particulis terreſtribus craſſioribus multis, plurimis viſcoſis & ramoſis valde volatilibus, ob quam volatilitatem fit, ut cuprum circa ſummitates furnorum, in quibus funditur, facilè in flores abeat, qui tamen cinerum ad inſtar collecti, crucibulo inditi, rurſusque fuſi in Cuprum rurſus convertuntur, ceu in Suecia, ubi ♀ copioſe reperitur, ſe vidiſſe refert *Abbas Burdelotius* in *Converſ. Academ.* Ob abundantiam verò partium viſcoſo-ramoſarum, 🜍reo △le valde eſt cuprum, ac naturæ fœtentis narcoticæ, ſi dometur & propinetur, particeps, ceu ſi ejus 🜍 cum ⊖ Ӿ *co* extravertatur, facile etiam inflammari poteſt, affineq; valde eſt ⊕li 🜍ri narcotico, ceu quod ipſum præter ♀reum hocce, *Exc. Pechlini* judicio, nihil aliud eſt, ac emeticum quod eſt in Vitriolo, æris eſt △le 🜍ur. Quamvis verò intra 🜍reas haſce partes etiam *Sulphur* ☉*re fixum* hoſpitetur, cujus ratione ☽tum in ☉rum tingere valet, ſi debite procedatur, obtinet tamen particulas aſperas & ſtriatas, hincque ſumme adſtringentes, corrugantes, valdeque immaturas, ceu & *ſupra de Argento* dictum, cum quo ipſi magna aliàs intercedit affinitas, raroque unum ſine altero reperitur, prout itidem colorem præbet cœruleum vel virentem: medium ſcilicet quaſi eſt inter ☉ & ☽ quia nim. ſulphur malum & debile, tanquam pater malæ complexionis coivit cum generoſa matre, id eſt, ☿rio, generavitque filium tam lividum fuſcæ rubedinis, unde & mox alienis labefactatur, quia ſcilicet principia ♀ laxè (ob quem plexum particularum laxum & negligentem vireſcit facilè Cuprum) nimis congrediebantur, relictaque ſunt interſtitia plurima, factum, ut & ab acidis facile penetrari poſſit, ſuperficiesque ejus lædi à particulis acutis ſcindentibus, ingreſſum liberum in poros nimis laxos reperientibus, in quibus quia ⊖ vitriolatum reconditum offendunt, ÆRUGO prodit, velut ſuligo ſicca ex poris ſublimata & hærens in ſuperficie externâ ex gravitate ſuâ, dum reliqui vapores leviores ulterius affluunt & procreant ingratum illum odorem quem exhalat æs; Talis nimirum à *Monſpelienſibus* copioſe parari ſolet ſtratificatione cum *vinaceis*,

naceis, cujus ſpiritus acidus laminas ☿ erodit *floresque æris* vel *Viride æris* raſile parit, ſicut *ſquamma* æris tenuis, *ſtomoma* (quaſi remiſſa ab ore & ſuperficie æris) dicta, colorem illum præbet puniceum, Germanis Kupfferbraun/ Keſſelbraun dictum, qualeque olim, ut *Paulus* habet, cum aceto ad purgandum hauriebatur, cujusque in locum nos hodie Vitrioli ⊖le utimur, ceu ♀rei ſulphuris veriſſimâ larvâ, dum (ut *Natales* Cupri inquiramus) præcipue ♀um quoque ut Vitriolum ex *pyrite* & *marcaſitâ* habetur, ac etiam ex nonnullis ▽æ generibus, luteis & purpureis excoquitur, rarum enim eſt Cuprum *purum* (gediegen Kupffer) excoquitur ſcilicet potiſſimum Æs ex venâ propriâ quam *Galenus* aliquando terram, aliquando lapidem vocat, coloris purpurei interdiſtinguentibus lineis viridibus, ut Metallici notarunt; *Plinius* hunc lapidem Chalcitem vocat in Cypro ubi prima fuit æris inventio, ex quo eraditur Ærugo Scolecia & ipſum æs excoquitur; Alium præterea eſſe Lapidem æroſum, quem vocant Cadmiam, cujus celebritas in Aſiâ & quondam in Campaniâ, tandem in Bergomatum agro extremâ parte Italiæ & in Germania etiam repertum; de quo inquit: ipſe Lapis ex quo fit æs *Cadmia* vocatur fuſoribus neceſſarius, medicinæ inutilis, qui in fornacibus aliam dat Cadmiam, quam Medici quærunt; Diſtat Chalcitis ab hujuſmodi Cadmia, quòd illa ſuper terram ex ſubdialibus petris cæditur; Chalcitis ex obrutis, mollis natura, friabilis, ùt videatur lanugo concreta & continet tria arcana, *Æs Miſy & Sory*; Hæc *Cæſalpinus de Metall. L. III. p. m.* 177. ubi per æs nos intelligi putamus Marcaſitam, quæ Chalcitis etiam (Germ. Marcaſiten vel Blende) & Mica item Sterile nitidum vocatur, qualis mediæ inter Lapides & Metalla eſt naturæ, μεταλλόλιθος inde dicta, quæ ſcilicet oculos ſuo nitore decipit & metallorum pulchritudinem imitatur, eorumque ſinceritatem mentitur, prout dici ſolet; non omne eſſe aurum quod niteat; Tales verò Marcaſitæ non ſaltem aureæ & argenteæ (Katzen-Gold und Silber) ſed & æreæ (Kupffer-Blende) hinc inde in Helvetia noſtra in montibus & rivis, præprimis in Sintria & Entlibuch reperiuntur nobiſque allatæ ſunt; Et quamvis primo intuitu multum Auri vel etiam Cupri promittere videantur, nullum tamen utilitatis fructum venas metallicas excoquentibus præbent, eò quod totum eorum corpus ignis conſumat, ♀re combuſtibili ⊖e vitriolico & arſenico volatili penitus in auras abeuntibus; quorum verò principiorum ratione vi cauſticâ eas dotatas eſſe non mirum eſt; Cœterùm mineræ Cupri in Suecia, Alſatia, Rhætia alibique habentur, in Rhætia quidem ad montem Faliſcanum, propè Cingiacum, in monte Pesfalario & territorio Davoſiano, apud Sarunetes ad pagum Vettanum & in valle Armenſi in Valleſia: in Comitatu Tyrolenſi in pago Schvvatz, ceu *Munſterus in Coſmograph. L. V. cap. 233. p. m. 987.* id præ aliis extollit: Schwatz/ ait, iſt


ein

ein Marckt oder mächtig Dorff / darinn am Falckenſtein und Erbſtollen unſäglich Gut von Silber⸗ und Kupffer⸗Ertz für und für / Tag und Nacht / durch etlich viel tauſent Knappen gehauen und geſchmeltzet wird. Diß Bergwerck hat man vor 250. Jahren angefangen zu bauen / und iſt damahls der Edlen von Freundſperg geweſen: aber da man des Schatzes der Erden innen worden / iſt Grund und Boden bald vom Hertzog Sigmunden an das Hauß Oeſterreich mit einem Tauſch gebracht worden / welcher Fürſt Anno 1449. die erſte Freyheiten und Bergs⸗Ordnung dahin zu Fürderung ſolches Schatzes geben hat. In dieſem Bergwerck findet man auch gut Edelgeſtein / als Magneten und Malachiten / welchen Stein etliche Gelehrten nicht weniger an Tugenden achten dann den Türckiſchen. Es gehört diß Bergwerck under die Graffſchafft Tyrol / wie auch Jnßbruck / und iſt Anno Chriſti 1360. kommen an das Hauß Oeſterreich durch eine Weibliche Perſon. Es bringt diß Land gar edel und gut Metall / und beſonder wird das Kupffer / ſo man hie findet / auch geprieſen ſeiner Güte halb. *Exper. Kunckel. Obſerv. Chym. cap.2.* poſtquam docuit Auri & ☽ti extremum eſſe terram quæ ſine additione irreducibilis eſt & à qua nil excluditur quàm ⊖ Ale naturæ, refert, in reliquis metallis, v. g. Cupro, Ferro non ſaltem reperiri hanc 🜃am irreducibilem ſed & ⊖ acidum & pinguedinem, quibus ſeparatis corpora hæc quoad materiam ſed non quoad formam ſint una eademque. (Ex quo inferre poſſumus poſſibilitatem tranſmutationis metallorum, dum talis terra imperfectorum metallorum ſeparata à ⊖e acido & pinguedine promptè ſuſcipi poteſt à ☿io ☽ti vel auri vel lapide ☽ri aut ☉ri fuſibili, vel etiam aliâ 🜃â fuſibili à ſale imbibitâ cum ſpiritu minerali, v. g. ſale alcali fuſibili *Mazzottæ* cum arſenico 🝺to vel ☿🝺to calcinatione ſolutâ, maximè ſi de calc. ☽ti vel ☉ri aliquid additum ſit) Et talis pinguedo ſeu 🜍 comburens, juxta *laud. Kunckel. Obſ. Chym. p. m.* 81. præcipuè vel ſolummodo in ♀re mineraque ☿rii invenitur, adeò ut *p.* 83. mineram ♀ris ſimilem eſſe dicat fruſtulo cuidam ligni, dum primò uritur & dein ſal ex cineribus elixiviatur, pòſt nihil reſtat amplius, quod 🜍ur poſſit dici aut quod ullam cum illo cognationem habeat, præterquam ejus ſal acidum: nim. Minera ♀ris & 🜍ur & ⊕um ſuppeditat, quanquam de hoc plus quàm de 🜍e participet, quod ipſum quoq; *Kunckelio referente*, cum exigua ſubinde parte ☽ti conjunctum eſt, quandoquidē perrarò metallum, in quo non aliquid ☽ti & auri reperitur, dum quodvis deterius ad perfectionem enititur, & de illa aliquid participat; non ſecus ac videmus bruta ad hominis perfectionem collimare, hominem verò ad divinam adſpirare ſublimitatem.

Quoad *Uſum* Cupri, varius is eſt ut aliorum metallorum, ceu apud *Virgilium* omnia armorum genera ex ære fabricata legimus, & apud *Homerum*

homo

homo ſimpliciter armatus χαλκίοσπλος dicitur; ceu curioſum quoq; eſt *Sigillum Veneris Paracelſi* unâ facie fœminam nudam inſtrumentum Muſicum geſtantem, alterâ figuram quadrangulam numero 7. multiplicatam, qualibet ſcil. lineâ 152. circiter complectentem, referens, quod ab influxu quem recipit die & horâ ♀ris, ☽â in Tauro vel Virgine exiſtente, gratiam & amorem hominum geſtanti in ſindone viridi conciliet. *Medicum* verò quod ſpectat, quia indomitum valde (inſalubre hinc *Zvvelffero* dictum metallum) eſt ♀, ob nauſeabundam ſuffocativamque adverſam qualitatem, *internè* pauca dat præparata, *externè* autem quia adſtringentem valde ſpiritum habet, mundificansque & mortificans acria egregium eſt, ad Ulcera & Vulnera feliciſſime adhibetur.



I. Limatura Veneris ad ʒj. data cum juſculo præſentiſſimum fertur remedium contra *rabiem* aut *morſum animalium rabidorum* (prout & ſerpentis ænei adſpectu olim à ſerpentibus ictos curatos fuiſſe in S.S. legitur) & obinde ingenioſè *Aëtius Tetr. I. Serm.* 2. *c.* 17. de præceptore refert, *patinam habuiſſe illum ex ære rubro, in quam vivos* ♋*os miſſos urebat, lignis maximè ſubjectis, donec incinerentur, ut commodè teri poſſent. Atque ſic habebat ſemper paratum Pharmacum*; quia ſcil. potenter ſalia fixa lympham inquinantia enervat (de quo *Exc. Roſin. Lentil. in Diſſert. pecul.*) & totum corpus expurgat, ceu hoc *Galenus in Lib. de Theriacâ* de ſquamma æris deprædicat, prout & *Scribonius Largus* ait; Squamma æris pondo victoriati (qui ſcil. erat nummus argenteus victoriæ notâ inſignitus; pro quo in compoſitionibus *Galenus* duos obulos ponit, h. e. ſcrupulum, vid. *cit. Auct. Baſil. impreſſ. p. m.* 178.) data cum apii ſeminis pari pondere, ex aquæ mulſæ cyathis quatuor, hydropicis plurimum aquæ dejicit, id quod & *Celſus L. I. cap.* 12. & *Dioſcorides, Oribaſius, Aëtius, Trallianus, Ægineta* (qui ſquammæ æris ʒij. vel *iij.* cum micis panis in pilulas redegit) referunt. Sic *Flos æris* ſeu *Ærugo* quæ conſtat ſale ſalſo plus minus cauſtico, juxta *cit. Dioſcoridem*, quaternorum globulorum pondere data, craſſum humorem extrahit *intus* data, *extus* verò acidum ulcerum & vulnerum infringit, excreſcentia coërcet, adſtringit, Vulnera ab inflammatione tuetur, ulceraq; ex oleo ceraq; ad *cicatricem* perducit; Sic ad *verrucas*: ℞. *Virid. æris, ſulphuris viv. aa.* ʒj. *Galban. Pic. Græc. aa.* ʒij. cum *modico mellis* f. *Emplaſtr.* Huc ſpectat *Emplaſtrum excellens* (ob primarium ingrediens ſcorias ſcil. Cupri) ad omnia *ulcera inveterata*, quod uſuale fuit *Exper. & Nobiliſſ.*

[G] *D. Joh.*

D. Joh. Bernh. Schnorf Practico Badenſi: ℞. *Axung. urſi, Ol. ovor. Butyr. non ſalit. Mell roſat. aa.* ℥ij. *Medull. oſſ. Vituli, Ceræ, Reſinæ, Sevi hircini aa.* ℥iij. *Lithar. gyr.* ℔j. *Scoriar. cupri* ℥iij *vel ejus loco Pulv. ſympath.* ℥iß. *Maſtich.* ℥iß. M. f. Magdaleones, dum applicatur aquâ madefiat, vel formâ Trochiſcorum applicetur.

II. Ens Primum Veneris tum *Helmontius* (quale nomen is dilucidat *Tr. de Lithiaſ. cap. VIII. §. 18. Quò vena liberior eſt ab alienâ malignitate viciniorque primo enti Veneris, remotior nempe à metallicâ conſtitutione cupri, eò ſal ejus propriâ ſponte innatum, illicq; colliquatum Vitriolum profert inculpatius, ſpiritusq; ditiores ſuppeditat medendoq; aptiores*) tum *Nobil. D. Boyle* è *⊖le ♓co* & *Colcothare* (ceu 🜍*re* 🜖*li* ♀*ris fixo* prægnante) edulcorato, bis aut ter ſublimatis parare docent; & *Doctiß. Joachimus Polemannus in Tr. de ſulph. philoſ. cap. V. p. m. 612. in Vol. VI. Th. Chym.* ope ſpiritûs duplicati & ſaturati (ut vocat, dum ſcil. -ʌ-us ✱ci vel □æ cum -ʌ-u acido 🜍is vel 🜖tri ad punctum ſaturationis miſcetur) ♀rem philoſophicè ſolvere & exinde *Vitriolum dulce viride* conficere docet pro remedio ſingulariter anodyno & archei ſedativo, egregieque incidente & reſolvente, ceu ad gr. iij. ad vj. in liquore convenienti in *Rachitide* Anglorum à *Majovv*, & obſtructionibus à viſciditatibus obortis, *Calculo, Podagrâ*, &c. laudatur, dum nimirum aſcendit ſimul quid narcotici ex 🜍re ♀ris, particulisque ejus viſcoſis, quæ aptæ ſunt ligare ſpiritus, ceu & *Accuratiſſ. Ettmüllerus Chirurg. Infuſor. cap. II. §. 7.* ſe ſcire refert, *Aquilam albam*, id eſt, ☿ *dulcem* ex ♀*re primum ens* elicere, eoque in crocei coloris habitum veſtire, unde egregiam anodynam & antiquartiam vim acquirat, aliisque adhuc virtutibus egregiis dotatus ſit. Confer §. *ult. & Proceſſ. ex Lap. hæmatit.* infra. Quare & hoc *Ens* ♀ *peregrinum* ab *Helmontio & Polemanno* ſummè laudatum, non omnibus notum, ita candidè comunicamus pro ſecreto magno: ℞. *Spiritum* □*æ acuatum cum proprio* ⊖*le* △*li*, & miſce cum *aa. ſpir.* 🜖*li vel Nitri* (nam unum ex his acidis eſſe oportet) vel etiam *ſpiritu* ⊖*is* (oportet verò hos omnes eſſe *ſpiritus* △*les*) & ſic obtinebitur ⊖ per ſe ♎dum. Hic verò ♎tus -ʌ-us ſublimat totum corpus ſalis ♀ri, & multiplicari poteſt cum ⊖le ♀ri in infinitum; dein ſublimatio porrò ita inſtituenda: ℞. *Colcothar.* 🜖*li Hungar.* ex deſtillatione ſecundùm *Helmontium* (vide infrà de 🜖*lo*) *puriſſimum*, hoc ⊖ conjunge cum *aa. entis peregrini*, & ♎a ter; poſt ♎nem procede illo modo, quo *Helmont. in Tract. de Lithiaſi cap. 8. n. 29. p. m. 596.* præſcribit deſtillandum: Dein ℞. ⊖*is marini fixi p. 3. colcotharis per ens peregrinum* ♎ti *p. 3. Uſneæ part. j.* & habebis obtentum: Quoad *Virtutes* illæ ſatis laudari nequeunt; nam primò extrahit ex omnibus optimam eſſentiam ex *corallis, perlis, &c.* Quoad ☉um & ☽tum debent hæc prius ſolvi & edulcorari & cum *aa. entis peregrini* ♎ri; hæ verò ſublimationes non poſſunt reduci; & ſic quoque erit cum aliis metallis.

tallis. 2. Sublimat *lapidem Ludi* (reperitur prope Antverpiam) ſimiliter fit primum *Ens ex Colcothare* ⊕li *Ungarici*, unde & fit *Lapis Butleri* (de cujus tamen *Lapidis* abuſu vid. *Ampl. D. D. Schrökii* monitum *in Dec. III. Ann. IV.*) poſtquam ſpiritus ex deſtillato *Calcothare* penitius eſt extractus; ⊙*uumque* bene edulcoratum & ſiccatum eſt. Quoad *Vires* curat *podagram* radicitus, aperit obſtructiones, pellit *ſudorem* & ⊡*nam*, *Epilepſiam* curat, renovatque humidum radicale. Quòd ſi hoc *ens peregrinum* ſolvatur in *ſpiritu Vini*, vel ⊖ ♀*ri* per *ens peregrinum* factus, habes *ſpir. Vini* ♀*tum*, qui eſſentiam extrahit ex omnibus vegetabilibus & metallis, ita ut non ſint reducibilia, ſed metalla debent prius calcinari, calcinatione ſcilicet philoſophicâ: Quòd ſi ſolvatur hic ⊖ △*lis* in ♒*tu* ♀*ri* △*li* nobilior eſt quàm ſi ſolvatur in ♒*tu Vini*: accedit hoc menſtruum ad *alkaheſt. Helmontii*: Quòd ſi aliquis putet hic in electione ⊖*is* ♀*ri* eſſe erratum, credat eſſe ⊖ *Vini*. ſi ex Vino deſtillatur, nimirum ſi fiat ex *Vino Spiritus* & cohobetur, tunc ⊖ ſimul procedit & jungitur radicaliter, & erit modus ex Vegetabilibus *Eſſentiam* extrahendi. Vid. infrà *Sect. IV. Part. I. cap. VII. §. II.* ubi docetur modus Spir. Vini ſale ✱co acuendi, & laud. *Polemannum de Myſt. Sulph. Phil. cap. VII.* ubi talis ſpiritus philoſophici virtutes & modus agendi candidè ſiſtuntur. Vid. *Ignis* ♀*ris*.

III. Flores ♀: ℞. *Cupri opt. redigatur in laminas tenuiſſimas & in fruſtula conſcindatur minutim, & in tigillo cum pulvere ſulphuris. F. ſ. ſ. ſ. s. a. calcinetur igne forti per diem vel horas 6. aut 9. calx refrigerata ſuper marmore conteratur, trita in ▽ font. ſolvatur, ſoluta in vaſe perlutato coquatur ad conſumptionem aquæ, pulvis relictus & bene exiccatus cum* ⊖*le præparato conteratur, commiſceaturque miſta vaſi ſublimatorio imponantur, & igne fortiſſimo ſublimentur per 24. horas, & invenies pulverem viridem & ſubtilem, ſed in paucâ quantitate. Uſus* hujus præſtantiſſimus eſt in *Ulceribus malignis, phagadænicis, Cancro, Fiſtulis, &c.* ſanandis, ut vix ſimile detur, ſi inſpergatur & ſupponatur Emplaſtr. ſticticum *Parac.* ceu & ad foramina in *Lue Gallicâ* laudat *Stockerus in Prax. p. m. 230.* ſeq. ℞. *Fl. æris, Ceruſſ. Camph. aa.* ℥ß. *Vini* ℔ij. Bulliant ad tertiam partem. Hîc non poſſum non communicare *Balſamum viridius Pariſienſium* in *Noſodochio Charitatis* & *l'Hoſtel Dieu* uſitatum & ab Hüningenſibus huc uſque pro ſecreto habitum; Fit id ſeq modo: ℞. *Ol. olivar. lini ana* ℔ß. ♌. *juniper. lauri ana* ℥ß. *caryophyll.* ʒj. *Aloës ſuccotr. Tereb. Ven. ana* ℥ij. *Virid. æris* ℥iij. ⊕*li Rom. alb.* ℥j. *Tuthiæ* ℈iij. *Coq. omnia & poſt filtrationem in phiolâ ſerva ad uſum*: *Emplaſtrum* verò unà *Balſamo* ſuperimponendum hoc eſt: ℞. *Gum. galbani, Opoponac. Bdell. ana* ℥j. *Ceræ alb.* ℔ß. *Ol. olivar.* ℔ij. *Litharg. arg.* ℔j. ß. *Ol. lauri juniper. Thur.* vel *Oliban. Ariſtoloch. Tuthiæ ana* ℥j *Terebinth. Ven.* ℥iiij. ♃*ti* ℔ß. *Diſſolv. gummata in* ♃*to* & per *pannum laneum trajiciantur, poſt evaporetur humiditas, commiſceanturque pulveres* ut f. *Emplaſtrum.*

IV TRa ♀ris genuina ſaltem illa eſt ubi ſulphur ♀ris fixum legitimè extrahitur, qualis ſine dubio eſt illa, quam ſe ex *Limat.* ♀ puriſſimâ eli-cuiſſe refert *Exc. Dn. D. Ern. Fridm. Schelhaſſius in Dec. III. Miſc. Cur. Ann. III. Obſ.* 167. *p.m.* 297. quæ ſit magnarum virium, dum ſudorem movet, ſterilitatem arcet, & confortativum meritò maximum ipſi audit; *Nobil. Boyleus Tr. de Color. p.m.* 256. variis experimentis mutationes colorum è ♀re ſiſtit, dum nimirum ejus TRa nunc habetur *viridis* inſtar ſmaragdi, nunc *cœrulea*, nunc *colore ſanguineo* eſt pro varii menſtrui affuſione, v. g. ℞. *Cryſtallor.* ♀ vel in hujus defectu *Vitriol. cypr. p. j* ⊖ Ӿ *ci p. ij.* Fundantur ſimul in Xbulo donec bene fluant & maſſa ex viridi nigreſcat, quo apparente ſigno auferantur ab △ne, maſſam autem refrigeratam terito, eique ad eminentiam duorum digitorum transverſorum affunditur *Alcohol vini*, digeranturque ſimul, donec *TRam* amœniſſimam obtineas *viridem* inſtar Smaragdi, in *Epilepſiâ* ad obſtructiones ſolvendas, ſuaſu *Maëtzii*, minimè contemnendam. In forma verò *cœruleâ* ſi volueris: ℞. ☽ *vulg. p. pl.* ſolv. in *ſpir. nitri* & ⚹tur poſtmodum cum *muriâ q. ſ.* Calcem edulcorato & exiccato; cui poſtmodum affundito *Menſtruum* ſeq. ℞. *Spir.* ✱*ci p. ij. Alcohol Vini p. j.* Digerantur per biduum & paratum erit menſtruum, ita enim intercedente poſtmodum digeſtione menſtruum tuum colorabitur *Tincturâ ultramarinâ* ſeu *azuriâ*, quam *Pſeudo-Chymici* falsò venditabant pro *TRâ* ☽*æ*: *Colore ſanguineo* ſi volueris, ℞. *Virid. æris q. p.* Coq. cum *Aceto deſt.* uſque ad ſiccitatem ferè, hoc verò tertia vice repetito, ita enim rubeſcit inſtar ſanguinis ✝, quod filtra & ad medietatem aufferto; cui affundes tantum *Alcohol Vini* quantum per ♌nem ✝ abſtuliſti; digerantur quo uſque per alcohol vini auſterum & ⊕licum ♀ris fuerit maturatum: ✝ autem ad hunc uſum ita adornato: ℞. ✝ *vulg. q. pl.* Digeratur hoc ſuper *flores ſal. armon.* donec *auream* inde acquirat *TRam.* Hîc verò minimè reticenda TRa metallorum ex ♀re, ♃, ♂ & ♁ parabilis; ex inventione tum *Poterii* tum *Maëtſii*, excellentiſſ. *Chymicorum* ille nim. in *Pharmac. Spag. p.m.* 474. ſequens egregium medicamentum componit nulli alteri cedens ſeq modo: *Rec.* ♀ *lamell. cum ſulphuris duplo bis calcinat.* ♃ *cum duplo ſalis hermophr. ſeu nitri,* ♄ *phil.* i. e. reguli ♁nii cum nitri quadripl. calcin. *aa.* miſc. & denuò cum ſalis nitri duplo excoque ſeu detona, detonatum edulcora & remanentem pulverem ſiccum (cujus ſuccedaneum ſit ſeq. *Rec. Diaphor* ♃ *Pot.* ℥ij. *miner. ſimpl.* ℥j. ♂ *Dan. Lud.* ℥ij. *Vitrioli* ♂ ℈j. ⊖ *mirab. Glaub. vel ſal. armon.* ♀ *vitriolat. aa.* ℥ß. *mſ.*) cum Spir. vin. q. ſ. per 8. dies circula & digere, idque ſæpius reitera, ſic habebitur factâ evaporatione Pulvis ſalinus balſamicus ſubdulcis cum quadam auſteritate, cujus *Vires* imperſcrutabiles cenſet in *hydrope, cachexiâ, ſcirrhis, &c.* hic verò ſeq. modo illum elaboravit: *Rec.* ♀ *rubr.* ♃ *opt. aa.* ℥j. *Reguli* ♁ ♂*lis* ℥ij. mſ. Fundantur ſimul igne

ſtrenuo

ſtrenuo donec intimè uniantur, nullique nec ſtanni nec cupri grumi appareant, quo peracto, hujus maſſæ capito ℥j. *nitri puri* ℥xij. Calcinentur l. a. ſucceſſivis vicibus, materiam pulveriſatam conjiciendo in Xbulum candens, donec ſcoriæ viridi colore tingantur, quod ſignum eſt metalla quoad minima eſſe diviſa; maſſam tuam calcinatam, antequam humidum aëris imbibere poterit, tenuiter contunde eique affundito *Acohol Vini* ℥xx. digerantur ſimul per 48. horas, quo diutiùs eò melius, ita enim *Spir. Vini* induet ſanguineam Tincturam, quam bene occluſam in phiolâ reſervato; *Uſus* ejus eſt inſignis in obſtructionibus ſolvendis; operatur enim per diureſin & inſenſilem tranſpirationem; Exhibetur in *Lue ♀eâ, Gonorrhæâ,* in *obſtructionibus menſium, lienis, meſenterii, hepatis*; enervat potenter fermenta acido auſtera, obſtructiones inde oriundas feliciter tollit. *Doſis* eſt à *gutt.* 10. *ad* 30. in Vino quovis generoſo molli, vel in Vino medicato. Hac verò in operatione primò reſolvitur textura ♂, ejusque clauſtra reſerantur ope corroſivi ♁ii habetque ♁ium ſe inſtar magnetis purius ⊖ & 🜍 ♂tis in ſe combinentis; poſtmodum idem peragitur à regulo in cupro & ſtanno, quorum compages laxior eſt & facilius reſolubilis; ultimò ad minima uſque reſolvuntur metalla per ♁ calcinata, maſſamque habilem reddunt, ut ſua effluvia tenuiora communicent *Spir. Vini*, quod erat perficiendum.

V. Spiritus Veneris, ut parari poſſit, ante omnia præparandum Vitriolum ♀ ad imitationem ſupra allati ⊕li ♂tis, nim. ℞. *Laminas ♀is minutiſsimè inciſas* ℥iv. *ſeu q. v.* ſuperinfundatur *ſpir.* ⊕*li* ℥*vj.* & reponatur per diem & noctem in loco calido, ut reſolvatur, quod reſolutum eſt, filtretur, & △ne arenæ exponatur, ut dimidia pars evaporet, poſtea locetur in loco frigido, & fiet ⊕lum ♀is cœruleum: Et ex hoc deſtillatus Spiritus maximè addito ⦶tro, 🜄ti non parum æmulus eſt; Communiter autem ex Viridi æris ſeu Ærugine Monſpelienſi cum recrementis uvarum, ✠to & ⊡â parato, deſtillatur, v. g. ſec. *Clariſſ. Maëtſium* ſeq. modo: ℞. ⊕ *vel* ⊟ *or.* ♀*ris p. ij.* adde ⦶ *fortiter calcin. p. j.* ℌtur ex retorta 🜄â △e aperto, ad totalem fumorum egreſſionem; ⏜um ♀ris rectifica & à phlegmate ſuo ſepara; Egregium præbet *menſtruum* in TRis ex vitro ♁ii, ut & ex ejus minerâ, aliisque crocis & calcibus extrahendis. Alius ⏜. ⊕ ad ſolvendas margaritas, Corallia & perlas ita fit: ℞. ⊕ ℔*ij.* 🜍*ris citr.* ℔*j.* pulveriſ. & cum aceto deſt. circiter ℔ß. imbuantur, quæ per retortam vel △ne arenæ deſtillata dant ℔*iß.* ſpiritûs ſalis △lis. Huc ſpectat *Spir.* ♀*ris* quem parat *Zvvölfer. Append. ad Animad. p.* 52. ex ⊕ *opt. q. v.* cui *acet. deſtill.* ſuperaffund. toties, donec *acetum* non amplius tingatur & ferè omne ſolutum eſt; hinc ſolutiones abſtrahuntur ad cuticulæ apparentiam, ut cryſtalli adnaſcantur in loco frigido, hocque dein cum *Spir. Vini* peragitur, donec tandem Cryſtalli ex retorta Spiritum elargiantur,

quem *Acetum eſurinum* & *Liquorem Alcaheſt* etiam vocat. Neque verò hîc reticendus ♌*tus antaſthmaticus Michaëlis*; ℞. *Virid. æris* ℥xij. *Gumm. amm.* ℥iv. pulveriſ. miſc. ac per ☍ ♌ la igne arenæ prodibitque primò ♆, tandem igne auctiore ſpiritus nebuloſus, ultimo oleum rubicundum: ſpiritus verò dum per retortam rectificatur, *Cl. Hertodt in Crocolog.* in rectificatione roſtro alembici *Croci Auſtriac.* aliquid impoſuit, ac prætterquam quòd in *aſthmate* egregiè reſolvat, etiam in *obſtructionibus ſcirrhoſis Viſcerum* in *aquâ aperitivâ* aſſumptus, pro arcano ab ipſo commendatur.

VI. Æs Ustum factum ex ipſo *ære cremato*, ♀re & ⊖le, adſtringit, exiccat, reprimit, extenuat, ulcera purgat, impedimentaque quæ adſunt, conſumit (ceu inde ingrediens eſt Unguenti Apoſtolorum Avicennæ, Ægyptiaci magni Meſues aliorumque ad Ulcera phagedænica, chironica, cacoëthica curanda proſtantium compoſitionum, præprimis apud Chirurgorum Germanorum Coryphæum *Fel. Würtzium*) imò quia juxta *Quercetan Conſil. de Arthrit. p. m.* 314. ſulphur in ſe continet verè narcoticum, non frigidum aut ſtupefactivum, ſed tale quod corporeas materias diſſolvere & ſpirituales coagulare poſſit, potentiſſimum laudatur anodynum in *Podagrâ*: ℞. *Aq. calc. viv. ferrat. Menſ j. Baſil. vel* ℔*iiij. Æris uſt. pulv.* ℥*iv. Cinnab* ℥ß. M. Affine ei eſt *æris recrementum* ſeu ſtercus & *ſcoria*, quæ cum ♀re & *radic. Ireos Florent.* calceis inſperſa fœtorem pedum tetrum corrigit, ſalque △le ſudoribus immixtum invertit, ceu & *Ettmüllerus Medic. Hippocr. Chym. p. m.* 50. obſervavit *Orichalci* (quod fit ex ♀*ris part.* C. cum *part.* xxx. *Lap. calaminaris* mixtis △ neque forti agitatis) *limaturam* calceis impoſitam, à ſenſili pedum ſudatione, in viridem crocum diſſolutam fuiſſe. Quàm verò periculoſum ſit fœtentem hunc pedem ſudorem reprimere, *Bierlingius in Theſ. Theor. Pract. Obſ.* 60. *p.* 775. nobiliſſimæ virginis exemplo docet, utpote quæ ramentis orichalci tibialibus eum in finem inditis confeſtim in febrim ardentem inciderit, nullis medicamentis abigendam prius quàm priſtina materiæ per pedes excretio fieret. Hi quoque Cineres, quia itidem ſulphure narcotico vitriolico dotati ſunt, laudantur pro anodyno Podagrico extus ab *Exc. Friccio in Icon. Pod. p. m.* 178. ℞. *Lap. medicament. Croll.* ℥iß. Solv. *in Menſ ij. Aq. Calc. viv.* add. *Cineres æris* ℥*iß. Sperniol. Croll.* ℥i℞. miſc f. Fotus cum ſpongiis magnis applic. addendo etiam ſi lubet *Croci metall q. ſ.*

VII. Ignis ♀ris (qui Sulphur Philoſophorũ ad vitam longam aptum vocatur *Helmontio Tr. de Lithiaſ. c. VIII. §.* 21.) juxta comunicationem *Curioſiſſ. Chymici Mediolanenſis Dn. Petri Martyris Coſſæ*, ex ejus literis, ita fit: ℞. ⊖*li* ♀*ris rubificati* taliter; evaporetur ad ſiccitatem, flavumque colorem, tunc pulveriſetur & ad ignem ponatur in olla magna, agitando ſæpe, uſq; dum rubrum fiat, refrigeretur, rurſusque impalpabiliter pulveriſetur, denuoque in olla

olla ad ignem agitetur ad intenſiorem rubedinem; ultimò rurſus pulveriſetur eritque coloris rubri pulcherrimi: tunc pulveriſetur duplum ſalis ✱ci impalpabiliter, & mox ſimul optimè miſceantur & per retortam ♌ lentur, adoptato recipiente, igne gradato, ultimo igniendo eo modo ac ſolet deſtillari *oleum Vitrioli*; aſcendit *TRa Vitrioli* ♀ *rubra* cum *ſale armon.* ſolvitur in *aquam ſtillatam* bulliente *ſale* & remanebit in fundo TRa; hanc feci & in adſcenſu rubra fit ♌ta, quaſi foliis æris eſſet colorata. *Helmontius* vult, ut uniatur cum ☿rio præcipitato *Joh. de Vigo*, fortè illam rectificat cum *ſale armon.* denuo; fortè extrahit TRam cum ∿ *Vini* cohobato floribus *ſal. arm.* &c. Acciperem TRam & ☿ præcipitatum, & ſolvetem 🜅â ▽toriâ juxta deſcriptionem *Quercetani in ſuâ Pharm. ſpagyr.* & ♌ larem cohobando, reverberando: uſq; dum ▽a eſſet, ultimò ♌ lando & cohobando cum ▽a ♌ lata ex albuminibus ovorum uſq; ad edulcorationem. Curioſa verò ſunt, quæ de hoc *Sulphure* ♀ refert cit. *Helmontius Tr. de Lithiaſ. c. VIII.* *Sulphur* ♀*ris*, ait, poſt ſeparationem ſui, à ſuo corpore, ac reſurgens, fit Sulphur quaſi glorioſum, tingitque ideo Sulphur ☿ii (quod in pulvere *Joh. de Vigo* per ſulphura mineralia corroſiva eſt extraverſum:) immediatè, ſe ſeque toto inſeparabili mutuò amplexantur: ſtatque tum ideò vis amborum Sulphurum extimè: Hinc virium conſertione ☿*ius Diaphoreticus* inde reſultans perficit uniſonum medendi, in cunctis, quæ tam Phyſicus quàm Chirurgus optare queunt, ut ait *c.* 8. *n.*4. Item; *Ignis* ♀*ris* non eſt ∿tus ⊖li utcunq; exquiſitè rectificatus, ſed eſt *Sulphur cupri* △*le*, in forma olei viridis, melle dulcius & à corpore ☿ali ſui cupri planè ſeparatum: Reſiduum verò Cuprum manet album, nec unquam ærugine vírideſcens, neque amplius de numero 7. Metallorum, quia evaſit novum Metallum anonymum. Non poteſt autem haberi *Ignis* ♀*ris*, niſi cum plenariâ Cupri deſtructione, corporisque ☿alis ipſius ♀ris △zatione; quod quantumcunque ſit △le in forma Olei, facili tamen negotio poſtmodum iterum reducitur in Metallum album ignotum, atque ſub malleo extenſibile. Sed Ignis ſive Sulphur ♀is non amplius reducitur in metallum per ſe. *Ibid n.* 5. Confer laud. *Polemannum* & §. *II.*

VIII. Oleum vel Balsamum Veneris ſeq. modo parandum ſiſtimus; ceu quod egregiè valet ad ulcera phagædemica chronica, cacoëthica, putrida, maligna, fiſtulas, carunculas veſicæ & carnis omnes excreſcentias, ſi cum Emplaſtro quodam permiſceatur & cum tenui Cerato imponatur: *Rec.* ♀ *laminarum* ℥*ij.* quales igniantur & in *acet. deſtill.* totidem extingantur, poſteà in cucurbita ſuperinfundantur ∿ *Tereb.* ℥*iij.* ſtet in digeſtione per octiduum in cineribus calidis, deinde decantetur *Spir. Terebinth.* & *Liquor* per alembicum abſtrahatur ad medietatem in fundo remanente *Ol.* ♀ perſpicuo decoreque viridi ad Ulcera externa multum proficuo: Item ſeq. ℞. *Vir. æris q.v.*


extrahe

extrahe cum *aceto deſtill.* evapora in B. M. quod remanet, in humido reſolve, prodibit Oleum per deliquium ſmaragdini coloris; circula cum *Spiritu Vini*, & abſtrahe, ut acredinem amittat.

CAP. VI.

DE STANNO.

STANNUM (Græcè κασσίτερος, aliàs Plumbum candidum, ceu *Dioſcorides* quoque eodem nomine, ob ſimilem fere naturam, comprehendit Plumbum, Stannum & Stibium) quia olim miſturam metallorum indigitabat, innuere jam videtur illud medium eſſe inter ☽tum & ♄um nigrum, quaſi certa proportione in radice ex utriuſque miſtum, unde quod purè in eo ſplendet, in ♃ Anglico præſertim, ☽to defertur, quicquid verò lividi, ♄no; quia verò bina hæcce *mollia* dicta metalla igneo principio ſulphuris minus dotata ſunt, pro frigidioribus habentur, quamvis ad hoc declinandum Jovemque ſceptigerum venerandum ex harmonico macrocoſmi con-conſenſu ♃um ♀ri planetæ quidam (forte dum ad matricis affectus egregia ex ♃ve habentur remedia, vel etiam Venus æquè ac Jupiter inter fortunatos planetas cum Sole habentur, qui ſcil. *Ternionis* numerus apud *Priſcos* ſacer habebatur, & maximè interfuit *Magorum* myſteriis, de quo *Virgilius in Pharmaceutr.* & *Plinius L.* 28. *c.* 2.) conſignent, Jovi verò ♀rum, ut eſt *Hiebnerus in Myſter. Sigill. Herbar. & Lapid.* qui & exinde ad figuras Talismanicas efformandas, quæ influentias antipathicas ab Homine, qui eas geſtat, declinent & in ſe ſuſcipiant, corpus Cupri charactere ♃li cum numeris decentibus aſſumit, de quâ re quia pluribus præter *Auctorem Gallum de Curioſit. inauditis* egimus in *Miſc. Curioſ. Germ. An.* I. *Dec.* I. ſaltem dicimus ex *Paracelſo* tale Sigillum Jovis (quale quendam *Chirurgum Baſilienſem, Ducis Wirtenbergici Adminiſtratoris* ſecum geſtaſſe vidimus) confici die Jovis Lunâ Libram intrante & ♃ve in Sagittar. vel Piſc. exiſtente ex probo Anglico ſtanno, in cujus unâ facie Sacerdos librum manu tenens, in alterâ quadrangulū quaternario numero multiplicandum, cujus linea quælibet 34. complectitur, continetur, quale Sigillum geſtatum, gratiam, amorem & favorem apud univerſos conciliet, divitias adaugeat, curas abigat & in omnibus negotiis felicem faciat.



Quoad deſignandas particulas Stanni, dicendum

cendum conſtare ♃vem particulis viſcoſis maximè ▽ibus & minus exco-ctis fixiſq; cum pauciſſimis particulis ramoſis 🜂tilibus,cum ♄tu inſuper in eo acido arſenicali ⊖no, (ut arguit halitus fœtidus, dum funditur, relictoin ſuperficie ſedimento halitûs hujus terrei evaporati ſub formâ ſpumei panniculi) cujus ratione non ſaltem colores magis reflectere facit, ut *Scarlatum*, dum viſcoſo ſuo corpore Colores melius detinentur & corpuſculis illis tingentibus ſuperficies magis æquabilis inducitur, ſed etiam metalla penetrat, ut eſt ♀ & ♂, idque modo ſingulari, etiam dum hæc non ſunt integrè fuſa, ut videre eſt in ferro aciculari, quod ſimpliciter ignitum, ſtannoque intinctum album & inſigniter durum redditur; ſubtilitate nempe ſuâ poros eorum replet, ut experimento in Laboratorio *Academ. Reg. Pariſiis* conſtitit, paratæ ſcilicet ſunt pilæ tres æquales magnitudine, una ex puro ♃ve ſaltem, altera ex puro ♀e, tertia ex ♃ve & ♀re fuſis invicem, quarum hæc poſterior quartam partem plus ex ingreſſu ♃vis poros replentis ponderavit: Hinc & ſtannum metallis, excepto ☉ & ♄ quæ tractabilia relinquit, duritiem affert terream & fragilia ea reddit, quod ſi non faceret, fortè non ſaltem ☽tum in pondere augeret, ſed & ♀um tingeret; hujus ratione patet, quî ex ♀re cum ♃ fiant *Specula metallica* (non tamen illa quæ & Electra ſeu ſphæræ ſapientiæ Salomonis dicuntur, quibus magico more figuris calabaſticis ex influentiis cœleſtibus præterita, præſentia & futura ſciri poſſe quidam aſſerere haud verentur) ſumitur nempe *Fragment.* ♀ ℔iiij. injiciuntur in Xbulum, daturque ignis fuſionis, hinc poſt fuſionem additur ♃ *Angl.* craſſo modo inciſ. ℔j. fluuntque igne forti, hinc in formam ſpecularem materia infunditur & poſtea politur, de quo & infrà. Ex eodem quoq; fundamento Stannum optimè ferruminat metalla, quia ſubit eorum poros, præſertim admixto pice pro vehiculo, imò affuſum ſtannum pluribus liquidis immixtiſque metallis illa ſeparat, ut ſibi ſeorſum conjungat; quod referri poteſt in aptitudinem ſtanni, ut in reliquorum poros ſubeat; Quin & contactu ferri candentis ſtatim liqueſcit, quod plumbo non evenit, eſtque itidem referendum in laxiorem ſtanni plexum laxioreſque poros, imò exinde ab ære æruginem prohibet clauſis ejus poris; Vas quoque metallicum ſtanno oblitum licet maximum, plus non ponderat quàm ſine ſtanno, quia tantundem humoris ex poris extruditur, quantùm ſtanni intruditur, ut allata experimenta confirmant. Cœterùm cur Stannum calore intenſiſſimo calcinatum plus ponderet, curioſum eſt inveſtigare; nimirum dum fumus arſenicalis 🜂tilis ab eo ſecedit, partes reliquæ ſtannum componentes proximiùs ad ſe invicem accedunt, compactius id fit, aëris exterioris gravitas luculentius ſe exerere poteſt preſſionemque inducere, adeo ut gravitas quoque major in eo deprehendi poſſit, ceu aliàs in Reguli calcinatione hoc quoque animadvertit

Kunckelius, cujus Laboratorium *Chymicum* in *Obſerv. p.m.*21. promiſſum, ut aliquando in lucem prodeat, ſummopere optamus, ceu in quo ſe uberius demonſtrare *cit. loco* refert, quantum terræ & ſalis ſtannum & ferrum habeant, & cur 🜃a ♃is & ♂is non illico inſtar aliarum 🜃rum reduci poſſit, nimirum in ♃no plurimum adeſt ☿rii, qui cum △a (pauciori nonnihil ac eſt in ♂ro) & acido ⊕lico mixtus eſt, adeo ut ☿rio cum ſale acido △li igne abeunte, remaneat 🜃a in Vitrum igne per ſe fuſibilis. Quoad *Natales* ♃ni, notamus ex *Merretti Pinace Rer. Britt. p.m.*208. Stannum ex mineris Cornubienſibus & Devoniâ occidentali haberi, indeque in Europam diſtrahi; Mineramque ſuppeditare Lapides ſtanneos, qui ſcil. juxta *Aldrovandum Muſ. Metall. p.*181. non ſaltem nigri ſunt, verùm quoquè flavi & candidi etiam pellucidi, ex quibus quo pacto eliciatur, docet *Agricola de Re metall.* Cœterùm *Becmanno in Hiſt. orbis terr. p.m.*432. referente, præter mineras Stanni in Provinciâ Cornvalliâ, hodie detectæ in Aſiâ ſtannifodinæ Delegore, Sangore, Bordelon, Bata, quæ effecerunt, ut minori nunc pretio in Angliâ valeat; ceu & *Linſchottus* de quodam metallo ſtanno affini in India Orient. refert apud *Libav. Alchym. P. II. L. I. cap. VIII.* Verùm quùm de Differentiis Stanni egerit in *Synopſi Muſ. Metall. Aldrovandi Clar.* D.D. *David Kellnerus L. II. cap. VII. art. V.* hac de re plura proferre ſuperſedemus, illud ſaltem notantes quòd dum Parmenides in *Turbâ Philoſ. p.m.*8. monet pro Elixire Sophorum conficiendo ſumendum eſſe æs pro ♀e & ſtannum pro liquefactione ſeu ☿rio, ut ſcilcet conſanguinea conſanguineis jungantur, non intelligendum eſſe propriè ſtannum hoc noſtrum, ſed ſtanno ſimilem ☿ium ♁ialem, ceu & *Agricola* mineram plumbi candidi antimonio ſimilem vidit, referente *cit. Kellnero*, Vid. *Tr. Germ. Euphrates* oder Waſſer von Auffgang/ nim. ut optimè monet *Roſenbachius in Indic. Foßil. p.m.*195. Chymici ſemper ferè impropriè loquuntur, dum res ab aliarum rerum ſimilitudine appellant, ideo ſolemus eos Analogicos appellare. *Uſus* Stanni alios quod ſpectat, vaſa ærea eo illinuntur, fiſtulæ ſolidantur (miſcendo ad ſtanni *p. j.* plumbi *p. ij.*) campanæ conflantur (æri illud miſcendo) qualiter ſtannum ſono carens, æs acutè ſonans temperat) quin & characteres pro Chalcographis inde fabricantur id quod fit ſec. *Aldrovandum Muſ. Met. p. m.*185. dummodo ei octava pars plumbi nigri & tantundem marchaſitæ ♁nii addatur, de quo tamen poſtea proceſſum Germanis typorum fuſoribus uſualem ſed in ſecretis habitum communicabimus. Huc ſpectat *Uſus* Stanni externus, v.g. *Emplaſtrum* efficaciſſimum ad *Hernias* ex *cineribus Stanni*, Germanicè Zinn=äſchen/ & *Cute Anguillarum recent.* in lixivio ad gelatinam coctâ, addendo huic colaturæ cineres, ut Emplaſtr fiat tenax, quod inducitur alutæ ovillæ priùs pauco *Terebinth.* inunctæ; portaturque quàm diu manet, poſt renovatur; portatur commodius

cum

cum cingulo per trimeſtre; Obſervatumque eſt nonnullos hoc Emplaſtro intra 2. vel 3. ſeptimanas fuiſſe curatos. Tale *Emplaſtrum ad Hernias in Diſpenſat. Brandenburg.* quoque extat: ℞. *Exuvias Anguillarum non ſalitas &* in aquâ calcis lotas, coque in lixivio, donec craſſeſcant & inſtar glutinis fiant, quod effunde ſuper marmor. ſume hujus glutinis trajecti ℥iiij. add. *Lap. hæmat. Sacch.* ♄*ni,* ♃ *uſti aa.* ʒiij. *Gumm. amm.* ✠ *ſol. & cum Ol. myrtino confuſi* ℥iij. miſc. omnia leni cinerum calore in fictili, ut in maſſam Emplaſtri tenuis coëant, quod alutæ extenſum applicetur.

Medicamenta è ♃*e Poterius*, Chymicus Bononienſis, ſatis celebrare ſe non poſſe, quicquid alii dicant, in *Pharmacop. Spagyr. p m* 472 refert; Sit

I. Diaphoreticum Joviale, quod inſignis Chymicus Helvetius Badenſis *Exc. D D. Bern. Snorfius* ita paravit: ℞. *Jovis Anglici &* ♁ *aa.* ℔j. Funde in furno venti *Jovem*, dein ♁*um*; Fuſa effunde in mortarium æneum; Detona cum triplo *Nitri*, & procede ut cum *Diaphoretico* ♂*ali.* Pulvis hic eſt griſeus & ejus præcipuus *Uſus* in *affectibus glandularum, ſtomachi, pulmonum.* Doſ. à *gr.* x. ad *gr.* xv. Hoc ex pede ſequitur Antihecticum Poterii: ℞. *Reguli* ♁ *ſtellati veri, Jovis Anglici aa. p. æqual.* Fluant ſimul in furno venti, donec Regulus Jovem devoraverit; effunde in mortarium æneum & pulſa, tum adde triplum *Nitri* (vocat *Poterius* Aquam ſiccam hermaphroditicam) & ſucceſſivè cochleatim immitte Xbulo candenti in furno venti, & calcina ſimul, donec in pultem abierint: hunc pultem effunde in aquam calidam ſimulque coque agitando, donec aqua evaporaverit. Materiam tum rurſus in Xbulo candenti calcina ut prius rurſusque in aquam effunde. Coque, coagula, &c. hocque opus quartò repete: Demum totam maſſam edulcora ſerva ad uſum, qui eſt ſub Doſi gr. x. cum *Extr. fl. bellid.* &c. in *Tabe, Hecticâ,* &c. Atq; hoc *Antihecticum Poterii* ab ipſo *in Obſ. Cent. III. cap.* 20. *p. m.* 225. & *cap.* 85. *p.* 285. ænigmaticè prius deſcriptum, à *Rolfincio* demum in *Chymia in artis form. redact.* declaratum eſt; verùm, ut dictum, quoad circumſtantias ita paratur: ℞. *Reguli* ♁*ii* ♂*lis ſtellat.* ♃ *optim. aa.* ℔j. funde in Xbulo, pòſt in catinum fuſorium calefactum, & ſevo intus illitum injice, relictis adhuc in crucibulo ſcoriis, maſſam hanc paulatim refrigeratam minutim contunde & cribra, pondera, *triplum*que dein *Nitri* probè ſiccati ac minutim conciſi miſce probè & in furno venti per vices detona, ubi aliquamdiu relinque in Xbulo, poſtea in catinum aquâ frigidâ plenum injice ac edulcora aliquoties aquâ tepidâ affusâ per filtrum, poſtea in aëre tantùm ſiccetur, & ſuper lapide porphyrite tere in pulverem ſubtiliſſimum, coloris ferè cœrulei, quem tamen, ut evitent alii, aliter procedunt, ceu *Antihecticum Poterii* candidiſſimi coloris præ cœruleo, quod vomitum cieat, laudat & ſiſtit ſequens *Joh. Wilh. Spangenberg Diſſ. de Podagr.* §. 32. ℞. *Stanni in laminas redacti p. ij.* ☿, ♆ *aa.*

aa. p. iij. f. ſ. ſ. ſ. & in Xbulo calcinetur in ſubſtantiam nigram friabilem & ſplendentem ex particulis intermixtis rubris, hujus *Maſſæ* ℞. *p. j.* ⊕*tri p. iij.* & per vices Xbulo ignito injiciantur & detonentur, poſtea edulcoretur aquâ ſimplici, & innatabit pulvis ſubtilis candidiſſimus, ut fit in *præparatione* ♁*ii diaphor.* Loco ⊕ri ſupra aſſumpti ſumi poteſt *Nitrum*, ♁ris quoque doſis minui poteſt: commodius quoque *limatura* ♃ ſumeretur. Cœterum Antihectici hujus *Doſis* eſt *à* ℈ß. *ad* ℈*j.* vel *per ſe* vel *cum aliis*, v. g. cum *reſinâ Guajaci*, qualiter egregium habetur ſudoriferum medicamentum à *Vigano in Medull. Chym. p. m.* 24. quotidianâ experientiâ comprobatiſſimum, & in diſcraſiâ ſanguinis acido corroſivâ & ſalſuginosâ ejus diatheſi corrigendâ egregium, *Lue* ſcil. *Venereâ*, *Phthiſi*, *Hæmophtyſi*, *&c.* v. g. more *Hertodtiano in Crocolog.* in hiſce *Rotulis* quàm præſtantiſſimis: *Rec. Antihect. Poter.* ℥ß. *Spec. diatragac. frig.* ʒij. *Flor.* ♁*is ter ſublimat.* ʒjß. *Maſtich. opt. Succin. albiſſ. aa.* ʒj. *Croci* ℈ß. *Ol. aniſi gut.* vj. *Sacchar. in Aq. heder. terreſtr. ſol.* ℥iijß m. ſ. F. *Rotulæ.* Cum *Conſerv. roſar.* & *flor. bellid. min.* optimè quoque in *Electuarium* ad *tuſſim ſiccam* redigitur; & ſi juxta *Clauder Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. V. p. m.* 367. portiuncula pulveris anodyni miſceatur maximi ſolatii & operationis evadit remedium, quia egregiè acidos acres edomat & infringit humores, ceu ad hoc ſimplicem *Calcem Jovis* cum duplo *nitri* paratum cum *conſerva roſ. rubr. meliſſ.* optimum quoque comperit in *affectibus ventriculi* & *uteri* cit. *Poterius.*

II. Crystalli Joviales, ℞. *Jov.* △*nem non expert.* pulveriſ. foſſoribus Zinn-graupen dict. ⏗ ⊕*li de* ♁ *mati ana* ℔ij. inde cucurbit. capaci ad ſolut. ponantur in arena, ut efferveſcat, hinc affunde aliquot Cantharos Aq. calid. & agit. filtretur dum adhuc calet, & abſtrahatur, ut cryſtalli emergant, qui edulcorentur. *Doſis* horum à gr. j. ad gr. ij. in *affectibus uterinis* & *Hydrope*, ceu in quo quoque *Flores Jovis* ex Theriacâ ad ℈j. potenter *ſudores* movere, item Acetum aut Vinum album tenue diuturnæ infuſionis ramentorum tenuiſſimorum Jovis Cornubiani valere docet *Mayerne in Prax. p m.* 306. ſicut & in *Tract. ſec. de morb. extern. cap. VII.* in *morſu canis rabidi*, (in quo ipſum *Diaphoreticum* ♃*le* quoque utiliter dedit *Friccius Paradox. p. m.* 227.) *Decoctum* ſeq. *Rec. Raſ. Stanni ſubtiliſſ.* vel *Limat. ejus* ℥iij. *Fol. rut.* ℥vj. *Allii decort. contuſ.* ℥iiij. *Theriac. opt.* ℥iiij. *Vini Malvat.* ℔iv. ponantur in vaſe in aquæ calentis cacabum per horas 6. vel 7. Cola & exprime; Doſis ab ℥ij. ad ℥vj. manè per 9. dies ante nonum à morſu diem incipiendo; Magma applicetur vulneri & ſingulis horis 24. renovatur. Huc ſpectat *Aqua ophthalmica* contra *Suffuſiones*: Rec. *Calc. Jov.* ℥*iv. Tuthiæ Alex.* ℥*ij. Cryſtall. pulv. calcin.* ℥*ij.* Calcinentur denuo ad albedinem in Xbulo, extinguantur in *Aceto deſtillato*, decantetur, & materia denuo fortiter rubefiat in Xbulo, & rurſus extinguatur in ✠*to* ♁*to* ut prius: id quod in fundo remanet, exhalet, & dein

ſuper-

ſuperfundatur *Aqua roſarum* ad digitorum 2. vel 3. eminent. per 3. dies; & dein obtinebitur Aqua ſpecifica contra *Suffuſiones*, inſtillando aliquot *guttas* ter vel quater in die. *Recueil des plus curieux & rares ſecrets de Joſ. du Chene Impr. à Paris An.* 1648. *p.* 129.

III. Sudoriferum Maximum *P. I. Fabri* compendioſius, circa ullam remedii profectò elegantioris deteriorationem, ita parari poſſe docet *D. Ludovicus Dec. I. Miſc. Curioſ. Ann. IV. & V. Obſerv. CCVI. p. m.* 289. Rec. *Amalgam. è Jov. Angl. & ☿ viv. ana parati* ℔j. *probè contrito exactè permiſceatur* ☿-☊-*ti ſeorſim pulveriſati* ℔j. *Indatur mixtura retortæ vitreæ mediocri (cujus collum ſi cochleari uno alteróve Aquæ ſimpl. detergere tentes incaleſcet maſſa, ac ſponte guttæ quædam prodibunt, brevi tamen poſt ceſſante fervore) appoſito mediocri quovis vitro* ℔ß. *aquæ ſimpl. continente, roſtroq́; veſicæ tantùm juncto, deſtillatur igne arenæ mediocri horæ ſpatio liquor acidiſſimus, ceſſando ſtatim, cùm materia quædam alba butyroſa apparere inceperit, aliàs enim cum eâ & ſubſequa griſeâ materiâ ☿rii vivi granula fruſtra adſcendunt & quod in retortâ remanet, nimium fortè patitur, deſuper nigreſcens dum alius albet; affundatur is Liquor (qui ut plurimum* ℥xß. *ſin verò recipienti non fuerit indita, tum ſaltem* ℥iiß. *ponderat) dicto in retortâ reſiduo ſeu amalgamati ſplendidiſſimo, caleſiant in balneo vel arenâ omnia probè, & poſt repetitas agitationes, Jove ſic ſaturatus Liquor calidè per madefactam priùs emporeticam duplicem filtretur, ut Vini inſtar clarus tranſeat, quod charta abſorbſit, ſimiliter* ℥j. *vel* ℥iß. *aquæ ſimpl. eluendo. Tranſcolatus ita citra aliam rectificationem novæ retortæ vitreæ mediocri ſaltem indatur cum Nitri puriſſ.* ℥iij. *& vitro quodam ampliori veſicis juncto deſtilletur* 5. *vel* 6. *horarum ſpatio, primo mediocri igne quaſi* ♃, *hinc ſpiritus rubens, fortificato denuò albicans liquor, ac demum (ut in ejusmodi* ⦶*tis ſit) obſcurè rubens; continuando donec planè nil exeat ampliùs, quò materia alba, tantùm terrea, non verò bullis* ⊖*nis interſperſa aut fiſtuloſa (ſolubilis adhuc in aquâ ſimpl. & per Oleum* ♀*ri quidem ſed minuto candore, remiſſioriq́; ferè diaphoreſi præcipitanda) remaneat: Pulvis edulcoretur copioſiori aquâ unâ vice, quo totus ſubſideat, ſuperinfusâ; eritq́; præter propter* ℥iij. *&* ʒij. *vel* ʒiij. *ſpiritus (*⊖*lis compoſito congener)* ʒxxx. *vel xxvj. Et ſi de Nitro nimium poſt finitam deſtillationem reſtare, per particulæ probationem videbitur, diffracta retortâ, maſſa priùs Xbulo vel tegulæ communi imponi reſiduumq́; ſubjecto validiori igne diſpelli poterit, quàm edulcetur.* De Uſu heroici hujus remedii audiendus *Frid. Hoffmann. in Not. Poter p. m.* 32, Experti ſumus, ait, ☿um probè depuratum cum Stanno ritè junctum ac edulcoratum evadere diaphoreticum ac reſolvens præſtantiſſimum; quod ſi extracti cujusdam anodyni exiguâ quantitate exaltetur in *ſonticis affectibus*, præſidium magnum eſt, præſertim in *Arthritide*, in quâ, quia morbus ſalinus eſt, ſpiracula ſine omni calore & intenſiori exagitatione aperienda, ſubcutaneæ enim

 glandulæ

glandulæ congruum ſalium evacuatorium exiſtunt, ceu & *Frid. Loßius in Conſil. poſthum. p. m. 32.* vocat *Diaphoreticum Doct. Jordani*, refertque ſe vidiſſe Nobilem Arthritide vaga ſcorbutica (ſi nimirum maritetur cum *ſal. vol. lumbricor.* & in *morbis capitis* cum ⊖ △ C. C. vel etiam aliis *ſalibus fixis*) laborantem hoc remedio intra paucos dies fuiſſe curatum, cùm alia præſidia nihil quidquam proficerent. Sic & in *Lue Venereâ* ſudoriferum hocce *Maëtzius* ſub nomine ☿rii Jovialis feliciter ita exhibuit: ℞. ☿ *Jovialis* ℈ß. *Bezoard.* ☉*ris* ℈j. *Theriac. Ven.* ʒj. *Ol. deſt. Junip. gut. iij.* miſc. f. Bolus: prout & *Ulcera Venerea* ſi tangantur ⏜u corroſivo ex amalgamatione ☿rii cum Jove & ☿⏜to ppto egregiè edomantur. Vid. *Poter. Pharm. Spag. p. m.* 444.

IV. Liquor Jovialis Colores nitidiſſimè exaltans hactenus ſecretior ita fit: ℞. *Jov. Angl. puriſſ. q. v.* injiciatur ſenſim in Aq. reg. uſque dum hoc ſolvens viſcoſum evadat ſaturatè flaveſcens, ſic per aliquot dies ſolutio hæc in aëre libero relinquatur, ut gas illud ſylveſtre ▽R evaporet, tum fiat ſolutio ☉is ʒj. in ▽R & in vitrum ſatis capax amplo orificio præditum largiſſima aquæ communis copia infundatur & in hanc aliquid ſolutionis Jovialis & paulò poſt tantundem ſolutionis ☉ri infundatur & fiet curioſa præcipitatio ☉ colores cardinales tres in ☉ extraverſos oculis exhibens, flavum nimirum cœruleum, nigrum, qui paulò poſt in purpuram eleganter rubentem abeunt, ſupernatante nubeculâ ⊖nâ. *Uſus* hujus *ſecundum Caſſium de* ☉ *p. m.* 107. peramplus eſt, indubitatum enim eſt præcipitato hoc ☉ri vel purpurâ ☉ri expertum ac habilem Chymicum elegantia multa præſtare poſſe, imò cum liquore ipſo etiam Jovis; inſerviet enim non ſolùm pro magnetico contentorum in multis mineralibus, Lapidibus Granatis, Arenulis, &c. exploratore, ſed inſuper pro Colorum è Vegetabilibus etiam extractione, ejus enim medio omnis generis Colores exaltantur, atque in viſcoſo ejus corpore meliùs detinentur, quod ante annos abhinc non multos egregio artis tinctoriæ emolumento innotuit, ut nunc tinctorum non pauci pannis ſuis pulcherrimam *coccinellæ* (vel ſicut alii artifices vitris coccinellæ aureæ) purpuram ejus ſolùm ope inducere norint: ut nil dicatur quantum in tingendis Silicibus, Cryſtallis, Emaliis item purpureis efficiendis poſſit. In ⊖bus certè tingendis quibuſcunque, alcalibus, ⦶tro, ſale communi aliisque △libus pro inſignium medicinarum præparatione non infimum habet locum & vix aliud quàm ☉is ♀r reperitur, quod id præſtet, rubedo enim ♀ri à nitro conciliata inconſtans eſt & fugax, permanens verò hæc à ♀re ☉ri ſi certâ enchireſi res tractetur. Huc & ſpectat

V. Fumitorium Joviale perpetuum ſeu ſpiritus cum aëre fermentans (qualis *Spiritus* è *Jove* prolectus, Croco ☉is affuſus abſtractione ſecum defert ☉ colore ſanguineo, quæ maſſa ſi refrigeſcat, picis

inſtar

inſtar indureſcit, quâ da re Auctor Tract. *Sol ſine veſte*) dictus *Spiritus fumans* hoc modo fit: ℞ *Jov. Angl.* ℥iß. (*alii p* viij.) ☿ *viv.* ℥ijß. (alii *p.* v.) f. *amalgama*, pulveriſ. & adde ☿*ti ana* agitentur, indantur retortæ adjuncto recipiente aquæ frigidæ incubante, ignis gradatim promoveatur & prodibit pellucidus liquor, quem ſequuntur ſpiritus impetuoſi plurimi, unde deſiſtendum: notat *Exc. Dn. D. Joh. Maurit. Hoffmannus Prof. Altorfin. Celeberr. in Dec. III. An. II. Miſc. Cur. Obſ. CCIX p.* 326. nonnunquam ſpem laboris à ſucceſſu minus felici eludi eò quod niſi ignis moderamon exactè obſervetur, florum jovialium alborum evaporatio aliqua ſicca, Barba Jovis à *Celeberrimo Andr. Caßio* cognominata, paucas quæ ab initio deſtillationis prodierunt guttulas ita abſorbebit, ut inanem ſe ſuſcepiſſe laborem, nec tamen fumum ſe vendere poſſe is ſit experturus, qui manum tali negotio admoverit. Ea propter ſpei noſtræ, ait, menſuram ex aſſo compleviſſe potius gaviſi ſumus elaborationem dicti ſpiritus ſeq. modo inſtitutam. Nempe enim primò in crucibulo ad ignem fundi curavimus *Stanni puriſſ. p.* j. cui ab igne remotò ☿*rii vivi* leniter quoquè calefacti ſuperinjecimus *p.* iij. & amalgama impetravimus quæſitum, cui ad libræ examen revocato duplum addidimus ☿*rii ſublim. corroſivi*, hæcque invicem accuratè in mortario marmoreo commiſcuimus, mixta in retortam ſtatim conjecimus vitream & poſt applicitum vas recipiens vitreum, cujus fundo ſuppoſita erat patina aquâ frigidâ repleta, per arenam ♌do prolicuimus ♓*tum* cum *floribus ſiccis* ad collum & ambitum ſuperiorem retortæ elevatis, quibus viſis ab ulteriori ceſſavimus deſtillatione. Hic verò ♓tus inſtar aquæ nonnihil turbidæ in excipulo conſpiciendum ſeſe præbet, ſed quamprimum eodem à collo ♉ ſejuncto aëris irruentis conſortium recipit, in fumum reſolvitur acrem pulmonibus infenſum, ita ut vix præ illius erumpentis copiâ in aliud vitrum transfundi poſſit: nihilominus vitro quamprimum exceptus fuerit, obturato hujus exquiſitè oſtio, illico fumare deſinit, non ſecus ac fumus nec ex recipiente, nec ex retortæ collo ullus amplius erumpit, ſi utroque arctius rurſus ſibi invicem commiſſo aeri ingreſſus denegatur, qui interea longè lateque ſe diffundit, ſi duæ trésve recenſiti ♓tus guttæ ſupra menſam effuſæ follis afflatu urgeantur: Interea *fumi* hujuscemodi *cauſa* accerſenda eſſe videtur ab aere, in laxiores ♓tus poros ſeſe inſinuante particulaſque acidas cum moleculis quibuſdam ☿li-jovialibus exagitante, ac evibratione ſuâ liberiori in effervescentiæ motum ciente, ut per hunc propulſa effluvia acria *tuſſim* adſtantibus irritantia ſub fumi ſpecie erumpant. De reliquo ♓tus hucuſque expoſitus, frigoris intenſiſſimi vim per bimeſtre citra concretionem ſuſtinuit, niſi quod in collo vitri, ubi aſſervatus erat, cruſtulæ aliquæ minores ⊖ino cryſtallinæ concreverint. Spiritus hic mirabilis eſt coagulans aquam in duram cryſtallinam maſſam.

VI. Jo-

VI. Stannum Induratum & Resplendens: ℞. *Jov. opt.* ℥xij. *Reguli* ♁*ii* ♂*lis* ℥j. ♀ *rubr.* ʒij. Fundantur ſimul; Vel *Rec.* ♀ *rubr.* ℥iv. ♁ *crud.* ℔j. Fund. ſicut dictum & moris eſt pro *regulo* ♁*ii.* ♂*li*; hujus *Reguli* Rec. ℥j. ♃ ℥xij. Funde ſimul & habebis Jovem ſplendentem inſtar ☽ti; ad varia vaſa domeſtica inde paranda, præcipuè & typos typographicos; ceu ſeq. Proceſſus egregius, diuque in ſecretis habitus, quem tamen candidè communicamus, quoque metallum velut inter Stannum & Plumbum velut medium obtinetur: Titulus ita habet: Ein guten Zeug zu machen/ der hart wird und weiß von Bley/ Buchſtaben darvon zu gieſſen zum Drucken. Zu einem Centner muſt du haben 13 Pf. Spießglaß / 2. Pf. gefeilet Eiſen/ 2. Pfund Meßing ungefeilet/ 3. Pfund Kupffer; die Stück miſche under einander/ ſtoß das Spießglaß zu Pulver/ 5. Pfund weiß Glaß auch zerſtoſſen/ das thu in 2. gleiche Häfen/ das Spießglaß leg an Boden/ 2. Pfund/ darnach 1. Pf. Kupffer/ dann 1. Pf. geſtoſſen Glaß/ darnach Eiſen gefeilet ein halb Pfund/ aber ein halb Pf. Meßing/ und wieder 3. Pf. Spießglaß darauff/ dañ aber 1. Pf. Glaß darauff/ dann ein $\frac{1}{2}$. Pf. Kupffer / ein $\frac{1}{2}$. Pf. gefeilet Eiſen / ein $\frac{1}{2}$. Pf. Meßing/ dann wieder 4. Pfund Spießglaß / ein $\frac{1}{2}$. Pf. weiß geſtoſſen Glaß / wie vor/ ein $\frac{1}{2}$. Pf. gefeilet Eiſen/ ein $\frac{1}{2}$. Pf. Kupffer/ ein $\frac{1}{2}$. Pfund Meßing/ wieder 2. Pf. Spießglaß ꝛc. darnach zerlaß 50. oder 60. Pf. Bley/ und geuß es under die Matery/ rühr es under einander /laß dann kalt werden/ ſo iſt es weiß und ſtarck und allweg gleich flüßig. Und hab acht/ daß du kein Waſſer darein thuſt / dieweil es warm iſt /es brächte ſonſt groſſen Schaden. Wañ du das Bley darein ſchütteſt in die zerſtoſſene Matery/ ſo wirff zuvor einer Haſelnuß groß Unſchlit darein/ und rühr es under einander/ darnach ſo ſchütt erſt das zerlaſſen Bley darein / ſo haſt du das Bley weiß und hart und flüßig / und ſchütt es auß/ daß du Stücke könneſt haben/ es wäre ſonſt zu groß/ wann es alſo im Hafen erkaltete an einem Stuck. Wilt du es linder machen / daß es nicht ſo hart werd. Nim̃ 3. Pfund Spießglaß/ 1$\frac{1}{2}$. Pf. Meßing/ 3. Pf. Wißmat / ein $\frac{1}{2}$. pfund Kupffer/ 1. pfund geſtoſſen Scheiben-Glaß/ ein $\frac{1}{2}$. pf. gefeilet Eiſen/ das theil alſo in einem Hafen/ zum erſten leg 1. pf. Spießglaß/ ein $\frac{1}{2}$. pf. Kupffer / ein $\frac{1}{2}$. pf. gefeilet Eiſen / ein $\frac{1}{2}$. pfund geſtoſſen Glaß / ein $\frac{1}{2}$. pf. Meßing/ 1. pf. Spießglaß/ ein $\frac{1}{2}$. pfund geſtoſſen Glaß/ ein $\frac{1}{2}$. pf. Kupffer/ ein $\frac{1}{2}$. pf. gefeilet Eiſen/ 1. pfund Spießglaß / ſo haſt du es / laß es zergehen/ und thu darein einer Haſelnuß groß Unſchlit/ dann ſchütt darein 15. pf. Bley / darnach ſchütt darein 3. pf. Wißmat / dene zerlaß allein/ und das Bley auch allein / die Matery wird ſchön und weiß/ und wird ein wenig wäich / daß es nicht ſpringt wie das vorige. Das iſt gut zu Kanten und Schüſſeln. Die andere Matery iſt gut zu Buchſtaben in der Druckerey und andern harten Dingen/ ꝛc. Fluit nim. hæc compoſitio

poſitio ex *Electro Paracelſi*, quod duplex fecit, minus ſcil. exhibens ſaltem Regulum Jovialem ſupra dictum, & majus quod deſcribit in *Diſſert. de Metall. Rolfincius* dupliciter: 1. Rec. ♂, ♁ii *aa.* ℔j. cùm candet ♂, adde ♁ & alia *metalla*, ♀, ♃, ♄, ☿ *aa.* ℥ij. tandem aperto Xbulo carbone ignito calcinatio continuatur & injicitur ⦶ ad ℥ij. Fluunt iterum & injiciuntur in ſcyphum pyramidalem vel in Xbulo ſponte ſuâ refrigerentur. 2. Rec. *Reg.* ♂ ♁*ti* ℔ ¼. Fuſo injice ♀ ʒij. *Jov.* ʒiij. ♄ ℥ß. ☽ ʒj. ☉ ʒß. ſenſim & ſenſim ut fluxus promoveatur, injiciuntur ⦶ ℥ij. refrigerato vaſe exime & exinde para *butyrum* pro ☿*rio vitæ* & *bezoardico minerali.* Quod ſi verò cum *Nitri aa.* calcinetur & edulcoretur ad *gr.* v. vj. ad ℈j. polychreſtum eſt remedium.

VII. Aurum & Argentum Musicum ex Jove fit taliter pro uſu mechanico: *Rec. Jov. purg.* ℥j. Fluat, add. *Biſmuth.* ʒij. refrigeſcat; tere, adde *ſulph. flav.* ʒij. *Sal. arm.* ʒij. mſ. inde phiolæ in arenâ, auge paulatim △em, tecto vaſe cum laminâ, per quam ſolùm acus tranſire queat, ſi non fumet amplius, tum ſatis eſt: *Rec. Stann.* ℥iß. *Biſmuth.* ℥iß. fluant, agita, adde *Mercur.* ʒij. f. Amalgama, tempera cum *album. ovi*, vel Lacken-Firniß/ ‑‑u *Vini*, in quo *Gummi Arabicum* ſolutum; *Utere*, poliatur cum *dente.* Illa verò *Laccarum* præparatio vulgò quidem fit ex *Gummi laccâ, Spirit. Vini rectif.* ſoluta & Curioſiores gum. *ſandaracham & benzoin.* in Spir. vini ſolvunt; verùm præſtantior fit ex gummi copall. & ſuccino: ℞. *Gumm. copall. q. pl.* Teratur in pulverem tenuem, eique affunde *Oleum nuc. jugl.* Digerantur ſuper cineres calidos igne moderato, adde poſt *Ol. terebinth. q. ſ.* ad conſiſt. Itidem tentato cum *ſuccino pulveriſato* & *oleo papaverino* procedendo ut prius; Quod ſi Laccam nigerrimam deſideraveris inſtar Japonenſium, in auxilium vocato *Ebur uſtum* ad nigredinem vel *putamina perſicorum uſtorum* inter duo crucibula clauſa uſtorum ad nigredinem, quæ in formam volatilem trita miſceantur cum maſſa lacceâ ad ſufficientem conſiſtentiam: Hanc verò ſi maculis aureis maculare volueris recurrito ad *Aurum Muſicum* prædictum vel & ſeq. ℞. *Mercurii & Stanni q. pl.* F. amalgama, quod miſc. cum æquali portione ⊖is ✱ci & ſulph. ſublimentur non contuſa ex cucurbitâ terrea, ita enim obtinebis maſſam inſtar Auri in formâ pulveris tenuis, quam dein Laccæ etiamnum humenti per cribrum ſuperficiei adſpergito & poſtmodum Vernice tegito: ℞. *Ol terebinth. lucid. q. pl.* Committatur Cucurbitæ vitr. in B. M. urgendo igne, donec bulliat, adde ſucceſſivè *Maſtich. el. & ſubtil. triti*, donec conſiſtentiam Vernix tibi exhibeat. Pro bono ejuſmodi Vernice quidam *Doctor* ſumit ſolum *Ol. nucum propè aquâ ſæpius lotum*, vel etiam inſolatum eique incoquit maſtichen puriſſ. pro vernice tegente & non colorante. Aliam depurationem Olei vid. apud *Mazzotam* Italum *in Phil. min. p.* 193. ope ſalis ♀i & aq. com. lentè bulliendo, ſic fiet ac ſi eſſet 100. annor.

CAP. VII.

DE PLUMBO.

INter Jovem & ♄num (qui Græcè μόλιβδ@ dicitur) non adeo magna eſt differentia (niſi quòd Jupiter plus terræ habeat faciliusque hinc vitrificetur) particulæque eorum conſtituentes multum inter ſe conveniunt, non enim niſi laxiùs in ♄o coierunt, minusque ſunt excoctæ, ac ſuperficiem hinc obtinuit ♄ magis aſperam; Ob mollitiem verò & levem coagulationem principiorum, maximè principii ☿rialis & ſalis (cujus ratione nimirum fit, quòd ♄ in tigillis fuſus ea perforet, dum ob ſal ſuperfluum, notante *Kunckel. de Art. vitrar.* terram Xbuli ſolvit, uſque dum ſatis habeat pro vitrificatione ſuâ; ſi verò ♄ni parum ſit, incipit ſaltem perforare & interea vitrificatur; Vid. & *Glauber.*) abundantiam, ♄ faciliùs funditur quovis metallo, quæ fuſibilitas promovetur maximè à ſpirituoſis particulis ♀cis (quibus & cum ſpiritu ⊕li ebullitionem creat, nullatenus verò cum ⌒u Nitri) ſubdulcibus in eo ſcatentibus, quarũ ratione & penetrantiſſimum eſt plumbum, ut quoque fulguris inſtar viam ſibi apertam acquirat, unde in ∫one ♄ni cautè agendum eſſe monent Chymici, ob vim quam habet fulminantem, quæ à Nitro ejus comburente, fluit, cujus magnam ſatis copiam, ut expertus eſt in ejus anatome *Kunckel. Obſ. Chym. p. m.* 98 habet, quodque ejus ☿rio remiſtum eſt, ceu experimento *Excell. Wedelii* conſtat ☿ium ♄ni verum ac genuinum ſeu miculas ☿rii vivi plures admodum mobiles in unum coëuntes ex vaſe plumbeo atramentum aſſervante emerſiſſe, ceu de eâ re legere eſt *Ann. I. Dec. II. Miſc. Curioſ. p. m.* 383. Ex humidi autem hujus mercurialis abundantiâ facilè liqueſcit plumbum, ſed nunquam candet, ceu charta plumbo liquato injecta non accenditur, nec item ſulphur aut pulvis pyrius: Ratio autem cur vas plumbeum aquâ plenum ad ignem licèt vehementiſſimum non liqueſcat, eſt quod aqua obſtructos retinet plumbi poros, per quos ſubire nequeunt ſpiritus ignei; ſic etiam in fundo lebetis ſuperimpoſiti igni calor intenſus non eſt ex eadem ratione. Taliter autem aqua cocta vel aqua portulacæ in qua plumbum liquefactum ad ſeptem vel octo vices extinctum eſt, remedium efficax præbet, non minus ac ☿ius igne in ▽ font. coctus, in *Lumbricis* abigendis, ſi talis aqua cùm ſaccharo edulcoretur & ſola Julepi inſtar bibatur, de quo conſuli poteſt ipſe *Joh. Bapt. van Helmont.* In Chymicorũ ore verſatur ipſum *proprios filios devorare*, id quod intelligendum, quòd metalla in vaſe cineritio ſeu capella igni impoſita ita devoret, ut nullum eorum extet veſtigium, exceptis ☉ & ☽â, nim. ⌒u ſuo ſubtiliſſimo & ſale copioſo ⦶ſo & ☿ penetrante ita filios ex tempore in poris


ſuis

ſuis recipit, ibidemque illos examinationi & digeſtioni proponit, uſque dum proprios filios, arte Vulcani, tractu temporis eos, ſcilicet ſolos, qui in examine conſtantes ob terræ abundantiam & fixionem ☿rii proprio patri reſtiterunt, *evomere* iterum cogatur, fugatis cœteris infidis, cujus ratione regium ipſi nomen præmii loco decretum, de quo *Erkerus & le Mort in Metallurg. contract.* Ob ſpiritum verò alcalico-dulcem ☿rialem quo abundat non mirum eum acida omnia in dulcem redigere ſaporem & ob nitrum quod vehit, id ſummoperè humores & ſpiritus corporis noſtri ad quietem diſponere & refrigerare, Venerique reſiſtere. Quoad Ortum Plumbi notandum *Plumbum purum* in fodinis minimè reperiri, ſed excoqui, ut *Stannum*, ex *galena* ſeu *molybdænâ*, quæ eſt vena plumbi (de qua notanter ait *Kunckel. Obſ. Chym. p. m.* 82. 🜍ur comune in ea minimè inveniri & demonſtrari, uti aliàs hoc etiam valet de minera Germanicè Eiſenſtein dicta, lapide Caſſiteri, pyrite aureo, &c.) ſeu lapis plumbarius, qui juxta ☽ti venas, (velut etiam ſæpius galena communis eſt ☽to & ♄no) reperitur, eſtque plumbago hæc coloris nunc nigri, cærulei, flavi ac etiam colore jecoris; hodie verò in Germania, (ceu *Tarnovitii & Ilkuſii* ad fines *Sileſiæ* ex terra flava liquatur, referente *Schvvenckfeld. Stirp. Sileſ. p. m.* 387.) è vena plumbi plurimùm primâ concoctione ☽tum ſeparatur, plumbum dein in lapidem coagulatur, qui tandem rurſus coquitur, & fit plumbum, de quo vid. *Agricola, Lohneiſen & Ercker.* Tales fodinæ plumbi apud *Rhætos* in valle Ferrarâ Scamphii & Daſiano tractu; Valleſios item, in valle Letſchiæ, ut & territorio Bernenſi & Novocaſtrenſi habentur, licet alias Plumbum ex Carinthia ad nos delatum cæteris ♄ni mineris præferatur, cui tamen illa nequaquam cedit, quæ prope Freibergam Villach, invenitur, unde etiam nomen Villachium plumbum habet, participat de ☽a, ceu etiam cryſtalli & omnia medicamenta ex minera illa ♄ni confecta in capitis affectibus conveniunt. Minera ♄ in vere, & ☉le etiam exiſtente in Leone, ☽a plenâ, vel paulo ante effoſſa, præ cæteris nobiliores virtutes poſſidere dicitur. Aliàs etiam Plumbum ſcriptorium oder Waſſer-Bley vocatur Molybdæna ſ. Molybditis, (quam crudam Itali à Nobis petunt, illudque expolientes denuò rurſus ad nos remittunt pro uſu ſcriptorio, referente *Hoffmanno. Clav. Schröd. p. m.* 243.) quæ eſt lapis multo lævior ac friabilior minerâ plumbi nigri, parum aut nihil ferè argenti in ſe habens, nimirum ditior redditur ♄ modo ſeq. *Auctoris Tract* Wunder-drey dicti taliter: ℞. ♄ & 🜍 *aa.* cementiret / *nachmahls* reverberiret / geſchmoltzen / geſtoſſen / geſchlicht / dieſe Arbeit etlich mahl gethan / *als* drey mahl / gibt ☽. Ich machs alſo; Ich granuliere Bley / miſche es mit gleich ſchwer 🜍 diſtillier es gemach durch ein Retorte / erhalte alſo die Helffte 🜍 / was in der 🝭 iſt / röſte ich doch alſo / daß es nicht äſchert dann geſchmoltzen / und entweder

per ſe oder in anderm Bley abgetrieben/ auff der Capellen probiert/ gibt underſchiedliche Proben ☽/ nach dem es öffters laborirt wird; Ich habe den Centner auff 25. 50. 100. Loth fein Silber gebracht/ und iſt ſehr goldreich. *NB.* Daß ♄ mit 🜍 cementirt/ kan figirt werden entweder in Laugen geſotten/ oder mit ⊖e alcali/ oder mit Leimen oder mit Kalch geſchmoltzen. Die Laugen kan von Holtz-Aſch und Vitriol ſeyn / beyde Laugen können auch ungeſotten/ und das 🜍rte ♄ damit geſchmoltzen werden. Hujus occaſione neutiquam etiam pigebit adducere modum ex mixtura ſupra §. *VI. p.* 64 edoctâ, ſeu Ex ♄ *fuſo cum* ♀, ♂ &c. ☽ & ☉ elicere: ℞. ♄ ℔. lxxx. ☿ ℔. xvj. ♃, ♂ *aa.* ℔ ij. Fundantur & in mulctrâ cretâ obductâ agitatione zum Staub granulirt/ dañ geſiebt/ und mit dem Reſt wieder procedirt wie zuvor/ biß alles durch die Sieb gegangen: Poſtea adde 🜍 *comm.* ℔. x. *Sal. commun.* ℔xxx. Miſche es wohl under einander/ und dann auff einem groſſen flachen Herd oder Geſchirr allgemach Feur gegeben/ ſo daß es wohl heiß wird/ und der 🜍 davon rauche/ agitando interea continuò mit einem eiſernen Hacken/ daß ſie nicht an einander lacken thue; augeatur ignis, biß die Matery glüe/ & ita in igne detineatur per 24. horas, ut omnia in cinerem & calcem abeant, nihilque de metallis appareat. Hic cinis metallicus cum *pulv. carbonum* & *lixivio calc. vivæ è cinerib. ligni* in globulos reductus, und auff einem Stich-ofen wohl reducirt / abit denuo in corpus metallicum, quod rurſus calcinandum, reverberandum modo quo dictum. Hoc ſexies facto & per 24. horas reverberato, (vid. *Holland. Op. Miner. & Sect. I. cap. ult.*) ut & reducto, regulus vel corpus metallicum examinandum, num ſit dives ☉ri & ☽ti, dann ſonſten muß es 3. 4. 5. biß in 6. Marck und ℥j. ☉ geben/ nach deme die Arbeit wohl getrieben wird. *NB.* Das ☽ und ♄ zu körnen iſt beſſer/ wann man nim̃t zween unverglaſt irdin Töpff/ die man füglich und recht auff und über einander ſtürtzen mag/ beſtreicht inwendig mit Unſchlit oder Wachs/ und ſtreut viel Saltz darein/ laßt dann das ☽ oder ♄ flieſſen/ geußt ſchnell in einen Topff/ und ſtürtzt alſobald den andern darüber/ und rüttelts mit beyden Händen hin und wieder/ auff und nieder/ biß man vermeint/ es ſey beſtanden; dann hebt man die ober Schüſſel oder Topff herab ſo findet man das ♄ oder ☽ klein gekörnet wie Magſaamen oder Semen Milii; was aber gröſſer iſt/ legt man wieder ein/ laßts flieſſen/ und thut ihme wie vor/ biß alles klein genug gekörnet iſt. *Cardilucius in Notis ad Ercker p.* 87. ut & *Auctor* der Wunder drey *p.* 79. machens alſo: Fundatur ♄ in einer reinen eiſernen Kelle/ alsdann ſchütte es in eine reine höltzerne Multen mit Kreiden oder Wachs beſtrichen/ ſchwings gleich dem Habern/ davon zerwirfft es ſich zu Körnlein oder Bröcklein/ dieſelbige rädere durch einen blechernen Durchſchlag/ damit es fein gleichförmig wird.

Uſus

Uſus Plumbi alios quod attinet, varii ii omnino ſunt, tum in Medicina (♄us enim refrigerat admodum & adſtringit, ceu Charta plumbea ἔλασμος μολύβδου Bley-Blech/ Lumbis inſtrata Genituræ fluorem per inſomnia prohibet inſigniter refrigerans, Gangliumque diſſipat illigata; Mortariumq; fit ex plumbo in uſum Medicum ad quoſvis liquores frigidos in ea ducendos ut craſſeſcant ſeipſoque frigidiores evadant,) tum bello, tum coloribus, tum & in ſuppliciis, ceu *Horatius* innuit *L. I. Carm.* liquido plumbo ut cruciamento uſus fuiſſe veteres Juſtitiæ miniſtros, & *Baronius in Annal. Ann.* 33. refert flagellum cùm pilis plumbeis demum Conſtantinum Imperatorem abrogaſſe: Curioſum minimeque contemnendum eſſe ejus Uſum in *Sigillo Saturni* diximus in *Regn. Anim.* & *Miſc. Curioſ. Dec. II. An. I.* ubi quia modum ex puro ♄ die & horâ ♄ni illo vel in Capricorno vel Aquario exiſtente parandi ex *Paracelſo* & *Hiebnero* attulimus ſaltem Figuram ejus ſiſtimus:



Medicamenta ex ♄no tam *interna* quàm *externa* habentur, omnia eò facientia ut particulæ humorũ acres dulcificentur, mitigentur, ſaturentur, infringantur & corrigantur. Illa verò diſtinguere licebit in *Communia* & *Chymica*. *Communia* rurſus in *Simplicia* & *Compoſita*: *Simplicia* vocando, v. g. *Ceruſſam, Minium, Lithargyrium. Plumbum uſtum,* &c. *Compoſita* verò *Unguenta*, *Cerata, Emplaſtra* ♄*na*. *Chymica*, *Balſamum Saturni*, *Sal Saturni*, *Oleum Saturni*, &c.

I. Cerussa ex lamellis ♄ni vapore ✢ti elicita ⊖lia acria in ſuperficie corporis tumultum excitantia corroſivaq; optimè domat, unde in exulcerationibus & doloribus proficuè adhibetur, v. g. in *Pulvere antipodagrico externo Exc. Wepferi* quod deſcribit *Friccius in Tr. de Podagr. ex Ceruſſ. Minio, Bolo pulv. Fœnugr. Camph.* Præter *Unguentum de Ceruſſâ* officinale notum ſiſto hîc *Emplaſtrum polychreſton, mirabile Meibomio* dictum, *diaſaponis, antipodagricum* item dictum à primo ejus compoſitore *Tachenio in Morb. Princ. p. m.* 177. ceu egregium in *Arthritide*, ad quod applicatum ferocia ſalia in halitus reſoluta accurrunt, inviſcantur & domantur (℞. *Ol. olivar. vel lini vel roſac.* ℔ijß. *Ceruſſæ, Minii ana* ℔j. *vel* ℔ß. *Saponis Venet.* ℔ß. f. *Emplaſtrum*; nimirum Oleum calefit in ſartagine, poſt additur ſapo ut liquefiat, tandem leniſſimo igne incoquuntur pulveres ♄nini continuè movendo piſtillo ligneo, ut fiat *Emplaſtr.* coloris incarnati aut albicantis, cui refrigerato ferè tandem additur *Camphora* in *Sp. Vini par.* ſoluta vel etiam pro *vulneribus* & *ul-*

ceribus alumen uſtum; *Frid. Hoffman. in Not. Poter. p. m.* 719. ita procedit pro *Emplaſtro polychreſto*: ℞. *Axung. human. vel equin.* ℥j. *Minii, Ceruſſ. aa.* ℥ß. *Sapon. Ven.* ʒvj. *Camphor. parum*, f. *Emplaſtrum*, poteſt addi *Oleum hyoſcyami*: *Uſus in catarrhis, ulceribus ſalſis, ambuſtis & inflammatis partibus, in tumoribus abdominis à duritie glandularum meſenterii* (vid. *Morton. in Phthiſiolog.*) *hydrope, vulneribus.* Sic & ingreditur *Empl. nigrum* ſeq. *Helmontio* adſcriptum: ℞. *Ceræ citr. Ol. oliv. ana* ℥iij. *Reſin.* ℥iß. *Ceruſſ.* ℥ij. Cera, reſ. & ol. diſſolv, & igne coq. tunc add. ſenſim Ceruſſam, totumque ad aliqualem nigredinem percoque. Hoc nuchæ impoſitum *oculorum affectibus* medetur, item *lienis tumori & dolori, nephritidi, lumbagini, mammarum tumoribus dolentibus, torminibus ventris poſt partum, clavis* item *pedum*, ut communicat *Excell. Joh. de Muralto in Miſcell. Curioſ. Dec. II. Ann. I.* Sic egregium eſt Linimentum in nimio hæmorrhoidum fluxu ſeq. ℞. *Ceruſſ.* ℥ß. *Cret.* ʒij *Croc.* ♂ *adſtr. Lap. ſcißil. ana* ʒj. miſc. f. *Pulvis ſubtiliſſ.* excipiendus Ung. popul. agitando diu in mortario plumbeo.

II. Minium è Plumbo ignis operatione reverberatoria acidoque ejus ſe in poros ejus inſinuante, ponderoſiusque reddente reſultans, ex vi ſaturninâ balſamicâ in Ulceribus baſin præbet *Emplaſtri Norimbergenſis* notiſſimi: ℞. *Pulv. minii* ℥vj. *Ol. roſac.* ℥xij. Coque ſine illius alterius rei additione ad conſiſt. Empl. & acquiret colorem caſtaneum, poſtmodum per agitationem parùm refrigerato adde *Camphor.* in pauxillo *Ol roſac.* in mortario ſol. ℥ß. pòſt effundatur in ſcatulas: Auctorem hujus *Ehrnſingerum* haud fuiſſe nulli perſuadere vult *Excell. Helianthus Ann. IV. & X. Dec. I. Miſc. Curioſ.* ſed *Galenum*, ut *Weckerus in Antidotario* ſub titulo *Oxylæi* docuit. Sic pro defendendis Fonticulis & ad Ulcera ſeq. *Emplaſtrum* utiliſſimè in uſum traximus; ℞. *Emplaſt. diachyl. ſ.* ℥ij. *Minii* ʒvj *Ceruſſ. Lithargyr. Lapis calamin ana* ʒiß. ○ *uſt.* ʒij *Pulv. rad. Ireos* ʒj. *Maſtich. opt.* ʒß. *Camphor.* ℈ß. *Ol. roſac.* ℥ß Cùm Cerâ, f. Emplaſt. formetur in magdalones. Cœterum *Minii* per reverberationem obtenti occaſione non poſſumus non ſiſtere proficuum modum Saturnum *Vitrificandi* (de quo & *Vigani* refert illum licet non adeo gratum ſed cum lucro fieri) v. g. ℞. *Saturn. opt. q. v.* funde ſemel, & projice ſuper calcem vivam, poſtea ipſum fuſum inde vaſi terreo fictili hermeticè clauſo, ad medietatem vaſis, calcina forti igne per diem in fornace, ſi vis, Figuli & Vitrum reperies rubeum converſum; Hoc rurſus funde (*Mazzotta* Canem minorem appellat, ſicut Saturnum præparatum & purgatum à ſuis fœculentiis, ope ſalis & aceti Lupum) cum *aa. ſalis gemmæ, vel commun. vel alcali,* vel alterius fuſibilis præparati vel fixati, & *Topaſium* habebis; Poſtea ℞. *Topaſii hujus pulveriſ. & loti vel Vitri ſaturn. per ſe, Arſenici citrini foliati ſeu auripigmenti aa. p. j. vel* ℔j. Mſ. & ſublima ter, quartâ autem vice ♎ma lentè, & ha-

& habebis in fundo Vitrum fixum, velut pulvis aureus, qui ſummè penetrativus eſt, & tingens metalla unum ſuper 10, quod ſi non faceret, ulterius toties ſublimandum foret, uſque dum fixum fuſibile in fundo maneat. Poſtea ℞. *Lapidis hujus vel Vitri fixi q. v.* adde *Nitri depur.* miſce lento igne, refrigerata piſtentur, & ſolvantur ſuper Vitrum in cella vinaria, & habebitur Oleum citrinum; Poſtea ℞ *Mercur. probè lot q. v.* ſolve in part. 4. 🜅 (quæ habetur ex ⊕, ○roch. (⊖lo) inſtar 🜔ti rubri vulg. cum ♌tu nitri parati, hoc repetatur ter, & tertiâ vice teneatur in aquâ; ℞. *☿rii hujus ſoluti p. iij.* ☽ *itidem in aq. fort.* (hujus p. ij, vel iij. ſumendo) *ſolut. p. j.* miſc. addendo *Vitri ſaturn. ſupra dicti p. viij.* deſtillatur aqua, & vigoretur igne, ut permaneat materia fixa, vel modo ſeq. Rec. *Calc.* ☽ *phil.* (*loco Vitri Saturn.*) *ppt.* ℥ij. ⊖*is* ⊕*ri fuſibil. è* ○ *&* 🜕 *fact. puriſſ. aa. funde in Vitrum*; ℞. *ejus &* ♉*ci aa.* ♎*ma*) & inſeparabiliter conjuncta: pulveriſetur materia, & denuò ſolvatur in aq. fort. s dictæ p. iiij. evaporetur ad medietatem, & relinquatur in loco humido frigido, & obtinebis Lapillos diaphanos fuſibiles igne candelæ, de quo pars una ſuper multas ☿ vulgaris projecta, in materiam forſan fragilem inſtar vitri converteret, hæc verò maſſa capax eſt ad p. j. alias 200mas in perfecta metalla convertere. Reſpuit verò ingreſſum in groſſa corpora ♂ & ♀, teſte *Mazzottâ.*

III. Lithargyrium poſt ☉ vel ☽ti purificationem per ♄ in teſtâ probatoria fuſci pulveris calcisve formâ collectum, internè nullatenus (vid. *Obſ. CCLXI. An. V. & VI Dec. II. Miſc. Cur. p. m. 601.* ubi noxæ ſiſtuntur Vini eo fucati à *Viro Celeb. & Excell Dn. D. Salomone Reiſelio*, & *Exc. Gockelio in Obſ*) uſurpandum; extus verò *Balſamum Saturni* exhibet plurimos ad uſus præſtantiſſimum, quovis pretio redimendum; ℞. *Lithargyr.* ☉*ri ſubtiliſſ. pulveriſ. q. v.* Affund. *Acet. deſt. q. plac.* vel ad emin. 3. vel 4. digitor. transverſ. ſtent in digeſtione, vel coquantur leviter donec ✢. in dulcedinem ſacccharinam converſum fuerit; filtretur ſolutio & in patina ſtannea evaporetur ad ſyrupi tenuioris conſiſtentiam; affund. aqua pluvia & lacteſcet ſolutio, filtrato & evaporato ut prius, illudque repetito, donec balſamum hocce omni ſuo auſtero & terreſtri ſpoliatum ſit; per evaporationes enim frequentes ✢ cum plumbo digeſtum penitus ſua ſpicula acida deponit; filtrationibus verò repetitis omne terreſtre plumbi perit, unde emergit *Balſamum præſtans* potenter *Inflammationibus* reſiſtens, ejusque *dolores mitigans*, ſi cum *Ol. comm.* vel *roſac.* in mortario plumbeo in formam *Unguenti nutriti* teratur: adſtringit potenter abſque corroſivo, unde in *Fiſtulis & poris lacrymalibus* continuò fluentibus & ſtillantibus arcanum eſt inſigne cum *Aquâ roſ.* vel *Lacte tepido* adhibitum. Huc ſpectat *Aqua ophthalmica Excell. Glaſeri Practici Baſil.* ℞. *Aq. plant.* ℥ij. *euphraſ.* ℥j. *Extinq. gran. thur. num.* xv. add. ✢ *litharg. dulc.* ℥iij. *vel q. ſ.* ad toler. ſervetur uſui; Sic & Ingrediens prima-

primarium eſt *Epithematis* in ſuſpectis *Inflammat. Ligationibus, contumacibus Contuſionibus, Gangrænâ, Sphacelo* nondum confirmato *Cl. D. D. Euth. in Dec. III. Ann. V. M. C. p. 497.* ℞. *Herb. millefol. abſynth. aa. Mj. Scord. Salv. hyſſop. rut. aa. Mj. Fl. roſ. r. Mij. Samb. hyper. aa. Mj. Myrrh. ſel.* ʒvj. *Aloës* ℥ß. *Maſtich. Thur. Aſ. fœt. aa.* ʒiij. Inciſ. cont. add. *Lithargyr.* ℥vj. *Aq. calc. vic. rec.* ℔iiij. ℥ix. *Acet. opt.* ℔j. ℥viij. Coq. ad ſolut. *Litharg.* in fine add. *Spir. theriac. Camph. opt.* ℥vij. Detur ad Vitr. Sic & additis aliis ex eodem quoq; ♄ Saturn. fit egregium medicamentum hocce, quo *Wormius Aneuriſma* nucis juglandis magnitudine poſt malam V. S. cum ſymptomatibus aliis curavit. ℞. *Acet. litharg.* ℥iiij. *Croci* ♂ *obſtruct. Fulig. ahenar.* (quam *Severinus* aliàs inſigniter commendat) *ana* ʒij. *Succi acaciar. immatur.* ℥ß. His invicem calefactis & ſpongiolâ exceptis aneuriſma arctiſſimè ligetur & brevi curabitur. Neç prætereundum quòd Saturni ope Equus albus maculis nigris decoratur, ſi *Rec. Litharg.* ℥iß. *calc. viv.* ℥iij. miſc. coque in olla cum lixivio forti & in ſuperficie erit ſpuma pinguis, quæ detrahatur, eoque inungatur equus hinc inde pro lubitu & mox eleganter illic nigricabitur. Iſt für vornehme Liebhabere/und nicht für die Pferd-Diebe. Capilli ruffi ſic quoque denigrantur, niſi quod *Litharg.* & *calc. viv.* ſumetur *aa.* & coquatur in aq. font. ſic equus ruffus noctu inunctus manè erit niger.

IV. Plumbum Ustum ſtratificatione bractearum & ♀ris paratum egregium eſt ad mortificandum acidum ferox *Ulcerum malignorum*, præprimis in *Cancroſis affectibus* (Vid *Tulp. in Obſerv.*) cum *Ung. diapomphol.* ceu aliàs *plumbi crudi* lamina & *pulvis* tenuiſſimus modo *Ferneliano Oper. Med. p. m.* 450. maceratione nimirum in *Acet. acerr.* & contritione in mortario, tantopere laudatur, expertus enim eſt *Fernelius* pulverem ſic paratum inſperſum *malignis ulceribus* illa blandè citra ullum doloris ſenſum corrigere, expurgare & ad cicatricem perducere, imò ad multa màjora vim ejus eſſe ſingularem & eximiam; ceu hoc confirmat obſervatio in *Miſcell. Curioſ. Dec. I. An. IV. Obſ. LVI.* qua laminæ plumbeæ duæ alternatim cancroſis mammis impoſitæ duorum menſium ſpatio ita fuerunt eroſæ & in medio in albicantem redactæ pulverem, haud ſecus ac alias ope ♄ calcinatio plumbi inſtituitur, tam acidum & 🜔le eſt fermentum ♋ſum, & inſtar 🜅 corroſivum. Ad idem quoque valet *Saturnus* ex ☿rio factus ſeu Mercurius per odorem Saturni coagulatus & in tenuiſſimum pulverem reductus, ſi vel pulveribus immiſceatur vel cum unguentis permiſceatur, v. g. in *Hæmorrhoidum dolore* cum *Ung. populeo & cochinellâ.*

V. Huc referendus eſt Saturnus Diaphoreticus, qui in *morbis calidis* præſertim *Podagrâ* cum magno æſtu conjunctâ optimè refrigerat & fervore ſpirituum ſedato, potenter movet ſudorem; Hunc verò ſeq. modo parare

docet

docet *Excell. Spangenbergius in Diſſert. de Podagr. §. XXXII.* Rec. *Saturni in lamellas redacti p. ij.* 🜔 *&* 🜕 *ana p. iij.* fiat ſ. ſ. ſ. & in Xbulo calcinentur, ſic plumbum redigetur in ſubſtantiam nigram friabilem, hujus Maſſæ *Rec. p. j.* miſc. cum *Nitri p.* iij. & per vices Xbulo ignito injiciatur & detonetur, quâ detonatione peractâ aquæ ſimplici pro edulcoratione affuſæ innatat pulvis ſubtilis & candidus, ut fit in præparatione ♁ii diaphoretici. *Doſ.* ejus *à* ℈ß. *ad* ʒß. præcipue in ſubjectis magis ſiccioribus & magis acribus tenuibus humoribus gaudentibus.

VI. Crystalli Mineræ Saturni elegantes à *Celeberr. D. Michaële* ex *minera Saturni Fribergenſium*, affuſione Acet. deſt. digeſtione & abſtractione parantur; quorum *uſum* egregium in *Coll. Chym.* deprædicat in *Affectibus cephalicis, Epilepſiâ*, (ceu & *Aqua Æſculapii Zapatæ* ita dicta ex Acet. fortiſſimo per campanam plumbeam deſtillata ad ℥ij filio ſymphoniſtæ Baſileenſis epileptico ſanitatem reconciliavit, referente *Ang. Salâ in Exeg. Chym. p.m.660.*) *melancholiâ hypochondriacâ, &c.* addidit illos *purgantibus ad gran.* iv. vel v. Rec. *Jalap. ppt.* ℈j. *Scammon.* 🜔 *gr.* vj. *Cryſtall. miner. Satur. gr.* iv. mſ. qualiter ſpiritus maligni optimè præcipitantur, adeo ut meritò dicat *Hoffmann. in Clav. Schröd. p.m.252.* ſub his non minimi momenti latere arcana in *Maniâ, Melancholiâ, Quartanâ, Phthiſi, Melancholiâ hypochondriacâ* apprimè conducentia. Et ex his Cryſtallis, juxta *cit. Hoffmannum* cum ♒*u* 🜍*li* elegantiſſimus liquor deſtillari poteſt omnium morborum aſtralium, qui fixas egere radices & indomitos fomites habent, ſalutaris Hercules, nullum heterogeneum in microcoſmo Aſtrum admittens, ſed inimicas & hoſtiles omnium morborum impreſſiones ſive ideas eliminans. Sequenti autem modo elaboratur: *Rec. Sacchari* ♄*ni per acet. deſt. par. q. v.* affunde *ſpir.* 🜍*li rectif.* digere aliquot dies noctesque, & prodibit phlegmatica 🜍*li* ſubſtantia, affunde *recentem ſpir.* 🜍*li*, iterùm digere, deſtilla, phlegma iterùm abjice, & hoc aliquoties repete, donec acidus iterùm extillet: Ita corpus Saturni ferè totaliter deſtructum eſt, & ex vinculis ſuis liberatum, & in multò benigniorem planetam converſum, nempe ♂tem, & hæc ultima ſolutio cum ♒*tu Vitrioli* apprimè eſt neceſſaria, nam 🜔*um* ad *Saturni* ſolutionem admodum inſufficiens eſt, aliunde igitur quoddam 🜔 minerale Saturno admiſcendum Hanc animam *Saturni* accipe *Acet. deſtill.* minerali imprægnatam, miſce cum *Bolo calcinato*, & 🝫la per 🝪 ut moris eſt. Peractâ 🝫tione *Rec. Spiritum*, qui prius prodiit, ut & *Ol. rubrum*, unumquodque ſeorſim rectifica, prius digerendo; ultimò conjunge *Ol. rectificatum* cum *priori* ♒*tu*, & cohobando ſæpius in MB. deſtilla, donec per reiteratas 🝫ationes totaliter uniantur. Poſtremò igne valido ex arena aut cineribus iterùm deſtilla, Vid. §. *ſeq.*

VII. Saccharum ſeu ⊖ Saturni calcinatione immerſivâ 🜍 modo

do

do prædicto obtinetur, maximè verò *Saccharum ſaturninum pulcherrimum* parat *Kunckelius*, indendo lamellas ſaturnin. capitello magno in circuitu & deſtillando per illas ex cucurbita acetum forte, ſic enim acetum ſolvit ſaturninas lamellas, & unà puriſſimum in recipientem ſecum defert; pòſt acetum ita deſtillatum in cucurbita ad iij. vel iiij. partes abſtrahitur, & in loco frigido cryſtalli inſtar ⦶tri (*Boyleus* refert tales Cryſtallos penetrare vas vitrificatum, in quo diſſolutio peracta eſt, ac ex iis tenuiſſimam cruſtam ſalinam obducere extrinſecus ipſum vas; porrò muſcum referre eam cruſtam cum mira textura fibrarum & ramuſculorum) accreſcent, quæ ſunt abſorbens & ſaturans ſingulare, intus & extus efferveſcentiam ⊖lium heterogeneorum domans, acreq; irritans dulcificans remedium, ceu in *Phthiſi* eleganter maritantur *Antihect. Poter.* v. g. *Rec. Antihect. Poter.* ℈j. *Sacch. ſaturn.* ℈ß. *Extr. croci gr.* vij. *Eſſent. opii Langell. gr.* iv. *Balſ. Peruv. q. ſ.* miſc. f. *Pil.* num. xxiv. pro 2. doſ. ante cœnam ſumendis, ſic enim egregiè *tuſſim nocturnam* aliaque ſymptomata, maximè *ſudorem nocturnum* compeſcent; Mixta hæc invicem, juxta *Hoffmann. in Clav. Schröd. p. m.* 253. maximopere etiam conducunt in *nimiâ hæmorrhagiâ*, *vomitu cruoris à menſibus reſtagnantibus* & aliis *uteri affectibus*. In *Eryſipelate* optime ſolvitur ⊖ ♄*ni* in *aq. ſperm. ranar.* linteumque intinctum vel tepide admovetur humidum, vel ſiccatum prius decenter, vel ejus ʒij. *Rob ſambuci* ℥ij. miſcentur & corio ſuperinducta imponuntur. In *Dyſenteriâ* ſumme quoq; prodeſt ob ſaporem aluminoſum & adſtrictorium, maxime ſi cum *Vitriolo* ♂ combinetur, ut mox audiemus.

Ex *Sale* hoc *Saturni* habetur

α *Balſamus Saturni* rubeus elegans, ſi cum *Oleo terebinthinæ* decenter digeratur & agitetur, ubi tamen parùm de ⊖*le Saturni*, ut ponderatione conſtat, ſolvitur. *Uſus* ejus in *Phthiſi, Empyemate, Vomicâ pulmonum*, aliisque *ulceribus internis* (v. g. *Gonorrhæâ*, in qua divinum vocat remedium *cit. Hoffmannus Pater in Clav. Schröd. p.* 251. inprimis ſi addatur aliquid *Camphoræ*) ut & *externis*, crediturque is temperatior balſamo ♀is. Magis compoſitus habetur itidem pro uſu interno & externo præſtantiſſimus ſeq. modo: Rec. *Flor. hyper. millefol. lil. alb. ana P.* vj. *myrrh. maſtich. thur. ſtorac aa.* ʒij. *Aloës* ʒj. *Balſ. Peruv.* ℈iiij. *Ol. oliv. vel lini* ℔ß. *Sp. vin. Terebinth. aa.* ℥j. *Sacch. ſaturn.* ʒij. *Camph.* ʒj. miſc. Extrahe baln. mar. dein validè exprime, addendo ſi placet ad meliorem conſiſt. *Ceræ flavæ* pauxillum. Vid. *Not. Frid. Hoffm.* Fil. *in Poter. p.* 471.

β *Tinctura antiphthiſica* elegantiſſima & efficaciſſima ex ⊖le Satur. prædicto ita fit: ℞. *Sacch. ſaturn.* ℥iij. *vel iv.* ⦶*li* ♂*tis* ℥j. ⏜ *Vini* ℥iiij. ſtent per dies aliquot & emerget T Ra elegans, cujus *vires* ſunt, ſerum refrænare & leni adſtrictione difflationem ejusdem quæ fit per ſudores inhibere, quo

fine

fi‹ne› in tota Medicina vix ſimile invenire poteſt elegantiusque remedium in *Hecticâ & Phthiſi*, item *Hæmoptyſi* ad pulmones conſolidandos, item in *Ulceribus Renum*, ceu quoque *Hæmatites naturalis* ad *ulcera* egregiè valet, ac *artificialis* etiam habetur, ſi illa duo ⊖ *ſatur.* & ⊕*um* ♂*tis* per 🝭 deſtillentur. Et ex hoc fundamento quoque eſt, quòd Lapidem Chymicum *Fr. Matth. Hertodius Miſc.Cur.Dec.I. An.III. p.*227. ſe ab Empirico obtinuiſſe referat, confectum ex ☿*rii ſaturn.* (qui tamen ſaltem eſt extractio *lithargyrii acet.deſt.* facta & filtrata, cumque -ᴧ-*tu* ⊖*lis* ⩪tata) parte una, poſtea lento igne ſine edulcoratione, cui præcipitato exiccato affunduntur partes duæ ſolutionis ♂*tis* cum -ᴧ-*u ſalis* factæ per 🝪 abſtrahendo omnem humiditatem, ut coaguletur in lapidem rubicundum fixum: *Uſus* ejus in plurimis morbis diſſolutis expertus, v. g. *diabete*, &c. Not. Præſtat loco *Acet. deſt.* extrahere cum *azoth* ſapientum ſcil. -ᴧ-*u* ⊕*li philoſ.* & loco ſolutionis *Oleum* ♂ ſeu ejus præfervidus cruor, prout & pro tali Tincturâ præparandâ *Hoffmannus in Not. Poter. p.* 43. *Liquorem* ♂*lem* vel *ſolutionem* ♂*tis* cum -ᴧ-*tu ſalis* factam cum ſolutione ⊖*lis* ♄*ni* in *aquâ* commiſcet, ſicque pulcherrimam TRam ſanguinei coloris obtinet in humorum agitatione intenſiori & ejus effreni profuſione moderandâ plurimùm laudatam, notando tamen ne in *Phthiſi & hecticâ* expectoratio ſiſtatur. *Exc.Clauderus in Miſc.Cur.Dec.II. An.V.p.m.*367. ſe ſeq. methodo paratam TRam plus vice ſimplici mirabili virtute expertũ eſſe refert: ℞. *Sacch. ſaturn* ℥vj. *Vitriol.* ♂ ℥iij Mixtis extrahatur *ſpiritu Vini* non adeo forti TRa. *Doſ. gutt.* 20. *ad* 40. nimirum ejus coætaneus *Exc. D. D Michaëlis* quoque ſuam *TRam antiphthiſicam* paravit abſq; Acet. deſt. ſeq. modo: Solv. *Liquor. cryſtall ſaturn. ſp. Vini* & miſc cum *Vitriolo* ♂*tis* ſoluto itidem *ſpir. Vini* bene animato & tandem ſolutioni rubicundæ affund. -ᴧ- *Vin.* circula & bene miſce & per repetitam cohobationem ʃ\dò emerget TRa antiphthiſica, egregiè valens in *ſputo ſanguinis.* Sic & in *Dyſenteriâ malignâ* egregius ſeq. *Bolus Cl. Maëtzii*: Rec. *Theriac. rec.* ʒß. *Diaſcord.* ℈ij. *Stiptici è* ♂ *& Sat. Bezoard.* ⊙*t. Regul.* ♁ *medicin. ana* ℈ß. *Laud. opiat. gr.* j. M. Hujus *Lapid. Chymici* occaſione præterire non poſſumus *Rubinum artificialem* quem deſcribit *Kunckelius de Arte vitrar.* taliter: *Rec. Sal. è* ⊙ *Vitrioli elixiviati & depur. ſeu Arcani duplic.* ℥iß. *Cryſtalli pulv.* ℥iij. Poſtea *Rec. Limat.* ♂ *q.v.* affund *Sp.* ⊖*lis* ad ſufficient. uſque dum hic dulceſcat, evapora *Spiritum* ad dimidias, & adde *Sacch. Satur. puriſſ. aa.* Indantur ſimul retort. vitr. & abſtrahatur omnis humiditas, quo facto & bullis non apparentibus, & ſi materia nequit egredi, fortificetur ignis parùm. uſque dum materia ſiceeſcat pulveris rubei formâ, qualis non ſaltem hîc ſed & in Medicina utiliſſimus; Hoc facto: *Rec.* ⊖ *&* ⊟ *ſupra dict. Tinct. hujus Pulv. aa.* ℥j. fundantur in Xbulo in fornace vitraria, agitetur filo ferreo ad coloris apparentiam, dein eximatur. Verùm ignis probè regi debet. De hoc proceſſu vid. *I. C. O. Sol ſine veſte. p. m.* 59.

VIII. Oleum Saturni *Agricola in Comment. ſuper Poppium* parare docet è *Saccharo Satur.* in *ſpir. Vini* per 14. dies digeſto & pòſt deſtillato, igne gradatim adhibito, uſque dum *Oleum flavum* prodierit ſummè fragrans & dulce: *rubrum* verò parare docet *Fel. Würtzius* ex *ceruſſâ* cum *triplo* ✢ *bis deſtillati* coctâ, hinc per retortam ♌do. Uſus *Olei ſaturn.* eſt in *Ulceribus corroſivis, Inflammationibus,* præſertim *Oculorum* & eorum *exulcerationibus,* (vid. *Fel. Würtzii Chirurgia* à nobis reviſa, correcta & aucta) *Vulneribus* item deſperatiſſimis ac *ambuſtis,* ceu obſervationibus hoc confirmatur ab *Agricola Tr. de Saturno*; verùm quia à -ɲ-*u Vini* reſuſcitato maximè hæc virtutes emergunt compendioſiùs erit ejus loco *ſolutionem* v. g. *lithargyrii* in *Acet.* ad melleam conſiſtentiam exhalatam adhibere, qualis pro externo uſu in *Oleum, Linimentum, Epithema* commodè adhiberi poterit, prout & lumbis cum *Ol. ſcorpion liliorum alb.* inunctum egregium eſt, item cum *Ol. tart.* in *Impetiginibus, Lichenibus, Ulceribus inveteratis.* In *inflammatione* & *rubedine oculorum* cum *aq. roſar. ſperm. ranar. chelid.* &c. imò ſimplici oleo commixtum præſtat ea ea quæ *Ung. de ceruſſâ, minio, lithargyrio, &c.*

CAP. VIII.

De Metallorum Affinibus & primò de MERCURIO.

EX metallicis corporibus quia quædam non ductilia aut malleabilia ſunt, ſed fluida, frangibilia, friabilia potiùs, ac nihilominus ex iis veri metallici quid haberi & elici poteſt, materiam metallorum præbent, & ad eorum latera collocata dicuntur, fit, ut non Metalla propriè dicantur, ſed pro *Metallorum affinibus,* aut *ſpuriis metallis* ſaltem habeantur, qualia ſunt *Argentum vivum, Antimonium, &c.*

Argentum Vivum (ita dictum quod argentum igne liquefactum colore albo imitetur) ſeu ☿ius ſummè verſatilis, in miraculis naturæ habitus, metallum fluidum eſt metalliſque ſummopere amicum, maximè verò ☉ro, quod fulguris inſtar arripit, hinc ♄, ♃, ☽to, ægerrime ♀ & ♂; nimirum nihil aliud is eſt quàm fluor æthereus △lis, aſtralis naturæ, non niſi ſpecificis particulis metallicis ſaturatus, quibus præprimis aptus evadit illa ex ſubtilitate ſuarum particularum pervadere & ſubire; quæ cauſa quoque quoque eſt cur *Plinio venenum* rerum omnium dicatur, diſſolvit enim & diffuit pervadendo corporum nexum, non ſecus ac chartam aqua, quam humectat, attenuato glutine diſſolvit; & ex eadem porro ſubtilitate per eos meatus corporum ſubit, per quos nullus alius liquor penetraret excepto

vitro

vitro: Vocatur quoque *Aqua non madefaciens manus*, quia dum tangitur, non humectat, id quod fiet ex optimo plexu humidi cum terreo; humidum verò arguitur ex ejus fluxu & facili exhalatione dum ignem ſentit; terreum verò ex inſigni gravitate, dum poſt aurum graviſſimum eſt metallum; Et ob hanc quoque egregiam mixtionem non multum aëris ei ineſt, qui aquæ congelatæ incluſus exitũ quærens, ut non male ſentit *Hier. Mercurialis in Epiſt. ad Monavium* apud *Crat. in Epiſt. Med. p. m.* 272. tantiſper totum corpus ciet, donec vel igne vel quapiam aliâ externâ causâ diſſoluto illo corpore aqueo terreo abit ſimulque & terram & aquam diſſolutam abire facit: nimirum ☿ ex aqua & ſale ope terræ ſubtilis perlatæ conſtat, aquamque adeſſe *Kunckelius* comprobat *Obſerv. Chym. p.* 70. ex eo quod calefactus in cucurbitam candefactam infuſus cum fragore vitrum frangi faciat; & hujus aquæ viſcoſæ partes à terreis (quibus ſal junctum eſt; maneo in ea ſententia, ait *cit. Kunckelius Obſ. Chym. p. m.* 22. ☿um primùm quidem ex aqua & ſale potiſſimum, ut ſupra jam ex eo quoque attulimus, conſtare & ſecundam eum vel tertiam in generatione materiam eſſe primamque materiam metallorum, nam prima materia nobis hominibus nota, creſcentium omnium rerum aqua eſt & ſal; ſunt verò ſal & aqua inſeparabilia, alia verò principia metallorum haberi ſolita, ſeparabilia) particulis ſubtiliſſimis ita modificatæ & iis per minima commixtæ ſunt, ut hæ non permittant humidum (cujus & fluidi ſcilicet partes ſunt ſphæricæ aut ſphæroideæ vel etiam polyedræ ma-magnitudine ſoliditateque differentes prout ipſa fluida pondere aut fluiditate ſunt diverſa, ceu ☿ii noſtri ſphærulæ ſolidæ ſunt, aquæ cavæ, aëris ex armillis quaſi contextæ) illud alteri adhærere, quam ſibi, neque in toto diffluere inſtar aquæ, ſed quaſi per globulos eosque ſolidos & bene politos (quibus ſcil. ut alia fluida, incapax ſit, ut ejus particulæ arctè queant conjungi, ob hujus figuræ & preſſionis defectum) ut dictum, conſtare; nim. quòd humidum particulas terreas ſubtiles puriſſimas ita diſponat ut & fluant, currant in ſuperficie planâ, defendanturque ab ignis conſumptione, qui ea aut unà avolare facit aut ut remaneant in eo conſtanter: quare & dum ſic ☿ ex globulis ſuper centrum ſuum, in quo fixitas ejus videtur eſſe, revolvitur, *fluiditas* ejus patet, reſultat enim fluor hic è duobus, ſpiritu nimirum æthereo ſummè agili & penetrante, & partibus metallicis eo emollitis, ſolutis & fluxibilibus redditis, quæ quia læves ſunt & lubricæ, neutiquam poſſunt inter ſe compingi, ac etiam craſſiores quàm particulæ aquæ, vix tranſitum præbere poſſunt luci ſeu globulis cœleſtibus, eorumque preſſuræ ſeu materiæ ſecundi elementi Carteſii, (quo fit ut vitrorum ſeu ſpeculorum tergo obducatur) ſed ſolùm materiæ ſubtiliſſimæ ſeu materiæ primi elementi; unde proporrò aliæ ejus qualitates deduci poterunt, quare nimirum ☿ *dia-*

phanus haud ſit, ſed tamen *ſummè frigidus* ad attactum, abeſt nimirum materia ſecundi elementi, (vel radii luminis ſatis validi non ſunt ad ejus partes ſeparandas & ita diſponendas ut liberum tranſitum habeant) primi verò inter globulos ejus activitas & dominium, unà cum inæqualitate, quæ inter partes ejus & aëris aliorumque corporum partes intercedit, facit ut guttulæ ejus menſæ impoſitæ ſphæricam magis affectent figuram, prout aliàs guttæ aquæ, quæ taliter in globulos convertuntur, dum pulveri admoventur, quia nimirum pulvis aquam non exactè tangit ob poros majuſculos in eo latentes, adeo ut aër intra poros illos aquam adhuc contingat, ſuâque preſſione fluidâ rotundam conſervet, ceu contrà fit quando gutta guttam & ☿ius ☿ium exactè tangunt, ut nullus intercedat aër, (quem quia ☿ius ſummopere arcet, efficit etiam ut eo immerſa diutiſſimè ſalva & incorrupta permaneant & conſerventur, ceu quoque ventricoſum vas in longitudine 4. palmorum gracileſcens à *Clavio* concinnatum in *Muſeo Kircheriano* inſtar ſphæræ vitreæ viſitur; indidit is huic canali puram & naturalem aquam è Jordane Romam aſportatam & hermeticè clauſam, cujus aqua jam à 60. annis prorſus immutabilem ſtatum retinet, nullo ſedimento ad fundum -v-to) unde aguntur ab ambiente aëre in orbem. Dum verò miros ejus in morbis edomandis effectus, operationesque chymicas circa illum inſtitutas conſideramus, -ʌ-tum quem in eo copiosè reperiri diximus, non niſi 𝒬cum amaricantem ſubtiliſſimum pronuntiare poſſumus, inde enim fit ut ejus ratione à quibusvis corrodatur acidis & cum iis in tertium ⊖ſum abeat, ut in ☿-to *corroſivo & dulci* patet; adeo ut ratione ſubſtantiæ materialis potentiſſimus ſit, ad domanda ♉da maximè acria ∨iora, quæ promptè abſorbet & imbibit, ut poſt M. S. nitidior, fluidior, in conſiſtentia debita correctior obſervetur, ceu videre eſt in *Ulceribus manantibus* quibus applicatus ☿ ſalivationem movet, unde ægri melius ſe habent, pusq; *melius coctum*, ut loqui ſolent Chirurgi, id eſt, acrimoniâ liberatum effluit. Intùs verò aſſumpta ☿lia, ſi illorum textura integra manet, nec acceſſu cujusdam acidi corroſivam naturam induunt, operationem ſuam exerunt colliquando & diſſolvendo, tum gravitate tum tenuitate globulorum omne coagulum ſeri, etiam in intimioribus receſſibus corporis, maximè circa nervos latitans, ita ut ubi alia remedia pervenire non poſſunt, ☿rialia penetrent, dum menſtruum ventriculi ſalivale ſubtiliſſimo æthereo ſpirituoſo ſale imbutum globulos minimos ☿riales in ſe recipit & ſecum per vaſa lactea & glandulas in totum corpus vehit, ut vel maximè docet *Decoctum ☿rii in aquâ ſimplici ab Helmontio* laudatum, quod Vermes in quavis corporis parte exiſtentis certiſſimè abigit. Huic minerali Antiquitas ingeniosè *ſerpentes caduceo convolutos*, ob lubricitatem ac pandos & repandos undarum flexus adſcripſit, innuitque ☿ium

crudum

crudum præbere medicamen toxico involutum quin & Mercurium repugnantias in dictis Philoſoph. occurrentes per expoſitiones à variis formis & conditionibus ☿ii (qui omnibus rebus competit) ſumptas mollire & reconciliare, ut notanter ait *Dickinſon de Q. Eſſ. Phil. p. m.* 162. Nec etiam immeritò in Hieroglyphicis ad pedes & caput exornatus adumbratur, in illa nimirum globulorum mobilitate quamvis frigidus externè appareat, potentiâ tamen intrinſecè Viperæ ad inſtar, quam Hermes τὸ πυροδέστατον τῶν ζώων acutè nominavit. calidiſſimus (id quod præprimis arguunt effectus *præparati Mercurii*, ut eſt vis catharctica & ſudorifera in *Mercurio dulci, Turpetho minerali, ☿⌒to, &c.* ceu & *Monachus Valentinus p. op. Hamb.* 348. ita ſcribit: Der *Mercurius* iſt ein lauter Feuer durch und durch/ darumb er auch von keinem Feuer kan verbrannt werden. Et *Paracelſus lib. vexat. p.* 927. Die Hitze des *Mercurii* kan mit keiner Hitz als mit der Hitz des hölliſchen Feurs verglichen werden. *Idem p.* 931. überwunden ſeyn die/ ſo da von dem *☿rio* halten/ daß er naſſer und kalter Natur ſey/ ſondern groſſer Hitze und Feuchtigkeit ſtecket er voll; Et *p.* 932. Die Sophiſten ſprechen ohn Erkanntnuß/ daß der *☿us* kalter und naſſer Natur ſeye) exiſtit; Et certè acidum quoq;, in quo aliàs caloris natura conſiſtit, in eo quoque latere conjecturam largitur ☿io affuſus -⌒-tus ⊖li, qui nullam excitat ebullitionem, ſecus ac hoc facit -⌒-us ⦶tri, niſi velimus dicere hunc 🜍ur offendere in ☿io & cum eo efferveſcere, non ſecus ac hoc -⌒-us ⦶tri præſtat in 🜍re communi, quùm enim -⌒- ⦶*ri* ℥x. ℔ß. 🜍*ris* bene pulveriſati ſuperaffunduntur, & poſt reiteratas cohobationes illud tandem una in vitro probè obturato in angulo quodam relinquetur, vitrum duplicatum cum magno fragore diſſiliet. 🜍ur autem heic quoque adeſſe, inde patet, quod ☿ius currens licet optime purificatus, in receſſu habeat particulus acidas, acres △tiles, corroſivas & penetrantes, ſi enim lamellam ♂tis in ☿ium currentem immittas, puriſſimo vaſe clauſo, brevi poſt tota lamella corroſa in forma pulveris rubri reperitur, quod etiam confirmat *Excell. Borrichius in Act. Hafn. vol.* 2. *n.* 77. Hæ particulæ enim ſulphureæ arſenicales, (unde non perperam Arſenicum fluens adpellatur) ſi in corpore morantur, ob gravitatem mutuo ſibi incumbunt, ſanguinem condenſant, ejusque circulum cohibent, adeo ut nimis pauci -⌒-tus è cerebro ad nervos traducantur & non niſi facta interruptione muſculos motibus inſervientes inflent & repleant & ita pedetentim facta ſucceſſione cor occupant & lethalia ſymptomata excitant, hinc merito cum ☿io currente caute mercandum. Dum verò *velociſſimus* indigitatur *Deorum*, i. e. metallorum, *nuntius* ille proclamatus eſt, *ſervusque fugitivus* dictus, cui ſi alæ recte præcidantur mitior evadit juvenis & magis quietus, ita ut facillime poſtea ſemper bonus nuntius fiat & Deorum ſecreta revelet, unde & dictum: *Eſt in ☿rio,*

quidquid


quidquid quærunt ſapientes, dum ſcilicet ex viſcoſitate ejus ſubſtantiæ ſubtili terreæ albæ contemperatâ & coagulatâ ☉ progignitur, non ſecus ac ſero ſanguinis viſcidiuſculo gelatinoſo in animalibus Caro, idq; poſt multifarias digeſtiones *Ex hoc utiq*, (ſed Philoſ.) ait Geber, *maximū elicias ſecretum, eſt enim metallum apertum, hinc amicabilis & metallis placabilis & medium conjungendi tincturas, & non ſubmergitur aliquod metallorum in ☿rio niſi ☉*, qui & nec immeritò diverſas in ☿io partes feceſque ſupervacuas deprehendit, *terream* & *aqueam*, unde optima *☿rii proba*, præter illam, quæ fit per corium vel retortam ſecundùm *cit. Borrichium Actor. Hafn. Vol. I. Obſ. LXVII. p. m.* 147. eſt per injectionem grani ☿ii ſuper carbones incandeſcentes, ubi ſi quietè fumando recedat totus ☿, germanus erit, ſi carboni inſtrepet & crebris ſaltibus fugam moliatur, ſpurius cenſendus erit; Vid. & infra *§. II.* Quare etiam Mercurius de ſe ipſo apud *Sendivogium in Dialogo* effatur: *cor meum ſemper eſt puriſſimum, veſtes autem ſordidiſſimæ, ad haſce autem exuendas indefeſſus requiritur labor*, ut hinc laborioſiſſimus *Clauderus* non immeritò omnes Medicos juniores & in pyrotechniæ Gymnaſio non adeo exercitatos à præparationibus ☿lium medicamentorum ſit dehortatus *Miſc. Cur. Dec. II. An. V. Obſ.* 177. Cœterum *Argentum vivum duplex* habetur *nativum* ſcilicet & *artificiale*: *Nativum* in 🜃æ ſpeciebus, maximæ ubi venæ ☽ti & ♄ ſunt, intra metalla item in lacubus, in quos è fibris effluxit reperitur, ſui coloris, ſine excoctione: Sic in Helvetiâ, referente *Clariſſ. & Excell. Wagnero*, ad oppidum Thunum & in Comitatu Vallis Anginæ vulgo Vallengin ad pagum Lode circa dies caniculares per ſe ſeparatus invenitur, ac ſecundùm *Thurneiſerum Alchym. magn. L. VI. c. V.* inſuper ad pagum *Pipp* ditionis Bernenſis in prato quodam ſalicibus conſito. Quò ſpectat *Mercurius virgineus* Idriæ in Carinthiæ & Fori Julii confiniis repertus & exhibitus *Jac. Tollio*, qui ejus fruſtulum nobis hîc communicavit. Vid. *Sapient. inſan. p.* 30. German. vocatur Gediegen Queckſilber. *Artificiale* fit ſeu coquitur ex vena minii ſeu 🜍 nativâ copioſe, ex qua per 🜂 facile habetur; aliàs verò ſec. *Kircherum Mund. ſubterran. Lib. X. cap. VIII. p. m.* 230. ita: Vena hydragyri ferax probe tuſa in ollam conjicitur, hoc peracto vi ignis à ſua minera ☿ quaſi divortium facit ſeparatumque in ſublime elatum ubi denſiori ſolidiorique corpori occurrerit, auramque frigidiorem ſenſerit, illico naturæ ſuæ priſtinæ reſtitutum deſtillat deorſumque ruit, ac reſeratâ olla extrahitur; hoc verò ex aliis mineris ejus ♀reis ac etiam lapideis faciliùs obtinetur, ſi addatur quodcunque aliud 🜃ſtre corpus alcalicum, eodem enim modo ſe cum eo habet ac cum 🜔bus 🜂libus, quorum ad inſtar, dum compedibus velut alligatur & quaſi figitur 🜍dis addito 🜄ori aliquo corpore, cui ſe inſinuare & arctius adhærere poſſit, facile particulas velociores derelinquit, quæ mediocri poſtea

calore

calore propulſæ ſui juris fiunt. Reperitur & quandoque p. n. in Plantis (licet aliàs Arbores ob immenſum frigus & pondus & arrodendi vim necet, maxime ſi ad medullam cito perveniat) v. g. *Malis Armeniacis in Miſc. Cur. Dec. III. Ann. II. Obſ. LXX.* experientiâ *D. D. Cloſii, Reiſelii & Schröckii, Uvis* item &c. imò ob vim penetrandi ſummam in corpore humano, ſanguine ejus, imò in cerebrum uſque ipſum ſublimari poſſe Obſervationes docent: An verò ſemper hoc contingat, dubium, cujus occaſione Lectori Obſervationem notatu dignam ſiſtimus in *Obſerv. Chirurg. Exc. Muralti* cum Conſilio Medico ad nos transmiſſo *Celeberr. p. m. Archiatri Altenburgenſis Dn. Gabrielis Clauderi*, Fautoris noſtri deſideratiſſimi. Cœterùm cognoſcitur bonitas ☽ti vivi taliter; ſi poſitum in cochleari ☽teo ſuper ignem relinquat (dum avolat) colorem nigrum, non eſt bonum, quia partes ferri, aut æris continet, ſi ſubniger, aut citrinus, nec etiam, quia plumbum, aut ſtannum continet, ſi albedinem majorem ea, quæ erat in cochleari, relinquit, bonum eſt, quia tendit ad argenti perfectionem, & ſi citrinum melius, quia tendit & finitur ad aurum; optimum eſt quod ex Hiſpania venit, aut ab Oriente, Hungariâ, Iſtriâ, &c.

Uſum ☿ quod ſpectat, eſt is vel *medicus* vel *mechanicus*: *Mechanicus* peramplus quoque eſt, ceu eo Aurifabri ad vaſa deauranda, & metallorum ſeparationem, confectionem item ſpeculorum, Barometrorum item utuntur, in quibus poſterioribus juxta *Ramazzinum* Mercurius altius urgetur aërque tamdiu gravior redditur, quamdiu intra ejusdem ſpatiola ſuſpenduntur vapores aquei, quod in ſerenitate contingit; contrà in minori altitudine ſuſtinetur, aërque minus gravitat, quamdiu illi vapores incipiunt ab aëre excuti & terræ inniti, quod in ipsâ pluviâ & paulò ante pluviam ſenſibilem fieri ſolet; juxta *Fontanam* verò ut cylindrus aëris minus premat ſtagnantem ☿ium, non pars tantùm illius debet rarefieri, ſed totum, quia aliàs vis premens in reliquâ parte poſſit augeri, ut ☿ non ſecus ac antea ad aſcenſum urgeatur, ac proinde licet inferior cylindri aerei pars rarior ſit æſtate quàm hyeme, aerem tamen mediæ regionis eſſe denſiorem magisque quàm alias elatere ſuo premere contra ſe nitentem aerem inferiorem, & propterea parum vel nihil diſcriminis in aſcenſu & deſcenſu ☿rii oriri ex tempeſtatum anni varietate, totius verò cylindri raritatem & levitatem majorem effici tempore nubiloſo & pluvioſo ab agitatione & diſtractione particularum aerearum à vaporibus & exhalationibus præſertim igneæ naturæ; Quod ſi autem nubiloſo & pluvioſo tempore exhalationes ita copioſæ ſint in aere, ut occupent aeris ſpatiola & diſtractioni majori obſiſtant, vel ſint craſſioris frigidiorisque indolis, ut apud nos flante vento Boreâ tunc aeris cylindrum non minus premere ☿um quam quibusdam temporibus ſerenis: Alii

verò dicunt aerem leviorem eſſe, dum pluit ob vapores aqueos adſcendentes & quodammodo ſublevantes aereas particulas, in quas impingunt. Nec quoque negligendus *Uſus Sigilli Mercurii* ex coagulato ☿io cum plumbo (id quod dum fuſum plumbum refrigeſcere incipit infuſione ☿rii facilè fit, die Mercurii, ☽â in Gemin. vel Virgin. intrante, in cujus ſcilicet unâ parte figura Mercurii, alterâ verò quadrangulum numero 8. multiplicatum, qualibet lineâ 260. circiter continente, extat. Quale paratum Sigillum aptum reddat ad Studia, Memoriam conciliet, &c. de quo *Paracelſ. Archidox. Mag. p.* 710. *Hiebn. de Sigill. p. m.* 151. Quoad *Uſum Medic.* variis is deſtinatur, variasq; operationes de ſe edit, prout vario modo & artificio ejus alæ præcipuè abſcinduntur cultris vel acutioribus vel obtuſioribus; qualiter hinc is non ſaltem innuit Medicamentorum facultates à configuratione particularum ſuarum



& motu quem iis ſolutis materia ſubtilis imprimit (ut eleganter de hiſcè Viri Accuratiſſ. *Wepferus de Cicut. Aquat.* & *Peyerus Diſſert. inaugur. de Valet. human.* aliique tractant, nimirum ſicut omnis corporum ita & medicamentorum actio dependet à motu materiæ ſubtilis, qui variè modificatur pro diversâ diſpoſitione & conſtructione materiæ medicamenti ex ratione figuræ magnitudinis & ſitûs particularum, ſeu uno verbo pro variâ materiæ mechanicâ conſtructione) dependere, dum variè præparatus nunc ſalivam nunc ſudores, nunc vomitus & ſeceſſus movet, ſed & anſam ſuppeditat Medicamenta reliqua, v. g. Vegetabilia explorandi, an enim planta quædam vulneraria ſit & ⊖le Ωli ſcateat, ☿ius patefacit ⊖bus ♉dis præparatus, quæ dum Ωco vegetabilium ſali occurrunt, ☿rium derelinquentes, ipſum reviviſcere faciunt, ſalisque Ωci præſentiam arguunt. De uſu & operandi modo Mercurii omnium optimè *in Not. Poterianis Hoffmannus p.* 22. diſcurrit; Mercurius, ait, appropriatum & potentiſſimum luis gallicæ alexipharmacum eſt, humores coagulatos promptiſſimè fundit & colliquat, & obſtructiones in anguſtiſſimis tubulis egregie reſolvit. Operatur & partium ſubtilitate ſummâ & gravitate maximâ: Eſt quippe fluidorum omnium graviſſimus; quare etiam minutiſſimæ ejus partes reſpectu aliorum fluidorum & noſtri ſanguinis ſemper ſpecie ſunt graviores, unde magno impetu & vi ſanguinis

ſanguinis partes movet & ab ipſis motis velocioris motus gradum acquirit, ut adeò minutiſſimos poros ſubeundo firmiſſimas obſtructiones reſerare queat. Dum autem texturâ ſuâ ſalina ſpicula faciles in amplexus arripit, hinc ſalia acria corroſiva in lympha & ſanguine lue venerea affectorum obvolitantia imbibit & arripit; unde ſpiculis ſic armatus ſalinis, glandulas, vaſa & fibras vellicat; unde & hæc mediante influxu ſpirituum copioſiore inflata & contracta premunt liquida in iis contenta, ut non tantum ſalivalis latex, ſed & ſerum per ſudorem, vomitum & alvum non rarò excernatur: ubi autem vaſa excretioni apta non exiſtunt, ibi notabilis obſervatur turgeſcentia. Lympha itaque quo magis fœta eſt ſalibus corroſivis, acetoſis, ut in cachecticis & ſcorbuticis, hoc facilius virulentam induit naturam, dum ſic brevi ſtamina fibroſa partium corrodit, vel fortiori irritatione convulſiones, inflammationes, ſpaſmos, hæmorrhagias excitat. Per ſuffimigia & unguenta Mercurius ſemper citius & vehementius operatur, quàm ſi intus adhibeatur, dum tali ratione immediate fluoribus corporis communicantur ejus moleculæ, quæ alias difficillime cum chylo miſcentu & ſanguini ſubſtantialiter propinantur. Cœterum commodè diſtinxit *Ettmüllerus* in *Chymia*, MERCURIALIA *præparata* in *ſicca* eaque vel 🝞*ta* vel 🝟*ta* & *fluida* per *deliquium* vel etiam per *reſolutionem*. Nos ſeq. ſiſtimus.

I. MERCURIUS VIVUS CRUDUS vermes ſi quid aliud necat, inſectorumque hoſtis, vel ſimplici aurâ, (dum particulæ ☿les ſubtiliores recipiuntur in ▽ v.g. poros, quæ etiã ſucceſſu temporis ad fundum ſecedunt & nigro ſe manifeſtant colore) eſt infenſiſſimus, mox teneram eorum compagem diſſolvens aut actuali frigiditatè motum in iis ſiſtens, hinc intus ad *Lumbricos ſaccharo obvolutus* vel ejus *Decoctum vel Infuſum* pueris exhibetur, Zonis, (ut eſt *cingulum ſapientiæ* Rulandi) Sagis militaribus Induſiisque inditur ad pediculos (quos ut & pulices, muſcas, cimices inſectaque omnia maxime cum ſapone nigro perimit, teſte *Cardano Subtil. p.m.* 213.) & ſcabiem abigendam, cautè tamen, & non niſi purgato corpore & exactâ diætâ obſervatâ, ſecus enim gravia ſymptomata inducere valet, ut in quodam Medicinæ Studioſo vidimus, hujusque exemplum ſiſtitur apud *Borellum Cent. II. Obſ.* 92. Inprimis autem quia ſpecificè ♉ dum morbificum luis ♀reæ, quæ hoc & priori ſeculo, in quibus

- - - - jam ſævior armis
Luxuria incaluit victumq; ulciſcitur orbem,

dominatur, corrigit, non ſaltem extus *Unguentis*, qualia hinc inde proſtant, & Emplaſtris (ut eſt *Emplaſtrum ad tophos D. Etneri*: Rec. *Emplaſtr. ranar. cum mercur. Diaphor. Minſ. ana* ℥j. *Magnet. Ang. ſal.* ℥ß. *Eboris ſine igne,* 🝟*ti rubr. aa.* ℈ij. *Alum. crud. pulveriſ.* ʒj. ⌒ *Vitrioli* ℈ß. *Balſ.* 🜍 *aniſ. vel terebinth,*

ebinth. Indic. nigri aa. ℈j. Mſ. exacte, F. Emplaſt. Tale quoque *Emplaſtr. Vigon. de ran. cum mercurio, cum aa. v. g.* ℥j. *empl. ſperm. ranar. Ol. hyoſcyam. q. ſ. Balſ.* ♀ ℈ß. mixtum *Emplaſtr. anodynum* præbet utiliſſimum in *Doloribus dorſi, Lumborum, Podagricis, Pleuritide, Raucedine, &c.* prout & *Ettmüllerus* refert *in Cephalalgiâ contumaci* à materia craſsâ & viſcidâ ſe hoc *oleo ſuccin.* malax. feliciter uti) ſed & *intus* crudè aliis permixtus, abſque ſcrupulo datur; Sic namque præſtantiſſimus eſt *Æthiops mineralis ex Sulph. p. ij. & Mercur. p. j.* mixtis & incenſis conſtans, optimum remedium præbens ad *vermes* necandos; maxime ſi aliquot *ſcammonii grana* addantur, teſte *Mayerne in Prax. Med. p.* 310. de quo infra *Cap. de Cinnabar.* Sic & maxime uſuales ſunt *Pilulæ Venereæ Dn. Moulini* in Angliâ ſequentes: ℞. *Mercur. vivi* ℥ij. *Terebinth. ven.* ℥iij. in mortario ſ. a. extinct. adde *Aloës opt. Diagryd. Colocynth. ana* ℥ij. *Ol. caryophyll.* ʒj. *Syr. de ſpina cervin. q. ſ.* M. f. Pil. nimirum in hac Lue ſalivatio per Mercurialia concitata tutò illam abigit (niſi ſint oſſa intra nares jam carioſa) ceu & Decocto ſuo antivenereo ☿ium & ♄ utiliſſime addidit *Feliciſſ. p. m. Wepferus*, v. g. ℞. *Lign. ſanct.* ℥ij. *Cort. ejusd.* ℥j. *rad. ſalſæ* ʒvj. *Chin.* ʒij. *Herb. agrimon. Virg. aur. Fl. hyper. aa. M. j. ſem. fœn.* ʒij. *Paſſul. maj. exacin.* ℥ij. Inciſ. & contuſ. miſc. indantur nodulo ex ſyndone raro illique addantur fruſtula ♄ *crudi cont.* ℥ij. poſteaque ſuſpendatur in medio recipientis capacis ut fundum non attingat; ad fundum illius demittantur ☿*rii vivi mundi* ℥ij. Recipiens impleatur *Aquæ font.* ℔xij. bene claudatur, coq. ultra horam lento calore; Colatura dein ſervetur in vaſe terreo (non metallino) *Doſ. manè & veſperi* ℥iiij. Sic & ob gravitatem ſuam ſæpius inſigni cum emolumento *Ileoſis* & duriter conſtipatis intus exhibitus, ad inſignem etiam quantitatem: verùm ut notat *Rolfincius Diſp. de Ileo litt. d. Si ab inflammatione malum foveatur, nec in convolutione & obſtructione fecali tutum remedium eſt.* Iliacum ab inflammatione olim Patavii obſervavit Vir exaſciati judicii *D. D. Mezgerus Ratisbonenſis*, qui advocato Medico in conſilium, Mercurioque crudo exhibito, miſerrimis cruciatibus naturæ debitum ſolvit. Poſt obitum aperto cadavere inteſtinum ileum in fine circa principium coli ad palmæ longitudinem diſruptum inveniebatur.

II. Mercurius Finisatus, aſtralis, depuratus à ♀re impuro egregia in morbis præſtat, citraque ſalivationem non ſaltem is ſed & ex ea parata ☿ialia operantur, prout maxime aſſentit *Exc. Frid. Hoffmann in Not. Poter. p. m.* 80. dicens: Mercurius quo magis eſt metallicus ſeu ab impuritatibus magis defæcatus & ſpirituoſior hoc eminentioris virtutis exurgit medicina, quæ citra magnum incommodum & notabiliorem excretionem placide reſolvendo, ſolâ tranſpiratione ſub parva doſi operatur & hinc optime Arcani titulum meretur: Et *p.* 573. refert pro tali Mercurio optimum eſſe

amal-

amalgamationem inſtituere cum regulo ☽ri, nim. ad hujus p. ij. p. j. Reguli, huncque cum ⊖le alcali & ⊖le ✱co miſcere, diu triturare ac lavare, hincque ſæpius ☿um inde per Retortam abſtrahere, de quo infra *Cap. de Antimonio, & in Miſc. Cur. Dec. III. Ann. III. Obſ. CLXVII.* Talem ☿um parat *dupliciter Excell. Celeberr. D. D. Johan. Bohnius Profeſſ. Lipſ. acutiſſ. in Diſputat. de Variolis, §. 31. primò,* præſtò ſit 🝭 🜃rea tubulata, cui adaptandæ aliæ duæ firmiter, his convenienti impoſitis furno oblongo excandefactisque probè, injiciatur debitâ in quantitate ☿ vivus, prolabens agitatus igne fumi ſub forma in vas recipiens appoſitum : finitâ operatione eximendus eſt ☿ & per corium pro ſeparatione 🜍ris impuri copioſè undique vaſi adhærentis trajiciendus ; hiç labor 2. 3. 4. ad lubitum reiterandus, prout nimirum magis vel minus finiſatum eſſentificatumque ☿ium volumus : *Aliâ viâ* ita proceditur, nimirum cum ⊖*le comm.* ⊕*lo, &c.* ☿ eſt ♎dus, hinc per ♌lia ut ♆ *â,* ⊖ 🜿*ri,* item 🜿 *crud. limat.* ♂ *&c.* eſt in priſtinam formam reducendus, hinc denuo ♎dus, reducendus, &c. quoad lubuerit & magis purum hunc exoptamus. Et tali ☿io ſi ⏜us ✱ci affundatur, per digeſtionem reſultat ſingularis odor & ſapor cum virtute reſolvente inſigni, teſte *Fr. Hoffmanno Fil. in Not. Pot. p.* 574. quale remedium in *Polypis* diſſolvendis vix par habebit. Vid. *Exc. D. Alex. Knips Macoppe in Append. ad Dec. III. An. I. Miſc. Cur. p. m.* 97. Ex eodem fundamento prodit *Mercurius magneſiacus* ſeu *Veterum Magneſia ♄ni* quæ quæ nil aliud quàm ☿ ♁ii per cryſtallos ♄ni, ex hujus vitro conficiendos ſæpius ⏜tus, hinc per ♌lia reductus, ob ſplendorem & lucidum fulgorem de ſe emittentem certè miraculoſus, præprimis ideo, quia magnetis ad inſtar ☉ laminatum ad ulnæ ſpatium diſtans licèt, trahit, cumque hoc jungitur inſeparabiliter ita ut nullâ arte iterum divelli queat. Cœterum ad ☿os ♁ii & metallorum parandos ingenuè quoq; ſuadet *Kunckel. Obſ. Chym. p.* 220. ſumendum eſſe alcali verum è *cineribus clavellatis* vel ⦶*le* 🜿*ri* candefactis, quod poſt ſecundam ⊟ſationem non amplius concreſcit, ſed paulatim fundum petens aliquantum quidem ad vitrum adhæret, verùm duobus illis prioribus per omnia diſſimile eſt, & mox denuò in aëre ſolvitur : ſumendum, ait, illud ex quo ſal ab initio ſeparatum fuit, & quod butyri inſtar relictum abſque calcinatione non amplius concreſcit ; hoc à craſſiore terrâ ſeparatum majorem poſſidet vim retinendi illud ♉ ſc. quod ☿um in metallis ligavit ; facilius quoque 🜍r quàm antea ſolvit, non quaſi penitus omni acido ſpoliatum eſſet, ſed quia adhuc 🜃a (🜃a ſcil. 🜿i *Gummerti,* vid. *Sect. I. in fine*) quædam hîc (quæ plus acidi requirit, & ab hoc ſuo ſale nondum ſoluta eſt) reperitur, acidum quod metallis adhæret, cum quo Mercurius iſte coagulatur, cupidè amplectitur, atque ille vivus abire cogitur. ℞. *Ciner. clavell. vel* ⊖ 🜿*ri q. ſ.* Candefiat & in aquâ ſolvatur, filtretur, ut 🜃a in filtro

remaneat; Evaporet in vitro leniter, ut concreſcat ſal angulatum, quo ſemoto. (Saporis inſtar ⊖ commun.) ulterius evaporet ſolutio, & aliud ⊖ angulatum ſe monſtrabit, facilè in aere ſolubile; Denique non amplius ſolutio concreſcit, ſed ſal alkali (acido ſpoliatum ferę omni) paulatim fundum petet, & aliquantulum quidem ad vitrum adhærebit, verùm duobus illis prioribus per omnia diſſimile eſt, & mox in aerę denuò ſolvitur, quia ſcilicet acido ſpoliatum eſt, quodque ipſi ope ignis reſtitui poteſt; verùm hoc omittendum, & ⊖ illud per ſe metallorum calcibus admiſcendum eſt; & facilè ☿um demittent. Confer *Holland. P.II. cap. CV.* qui ex ☽â taliter ▽am ſuam paradiſi, i.e. Mercur. Phil. educere docet ope ♀ calcinati & ⊖is ✱ci & ♀ti. Confer & *Tachenium Hipp. Chym. p. 53. item p. 223.* ubi docet tamen hunc Mercur. ☽æ non eſſe Mercurium ſophicum, neque illum cum novo ☽to mixtum & digeſtum abire in TRam philoſoph. petendus enim hic ſit è ♄no philoſ. Id verò notatu dignum *p. 223.* quod ex fixatione Mercurii depurati cum oleo ⊕li inferat: Quo perfectiori ♀e præcipitatur Mercurius, eò majorem acquirere conſtantiam, nimirum ex ☽to vel ☉ro. Unde & ex ☿io depur. fit *AZOT* (vox conſtans ex primâ alphabeti literâ & ultimâ in Latina, Græca, Hebræa) *Heslingii,* quem in Helvetia Bernæ & Zofingæ apud *Dn. de Mülinen* præparavit & in *rebellibus morbis* etiam hîc Baſileæ ſæpius ſalutarem expertus eſt, unde eum ſiſtere lubet ex candida communicatione *Cl. Junckenii ex ejus Chym. experiment.* ℞. ☿ depur. ℥vj Lim. ♂ pur. ℔ß. *Mercurium tigillo immitte, & igni adpone & cum fumare incipit ſenſim immiſce limaturam chalybis ſpatula lignea, & ſi Mercurium fumantem aſcendere obſervas tigillum ab igne remove, & maſſam ſive amalgama mortario lapideo infunde, & piſtillo lapideo probe terito, per dimidiam vel quartam horæ partem. Si tum adhuc mercurii currentis multum reſtet, quod cum limaturâ ♂tis non ſit incorporatum; reitera laborem, mercurium nimirum calefacito, ac limaturam de novo ei committe in mortario, cum trituratione, atque hoc opus, ſi neceſſum, reiterato, donec omnis mercurius cum ♂te in amalgama abiit. Si tamen parum ſaltem reſtet mercurii, non opus eſt reiterata amalgamatione, quoniam ſi reliqua accedunt metalla, eis facile adhæret. Hoc facto item* ℞. Limat. ♀is ℔ß. Mercur. purif. ℥vj. *miſce & omni ex parte procede, uti nunc de ♂te doctum, hoc verò factum amalgama priori ex ♂te facto adde. Poſtea etiam* ℞. Stanni Angl. ℔ß. Mercur. purif. ℥vj. *Mercurium adde, ſtanno minutim inciſo, vel raſpato, ut in prioribus edoctum, ut fiat amalgama, quod tamen optimè trituratum ſeorſim in vitro aſſerva. Huic adde amalgama quod ſimili modo ex* ♄ni ℔ß. *&* Mercur. purg. ℥vj. *factum fuit: Et dum hæc invicem ſteterunt per 4. dies, addantur prioribus amalgamatibus, ac tum optimè commiſta ac triturata repone per dies 8. aut ultra, interea temporis ſæpius triturando ac commiſcendo. Peracto hoc tempore* ℞. ♁is nativæ ℔ij. *Huic ſub-*

tiliſſimè

tiliſſimè trita adde aſſervata amalgamata cum ☽ti vivi depur. ℔ß. *ac omnia in mortario lapideo probè tere ac commiſce; atque per 2. vel 3. ſeptimanas iterum repone. Poſtmodum* ℞. Calcis vivæ q. ſ. *aſperge eam aquâ, communi* ⊖e *impragnatâ, pauliſper ſaltem, ut concidat, ex hac collapſa calce viva & grumis panis ſecalini fac paſtam quam cum ſupra repoſito amalgamate commiſce, muria q. ſ. humectando, donec omnia probè ſubacta ſunt; atque mercur. vivus non amplius appareat. Tum ex hâc maſſa efforma globulos, quos exſicca. Exſiccatos hos globulos immitte retortæ, & recipiente maximo adhibito, cui aqua ad 6. digitor. altitudinem immiſſa, lutatis probè juncturis,* ♌ *onem inſtitue per diem integrum, leni ab initio igne, poſt fortiori, donec omnis Mercurius rurſus prodiit; quem exime, atque aliquoties aqua lotum per corium exprime & ſerva. Tunc* ℞. Mercur. ita exaltati ℥vj. ☉ri per ♁ fuſi & ſubtil. limati ℥ß. *Ex his fiat de novo amalgama, ut in prioribus edoctum, nimirum ea in tigillo leni calore miſcendo & triturando. Tum etiam* ℞. ☽ti puriſſ. ℥ß. ☿rii exalt. ℥vj. *Fac iterum amalgama, triturando ſaltem per horæ dimidium; tunc amalgamata hæc commiſce, ac per integram horam probè tere. Maſſam hanc immitte cucurbitulæ, ac eam, orificio leviter ſaltem cum goſſypio ac veſica clauſo, cineribus elixiviatis impone, & ita relinque in loco ſaltem ſicco per 50. dies ſingulis tamen* 8. *diebus eximendo ac per horæ dimidium probè triturando, tumq; reponendo rurſus. Diebus hiſce præterlapſis cucurbitulam calori leviſſimo admove, rurſus, per 50. dies, vel hypocauſto calido, vel cineribus calidis eam imponendo, ut prius tamen ſingulis octo diebus maſſam eximendo & probè triturando ut ſi quid mercurii ſeparatum fuerit, maſſæ rurſus incorporetur. Elapſis his* 100. *diebus, calorem pauliſper auctiorem adde, per* 100. *alios dies, ſemper tamen, ſingulis ſcil* 8. *diebus obſervata trituratione. Poſt hoc tempus cucurbitulam impone arenæ moderatè calidæ per* 100 *&* 50. *dies; intra quod tempus maſſa incipit creſcere cypreſſi adinſtar, quo ipſo maſſam exime & probè obturando rurſus commiſce, ut in priſtinam amalgamatis formam abeat, quæ tamen tenacior erit, quam tum rurſus ſuæ cucurbitulæ immiſſam ut prius calori arenæ impone, ſingulis octo diebus interea terendo, donec ſic ſenſim aucto igne abeat in pulverem fuſci coloris; qui dum inter terendum elevatur in atomos, paratus eſt; tum verò ter vel quater,* ♒*us vini rectif. ab eo abſtrahendus & pulveriſandus eſt. Si quid Mercurii vivi reſtet, hoc ſeparandum.* Vires hujus cum metallis præcipitati ☿rii ſunt diverſæ vel enim pro humorum conſtitutione, per vomitum, aut ſedes, vel & diaphoreſin, ſuam exercet vim grani j. pondere. *Compendioſius ſimilem Mercurium præcipitatum parare docet* Cl. Cardilucius *atque ab eo vocatur* Mercurius Diaphoreticus. *Rec.* ☉ finiſſ. p. ij. ☽ti cupell. p. j. *Ducantur in folia tenuiſſima, horum* ℞. p. j. Mercur. vivi optimè purif. p. iij. *Ex his fiat amalgama, quod in mortario lapideo probe terito, quo in minutiſſimos atomos diſcerpantur metalla, & impuritates, quas continent, elui queant. Trituratione probè peractâ,*

affunde

affunde aquam, ac eam triturando impuram factam decanta, & recentem affunde, hocq; opus tamdiu repete, donec amalgama ſic ſatis purum & clarum evaſerit: quod tum per corium exprime, ita tamen ut maſſa, ſufficientem copiam mercurii ſervet, & liquidior remaneat: Hanc immitte cucurbitæ, & leviter ſaltem clauſam, arenæ impone, ab initio tamen leniorem, poſtea auctiorem calorem adhibendo; donec cypreſſi inſtar creſcat, & tandem in rubicundum pulverem vertatur: obſervando tamen, ut maſſa ſæpius eximatur & mercurius ſeparatus ei rurſus probè terendo commiſceatur. Mercurium hunc ita cum ☉ & ☽to præcipitatum, Cl. Cardilucius Panacæam prædicat, cum per ſalivationem, ſæpius etiam inſenſibiliter, inſignes præſtet effectus, *non ſolùm in Lue ♀eâ, ſed & in Catarrhis contumacioribus, Epilepſia, Hemicrania, Podagra, præprimis & in ulceribus tibiarum œdematoſis, &c.* Doſi *gr. ij. ad v. cum mica panis in pilulas redactum ſicq; aliquoties propinatum.*

III. Mercurius Præcipitatus, talis habetur vel

א *Per ſe* ſimpliciter in phiola peculiari, cujus icon æri inciſus videtur apud *Zvvelferum*, idque ope tum ignis ipſum in minutias dividentis, tum 🜍is externi heterogenei, quod ſeparatum ſic Mercurium colore rubeo tingit, qui tamen inde minus ptyaliſmum provocat. Hic ſcil. color ruber provenit ab atomis ſulphureis in ipſo mercurio latitantibus, quale 🜍 ignis actione elicitum acido ſuo mercurii volatilitatem ita diſponit, ut talis Color inde emergat. Compoſitè magis per ſe ſi ☿ ☉*rus* taliter, juxta modum D. *Ucay Gallus de Lue* ♀: ℞. ☉ *fin. p.j.* ☿ *reſuſcit. è Cinnabar. p. iij.* f. Amalgama, inde matracio magnitudinis convenientis, lutetur probè & coquatur igne ſuppreſſionis lento ab initio, ne Mercurius ab ☉ro ſeparetur & adſcendat, dein ſucceſſivè augeatur, uſque dum penitus in pulverem rubrum ſit mutatus, qui dein in rubrum obſcurum abit; Ut verò hoc bene fiet coquendus, is eſt per 3. menſes, uſq; dum penitus fixatus ſit, *Doſ. gr. iij. ad xij.* cum *Pil. polychreſt.* vel *catholic* purgat ordinariè per inferiora & ſæpius per vomitum: neque verò lavandus eſt ab omni acrimoniâ, ſecus enim non ſatis purgaret: Et talis ☿ *tus* ☉*ris* cum *extr. cathol.* ſingulis tribus diebus per tempus ſat longum dandus, excepto ſi adſit caries in naſo, in quo caſu ſalivatio per ſuffimigium inſtituenda, nimirum ut *p. 144.* docet ex *Terebinth. balſ. Peruv. cruſtâ panis pulv.* & pauco *Mercurii.*

ב *Cum* ⊖*bus*, ut ▽*Fti*, ⏝*tu* ⊖*tri*, quæ dum evaporatur, *rubeus*, (vel etiam *Turbith minerale*, de quo pòſt) *luteus* item ſi ſolutioni ejus in ▽a dulci, Oleum ♀ri per deliquium inſtilletur; *incarnatus* verò, ſi ▭a recens ſana, *albus* tandem, ſi ⊖ comm. ▽â ſolutum affundatur, habebitur. *Virtus* horum ⏝*torum* in genere eſt purgatrix ἄνω & κάτω ob ⊖lia corroſiva adhærentia & particulas ☿riales ſolutas; ſeceſſum tamen tantùm movent, ſi quantum

tum fieri poteſt, fixiores reddantur: In ſpecie adhibentur in *Lue ♀reâ*; *Doſis gr. v. ad* ℈ß. v. g. in ſeq. *Pilulis Hofmannianis*: ℞. *Extr. liquir.* ʒj. *☿-υ-ti albi cum foliis ☉ri mixti* ℈j. *Theriac. cœl. gr. iij.* M. f. Pil. *externè* verò maximè *albus & rubeus* pro coſmeticis valent, cautè tamen agendo, ne ſalivatione adauctâ ſuffocationis periculum concitetur, vel in cutaneis affectibus poſt unum hydræ caput amputatum, emergant alia, quæ cautio eſt *Williſii* haud rejicienda. Refert quoque *laud. Hoffmann. in Not. Poterian. p.* 232 ſe noviſſe Chirurgum, qui tumorem ſcirrhoſum palpebrarum Hordeolum ſcil. ſpatio trium ſeptimanarum abegerit unguento gryſeo, cui momentum Mercur.-υ-ti albi immixtum fuit. Cœterùm *☿-υ-tus ruber* inſigne eſt remedium ad *Cancros ♀reos* mixtus cum *Ung. baſilico* ad ſuppurandum, poſtea & mundificandum adhibito *Ung. mundificativo de apio* cum *☿ crud. terebinth. part. æqual. extincti* ℥ß. Sic ad omnia ulcera putrida Pulverem ſeq. præſtantiſſimum laudat *Mayerne in Prax. p. m.* 240. ℞. *Mercur. præcip.* ʒj. *⊖l. alb. ○ uſt. aa.* ʒß. eſcharam facit profundam, quare & ☿ hic -υ-tus ruber cum ○ *uſti* parte ſaltem tertiâ mixtus (Alumen uſtum cum ☿-υ-to probè præparato, quem Calcinatum majus *Poterius* appellat, mixtum callos ulcerum abigit, ait *cit. Hoffman. in Notis Poter. p. m.* 25.) digeſtivoque incorporatus *Verrucas* & *Porros* adeo feliciter tollit, ut etiam viderit *Celeberr. Practicus Monſpel. Dn. Barbeyrac* porrum digiti magnitudine unico die ablatum: ſic & Clavos pedum cito abigit ſeq. *Empl.* ℞. *☿-υ-ti opt. edulc.* ℈ij. *Vitr. Ven.* ʒß. *Gumm. ammon.* ✢ *ſol. & inſpiſſ.* ʒij. *Reſ. pini* ʒj. M. f. Empl. *☿-υ-us* cum *Spir. Vini* aliquoties deflagratus corrigitur pro ulceribus deſperatis, exemplo *Joh. Garde* Scaphuſii inde ab undecim tali tarſi & calcanei fiſtulis curatæ à *Wepfero*. *Laud. Dn. Barbeyrac ☿-υ-tum album ad gr.* ij. intus exhibuit, ſi ſalivatio ex inunctione ☿iali lentè aut nullatenus procedat, quamvis & quandoque ſalivatio in longiores dies ſit protrahenda, ut ☿rio ſatis ſpatii ad operandum concedatur.

2 *Cum Metallis* (vid. *§. præced.*) qualis habetur tum *☉ris rubeus*, ſi in præparatione ☿-υ-ti per ſe ☉ addatur, tum *♀reus viridis*, ſi in ſolutione ☿ ▽Fti *tertia* vel *quarta* pars *♀ris* addatur, qualis in *Gonorrhœa virulenta*, etiamſi fluorem priùs adaugeat, experientiâ *D. Michaëlis*, utiliter adhibetur. ☿us autem cum ☉ro fixatus, judice *Hoffmanno in Not. Poter. p.* 269. nil aliud eſt quàm aurum diaphoreticum *Poterii*, quùm tamen hic non vulgarem Mercurium cum ☉ro combinarit, ſed philoſophicum. Tale -υ-tum ☉re ita fit: ℞. *☿ viv. curr.* à nigred. lot. per ⊖em & ✢tum ʒvj. *Vitr. ♄ii hyacinth.* per ſe facti abſque additione peregr. iterum ʒvj. ☉ *puri* in tenuem lamellam ducti ʒj. Lamella ſola ſcindatur in fruſta & Xbulo immittatur, quibus adde ☿um & igni imponatur, uſq; dum ☿ incaleſcens ſe inſinuaverit intimè in poros auri, & deſcripſerit amalgama, quo facto conterito *Vitrum ♄ii* in

pulverem tenuem, committantur retortæ vitreæ, iis affunde *Spir. Nitri* ℥iv. & ex arena inſtituatur 🝪tio, dando in fine ignem validum ad totalem ~ûs ⦶tri egreſſionem, ita enim tibi remanebit pulvis ſubfuſcus, ſecundâ & tertiâ fixatione per ſpir. nitri maturandus, & obtinebis præcipitatum, quod cum *reſ. jalap.* vel *ſcammon.* vel *Extract. cathol.* mixtum clementer per inferiora purgat; *Doſis à gr.* iij. *ad* viij. Exhibetur in *lue* ♀, *hydrope, febri quartana*, aliisque pertinacioribus obſtructionibus ſolvendis, in quibus Vegetabilia deficiunt. Sic & paratur *Præcipitatum* ☽*re*: ℞. ☽ *cupellat. tenuiter ductæ* ʒij. *Reguli* ♁, ☿*rii ana* ʒvj. Proced. ut dictum in præcip. auri, & obtinebis præcipitat. ſubfulvi coloris, earundem fere virium & doſ. ac præcipitati ☉ris. Cœterùm quomodo ex commixtione Reguli ☽ris cum ☿ ſublim. fermentatio & calor inſignis ex certâ fermentatione & actione ſalium & materiæ æthereæ in partes ☿ales oriatur, vid. tum *Borrich. in Act. Hafn. An.* 1671. *Obſ.* 70. *& Nouvell. de la Republ. des Lettr. Fevrier* 1687. *p.m.* 175. præprimis *Nob. & Exc. D. Joh Bernoullius M. D. & Mathem. in illuſtri Gröning. Univ. Profeſſ. Cognatus meus honoratiſſ. in eleg. de Efferveſc. & Ferment. ſub præſidio Exc. & Exper. D. D. Nic. Eglingeri Archiatri, Med. Th. Prof. Baſil. habitâ Diſſertatione.*

IV. Mercurius Sublimatus *corroſivus è* ⊕*lo Hungarico calcinat. albiſſ.* & ⊖*le commun.* (ceu cujus ſpiritus ope ⊕li liberatur, ut ☿ium additum ſolvere poſſit) exiccato in ⊟los albiſſimos, ob vim ſummè cauſticam ſpiculaque acutiſſima intra corpus minimè (in minima enim aſſumptus quantitate auram ſuam ♉dam △lem idealem, ut *Frid. Hoffmannus* loquitur, in æthereum lymphaticum nectar ob conſymbolicum magnetiſmum immediatè evibrat) bene tamen interdum *extus* adhibetur in *Ulceribus* ♀*eis ſordidis, cruſtoſis*, nim. *aquis mundificantibus commixtus*; nim. ☿ tus propter ⊖ia adjuncta facilè aſſociatur aquæ; qualis tum egregiè valet ad ſcabiem malignam ſanandam, ſi prius corpus decenter ſit purgatum, ſecus enim paralyſin & contracturam inferre valeret: In 🜈 rectif. coctus ☿ ſublim. leni coctione tractatus, reſolventem tophos acquirit ſpiritus efficaciam, ceu non minus vi mixtus *Unguentis* & *Emplaſtris* ad *excreſcentias* abſumendas valet: Fit item ex eo *Aqua coſmetica*: ℞. ☿ *ſublim.* ʒj. ▽*æ font.* ℔j. Coque tamdiu, donec aqua ſentiat aliquam acrimoniam ſub lingua, adde tandem *Ceruſſæ* ℥ij. Bulliant parùm cum dicta ▽a ☿iali, filtra & ad uſum ſerva: vel talis *Monſpelienſium*: ℞. *Aq. font.* ℔vj. *pond. civil.* ☿ *ſubl.* ʒij. *Virid. æris* ʒj. *Fel vitri Sacch. cand. aa.* ℥ß. miſc. bulliant ad $\frac{1}{3}$. conſumptionem, poſtea add. *Borac. Camph. aa.* ʒj. ſol. ſ. a. miſc. ſingulariter, hæc laudatur contra *Lentigines. Not.* quod ejusmodi aquæ in quibus ☿ ſubl. infuſus fuit, in vas ſtanneum reconditæ, multùm de ſuâ vehementiâ remittant propter ☿ialium præcipitationem & corroſivarum à ♃is conjugio temperaturam, Sic & fit ex ☿ ſubl. *Liquor* ☿*ii*

ad

ad ulcera & fiſtulas Agricolæ & Beccheri: ℞. ☿ *ſubl. q. v.* affund. ✻ *q. ſ.* & digere in calido, abſtrahe dein *Acet.* & affunde ☿*io ſpir. Vini opt.* & digere per 4. ſeptim. dein 🝞la paulatim & adſcendet primùm *Sp. Vini*, dein albicans clarus *Liquor* qui denuo 🝞lari poteſt, & habebitur *Oleum* ☿*le dulce* mira in *Ulceribus* & *fiſtulis* præſtans, extus & intus. Mit dem *Aceto deſtill.* ſubtiliſirt auch alſo *Beccherus* das Gold und Silber/ und zeigt ihre figirende Krafft über den ☿. Im *Chym.* Glückhaf. *p.* 352. & *ſeq.* ſimilem *Liquorem* ☿*rii diaphoreticum* ſiſtit ex ☿*rio* cum 🜿*to* & *Sp. Vini* digeſto, qui in *exulcerationibus internis* non ſatis laudari poteſt (præſertim *renum* & *veſicæ*) quique *calcem auream* cum eo digeſtam in pretioſum Elixir convertat; eſt autem ☿us prius cum ſale toſto lotus cum novo ſale & 🜕lo & 🜖 ſublimandus, dein prius in *Acet. deſt.* pòſt *Spir. V.* digerendus ad unctuoſitatem, qualis indita retortæ in liquorem lacteum 🝞tatur, qui rurſus remanentiæ affuſus Oleum clarum, fragrans & pretioſum largitur abſque corroſivitate. Occaſione verò diſcurſûs de ⊙ potabilitate & in ☿um reductione non immeritò quærit *Kunckel. Obſ. Chym. p.* 114. annon idem in ☿io communi ritè obtineri poſſit, quod ex ⊙ro, ceu ex ☿io maximam partem conſtante, ſperatur. Vid. quoque *p.* 353. *cit. lib.* Idem verò innuit *Baſil. Valent. in Curru. Tr. p.* 109. dicens, quòd ex incombuſtibilitate ☿rii non ſecus ac auri, idem ex eo fieri poſſit quod ex auro, quia & poſt coagulationem ☿ii eſt omnino ſimilis auro, quia cum auro ex eadem radice, ex eadem ſtirpe, & ex uno eodemque productus eſt, id quod non ſaltem de ☿rio vulgi, ſed etiam ♁io & ☿io philoſophorum intelligendum eſſe unà monet in *Notis Kerckringius*, unde & *Poterius Pharmacop. Spag. p. m.* 600. *Thericam metall.* contra *venena & morbos peſtilentiales è* ☿*libus* ita parat: ℞. ☿*rii reſuſcit. p. iiij. Reguli* ☿*ii ſtell. p. ij. Auri puriſſ. p. j.* Fuſis auro & regulo adde ☿*ium* concalefactum ſenſim, & maſſa pulveriſetur ſuper porphyrite, coquaturque lento calore in q. ſ. balnei hermaphroditici, donec omnia probè fixentur. *Doſ. gr. vj. ad x.* ⊙ nim. compacti materia attenuatur, & verè fermentatur à ☿ *regul.* ut *Poter. loc. cit. p.* 602. Si loco auri aliud metallum ut ♃, ♀, &c. ſumatur magis particulare remedium pro parte illâ vel aliâ corporis redditur.

V. Mercurius Sublimatus Dulcis pro *Pilulis Diaphoretico-cathar-cticis* ita præparatus ab *Exc. D. D. Bernh. Schnorfio Chymico Helvetio*; ℞. ☿*rii ſummè purific.* v. g. illum, qui poſt 🝞onem *Butyri* ♁*ii* reſuſcitatur, aut aliàs jam 🜄*e* & 🜿*to* bene lotum, *q. v.* 🜍ma à 🜕*lo* & 🜔*le* more vulgari ipſe (nam venalis plerumque 🜺*co* adulteratus eſt, ideo vitandus) Hunc ☿ *ſubl.* denuo miſc. cum alio ☿*rio vivo* ſummè depurato (& pro delicatioribus ſi potes & tibi reveletur, ut §. *II.* fecimus, ☿rio noſtro philoſophico purgato) & ſublima ad minimum ter, ſemper feces in fundo projiciendo, donec pulcherrimi

diaphani in ſummo alembici adhæreant ⊟li, Hos ſerva. Tum ℞. ☿*ii hujus* ℈j. *Extr. Aloës aut Rhei, Cinnab. nativ. ana gr.* v. F. Pilul. num. 4, 6. aut 8. pro lubitu; Conſperg. *pulv. amyli,* & exhibe. *Uſus* earum, manè jejuno ſtomacho, in *Iſchiade, Podagrâ,* vagâ *Arthritide* præſervativè & curativè. In *Hydrope, Ulceribus externis tibiarum. Externè* in *Scabie.* Vocantur meritò *Catholicæ*; *P. Emer. à Sthal* & *Junioris Helmontii* erant Pilulæ iſchiadicæ, ſaltem experientiâ conſtat ſtomacho tutius medicamentum non exhiberi, in *verminosâ colluvie* præſertim. Dum verò ſic ☿*ius* ex *commixtione* ☿*rii vivi novi* & ☿ *ſublim. ana* (*Rivin. Introd. ad Rem. pharmac. p.* 98. ſumit ☿ *viv.* ℔j. ☿ *ſublimati* ℥xx. & per cucurbit. vitr. ſublimat ☿um dulcem, ſine ulteriori ſublimatione ægris ab ipſo exhibitum) ſublimatione repetitâ, (id quod commode fit in cucurbitulis vitreis, crucibulo arenâ impleto impoſitis) ſumme nitidus, (ſi enim plumbeus ſit immitis adhuc valde eſt, unde quicquid dicat *Ludovicus*, ſæpius iteranda ſublimatio) obtinetur, fit, ut acumina ſublimati ſufficienter emolliantur & ☿rii crudi rotundis particulis obtundantur, quibus tamen inſimul idem ferè accidit, ac ſi duabus pilis clavis infigeretur, impediens globulorum hujus rotationem ſupra proprium centrum, unde ſi clavus removeatur, aut ⊖ corroſivum ligans abſorbeatur ♀li quodam (ſicut ☿ ſublim. in vaſe ferreo coctus adpriſtinam vitam reducitur) libera rurſus erit rotatio: nimirum in tali præparatione, ſales corroſivi undiquaque globulis ☿rii involvuntur, ♎ione impetum in globulos ☿rii facientes repatiuntur, hoc eſt, illorum anguli acuti obtunduntur, vel, ut *Liſterus in Exerc. Med. p. m.* 25. loquitur, ſales ejus abſorpti ſunt ab hydrargyro metallo perinde ut acidum quid ab alcali, neutrumq; adeo neſcio quid inde oriri exiſtimandum. Taliter ritè paratus quoad *Uſum polychreſtum* (imò divinum, ut *cit.* vocat *Liſterus*) dat remediū, coagulata quævis reſolvens, viſcoſaq; liquans, acriaque ♉da domans, M. Sneam purificans & ſerenans; Phlegmaticis tamen magis convenit; nimirum in ventriculo receptum, ut *laud. Liſterus* ait, plenam libertatem ſenſim adepti ſales denuò diſſolvuntur, divortiumque cum ☿rio faciunt, & pro ſuâ naturâ vires exerunt. Sic *Uſus* ejus proficuus in *Hydrope* cum *Extract. elater.* ceu cui vis incidendi & potenter craſſos humores movendi ineſt, nec ſanguinem nec partes organicas, ut volunt, corrumpit, ſed potius reficit, reſtaurat, corroborat, ut *cit. Liſterus in Exercit. de Hydrope p. m.* 17. loquitur. *Mayerne* verò *in Prax. p. m.* 388. eum optime miſcuit cum *rad. Jalapæ* & *rad. Ir. Flor.* In *Lue* verò & *Gonorrhœa* cum *extr. ſcorzoner.* (poſt ▽am deſtill. inſpiſſato) dandus, qualiter fiunt *Pilulæ mercuriales Excell. Wedelii,* vel *Exc. D. D. Frid. Hoffmanni in Gonorrhœâ*; ℞. *Terebinth. Balſ. Peruv Copayv. ana* ʒj. *pulv. conſol.* ʒij. *ſucc. liquir.* ℥ß. *Reſ. guajac. Extract. rhei, Ocul. cancr. aa.* ʒiij. *Mercur. dulc.* ʒiß. *Nitr.* ⊕*lat.* ʒij. *Succin.* ʒiij. *Ol guajac.*

Saſſafr.

Saſſafr. aa. q. ſ. M. f. Pil. ex ℈*j. num.* xiiij. vel *in Lue* cum *reſ. gumm. Guajac.* ceu & in *Gonorrhœâ virulentâ* cùm materia virideſcens effluere obſervetur ſeq. *Pilulæ Gallis uſuales*: ℞. ☿ *dulc.* ℥*j. Ambr. Aloës, ſuccin. ſcammon. Fl.* ♀ *ana* ʒ*j. Civam.* ℈*j.* M. f. Pil. In *ſcabie* detur cum *M. P. de fumar.* In *Vermibus* verò ſeq. modo: ℞. *Extr. aloës* ʒ*j. Merc. dulc. gr. xv. Camph. gr iij. ſpir.* ⊖*ol. gr. vj.* M. f. Pil. ex ℈*j. num. xij*, præſertim etiam ſi adſit metus Variolarum, quibus *Merc. dulcis* mire ſuccurrit, de quo vid. *Miſc. Cur. Dec. I. Ann. III. p. 13. & 93.* Imò in *Febribus intermittentibus* effectus ejus ſatis laudari nequeunt, quod enim obſervarit *Williſius Febres quartanas*, ſalivatione eo mota, fuiſſe curatas, id de *Tertianis* dicere poſſum, me illas pertinaces admodum, opiatisque etiam magis viſceribus glandulosis impactas radicitùs brevi, ſalivâ viſcidâ copioſe motâ, eo abegiſſe; ceu & *laud. Hoffmannus in Not Pot. p. m. 93.* refert ☿ *dulcem* in his *Febribus* potentiſſimum reſolvens eſſe, maxime ſi ei maritentur *Salia fixa, præcipitantia, China chinæ*: Sic *Pilulæ* hæ *Quartanariis* ſumme utiles; ℞. ☿. *dulc. opt. gr. xviij. Extract. catholic.* ℈*j. hellebor. nigr. gr. ij. gentian. gr. iij. Ol.* ♌ *abſynth. vel major. gut. j.* M. f. Pil. *num.* x. De ☉ur. Sic enim meliùs datur quàm in *pulvere* (in quibus tamen ſi ⊖es adſint, leviter ſaltem cum cultello miſcendus) *electuariis, bolis*, &c. In *affectibus capitis*: ℞. *Extr. cathol. gr. xv.* ☿ *dulc. opt. gr.* xij. *Mag. reſ. jalap. gr.* j. *Diagrid. gr. iß. Extr. lign. aloës, Cinnab. nativ. opt. aa. gr. iv. Ol.* ♌. *ſuccin. gut.* j. Cum *Eſſ. roriſmar.* F. Pil. nim. *gingivis* ſic haud ita facile adhæret dentiumque vacillationem inducit. Quòd ſi tamen in Electuarium immiſcere velimus, optimum id erit in *Caryocoſtino Bayri ad Podagram*: ℞. *Diagrid. Hermodactyl. vel Jalap. aa.* ℥ß. *Merc. dulc. opt.* ʒij. *Cumin. Zingib. Zedoar. Caryophyll. aa.* ʒij. *Vini albi ppt. Mell. roſac. vel puri colat. ana* ℥iij. Coq. *Vinum* & *mel* ad conſiſt. Syrupi, dein add. *Diagrid.* diligenter & cœtera exacte miſceantur, f. Elect. *Doſ. à* ʒij *ad* ℥ß. ante æquinoctia & ſolſtitia, vel etiam ubi paroxyſmus imminet. Id verò præ reliquis purgantibus Vegetabilibus peculiare habet, quòd peractâ operatione alvum ſui officii memorem relinquat, imò etiam ſalivatio ejus ope, dum intus exhibetur ſucceſſive, in noſtra eſt poteſtate, quod aliàs non habetur vulgaribus inunctionibus; Quare & *Luem* ♀ *D. Ucay in Tr. pec. p.* 110. ſæpius ſeq. ſe curaſſe refert: ℞. ☿ *dulc. opt. Pulv. viper. aa.* ʒ*vj.* ⊟ ♀, *ſcamm. aa.* ℥ß. *Troch. alhand.* ʒ*ij. cum ſyr. roſ. pall.* MP. *Doſ.* ʒ*j. vel* ʒ*iß.* Quantum enim poſſit in ſanguine impuro conſtat & ex eo quod *Exc. Dolæus in Encyclop. Med. Pract.* ipſius continuato Uſu *Scorbutum* ipſum radicitùs ſanarit, imò in ipsâ *Podagrâ* ſæpius illum exhibitum utiliſſimum expertus fuerit: unde & verè *Exc. Wedelius in Diſſert. de Merc. dulc. Cap. III. §. 3.* ait: Mercurius dulcis habet vires renovativas, præſertim ſi ſuaſu *Zwelferi Mant. Spag. P. I C. 7. § 823.* Crocus ☉ phil. recluſi (ad ejus ℥ij. hujus ℥ß.) addatur & invicem in phiolâ dige-

rantur in pulverem rubrum; *Extus* quoque ☿*rii dulcis uſus* eſt in *Scabie, Ulceribus* ♀*reis,&c.* ceu ille cum *Sacch.* ♄*ni* mixtus conſtituit *Mumiam mineralem Poterii*, v. g. in ſeq. Ung. ℞. ☿ *dulc.* ℈ij. *ſal.* ♄ ℈j. *Ung. roſac.* ℥ß. M. quali *Ulcus aurium* feliciter curavit *Obſ. pag. m.* 218. item *ulcus malignum narium* p. 287. 288. item *hæmorrhoides dolorificas p.* 165. &c. Sic & cum *fl.* ♀ & ⊖e ⊡*æ* mixtus *Varos faciei* abigit, ſi cum ▽ *fl. fabar.* lotio inſtituatur, præprimis ſi *intus* detur purgans ex eodem, ut ſunt *Troch.* ☿ *Screta alibi deſcr.* & Pilulæ *Milii in Baſil. Chym L. II. p. m.* 185. etiam ſugentibus pueris uſque ad quartum annum miniſtrand. ℞. *Elect. de ſucco roſar.* ʒj. ♀ *albi* ℈ij. *flor.* ♀ ℈j. *Gummi tragac. pulv.* ʒß. *flor. violar. pulv.* ℈j. ☿ *dulc. gr.* xxxiiij. M. *Doſis. gr.* xij.

VI. Turbith Minerale laudatus *Snorfius* ita præparavit: ℞. ▽F *opt. q. ſ.* in quâ diſſolv. ☿ *pur.* ℔j. in alembico poſtea abſtrahe ▽ & -ᴖ- *acres* leniter, ſenſim in arenâ, ſed continuo igne, ſpiritibus extillatis auge △em, ut vitrum candeat, braunroht werde; tum adſcendit flavum & ſubrubrum in alembicum, tunc ceſſa, ſine refrigerare vitrum, & invenies rubrum pulverem in fundo. Cave tamen, ne ipſius ſuperiora cum inferioribus confundas; Hunc præcipitatum optimè ▽ calidâ edulcora; poſtea affund. *Ol.* ♀*ri*, & abſtrahe iterum ter deſtillando phlegma, in tertiâ ʃ\ ne auge ignem, ut Vitrum aliquantulum candeſcat, ita adſcendet ☿us, quem ſepara; relictam in fundo *Q. Eſſentiam* contunde, & ſuperfunde aquam calidam, & dulcora aliquot vicibus, ut omne ⊖ omneſque ſordes decidant, ita denuo remanebit præcipitatus rubeus, quem ſicca & in vitro mundo ſuperfunde *Aquam albuminum ovorum*, & abſtrahe 6. vicibus. donec ſcil. ☿ nullas amplius de ſe propellat feces; rurſus ▽ calidâ edulcora, demum affunde ipſi *Spir. vini rectific. q ſ.* ſepties, hunc à pulvere abſtrahe ʃ\do; exempto pulveri -ᴖ- *Vini* rectif. ſine omni phlegmate infundas, ut bene humectantur; Spiritum hunc incende & materiam ſpatula lignea agita, donec ardendo conſumatur. *Doſis* ad gr. iiij, v, vel vj. in *morbo Gallico, Hydrope.* Ad ſudorem movendum datur cum *Extr. theriacali*, ad purgantia cum *aloëtico. Aqua album. ovor.* adhuc latens hiſce temporibus; ℞. *Album. ovi dura* contunde cum teſtis ovorum; pelle ſimul per ʃ in arena; cohoba quater vel quinquies, donec aqua albicans ſit, & non nimium fœteat. Aliàs quoq; *Turbith minerale*, docente *Ludovico*, è ☿ᴖ in ▽a calida ſoluto, per *Ol.* ♀*ri* ⸗tum & poſt edulcorationem lento calore, ad *internos* uſus, aliquandiu digeſtum, in caſibus rebellibus, ut *Quartanis, Pſoris,* &c. in quibus ♄ta mitiora nil quicquam proficiunt, præſentaneum eſt remedium: cum liquore verò ſilicum ſi -ᴗ-tur ☿-ᴗ-ti loco perquam commodum eſt; *Internè* verò plus præſtat, teſte eodem, ipſo Febrifugo (ſcilicet *Riverii*, quod *Obſerv. Cent. III. in Append.* obvelat, dicendo pretioſum hoc medicamentum componi ex triplici Hercule, id eſt, ☿*o*, ⊖*e* & *Vitriolo*,

🜍*lo*, laboribus, id eſt, *ſublimationibus* ad ſummam nobilitatem evecto, quibus tandem quartus athleta, id eſt, ☿ *vitæ* additur, operis complementum efficiens. Vid. ſupr. §. *III. & Cap. II. Aurum vitæ Prugmeyeri*) cachectico, ☉ro vitæ & quocunque alio emetico, quale tamen *mitius* nonnihil Turbith parari poteſt ex dimidia doſi ☿*ri emetici* ſeu ☿*rii vitæ* correcti cum proportionata ☿*rii dulcis*, dum 🜍um ☿um vitæ figit, ceu aliàs hoc ei demitur per lixivium ⊖ ☿ri, optimusque ſic eſt in *Hydrope, Febribus*, quarum cauſam glandulas occupantem optimè tollit, disjicit & fugat. Et ejusmodi *Turpethum minerale* ex ☿ in ⌒ 🜍*li* vel 🜄 vel ⌒ ⦶ *vel* ♀ (vel è ☿⌒*ti ſolut. per Ol.* ☿*ri*) ſolutum cohobatione repetita paratum mitius quoque fieri, ſi finita 🝆ne ignis ita intendatur, ut 🝪tæ fundus aliquandiu candeat, menſtruique acrimonia cauſtica magis expellatur (quem in finem nec abs re erit, ſi in *aq. font.* aliquoties coquatur aut *Sp. Vini* affuſus deſuper accendatur) ait *Exc. Rivin. Introd. in Pharmac.* Tali Turbith feliciter uſi *Fel. Würtzius* in *Chirurg. & Cl. Baniſterus Chirurgus & Medicus Celeb. in Angliâ, &c.* Hujus occaſione non pigebit mentionem facere Præcipitationis ☿ quæ in momento habetur cum *Smiride* (vel eorum loco *granat. Bohem. coctis*) rubea pulveriſata & per 4. hor. calcinata in Xbulo, donec quodammodo vitrificari incipiat & lateribus crucibuli adhærere, tum in pulverem ſubtilem tritæ affund. 🜄 *rectif.* diger. per 24. hor. per inclinationem tinctum effundatur, hocque repetatur, donec omnis TRa extracta ſit, depletiones ad oleaginoſitatem 🝆lentur; hujus *Olei* ℥j. ſuper ☿ ℥iiij effuſa præcipitat in momento ☿, nec oleo adhærebit; tunc ſi deſtilletur igne ſatis forti poſt olei exhalationem aliquid de ☿⌒to major tamen pars manebit fixa. Ejus uſus in augmentatione ſolis & vivificatione rubicundiſſima; Et ſimili vitrificationis modo ex aliis immaturis mineralibus ℞ elicitur ope 🜄; ſic namque etiam ⊙ lapidis hæmatitis, poſtquam flores inde ⌒ti ſunt, reſtitans potentiſſimè adſtringit; hoc verò cum in aqua ſolvitur & ſupra ☿ projiciatur, ☿um ſtatim in pulverem coagulari facit. Vid. *Sal fuſibile* ✱*e infra Mazzottæ.* Quantum verò pro ☿rio figendo valeat vitrificatio, innuit *Porta in Mag. Nat. & Maëtz. in Collect. Leyd. p.m.* 317. dum teſtatur, Vitrum ♄ & Croc. ♂ (cum 🜄 fact. & cum ⦶ duplo ſucceſſivè liquefactum, dein ablutum ad purpur. color.) per partes ☽æ fluenti ſuper cupellam mixta, donec ſola ſuperficies ☽næ ſcoriis obducta ſit, ſolutioni in 🜄 particulas nigreſcentes exhibere, quæ edulcorandæ & cum borace fundendæ. Ita plus auri obtinebis quàm ullo modo arte ſeparatoria ☽æ habere potes.

VII. Mercurius Diaphoreticus ſeu Diaphoreticum Merculiale, *Ludovici* ita confecit *cit. Exc. D. D. Bernh. Snorſius*; ℞. ☿*rii &* ♃ *Angl. ana* ℥ii. F. amalgama, & pulveriſa. Huic add. ☿⌒*ti* ℥vj. Pelle per retortam

igne

igne arenæ mediocri in recipientem refertum *Aq. ſimpl.* ℔iiſ. Deſtillatum cum aqua bene calefacta reſiduo in retorta affunde & bene agita. Tum omnia per chartam duplicem madidam filtra. Filtratum rurſus inde retortæ cum ⦶*ri* ʒiij. Et deſtilla per ☋ rurſus igne forti ad ultimam guttam uſque. Tunc pulverem in fundo relictum edulcora & ſerva ad uſum ſub Doſi viij. vel x. granorum, cenſetur efficacius præmiſſis ſupradictis Jovialibus Diaphoreticis. Hunc quoque ☿*um* ex ☿ cum ♃ *coagulato* parandum docet *Theophraſtus Paracelſ. Oper. Chirurg. p. m.* 155. nim. ℞. ☿ *viv.* ♃ *Angl. opt. ana* ℥j. f. amalgama, quod in pulverem terito, eique ſucceſſivis vicibus, ne ♃ incendatur, tantùm [illegible] ⦶ vel ▽F *generoſ.* affund. donec ebullitio & vehemens effervеſcentia ſedata fuerit, tandem omne corroſivum crebris edulcorationibus & ablutionibus, quantum fieri poteſt, auferatur, ſic enim obtinetur calx inſipida leni igne exiccanda & leg. art. quinquies cum alcohol vini figenda, quæ eſt ☿rius non niſi per ſudores operationem ſuam perficiens, nullo modo ſedes, vomitus & ſalivationem excitans: nimirum proceſſu tali ☿ ligatur cum metallo mediantibus ⊖bus inſtar clavorum, ne fermentis ventriculi & inteſtinorum ad priſtinum motum diſponi & globulis ejus à materia ſubtili de novo rotari poſſint, quare & 🜍 deflagratur ſuper hoc ☿rio, ut globuli ☿riales crudi reſidui, per microcopium aliàs adhuc conſpicui, avolare poſſint, aereque adhuc ſuperſtes domari. *Uſus* ejus in *gravioribus obſtructionibus*, pituitâ tenaci ſolvendâ, coagulo ejus tollendo, ♉doque enervando, hinc egregiè convenit in *Lue* ♀, *ſcorbuto, ſcabie gravi & inveteratâ, morbis capitis, paralyſi, apoplexiâ*, ceu ſupra *C. de* ♃. ubi *Sudoriferum maximum* propoſuimus, videre eſt. *Doſis à gr.* iij. *ad* x. *vel* xij. *cum Theriacâ, Mithridat.* aliisq; *Confect. cordialibus.* Alia ☿rii diaphoretici præparatio *in Miſc. Cur. Dec. II. An. III Obſ. LXIX.* à *D. Math. Tilingio* proponitur (ubi ut excellens & incomparabile remedium in *variolis, morbillis, podagrâ, hydrope, &c.* deprædicatur) quæ deſumpta eſt ex *Comite Digbeo in Medic. experim. Germ. edit. p.* 232. quæ talis eſt: ℞. ☿*rii opt. purific.* ℔j. (nimirum qui ſupra ♁im ope 🜖ri calcinati extractus eſt) [illegible] ♁*ii* ℥iij. vel iiij. terantur & commiſc. in ♁ *artific.* quæ adhuc novies ſublimetur, uſque dum poſt putrefact. colorem ſcarlatinum adipiſcatur; vel, quod melius erit, penitus ▽ta ſit & non amplius adſcendat; ſicque habetur nobile arcanum in *Podagrâ, Hydrope,* &c. aliisque morbis ubi diaphoreſi opus, imò vires fertur æquare Aurum potabilis modo ritè fixetur. *Doſ. à* ℈j. *ad* ʒj. in *Conſ. roſar.* Tali autem ☿rio fixo *Cnœfelium podagram* feliciſſimè ſanaſſe notiſſimum eſſe ait *Hoffmann. in Not. Poter. p.* 269. ubi radicalem *podagræ* curam conſiſtere ait, maximè in reſeratione partium lymphæ depurationi inſervientium, maximè in glandularum obſtructarum apertione, ibi enim lateat minera ſeu ſeminium ſalinum multiplicativum; huc autem

tem quadrare non vulgaria remedia, ſed ex metallico regno petita, ſpiritu æthereo reſolvente inſtructa, ut ſunt Mercurius ritè fixatus, qualis inprimis eſt ☿ cum Auro fixatus ſeu Aurum potabile, de quo ſupra *Cap. de Auro & §. V.* Baſin hinc præcipuè conſtituit *Pilularum diaphoretico-catharcticarum* Scaphuſienſium: *Rec.* ☿*rii* ☽ *dulc. diaphor.* ʒx. ℈ij. *Bezoard. mineral.* ♁ *nat. vel* ♄*ii ana* ℈iiij. *Confect. alkermes q. ſ.* fiant Pilulæ num. CXXVIII. vel ut ex *Manuſcriptis Scretianis* nobis communicavit *Nobiliſſ. & Excell. D. D. Joh. Conr. Muraltus, Practicus Tigurinus feliciſſ. Diſcipulus quondam meus dilectiſſimus*, ſeq. modo: ℞. *Merc. diaphor.* ℥j. *Electr. miner. immat. lot. Cinnab. nat.* ♀ ♄ *fixat. ana* ʒij. *Confect. alkerm. q. ſ.* f. Pil. num. XCVI. conſperg. *Ceruſſ.* ♄. *ac ſacchar. Doſ. num. v. vel vij.*

VIII. Arcanum Corallinum ſeu Mercurium Corollatum *Scaphuſii* ita feliciter parabat *cit. Cl. Screta*: Rec. *Merc. in deſtillatione Butyri* ♄*ii reviviſcentis* ℥j. *ſpir. nitr. opt.* ℥vj. f. ſolutio, & in arena deſtillatio ad ſiccitatem, adde *novi ſpir.* ⦶ ℥vj. procedendo ut ante, & ita tertia vice maſſam ſiccam in pulverem redige ſuper porphyrite, affunde *Ol.* ♀ *per deliq.* ℥ij ſtent per ♂ ♀, poſtea fiat decantatio & affusâ aquâ edulcoratio: abhinç affunde pulveri ſiccato *Aq. album. ovor.* ad 3. digitorum eminentiam, abſtrahatur in arena, cohobetur ter; tandem affunde *ſpir. vini clarif.* f. Digeſtio, & abhinc deflagret *Spiritus*, idque tertia vice. Aliis *Arcanum Corallinum Paracelſi* ut *Zwelfero* nil eſt niſi ☿-⏜-*tus rubeus dulcis* cum ⊖*le extracto è* ⊙ ▽ ſpatio 24. horarum, verùm ſecundùm *Agricolam* in *Poppium Tom. I. pag. m.* 33. eſt ſaltem repetita *ſpiritu* ⦶*tri* (utut loco hujus *Paracelſus* Liquorem alcaheſt deſideret) ☿*rii facta ſolutio & abſtractio*, remanente pulvere rubeo inſtar corallorum, quale in magnis morbis ut ſummum arcanum cum *Paracelſo* laudat, obſervationeque teſtatur ſe *Podagram* (memini, ait *Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 59. olim hic Halæ tali medicamento mercuriali à Chymico non vulgari exhibito, inveteratam podagram tophoſam ſanatam in ſexagenario Halenſi, ita ut per plures annos firmâ uſus fuerit valetudine; & *Alb. Gunth. Saxo in Lect. de Arthrit. & Nephr. cauſ. p. m.* 161. *in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. V.* de ſe teſtatur, quòd ſumpto Arcano corallino *Paracelſi* ab arthritide diu immunis vixerit, præſertim dum unà alcalibus uteretur animalium volatilibus, acido ſulphuris ſpiritu, quo pro præſervatione peſtis uſus fuerat, ipſi arthritidem inducente) eo cum *extr. chamæpyt.* exhibito curâſſe; ejus deſcriptio plenior ex ſupralaudato *Digby* hæc eſt, quamque ſequutus quidam egregia in *morbis deſperatis* præſtitit: ℞. ☿*ii opt. depur.* ℔ß. diſſolv. in ⚗ in arena cum ⏜*tu* ⦶*tri rectif.* cohobentur ter novâ addit. ⏜*ûs* hujus, tandem adſtrahe igne forti, refrigerentur omnia, ☿riusque ⚗tus teratur ſubtiliter, edulcoretur, rurſusque exiccetur, hinc denuò indatur ⚗tæ, & affundatur

-ᴧ-us ⊖ *rectif.* deſtilletur rurſus in arena, refriger. eximatur ☿ & edulcor. ▽ font. aliquoties, tandem inde tigillo, & reverberetur igne forti, refrigerentur, eximatur & teratur ſupra marmor in pulverem ſubtilem, ſuper quem in patina Sp. vini affundatur & accendatur, idque ter, & arcanum obtinetur inſigne. *Doſis à gr.* iij. *ad* vj. in *Lue ♀eâ, hydrope, podagrâ*, (præcipuè ſi ☿ ♁ii loco vulgaris ſumatur, ceu *Agricola in Popp. L. II. p. m.* 13. refert, ſe noviſſe Medicum in Auſtria, qui per ☿um ♁ii curarit duodecim Podagricos manibus pedibusque mutilos, plenarieque eos reſtituiſſe) reſerat obſtructiones, diſſolvit tumores duros, purgat, ac etiam, ventriculo noxiis humoribus obſeſſo, vomitum movet.

IX. Oleum Mercurii omnium optimè *Dexterrimus Maëtz* ita paravit: ℞. *Mercurii ab omni nigredine loti,* ♃ *Angl. ana* ℔j. f. amalgama ab omni ſpurcitie lavandum, add. ☿ *ſubl. corroſ.* ℔ij. conterantur in alcohol & tabulæ marmoreæ in cella imponantur, ut reſolvantur in liquorem, qui à ☿rii portione revivicatâ ſeparatus, retortæ committatur, lenique igne ♃ abſtrahatur, dein △ne fortiori tranſibit collum retortæ oleum ☿riale maximarum virium. *Uſus* ejus in *ulceribus malignis*, quæ ex fundamento curat, maximè ſi ♁re metallico ♀ nobilitetur ſequenti modo: ℞. *Lamell. ♀ris q. pl.* in fruſta minora conſcindito, iisque affunde *Oleum ☿riale* ad eminent. 2. digit. transverſ. ſtent ſimul in digeſtione, quouſque oleum inſigni colore imbutum ſit; Oleum decantetur, aliud affundatur, & procedatur ſicut prius; TRas confunde & leni igne ♃ ſuperfluum auferto & loco quieto collocato, ſic enim concreſcunt ⊟li elegantiſſimi, qui ſucceſſivis △nis gradibus calcinati, in phiola non nimis arctè clauſa in pulverem ☉rei coloris calcinantur, qui verus eſt ulcerum malignorum domitor, ceu *Uſus* ejus egregius eſt in *cancro, lupo, fiſtulis, &c.* Exinde verò quoque obtinebitur *Calcinatum magnum Paracelſi* (licet *Poterius*, ut *Frid. Hoffmannus* vult, ☿um præcipitatum probè præparatum ſic ſaltem vocarit, ut ſupra quoque diximus) ſi recipiantur *Liquoris* ſupra dicti *☿rialis* ℔ij. & ▽F quantum ex ⦶ & ⊖*li ad albed. calcin.* ℔ij. deſtillatur, quæ *Oleo ☿riali* cautè affundenda, quo facto rectificetur menſtruum exinde eductum & habebitur *Oleum* ☉rei coloris, hinc *Rec.* ☿. *puriſſ.* ℥ij. affund. *Olei dicti* ad eminent. 2. digit. transverſ. △ne forti f. abſtractio olei à ☿rio, & hoc repetatur quater, affundendo ſemper olei ☉ris novam quantitatem, hoc peracto, majoris ſecuritatis gratiâ, hoc idem tentato cum *oleo* ⊖*li rubr. rectificato,* (cum quo, ut porrò docet *Eckard* entlauffen. *Chymic. pag.* 756. per octiduum eſt digerendus & abſtrahendus, idque ter & tandem ſub cupella per 6. horas reverberandus, ut ſanguinis inſtar rubicundus fiat) ſic obtinebis ☿rium verè diaphoreticum △is patientem, ab omni ⦶ & ⊖li acredine liberandum cum ▽ pluv. &, ut fieri ſolet, cum 🜅 flamma figendum.

dum. *Uſus* ejus ad pertinaciſſimos morbos ſolvendos ut *Quartanas*, *Hydropem*, *Scorbutum*, *Luem ♀ream inveteratam*, *Lepram*, *Paralyſin* ad inſtar univerſalis *panacææ*. *Doſis à gr.j. ad ij.* Sed *Oleum Merc. dulcis* in ſpecie fit cum ⊖*le fixo* ✳*co* cum calce viva liquato & ☿*rio dulci* ſuperaffuſo, uſque dum liqueſcat in loco humido, & per digeſtionem purificetur, & hinc glaciei inſtar appareat, quæ denuo per ſolutionem & coagulationem depurata & liquata ope Sp. Vini affuſi & denuo abſtracti Oleum exhibet egregium contra *Luem ♀eam* & *ſcorphulas* datum quindecim vicibus. Sic & *Poterius Oleum* ſeu *Liquorem Mercurii* (quem quoque *Chaos* & *Spiritum* vocat) *intus* non ſaltem in *Lue ♀*, ſed & *Epilepſiâ, cerebri & jecoris obſtructionibus, ſcirrho lienis, &c.* ſed & *extus* ſatis laudare nequit, dum illo cum *Ol.* ♃*ii* mixto ſanavit *carcinomata*, de quo vid. *Obſ.p.m.153. & p.159.* Oleum tale vèrò ex *Cl. Deodato Epiſcopi Baſil. Medico* ita parare docet: *Mercurium* primò præcipita in pulverem albiſſimum, vel cum *oleo* ♀*ris* vel cum ▽F, *aquâ ſalsâ* ad ejus repercuſſionem uſurpatâ. *Pulvis* pluries edulcoretur ▽*â comm.* Ab hoc pulvere ſicco, cum proprio diſſolvente acido, ⊖lem educimus duplicem: unum leviſſimum, aquæ innatantem, lanuguineum, goſſipii inſtar; alterum ponderoſum & pellucidum, veluti ⊟lum. Ab utroque per Vini ſpiritum ſubſtantiam magis tenuem & ſulphuream, variis cohobationibus in fimo equino repetitis, elicimus, à qua ut omne corpus recedat, ſpiritusque ſolus remaneat, ignis admovetur, quò Vini ſpiritus evaneſcat, & corpus fundum petat. Liquor interim flagrantiſſimus remanet, qui admirabiles effectus edit in *Lue ♀eâ*.

X. Mercurius Coagulatus (quibuſdam Aurum Philoſophorum dictus, melius tamen ♀, quia ſcil. nil eſt, niſi ♀ ex ⊕ reſuſcitatum) à Curioſioribus ita paratur: *Rec. Merc. crud.* ℥*vij.* ✢ *opt. menſ.* ij. Bulliant in vaſe ferreo, perpetuò agitando, addendo ⊕ ℔j. ubi cogulatus fuerit ☿ in pilas redigatur & cum *rad. Curcum. pulv.* ℥*viij. Tuth.* ℥*vj.* miſceatur in Xbulo & reverberetur: Vel *Rec.* ⊖ *com. Vitrioli ana* ℥*viij.* ⊕ ℥*vj.* gieß eine Maß ✢ *fortis* darauff/ laß es heiß werden/ alßdann thue darein *Mercurii* ℥*iij.* laß es wohl kochen/ und immer mit einer eiſernen Spatel wohl umbgerühret/ halt mit dem kochen an/ wann der Eßig eingekochet iſt/ wieder friſchen auffgegoſſen/ und ſo lang gekocht/ biß es in dem Grund der Pfañen ligt wie harter Butter/ dann waſche mit einem Waſſer die Unſauberkeit davon/ daß der *Mercurius* klar wie Silber in der Pfannen bleibt/ den thue herauß in ein Leder/ verbinde ihn wohl/ drucke allen lebendigen *Mercur.* hindurch/ welcher im Leder bleibt/ davon mache Küchlein eines viertheils Rthls. dick/ lege ſie hin/ daß ſie trocken werden und hart/ dann iſt er fertig zum *Cæment.* Cementatio: *℞. Pulv. rad. Curcumæ, Tut. Alexand. aa.* ℥*viij.* miſche ſie in einer eiſernen Pfannen wohl under einander/ nim̃ dieſes Pulvers/ ſtreue es unden in den

Tiegel eines Thalers dicke/ dann ☿ darauff/ und wieder Pulver *ſ. ſ. ſ.* biß der ☿ aller hinein iſt/ dann das übrige Pulver oben dick auffgeſtreuet/ und den Tiegel wohl außwendig verlutirt/ und oben auch veſt zugemacht mit Läim/ alsdann an gelinder Wärme wohl trocken werden laſſen/ damit der Tiegel im Feur nicht zerſpringe/ darnach in die Glut geſetzet/ und 6. Stund das allerſtärckſte Feur gegeben/ ſo flieſſet der ☿ *in granulis*, dann den Tiegel von ihm ſelber erkalten laſſen/ auffgemacht und den ☿ außgeſuchet/ denſelben wieder in einen ſaubern Tiegel gethan/ und in die Glut geſetzet/ ſtarck zugeblaſen/ damit er ſchmeltzet/ alsdann in einen Einguß zum Zehn gegoſſen / ſo iſt er fertig / am Strich dem Rheiniſchen Golde gleich / läßt ſich hämmeren und ziehen. Verùm, ut verè ait candidus *Mazzotta Phil. Min. p. m.* 182. fruſtra quis laborabit circa famuli hujus retentionem perfectè in igne perſiſtentem, niſi quis adhibuerit fixas Medicinas, fixum enim fixat; Mirum ſanè quod vidi ego olim caſu cùm parum eſſem verſatus in hac arte: mercurium *ſucco mentaſtri* ſola agitatione intra cannulam arundineam per horam abſque igne in cinerem reduxi non currentem, poſteà miſcui cum ſeminibus lini, & vitro piſto in Xbulo aperto ore, & dedi ignem, & ☿ ſe retraxit inſtar id, quod nos vocamus cannotiglia, (dünn Schnürlein von ☉ und ☽) ita ut ab igne non avolaret, de quo parum Practicus non curavi, nihili illud æſtimans, at ſi hac experientiâ magna ex parte illuminati applicarent debita proportionata medicamenta non dubium ipſum morte jucundiſſima moriturum. Speculare hic lector, &c. Alium habeo modum fixandi, ait *Mazzotta*, ☿um pro TRa ad ☽am. *Rec.* 🜍, ✳*ci*, 🜕 *aa.* deſtilla in *Ol. rubr.* adde ⊕*lum rubific.* digere, deſtilla in *Ol.* in quo pone ☿, redeſtilla ſæpius ad rubedinem. Ex hoc ☿io ponatur pars una ſuper plures ☽æ præparatæ & illam colorat ac tingit manente eadem medicina, imò ſi dictus ☿ius ſuper ☉um fuſum ponatur in corpus ducetur, & multiplicabitur aurum, quod ſi cum ipſo ☿io miſceatur auri ſoluti in 🜅 parva quantitas, & deſtilletur ▽ pluries ſuper ipſum, perfectum eſt opus. Congelatio ipſius ☿rii quoq; hæc eſt: *Rec.* 🜍 & ⊖ *alcali ana* impaſta cum *aqua* ☿*ſata, quæ ſit ſpiſſa ut ſalſa*, verte ſæpe cum baculo, *aquam* ex iſtis decanta, & in ipſa coque ☿*ium* fortiter, & congelabitur. *Rubificatur* taliter hoc modo: rubificetur prius optimè cum ferro ⊖ ✳um toties ſuper fæces rubeas ferri, toties reſublimando ut fiat rubicundum, & fixum ſolvetur in fimo per 10. dies, & convertetur in aquam rubicundam, quam lento igne congela. *Rec.* poſteà *p. ij.* ⊖ ✳*ci ſubl. & rubificati, & p. iiij.* ☿*rii*, & ſublimentur toties ſimul, uſque dum tota materia eveniat rubicundiſſima ut ſanguis, fixa in fundo vaſis, ponatur deinde ſub fimo per dies aliquot, & diſſolvatur, ibi in aquam congeletur, iterum ſolvatur, & congeletur, & fiat toties ut ſuper laminam ignitam currat ſine fumo,

fumo, de quo *p. j.* ſuper ☉um album fuſum, aut minorem quantitatem ☽ti præparati, & cementati colorat aurificè permanenter, &c. & hæ equidem fixationes paucis ſunt manifeſtæ. Aliter, *Rec.* ♃ *&* ☿*ii purgati ana lib.*1. ☿*rii ſublim.* primo modo, miſce, & ponantur in vaſe vitreo cum fundo plano, & circumponantur carbones accenſi paulatim, adducendo, ſeu appropinquando ad vas, & ☿ elevabitur ſuper fæces, collige, & fæces projice, qui ſi ponatur ſuper lapidem in loco humido, ſolvetur in Aquam rubicundam, quæ lento igne congeletur, & ipſa convertet aurum album in rubeum. Nec putes cum quibuſdam fumivendulis, qui diu circa ☿um laborantes illum retinere non potuerunt, propterea ☿um eſſe infixabilem, quod hiſce oculis vidi, error eſſe non poteſt; vidi enim ego in domo *Illuſtriſſ. cujuſdam Domini* ☿um fixatum album coloris aliquantulum ♄bini in cupella perſiſtentem & ipſe me præſente poſitus fuit in aqua forti, & cecidit in arenam nigram, quam in lapide lydio comprobavimus; & erat melior quam de zecchino: hic hic ita fixabat; ponebat ♉*ci p.j.* ♀*ri crudi p. j. Auripigmenti part. mediam, Boracis* ℥ß. ☿*rii lavati* ℥*ij.* in olla optimè clauſa deſuper ne ſpiret, & apponebat prius lentum ignem paulatim augendo △em, & admovebat ollæ carbones, ibique per horam permanebat, ultimò magnum dando ignem, & ☿us in pulverem fixum circa fæces & intra manebat, quem dein fundebat, & cupellabat, & in omni examine comprobabatur, & in aurum mutabatur ▽̄ti: Alia fixatio ☿ juxta *Mazzot.* ita fit: ℞. ▽ *æ fixæ rubicund. ex* ⊖*lo &* ✱*co fixo per incerationem multiplicem ppt.* ☿ ♎ *rubif. ana* ℔*j.* Digere per 15. dies, aquam filtra, ſolve & congela in lapillos, qui ſunt *elixir rubeum*, cujus *p. j.* tinget ☿ *p.* 50. Hoc arcanum in vanum probavit amicus quidam, quia completum non habuit totum hoc ſecretum, ut hoc propalat *Mazzotta*, &c.

Cœterùm non ſaltem Alchymiſtas mirè vexat ☿, ſed & Philoſophis ſuos effectus admirandos exhibuit hoc & priori ſeculo, ſic namque quanta *Philoſophiæ experimentalis* ſit *utilitas*, teſtatur inſignis *Barometri uſus* olim Veteribus (qui tamen in præſagiendis tempeſtatibus ab aliis rebus ſua indicia hauſerunt, de quo vid. *Gratarolus de Præſagiis tempeſt.*) incognitus, cujus experimentum ſæpius hîc inſtituit *Clariſſ. p. m. D. D. J. Georg. Mangoldus* in tubo vitreo 67. digitos experimentales longo, ſine phiala, & in alio 60. digitos longo cum phiola in ſummitate, ubi ☿us utrimque ad 30. circiter digitos cadet. Non deſcendit autem ☿, ſi tubus 30. digitis brevior eſt, quod probabit tubus digitos 20. longus. Cadit verò omnis, ſi admittitur aër, exemplum erit tubus 46. digitos longùs epiſtomio in ſummitate inſtructus, vel ſi aëris exteriùs prementis vis ope antliæ tollitur. Cadit autem ☿ propter pondus proprium: ſiſtitur lapſus ad 30. digitum circiter, propter pondus aëris reſiſtens. In tubo anguſto tàm altè non ſcandit, quàm in amplo,

nec ulla differentia eſt, ſive tubus ſit cùm, ſive ſine phiala, (modo ſufficienter longus ſit) ſive in hypocauſto calefacto exponatur. Spatium ſupra ☿um vacuum eſt; non tamen vacuum, ſed manifeſtum materiæ ſubtilis ſeu Ætheris (cujus gravitatem tum *Celeb. noſter Bernoullius* tum *P. Malebranche Recherche de la Verite, L. VI. cap. IX.* aſſerunt iisdem rationibus & exemplis) argumentum; cui nec à vitro tranſitus præcluditur: & in hoc ▽a in vapores non reſolvitur, nec intus ſudat vitrum: etiamſi calor ſit præſens. Altitudo ☿rii variat pro pondere athmoſphæræ reſiſtentis: hæc enim cum illo tanquam in perpetua bilance expoſita exiſtit; dum hæc plus ponderat, ille aſcendit; dum minus, ille cadit. Plurimum verò ponderat hyeme acerrima, minimum æſtate fervidiſſima, medium vere & autumno, totaque differentia conſiſtit in duobus digitis circiter. Proportio ponderis aëris cum ☿io eſt ut 14000. ad 1. circiter, vel in menſura circiter ut 35000. pedes ad 30. digitos vel ut 420000. digiti ad 30. digitos, ſive ut 14000. digiti ad unum. Plus ponderat ſereno, minus, quod mireris, pluvioſo, nebuloſo, ventis & nivibus obſito cœlo. Hinc (*a*) Altitudo atmoſphæræ ex hujus altitudine certò non patet: ſed quòd modò plures, modò pauciores exhalationes in aëre exiſtant. (*b*) Quò plures exhalationes ſunt, eò pauciores inſunt aëri, & quò plures inſunt aëri, eò pauciores ſunt. Exinde [α] Cœlum nubiloſum, pluvioſum, &c. levius eſſe judicamus ſereno; idque æſtate levius quàm hyeme, etſi Atmoſphæra hyeme humilior judicetur quàm æſtate. [β] Nubes hyeme altiores ſunt quàm æſtate: etiam tunc aves altiùs volare poſſunt. Mutatione hujus inſtrumenti conſpectâ, etſi nulla in aëre adhuc à quoquam obſervetur, mutationem cœli, pluviarum, &c. & ſerenitatis, ſat certò prædicere poſſumus, præcipuè æſtate & hyeme. Ex hac aëris mutatione conſtat ratio nutritionis plantarum & incrementi mutatorum, horumque variatio ſecundùm tempora anni: nec non cur arborum cortex à ligno liber ſit vere, non æſtate media, poſt iterum? Cur inſitiones vere & autumno, non media æſtate fiant feliciter? Ratio item lapſuum fructuum immaturorum pro terræ humiditate & ſiccitate abundante, &c. tandem ſeligimus, ſi datur delectus, tempora colligendi fructus, fruges, fœnum, faciendi iter, &c. Quantum & quàm variè afficiatur genus Animalium, & præcipuè Homo; utpote quorum corpora majorem longè copiam particularum volatilium & materiei ſubtilis in ſe continent, quàm Vegetabilium & Inanimatorum, teſtes ſunt exempla dolorum periodicorum juxtaque ☽æ phaſes (nimirum Aſtrologia non parum confirmatur hypotheſibus Carteſianorum ex materiæ ſubtilis variè modificatæ vario influxu, megacoſmiq; microcoſmique vario inde dependente mechaniſmo) recurrentium, Febriumque ſingulis annis eodem tempore ſe exacerbantium recurſu, ut nil dicamus de Criſibus, de quibus inde accuratiſſimè diſcurrit *Illuſtr. Boyleus in Diſſ. de Naturâ.*

CAPUT

CAP. IX.

De ANTIMONIO *ſeu Stibio.*

ANTIMONIUM ita dictum vel quòd incauto uſu monachos necârit, vel potius prudenti conſilio præparatum & exhibitum ad prolongandam vitam faciat, *παρὰ τῷ ἀντιμήκειν πρὸς τὸν βίον*, Stibium item & Philoſophorum Chymicorum *magneſia*, foſſile eſt non ductile ſed liquabile, liquationem quoque metallorum facilitans (præſertim ferri, cujus poros ſubit & laxat, iisq; quoque facilè adhæret) & ſi quod aliud minerale, innuens *Regni Mineralis* incolas eandem principiorum miſturam agnoſcere, quæ in *Vegetabilibus* aliàs obſervatur; diverſis nimirum ut illa gaudet particulis, nim. tum plurimis ramoſis ♄nis terreſtribus, viſcoſis, 🜍reis, tum ⊖nis, ☿ialibus ſatis actuoſis, vel, ut *Kunckelius* curioſus Antimonii ſcrùtator comperit in ejus anatome, conſtat acido (quod ſcil. ☿-🜖-tum additum in 🜓 convertit) terrâ mortuâ & ☿rio, unde & ob talem particularum certo modo ſpecificatarum diverſitatem menſtruis diverſis obedit, adeoque quod multo ſcateat 🜍re, id, præter 🜓im, ☽ti inaurationem, ⦶ in ♄li reductionem, patefaciunt menſtrua 🜍rea, v. g. *Oleum terebinthinæ*, in quod totum fere refunditur ♁ium, ac inſuper 🜍 inflammabile manifeſtum ex eo in 🜂Ram injecto materiæ flavæ formâ poſt efferveſcentiam reſultans; prout *Poterius Pharm. Spag. L. III. S. IV. p. m. 551.* refert ſe pluries ex ♁ crudo extraxiſſe ſubſtantiam quandam 🜍eam vi narcoticâ & ⦶licâ præditam, cujus *gr.* ij. *vel* iij. exhibita ſomnum excitant & multos dolores ſedant; Salinas verò & ☿iales particulas detegit vis vomitiva & draſtica, quæ præcipuè in floribus ejus ſalinis deliteſcit, ex quibus, dicente Regio Chymico *Quercetano*, ſi ⊖ detrahatur ac ſeparetur virtute cujuſdam ſalis, ut fieri poteſt, tunc ex floribus illis præſtantiſſimum fit citra vomitum purgativum, item quod ex minera ♁ii habeatur ſpiritus 🜊dus ſeu Acetum Antimonii, *de quo infra §. VI.* ☿rii verò præſentiam omnium manifeſtè arguit regulus ♁ii de natura 🜺ci multùm participans (ceu & Regulum de Monte *Snyders* 🜺cum vocat) ut vel maximè docet ejus pulvis, qui canibus exhibitus illos brevi interficit, apparente in ventriculo maculâ nigricante; Hujus autem nunquam plus quàm ℥iiij. ex ♁ii ℔j. quis obtinebit, notante *Kunckelio*: unde & ☿ verus, non ſaltem larvatus, è regulo hocce, ut 🜺co, beneficio ⊖ium acido-alkalicorum inter ſe confligentium, ut *ſpiritu* ✳*ci, ſpir.* ⦶, ⊖*le* 🜿*ri*, 🜿 *crudo*, 🜔*to*, ✳*co, cineribus clavellatis*, teſte *Baſilio*, *Becchero*, *Glaubero*, *Hoffmanno*, & aliis, obtinetur, quatenus horum ⊖ium ſibi contrariorum conflictu & fatigatione velut exurgunt copioſa effluvia ætherea in ſpiritum ſubtiliſſimum abeuntia,

euntia, qui eſſentia ☿ficans dicitur, quæque poſtea poros particularum metallicarum regulinarum permeat, in particulas ejus impingit, easque reſolvit, emollit & fluidificat, ut ☿ verus ejusmodi ſe ſiſtat. Vid. *C. VIII.* §. 2. Et exinde eſt, quod de eo ſeq. referat *Agricola in Popp. T. II. p.* 21. Antimonium, ait, ſummè rapax minerale eſt, etiam in ☽, verùm ☉ reſiſtit in eoque ſe lavat & depurat ab omni impuritate; nihilominus etſi rapacitati ejus reſiſtat, clanculum tamen lædit, fragile & immalleabile reddit, verùm id in colore graduatur, adeò ut Aurifabris opus ſit illud in cineritio cum ☿~ denuò malleabile reddere: Præſtantiores verò Chymici inde colligunt TRam obtineri poſſe, rapacitatemque ejus tolli comburendo huic avi volanti pennas inviſcundoque illas dextrè, id quod tamen pauci nôrunt. Verùm teſtatur *cit. Agricola* inde fixam TRam haberi poſſe, prout talem vidit apud Monachos in quodam Cœnobio ex ♁ paratam, cujus *p*. j. tinxit *p*. 100. ☽ti in ☉. Nim. acidum admodum forte eſſe debet pro tali TRâ, ut occaſione anatomes hujus *Reguli* inquit *Kunckelius Obſ. Chym. p. m.* 25. dicens, in Regulo hoc nil niſi ☿um inveniri, qui cum acido & terrâ ſicut alia Metalla conjunctus ſit, nec quicquam aliud ☿io frenum injicere poſſe niſi acidum, quale ſcilicet forte exinde calcinatione obtinetur; cui ſi 🜃 ☉ vel ☽ti additur, mira harmonia Alchymica reſultabit, dum fixum & volatile (quæ ſcil. ſaltem differunt ratione conſiſtentiæ, & prout plus vel minus 🜃æ obtinent) indiſſolubiliter uniuntur; Cœterùm quod ♁ii Regulus præterea partibus metallicis, iisque ♄ninis præprimis ſcateat, patet non ſaltem ex eo quod docet *Baſilius Valent.* ♁ium ⊖le ♄ni in verum ♄num verti, ſed & quod ♄ aliàs ex ♁io obtineatur, ceu *Williſius* refert, ſe quondam ex ♁ii ℔j. ♄ni ℥ij. elicuiſſe, bonitatisq; ♁ii ſignum eſſe, ſi totum in hepar & ſcorias abeat, ſecus enim portionem ejus in merum plumbum interdum liqueſcere; adeo ut non mirum ſit illud vocari ♄um Veterum Philoſophorum, nimir. ♁ eſt metallorum omnium prima velut radix ſeu matrix, ſeminarium & ens primum, quia, ut *Libav. de Igne nat. p.* 61. ait, non tantùm Aurum ex eo excoquitur, verùm etiam Regulus ejus omnis generis metalla per eorum ſpiritum induit. Dum per ſe funditur, ut vitreſcat ſæpe nodi argentei ſeu regulini apparent, ait *p*. 72. qui cocti conteruntur & cum calce plumbi (⊖le ♄) miſti cementantur per 3. horas, dein valido igne liquantur, effuſi in canalem in ♄ tranſiiſſe reperiuntur, ſi cum calce ♃ cœmentes, fiet ♃ &c. Nam compertum eſt in metallis eſſe ſpiritum qui ſymbolicas materias ſtibii & biſmuthi (calaemi quoque & cobalti, &c.) in ſui naturam vertit, quod eſt fundamenium *Chryſopœiæ.* Sic ex ferro fit ♀, ope ſpiritus cupri, qui eſt in calchantho, ſine illis non fit. *Idem* inde in *Apocal. Herm. p.* 225. ait, eſſe quoſdam qui ex ☿ali ♁ii butyro (maximè ex regulo) Oleum faciant, quod habeant pro ☿io Philoſ. cui ſi Aurum adjicietur,

adjicietur, ſperant ſolutionem & coagulationem illam ſæpius repetendam, quam in magiſterio Lapidis requiri monent Sapientes, ut tandem ex oleo iſto & auro fiat TRa imperfectorum metallorum perfectiva. Cùm ergo ſec. *Sucht. L. II. de* ♁, in ſtibio ſit tanquam in matrice & minerâ ſolis nativâ vis & TRa auri ſeu primum ens primaque materia, ☉um naturaliter conſummatum eo poterit in primam materiam reduci & radicaliter ſolvi: in ♁ enim viſcida ignea latet aqua quæ luminoſa eſt ſubſtantiâ, imò verè ignis per deſtillationem accendendus, cujus ope Aurum calcinatur & aperitur. Cœterùm curioſum quoque eſt, quod circa Anatomen antimonii inſtituit *Agric. Comm. in Popp. p.* 11. ubi refert ſe ♁io pulveriſ. affudiſſe ▽ pluv. cum ✱co ♌tam & per 8. dies digeſſiſſe, hinc decantaſſe menſtruum & exhalaſſe paulatim, remanente pulvere niveo, dulci inſtar ſacchar. ♄ni, quod fluxu plumbum velut album inſtar ſtanni exhibuit, ex quo ⊖ vel ſaccharum paratum dulce erat, etiam cum ♀ro calcinato cementatum ♃ pulchrum exhibuit, quod nullum ſtridorem ſub dentibus exhibuit; & tali ☿rio ducatus amalgamatus ad candelæ candorem fluet, prout aliàs ☿ ♁nii ☉ro mixtus incaleſcit in manu, & arcanum verum corallinum præbet, *Podagram* curans. Vid. *M.C. Dec. II. An. I.* ♁ inſuper ♉do eoq; ⊕co ♒u perfuſum eſſe, perſuadere poterit ♁lium vis ophtalmica (♁um, ait *Lutolfus Hiſt. Æth. p. m.* 408. dictum Rabbinicè cohol & cum articulo al-cohol, cohol ſcil. minerale eſt in toto Oriente antiquitus notum pro collyrio, cohollyrio ſcil. ſeu uſu ophtalmico in formâ tam ſiccâ quàm humidâ, ex croco ſcil. vel vitro ♁ii; hine στιμμίζειν ſtibio illinire; Perſis dicitur Surme, ♁ ſcil. in pulverem tenerrimum contuſum erat ita ut chartæ ſubtiliſſimæ adhæreret, unde quidam Perſa coràm *Lutolfo* ſublatis digito palpebris ſtylum hoc pulvere tinctum oculo applicabat, mox demiſſis rurſus illis pertrahebat, idque innoxiè itidem imitatus eſt *Lutolfus.* Priſca Hebræâ linguâ eſt פוך fucus quo Jeſabel ſe pinxit, Vid. 2. *Reg. IX. v.* 30.) à Vitriolo quodam admodum volatili & penetrante petenda, cujus ratione oculorum vitia optimè corrigit; unde & dicit *Baſilius Valentinus* (qui *Triumphali Curru* ♁um evexit) differentiam ♁ii & ☿ii in radice convenientium eſſe ſaltem in eo, quòd illud perductum ſit ad eſſentiam duriorem pluſculumque ſubſtantiæ ⊖lis ex tribus principiis aſſumpſerit, quamvis durities in eo tanta minimè ſit, compagesque particularum id componentium non tam ſtricta, ut non poſſit variâ ſcheſi & habitudine, ſub hoc nunc illo colore ſcilicet, cujus ratione *Proteus* dicitur, apparere, prout nimirum ſalia diverſa ipſi addita & commixta particulas ejus, aculeosque variè digerunt, diſponunt & locant, inſtabilitatem ejus laxamque compoſitionem ſic innuentia. Verùm licet particulæ ejus laxè combinentur, fragileq; (imò ſi liquefactum ſali vulgari commiſceatur, fit pellucidum ut vitrum

ſicut & ♄ ſale mixtum fit diaphanum) illud reddant occultatur nihilominus in eo 🜍ur ☉re ▽um puriſſimum ceu aliàs optimæ notæ, quale eſt Hungaricum, (quod punctulis rubicundis interſperſis emicat) ex auri & ☽ti fodinis eruitur, aurique *leproſi*, △*lis* item nomine donatur, unde & amicum illud valde eſt metallis, palloremque illorum roſeâ hac ſuâ anima ſanat, quod non minus de corpore humano à morbis pallido dici poteſt; cujus reſpectu ♁um eſt velut fons & ſcaturigo præſtantiſſimorum medicamentorum, dum, ut ex prædictis patet, in eo velut abyſſo inexhauſto omnium metallorum & mineralium energiæ latent; unde ab experto *Chymico* oretenus audivi, ſibi, non minus ac de *Clariſſ. Sylvio* aliàs hoc quoque fertur, domum ſatis nitidam ♁ium ædificaſſe: ceu & prolixus eſt in ♁ii laudibus recenſendis, *Paracelſus de vitâ longâ cap. VI.* ubi refert: *Sicut ♁ium finit aurum* (prout & Poëtæ fabulati ſunt Vulcanum in ♁io ceu balneo lavaſſe Phœbum, ac etiam *Auct. Contin.* Wunder-drey *p.* 116. inquirens, an non Aurum in colore & nobilitate exaltari poſſet, experimentum inſtituit cum ducatis quatuor & cùm ☉ triginta vicibus per ♁ fudiſſet, obtinuit ex his 4. ducatis vix 1½. ducatum; Tale verò aurum etiam Sapientes pro ♀re Japonicâ potius quàm auro aſpexere, huic verò auro tantundem ☽næ fixæ addidit, quantum tertia ejus pars ponderat & denuo ☉ valoris ducatorum obtinebitur in omni examine perſiſtens) *ſic eadem ratione & formâ corpus humanum purum reddit, in illo enim eſt eſſentia, quæ nihil impuri cum puro confundi ſinit*; Quamvis enim ob vim emeticam inſignem, corpori humano adverſum videatur, nihilominus exinde & quia cum ſale gemmæ & 🜿ri decenter igne mixtum privatur vi hacce emeticâ, abit in pulverem obſcurè rubicundum (eſſentia & 🜍e plenum) diaphoreticum, excitantem ſimul lenes ſalivationes, in morbis quorum obſtructiones graviores autores ſunt depuſandis præſentiſſimi effectus, de quo mox pluribus dicetur. Quare notatu dignum eſt quod de ♁io adducit *Chioccius in Muſæo Calceolar. p. m.* 402. licet adhuc vomitorio: *Revocantur* inquit, *à viſceribus ac nervis ad ventrem per vomitionis vehementiam ſucci præter naturam, & obſtruentes humores à locis ubi pertinaciter hærent obſtructi dimoventur, ut hoc pacto Febres diuturnæ & contumaces Autumni tempore, & Arthritides, quæ nulli remediorum generi ceſſerant, expeditiſſimè & miraculi inſtar curatæ reperiantur, quod mihi ſæpiſſimè uſu veniſſe recordor*: quibus verbis ut fidem habeamus ſatis ſuperque docuit Oxyſaccharum emeticum infra deſcriptum *Celeb. Helvetiorum Practico D. D. Jac. Wepfero* multum uſuale, cujus uſu Febres tum intermittentes tum continuas, Arthritidem quin & imminentem ſæpius abegimus: hanc in rem vid, *Miſc. Cur. Dec. I. An. VI. & VII. p.* 220. & *Hoffman. in Not. Poter. p.* 256. & *p.* 434. ubi notanter ait, Arthritidis cauſa ſæpe latet in primis viis, hinc illis expurgatis vel vomitorio vel purgante, anodyna temperata,

perata, ad quæ referri merentur Pilulæ de cynogloſsâ, ſæpius protinus malum propulſant.

Hinc præter *Uſum* peramplum, quem quoque tum ſtanni fuſoribus, tum ſpeculorum metallicorum (quorum ſuperficiem æquat) confectoribus (ceu *Baſilius Valentinus* aſſerit, ſub certa quadam conſtellatione & concurſu Planetarum mixturam metallorum fieri cum ♁io, ex qua ſignaturæ & charactêres fundantur ſingularibus virtutibus prædita, ſpeculaque confici multorum & mirabilium aſpectuum & proprietatum) campanarum, globorum bellicorum ut & typorum typographicorum (ceu quæ ſolidiores & planiores inde fiunt) fuſoribus aliiſque largiter præbet, nil attinet *uſum* ejus *Medicum* pluribus aliis argumentis & experientiis aſſerere, dum ſatis ſuperque notum eſt illud præparatione decenti mitigatum, obſtructiones in anguſtiſſimis venis conſiſtentes removere, ceu & hoc adgnovit *Doct. Medicus Gallus Joh. Chicotius in Epiſt. & Diſſert. Med. p. m.* 343. ubi in *morbis melancholicis* ſeq. *Decoctum* ſummopere laudat: ℞. ♁ *crud. Limat. chalyb. pulv.* 🜿. *ſal. prunell.* (cujus loco ſi ☿us ſumatur & tale decoctum ad ℔*iiß*. affundatur *Fol. Senn. Rhab. Agar. Sem. quatuor calid. maj. ana* ℥*ij*. poſt decent. digeſt. cum *Sacchara Syrupus purgans* egregius obtinebitur) *ana* ℥*j*. Bulliant in *Aq. font.* ℔*vj* per horas 2. hujus Aquæ colatæ detur manè ℔j. & ſi placet *ſantalo* aut *cinamomo* vel *cortice ext. citri* aromatiſetur; Hæc autem præſcribimus, notanter inquit, ut quod occultis itineribus atque anguſtis viis pertingere non valuit, illâ præparatione patentem viam ac tutam inveniat. Quare non mirum hodie eludi oſores remediorum ♁lium, quorum æſtimatores olim plures Medici Pariſienſes vocarunt *Medicinæ ſimias & artis hujus monetam falſam*; Hinc & meritò triumphum obtinuit Medicus Pariſienſis *Renaudot* ſuper Medicos *Perreau & Merlet* (de quo refert *Guy Patin Lettr. Tom. III. p.* 452. quod in duobus morbis acutis uno eodemq; anno eum invadentibus Venam ſibi incidi paſſus ſit 36. vicibus juxta repetitas tutas purgationes ex *Caßiâ & Sennâ* abſque *Stibio, mannâ & ſcammoniatis* evaſeritque octuagenarius) inſignes ♁ii oſores, ceu patet ex titulis librorum contra ♁ium conſcriptorum; Dum enim *Euſebius Renaudot* Stibii æquus æſtimator tractatui *l'Antimoine juſtifié & triomphant* (*juſte titre*, ut timidus ludit *Patin Lettr. T. III. pag.* 609. car pour triompher il falloit en avoir tué pour le moins 6000. auſſi a fait l'Antimoine) præfigeret hæc verba: *Eſt in quibusdam tanta perverſitas ut inventis frugibus glande veſcantur*, frivolè regeſſit *Mallet* his verbis: *Eſt in quibusdam tanta perverſitas ut contemptis medicamentis veneno utantur*; *Perreau* verò hiſce:

Perverſitas eſt tanta quorundam, ut velint
Frugibus repertis glande veſcier tamen,
Sed major eſt perverſitas, ſalubribus
Tot bene repertis, malle virus ſtibii.

Sed larvæ hoc ſunt & vana ſomniantium deliramenta, quibus illuſi trepidant & caligant; Nimirum ♁um etiam adhuc crudum minimè pro veneno habendum, quia ſecurum præbet remedium ad Tabem (cum *Sacchare in rotulis Berolinenſibus*) & *Luem* ♀*am*, imò juxta *Schröderum* & experientiam Principiſſæ cujusdam, ipſam *Epilepſiam* ſanandam, ceu & proſpero cum ſucceſſu indies exhibemus Infantibus pulverem purgantem *D. Bontekoë* ex *antimon. crud. tartar. depur.* & *ſcammonio* confectùm. Valet & ad pinguefacienda bruta; Fallunt enim qui ♁*ium crudum coctum vel maceratum* in ▽â, vel exhibitum in pulvere ſupra & infra purgare ſibi & aliis perſuadent, ut ait *Hoffman. in Not. Poter. p.. m.* 419. Licèt autem præparatum validiſſimum audiat medicamentum, tutum tamen erit, ſi à ſapiente *Medico* & ſub *Hippocratis* cautionibus præſcribatur, ceu quotidiana edocet experientia, adeo ut non vereamur cum ſanioribus ſequentia ex ♁nio laudare *Remedia*, notantes adhuc priùs duo ipſius eſſe genera, *marem* & *fœminam*, quorum *ille* horridior eſt, ſcabrior minusque ponderoſus & minus radians, arenoſiorque; hæc verò nitens, friabilis, fiſſuris non globis dehiſcens, qualiter hoc obſervari poſſit, referente *Encelio*, in monte Fiechtenberg, in quo quatuor illa notabilia flumina oriuntur, Mœnus, Sala, Ægra, Nabus, quorum accolæ non ſaltem ſed & tota Germania imò Europa egregiam ♁ialium dotem ſatis ſuperque experiuntur. Mineram autem ♁nii mirè ſtriatam alibi quoque v. g. in Rhætiâ ad Scamphium reperire licet, imò ipſe Veſuvius illam evomit, ut notavit *Connor Anglus Anno* 1694. dum materiam è mare exceptam malleoque percuſſam ♁io & nitro abundare conſpexit & vino rubro infuſam emeticâ vi pollere in Famulo deprehendit manifeſto indicio vinum regulinis ♁ii particulis rigidisque nitri corpuſculis fuiſſe aculeatum. Vid. *Act. Lipſ. Ann. M. DC. XCVI. p.* 557. *Ferrandus Imperatus in Hiſt. nat. p. m.* 485. ♁um artificiale fiſſile colligi docet ex dictis duabus ſpeciebus nativis, duobus vaſis ſibi invicem obverſis, orificiis obturatis, quorum alterum, nempe ſuperius, vena trita ſit repletum, aerique apertum, alterum vacuum ſub ▽a conſiſtat; ſubſtrato igitur igne fundo vaſis pleni, quod in aperto eſt, ♁ium in vas, quod ſub ▽a eſt, tranſit; conſtat jam, collum ſuperioris cucurbitæ muſco arboreo aliave ſimili materiâ obturandum, quâ ratione gravibus ♁ii ſpiritibus tranſitus patet, fæcibus in proprio vaſe ſubſidentibus. E' Præparatis ſit

I. Vitrum Antimonii; quod fit ex ♁ calcinato fuſo, exhalante fumo corroſivo & ſordibus ∞libus inquinato, unde poſt effunditur in patellam ut concreſcat in lamellas vitreas coloris hyacinthini pellucidi, quatenus nimirum particulæ ♁ii ratione figuræ, ſitus ac magnitudinis ita diſponuntur & modificantur, ut liberum lumini tranſitum permittant, evolutis & ſuſcitatis ignis ope partibus ☿reo-⊖nis, ſpiculis ſuis membranam ventriculi facilè irritantibus; ſic etiam ut in ſubſtantia incautè exhibitum lethalem hyper-

hypercatharſin (nî anodynorum theriacalium,& ſpirituoſorum confortantium intus,extus verò *Aq. Regin. Hung. vel Anhaltinâ* cum *oleo nuciſtæ,menthæ & balſamo Peruviano* mixtis & *ſtomacho* applicatis ſiſtatur) ſæpius induxerit, de quo vid. *Fabr. Hild. Obſ. Cent. IV.* 76. *& Cent. V.* 12. Quare etiam ulterius cum hoc Vitro Alii aliter procedunt & 🜍ur in eò latens extravertunt,prout *Magnus Baſil. Val. & Agricola in Poppium p. m.* 201. pro Lapide Ignis dicto ita inſtruunt: ℞. *Vitri antim. per ſe* ℔ß. ⚹*ci depur. vel florum ejus* ℥iij. miſc. & tere probè, inde cucurbitæ & bene luta, pone in Balneo Vapor. ut ſolvatur in craſſum liquorem, dein pone in arena, & coagula, affundendo poſtea 🜊um quercinum limpidum, quem coloratum decanta, aliumque affunde, idque repete, donec non amplius coloretur; Liquorem hunc conjunctum abſtrahe ad oleitatem, quam in igne arenæ coagula in pulverem flavo rubeum: huic pulveri affunde ⏜ *vini opt.* cui ⏜ ⊖ ⚹*ci* commixtus, & digere per 4. ſeptimanas, poſt inde retortæ & lentè deſtilla (obſervando tamen ut ſal ⚹um cum ⏜ ⊡æ unà exeat) uſque dum guttæ flavæ incipiant ſtillare, muta tum recipientem & ignem fortem ſubminiſtra, ſic ſequetur *Oleum rubrum* inſtar rubini,quod exime & à phlegmate ſepara, Oleum verò in phiola clauſa igne arenæ intra 14. dies coagula inſtar vitri, quam materiam rurſus pone in digeſtione, ut ſolvatur in Oleum,ut prius & denuò coagula, idque aliquoties repete; ſic enim habebis *Oleum fixum* excellens remedium in *Peſte, Febri malignâ, Cancro* (intus & extus) *Gangrænâ, Epilepſiâ, &c.* Quod verò inſuper in eo lateat ſpiritus tingens ritè capiendus, i. e. fixandus probat in defenſionem Particularium *cit. Agricola p. m.* 215. nimirum miſcuit hoc oleum cum ☿ii ſolutione cum ▽Fi, unde præcipitabatur pulvis flavus,qui,abſtractâ ▽Fi, denuo miſcebatur cum oleo & igne arenæ coagulabatur, ♎tum cum ſpongia infra pellendo, donec omne figeretur, quod hinc cupellatum non fumabat, ſed fixum remanebat: *Agricola* hoc videns ſumpſit ☽tum & ♄ fuſiſque injiciebat TRam, & poſtea cupellabat, unde augmentum acceſſit, ſed ut ingreſſus concilietur, laborandum erit, ſic enim lucrum majus erit. Idem *Agricola ad Olei hujus* ℥j. ſumpſit *Olei ☿ii flavi* ℥iij. & intra 4. ſeptimanas coagulabat in Lapidem,qui cum ♀ cupellatus ☉ relinquebat, verùm id majori in copiâ obtinebitur, ſi ingreſſus ei concilietur. Uti verò *cit. loco* reticet ⊖ ♁ii, ita *p.* 295. ait, illud Oleo ♁ii dicto admiſcendum eſſe, & unà fixandum eſſe in Lapidem fixum: Sal autem dictum obtinetur, ſi remanentiæ extractionis cum aceto quercino addatur 🜍 *comm.* & unà reverberentur, & dein cum aceto forti fiat extractio & ⊖ inſpiſſetur: Quantum verò hoc ⊖ fixum poſſit in emendatione metallorum docet inſuper *Kerckringius in Not. Valent. p. m.* 225. quod nimirum ejus ope Oleum ♁ii rubrum craſſum & ponderoſum fixetur digeſtione per 3. menſes: *Oleum* verò hoc ♁ii excellens ita

parabat *Kerckringius*: ℞. *Miner.* ♁*ii* (quæ ſcil. ſubtile 🜍 habet) in ſubtilem pulverem reductæ, q.v. Affunde 🜊 ♁*ii q.ſ.* Digere per 40. dies, tinctum 🜊 decanta idque ſæpius, hoc abſtrahe, & pulveri remanenti affunde 🜄 *vini*, ut color ſanguineus extrahatur, exactionem impone circulatorio, & impone B. M. tam diu digerendum, donec videas TRam ſe ſurſum attollere, & volatilem per alembicum tranſire, tum refrigeſcat, & impone omnem materiam cucurbitæ vitreæ, & 🝪la 🜄um ſecundum artem, & tranſibit rubicundiſſimus per alembicum, ut ſanguis, dein abſtrahe rurſus 🜄 vini, & habebis Oleum pretioſum in morbis pro Inſanabilibus habitis. In præparatione verò cavendum, ne pulvis poſt abſtractionem aceti aduratur. *Acetum* autem ♁*nii* ut ſit parandum, infra docebitur. Cœterum Vitri ♁ii ſimplicis occaſione etiam meritò ceu magni Arcani mentio facienda, Vitri ſcil. ♁ii ☉ris: ℞. ♁ *opt.* ℥*xviij.* ☉ ℥ß. Liquefiant, vel fundantur ſimul in crucibulo, donec *Aurum* ab ♁*io* devoratum vel abſorptum ſit. Hinc protinus effundatur ♁*um*, ne ☉ in Regulum abeat & ſeparetur. Redigatur poſtea in pulverem ſubtilem auratum hoc ♁*um*, & (uti aliàs, in ſimplicis Vitri præparatione faciendum) tribus vicibus probè calcinetur, donec non ampliùs concreſcat, aut in grumos abeat, neque fumum exhalet aut eructet. Peractâ hac calcinatione immittatur protinus crucibulo, ignique fuſorio, ut liquetur, tradatur, ſuperinjiciendo particulam unam atque alteram 🜍*ris*, quò citius nempe purificetur & perſpicuum fiat, rudiculâ ferreâ aliquoties explorando. Hoc habito ſigno effundatur in pelvim cupream, & ſic vitrum rubini inſtar evadet, pro TRa ♁ii extrahenda aptiſſimum. Ex Vitro ſimplici ſit

α *Sapa* ♁*ii Sylvii, ex vitri* ℥*j.* cum *Muſt. alb. rec. vel ſucco pomor. vel pyror. vel cydon.* ℥*xxiv.* digeſtis per 14. dies, poſtea liquorem filtrando per pannum duplicatum evaporandoque ad conſiſt. ſapæ ſeu ſyrupi craſſioris vel etiam pilularum, ſi amplius evaporetur, quarum doſis una piſi magnitudine, Sapæ verò *Doſis gut. iij. ad* ℈*j,* ʒß. *uſque ad* ℥ß. *pro ſubjectorum variâ conſtitutione.* Quando autem remedium ejusmodi ſit exhibendum, docet præprimis *Hipp. Aph. S. IV. 16. & L. III. de Diætâ,* quin & *Quercetan. in Pharmacop. p. m.* 272. nimirum in morbis multùm popularibus & communibus, &c.

β *Emeticum correctum* ♁*nii D. Maëts*: ℞. *Vitr.* ♁*ii hyacinth. per ſe fact.* ℥*vj.* ⦶ *puriſſ.* ℥*ij.* Terantur & calcinentur in Xbulo candente, ut aliàs, maſſam contere & ſubtiliorem cremorem educito cum pluvia tepida & obtinebis benignum vomitivum. *Doſis à gr. v. ad xv. in Infuſ.* quod mitigari poteſt addito *Syr. Violar.* ℥ß. *vel* ℥*j. Ol.* 🜍 *per camp. q. ſ.* ad gratam aciditatem, unde hoc magis figitur 🜍 ♁nii Λle & illius ramoſis & mollibus perticulis acredo ♁ii involvitur, ceu & ad hunc modum ingenioſè *Zvvelferus* ♀ ⦶*tum emeticum purgantem* paravit in *morbis* ♀*reis* utilem; ℞. *Sal.* ♀*ri* ℔*j.* Liquefiat

fiat in Xbulo ſuper igne, cui ſtatim pedetentim injiciantur *Vitri ♁ii ſine additione parati* ℥ij. Et poſtquam liquefacta & benè mixta fuerint, bacillo ferreo ea commovendo, illico effundantur. Hinc maſſa refrigerata teratur, in ▽a ſimplici ſolvatur, filtretur, &, quando exhalavit leniter aquoſitas, ad priſtinam ſalis ſiccitatem reducatur. Cui ſali pedetentim & ſucceſſivè inſtilletur *Spirit.* ⊖*li vel* ♀*ris q.ſ.* donec nulla amplius ebullitio ſeu effervescentia ex affuſione ⏜ûs advertatur. Hoc ſigno apparente, exſiccetur maſſa ſalina ⊖lata, quæ denuo ſolvatur aquâ communi, filtretur & leniter ac ſucceſſivè, dum aquoſitas exhalarit, cryſtalliſetur, uſuique aſſervetur. *Purgabit leniter*, maximè *per inferiora.*

γ *Syrupus emeticus*: ℞. *Succi cydonior. rec.* ℔j. Infunde vaſi vitreo, adde *Vitri ♁ii pulver.* ℥ß. ſtent in loco calido per 3. 4. dies, ſæpius agitando, poſtea lento igne decoquatur, coctaque ſtatim filtrentur: ſucco filtrato addantur *Sacchar. opt.* ℥viij. coquantur rurſus ad ſyrupi conſiſtentiam. *Doſis* in adultis à ʒß. *ad* ʒj. cum *Aquâ cinamomi bugloſſ. vel borrag. aut aliâ*; Tenellis verò Infantibus una, duæ pluresve, pro circumſtantiarum ratione, guttæ ſufficiunt, quas ob ſuavitatem facilè aſſument, & ventriculus à pituitâ & bile æruginosâ, epileptici mali fomite, optimè deplebitur; De Uſu autem Vomitoriorum in *Epilepſiâ* vid. *Faber in Curat. p.* 714. *Zacut. Luſ. L. I. Obſ.* 24. *Sala Cent. II. Cur.* 77. *Trallian. L. I. C.* 15. *Poter. Obſ. Cert. II.* 47. De aliis morbis taceo in quibus emeticum ejusmodi mira præſtat, ut ſunt præſertim longi & indurati, ut *Galenus* loquitur, validam ſcilicet commotionem deſiderantes, qui ejusmodi polychreſto medicamento ſtrenuè profligantur, experientia *Chicotii in Epiſt. Med. p. m.* 77. ubi & in *malignis febribus* mox ab initio, præmiſsâ V. S. ſequentem *Syrupum* ſummopere extollit: ℞. *Vitr. ♁ii* ℥iv. affund. *Succi Limon. ad eminent.* 4. *digitorum*, digere calore lento per dies 4. Tꝛam cum pari *Sacchari* quantitate in *Syrupum* coque, quem à ʒij. *ad* ℥ß. id eſt, quantum cochlear argenteum continet in ptiſanâ aut juſculo dilues: Nullum potentius inveni præſidium, ait, ſeu *comatoſis* aliisque qui mochlico indigent κενολκῶν ſeu *rheumaticis affectibus* ἀνθισπαστικῶν quæras; ſic & in eundem ſcopum loco *ſucci citri cum* ✠ *Syr. emeticus Angl. Salæ* ex Vitri ℥j, additis aromaticis ad nauſeoſum ⊖licum ♁ii obtundendum, nimir. *Cinam, Zedoar. ſem. angel. ſant. rubr. Croci ana* ʒß. *Acet. roſat:* ℥xx. *& Sacch. q.ſ.* paratus *in Diſp. Auguſt.* deſcribitur, qui ad ʒiij. datus, hîc multum in uſu eſt, in *Dolore capitis, Melancholiâ, Febribus,* ab initio *Dyſenteriæ, morbo Hungarico, Aſthmate, Pleuritide, &c.* præſertim in fortibus & facilè vomentibus, præſente ſemper juſculo minus pingui vel hauſtu cereviſiæ calidæ. Cœterùm ad hanc ♁ii calcinationis pro Vitro etiam referenda eſt ♁nii calcinatio, quæ fit cum *C. C. uſto* (cujus loco Pariſienſes *Cretam* aſſumunt, & ♁ fixant) utrisque his lævigatis

atque

atque proportione anaticâ commixtis & △ in crucibulo commiſſis, fuit hæc calx nomine *♁nii ☉aris cum fructibus Calvariæ* in frequenti uſu **Hartmanno**, qui tamen aliquid auri addidit, eoque in dyſenteria epidemica uſus fuit, quo titulo enim ingreditur *Pulverem anti-dyſentericum Michaëlis* cujus deſcriptionem *Hoffmann. Pharm. Schrœd. L. II. C. 77. p.m.* 108. tradit, v. g. ℞. *C. C. cum ♁ uſt. Crot. ♂ adſtr. aa.* ℔ß. *Lap. hæmat. ppt.* ℔j. *Corall. rubr. ppt.* ʒij. *Lact.* ☽ *puriſſ.* ℥iij. M. f. Pulv. add. in *Dyſent. epidem. Hepat. ſerp. ſiccat.* aliquot. Doſ. ℈j. ad ʒß.

II. Crocus Metallorum (ita dictus quia ♁ium ſeu magneſia unde paratur, eſt metallorum radix & primum ens) ſeu Hepar Antimonii fit dum ♁*ii & ⦶tri ana* (ceu inde *Poterius in Pharmacop. p.* 683. *Magneſiam ſaturninam ſemel coctam in balneo ſalis balſamici* vocat, huncque *Crocum* Pilulis ſuis polychreſtis, Cephalicis & Stomachicis ſub hoc nomine immiſcet) in Xbulum candens conjiciuntur, ⦶trumque cum ſulphure ♁ii flammam concipit vehementem, ſic ut per impetum ⦶tri reſeretur ♁ii corpus particulæque ejus terreſtribus involutæ, otioſeque quieſcentes evigilentur quaſi & in actum deducantur: detonatione peracta maſſa edulcoretur, quæ hinc commodè liquori ſpirituoſo affuſo communicat corpuſcula ♀reo-⊖na quæ acrimoniâ ſuâ & vi irritandi ſaburram humorum excrementiorum incidunt, ſpiritus in tumultos cient, ut contenta quævis è ventriculo ejiciantur, ceu miras tales virtutes expertus *Rulandus* ▽*a ſuâ benedictâ* ex remedio hoc per infuſionem paratâ; qui non immeritò cum Ægyptiis, ut de iis *Herodotus* refert, exiſtimavit omnes Languores hominibus contingere ex ciborum ſatietate, prout & *Cicero Epiſt. 62. L. III. ad Attic.* de Cæſare refert vomendi conſuetudinem ipſi fuiſſe. In hoc Croco autem fit Infuſio taliter ℞. *ejus* ℥j. *aq. cardui ben.* ℔ij. *vel iij. Cinam. opt.* ℥ß. macera omnia per biduum aut triduum, dein transcola & uſui reſerva hanc ▽am, quæ jure optimo meretur nuncupari ▽*a benedicta*, inſignes enim & mirandos edit effectus. *De hac ſume* ℥jß. *aut amplius horis matutinis, non eſt ingrati ſaporis, blandè provocat vomitum, & quatuor aut quinque ſedes, evacuando per ſuperiora & inferiora ſimul; quod vix præſtabit aliud remedium.* Nimirum ♁ium fulmen nitri paſſum aliterque modificatum potentius agit quàm ♁ium crudum, quod per ſe datum, vomitum minimè ciet, dum humores corporis noſtri, etſi aliàs magnam vim habeant in eliciendis medicamentorum viribus, impares ſunt ad recludendum ejusmodi corpus craſſum ad effectum ejusmodi præſtandum, quamvis nihilominus aliam præſtare poſſit alterationem, ceu alias ♁*ii* ʒj. cum ♀*ris* ʒß. *lepram porcorum* curat, crocusque Equis ſalutaris ſi cum pabulo iis exhibeatur, de quo præter *Solleyſelium* vid. *Miſc. Cur. Dec. II. An. V.* Cœterùm *externè* quoque Croci metallorum uſus inſignis eſt *ophthalmicus,*

idque

idque ob ⊕lum, ut dictum, admodum △le & penetrans, ceu obhinc ▽ mitæ virtutis, omnis acrimoniæ expers, ad maculas, ſugillationes aliaque oculorum vitia eſt ſequens: ℞. *Aq. roſar.* ℥v. *Croc. metall.* ʒj. Mſ. coquantur & colentur: linteolis tepidè oculis applicetur.

Ex hoc *Croco* (taliter parato, quin & cum ſalibus ♌bus, v. g. *abſynth.* more *Mynſichti*, vel ⊖ ♀ri, ut *ſec. Kerckring. in Curr. triumph.* ♁nii) parantur & habentur paulò mitiora remedia, ut eſt ante omnia

a *Tartarus emeticus Dan. Ludovici, ex Croci metall. & ♀ puriſſ. aa.* in decuplo vel duodecuplo aquæ ſimpl. calidæ per triduum digerendo in loco calido, ſæpius maſſam totam agitando, poſtmodum ad ♀ri quaſi diſſolutionem coctam maſſam calidè per chattam emporeticam filtrando, (ubi tum Crocus in filtro remanens ad regulum ♁ parandum quoq; adhiberi poteſt) liquoremq; filtratum ♀ro diſſoluto imprægnatum ad dimidium exhalando, reliquum in locum frigidum (non gelidum ut ▽ in glaciem mutetur) ſeponendo, ſic intra 24. hor. obtinentur ⊟li haud inelegantes. *Doſis à gr. j. ad iij. cum Crem.* ♀ *aut* ⊖*le lixivioſo abſynt. card. ben.* (v. g. ℞. ♀ *emet. gr. iij. ſal. abſynth. tart. vitriol. ana gr. iv.* M. f. Pulv.) vel etiam ⊖ ✱*co* (v. g. ℞. ♀ *emet. gr. ij.* ⊖ ✱*ci* ℈ß. *Ol.* ♌. *aniſ. gt. j.*) quibus adhuc ſi quæ adeſt violentia in eo, corrigitur & præcipitatur, ut per inferiora magis purget; præprimis autem cremor ♀ri optimum corrigens vel ideo eſt, quod is in bonâ quantitate ſumptus in jure carnium vomitum ſedet, ut maximè probat exemplum ancillæ bibulæ apud *Mayerne in Prax. L. III. C. II. p. m.* 291. quæ ultra ℔j. infuſi croci metallorum hauſit, & moribunda ex ♀*ri* ʒ*iij. vel* ℥ß. aſſumptione mox levata fuit; adeo ut optimè correctio ♁ii ſit per acida; pro ſcopo tali emetico-purgante ſunt quoque ſeq. Pilulæ: ℞. *Extr. panchymag. Croll.* ℈*j. Reſ. jalap. Tart. emet. ana gr. ij.* Cum *elix. P. P.* f. Pil. num. xxx. Talibus quoque Pilulis ex ☿ *dulci* cum *gummatibus & granis aliquot* ♀ *emetici* conſtantibus, juxta *Tinct. Bezoard. Eſſ. ſuccin. anodyn. & ⌇um C. C.* invicem permixtis *dolorem oculi dextri* intenſiſſimum periodicum in *Juvene* feliciter ſanavit *Frider. Hoffman. in Not. Poter. p. m.* 285. Nos commodè eum *Syr. Violar.* immiſcemus.

b *Oxyſaccharum emeticum Dan. Ludovici*: ℞. *Croci metall.* ℈*viij.* ✣ ℥*x.* Infund. per triduum in loco calido, ſæpius agitatus liquor (qui de Croco reverâ quid ſolutum habet) filtretur, eique add. *Sacchar. alb. ana* vitro clauſo in calidâ detinendo ſponte ſaccharum ſolvatur, & ſi lubet tingatur *Eſſ. papav. Rhœad. Doſis* in Adultis *à* ʒ*ij. ad* ℥ß. ʒ*vj.* (reſpondet enim ʒ*j. Croci metall. gr. j.*) Infantibus v. g. trimeſtri *gr.* ij. præterpropter, anniculo *gr.* vij. vel ſimpliciter vel in ▽ *font. vel* ♌. Clyſteres ſæpe etiam ingredi poteſt. De *Viribus* ſuprà.

c *Nitrum* ♁*iatum* ▽*ius vel Lapis prunellæ* ♁*lis*, item *Anodynum minerale* inde quoque habetur, nimirum ex ▽a edulcorationibus illis imprægnata

gnata & evaporata collectum; quale optimum non ſaltem eſt *febrifugum*, ſed & *antictericum* & *lithontripticum*, ſi vel per ſe à ℈ß. ad ℈j. vel mixtum aliis (præcipuè ſi in *aquâ roſarum* cum *ſaccharo* ſolutum detur, vel in cellâ in *Liquorem Nitri fixi* redactum cum *myrrhâ*, *aloë*, *croco*, *mumiâ*, *gummi Guajaci*, *&c.* imprægnetur) propinetur. Hujus ſalis occaſione ad illuſtrationem ſcriptorum *Poterii* notamus contra quoſdam per ⊖ *balſamicum Poterii* nil aliud intelligendum eſſe quàm *Nitrum*, ut hoc ex locis *edit. in octav.* patet, nimirum *Magneſia* ♄*na* ſemel cocta in *ſale balſamico*, ita quoque dicitur *Crocus metallor. p.* 559. *Sal balſamicum* autem eſt *Sal hermaphroditicum p.* 474. *&* 475. cum quo *Sale hermaphroditico* ait ♄ *phil.* eſſe calcinandum, ceu & hoc *Sal balſamicum* ad p. iv. cum *Marcaſitæ* ♄*ni phil.* p. j. miſcet in ♉, -ᴧ-um elicit, & ex reſiduo cum TRam extrahit ♁iatam, quam reſiccatam dein ad ℈ß. dat, vocatque *Antidotum lyſipyreton* p. 717. Et præfatum *Nitrum* clyſteribus ſtimuli loco non infrequenter additur.

d *Sulphur auratum ſeu Diaphoreticum* habetur dum in præparatione Croci hujus lotio prima ſale imprægnata & ♁io -tur cujus ſpicula in poros ♀li ⊕tri, quod 🜍 ♁nii continebat (Salia enim lixivioſa peculiare jus ſibi vendicant in ſulphura mineralium) ſe inſinuantia, id corporeum ac conſpicuum formâ pulveris reddunt, ſed hoc 🜍 *diaphoreticum* ♁*nii* præparavit & in uſum tinxit ſæpius laudatus *Schnorfius* ex ſcoriis Reg. v g. ℞. 🜍*reas ſcorias poſt Regulum* ♁*ii reſtitantes*, coque in *aq. comm.* & filtra. Filtrato injice 🜋 *vini* ſenſim magnam quantitatem & 🜍 præcipitabitur in fundum. Rurſus filtra & filtratum rurſus præcipita, ſicque procede, donec ſubtiliſſimum 🜍 tantùm remaneat ſatisque paucum. Hoc ſublima bis, ter, vel quater, ſemperque reſtabit nigrum quid in fundo. A ſublimato puriſſimo tum abſtrahe ſpiritum aceti & pulverem edulcoratum ſerva ad uſum, qui eſt in *Cachexiâ contumaci*, *Hydrope*, *Aſthmate*, *Hydrope Pectoris ad gr. iij. & v.* interpoſitis *Pilulis ſupra deſcr. diaphoretico-catharcticis* aut *Turbith minerali* aliisque convenientibus remediis. Nimirum hac in re ſequutus eſt *Experientiſſimum Glauberum Chymicum Hollandum*, cujus *Univerſale purgans* etiam fiebat ex ſcoriis regul. ♁ii, adhuc calentibus, ſolutis & præcipitatis ✱ ſic enim totus liquor fit aureus, quo repoſito per aliquot dies, dein filtrato & loto ſicca habebitur ſubſtantia rubicunda, quæ tamen propriè purum 🜍 ♁ii haud eſt, ſed potius calx ♁ii cum 🜍re, purgans ἄνω & κάτω (hincque in pedum vitiis, vertigine, maximè & contra maniam & delirium, morbos acutos ab initio, ipſam peſtem, quin & chronicos affectus expertum remedium, ut variis exemplis probat *Imperat. hiſt. nat. p. m.* 487. *ſeq.*) diaphoreticum verò magis etiam ſi fixatur in Xbulo ignito cum *triplo nitri*. *Doſis* ejus eſt *gran.* vj. doſi, ſuccisâ ſcil. dicente *Fr. Hoffm. in Not. Pot. p. m.* 75. *&* 891. ſi cum aliis aperientibus

tibus miſceatur, auget enim illorum vim, ſalivam movet, & in malignarum exordio cum *pulv bezoar.* oblatum anxietates præcordiales egregiè abſtergit, & in *Intermittentium* contumaciâ mixtum cum *ſalibus* aperitivis potenter obſtructiones harum genetrices reſerando divinam affert opem. Novi Archiatrum feliciſſimum, ait *cit. Auctor,* qui in omnium malignarum initio ♀ ♁nii mitigatum, quod pro *Panaceâ* à *Glaubero* venditatur, refractâ doſi cum pulvere bezoardico exhibet, cujus poſt uſum ſaliva bene fluit, ſubſequitur ſudor & infenſæ præcordiorum anxietates præcaventur. Quoad *Uſum externum* ♀*ris aurati* dicendum, illud adhuc ſolutum nec adhuc præcipitatum in *Lixivio* præbere optimum remedium in *ulceribus exedentibus magnis tibiarum,* ſi *pediluvii* loco indies per horam unam vel alteram uſurpetur, item quod vapor ex eo elicitus, injectione ſilicum ignitorum, per ſellam perforatam utero exceptus, *pertinaciſsimas menſium obſtructiones* ſolvat, uti hoc teſtatur *Michaëlis in Oper. Pract.* & *Agricola in Popp. L.II. p. m.* 133. non immeritò hoc ♀ ex ſcoriis ſeu ipſas ſcorias laudat in *Enematibus* contra *obſtructiones viſcerum coagulatas & ſcirroſas.* Compoſitè magis ♀ ♁*ii de le Boe Sylvius* eleganter ita extraxit: ℞. ♁*ii,* ✳*ci pulveriſ. ana* ℔j. miſc. ac ſublima in cucurbitâ igne aperto, ſic colliges triplices *Flores,* quos tere ac miſce ⊙ cum *floribus,* ac ſublima adhuc ſemel, rurſus miſce *ſulphur* & ⊙ & ſublima tertiâ vice, quod poſtea edulcorari debet aquâ calidâ; nimirum ⊖ ✳*cum* clavis eſt pro recluſione ſulphuris, amboq; hinc per ♎tionem repetitam fixantur, ut in *morbis Chronicis* haud exiguam vim exerere poſſint; Sic & ex *ſcoriis* ♁*ii* ope hujus ✳*ci* & *calcis vivæ* (prout & *Exc. Bohnius in MS. Chym.* Flores ♁ii ſeq. laudat: ℞. ♁*ii* ℔ß. *Calc. vivæ* ℔ij. calcinentur per 12. horas & elixivientur, lixivio inſtilletur ✢ & *flores* ♁*nii elegantiſsimi* ac *crocei coloris* ⚍buntur, *flores cheiri Paracelſi* æmulantes, è quibus cum ♌*tu vini* ☿*riſato* TRa parari poteſt) Liquor △tilis ſulphureus aurei coloris prolicitur in M.S. depurandâ egregius. Perplacet verò *Sulphur* ♁*ii* ope ignei ⊖*is* ☿*ri* cum ♆ prius calcinati & elixiviati rurſusque per evaporationem ſiccati, effuſione aquæ font. prolectum, ex quo *Emplaſtrum* & *Unguentum aureum* paratur: ℞. *Sulph.* ♁*ii q. v.* affund. *Olei lini rec.* ad eminent. aliquot digitor. ut rubeſcat; Hujus ℞. ℔j. ♄ *ſubtiliſſ. trit.* ℔ß. Coque & move diligenter, donec lithargyrium ſit planè liquefactum, quo facto add. *Adip. porcin. vel human. vel anſer. vel butyr.* ℔ß. ⊕ *dulc. ex cupro cum* ♌*tu* ⊖ ✳*ci ſaturato* (deſcript. ſupra *C. IV.*) *fact.* ℥iß. *Ceræ q. ſ.* miſc. f. Emplaſtr. ℞. *Mellis bene deſpumat.* ℥iiij. *ſucc. plantag. maj.* ℥xij. ⊕*li dulc. ex cupro* ℥ij. Coque lentè donec fiat ſpiſſum ut *Unguentum,* tunc adde *Croci optimi triti* ℥ß. Tolle de igne citò & miſce bene *Crocum* ut optimè incorporetur & paratum erit. Et ſi (in illis caſibus in quibus pinguia locum habent) aliquid de *balſamo ſulphuris* ci in-

corporabis, melius erit. Ob balſamicam dulcedinem per quam in *vulneribus* recentibus, periculoſis *ulceribus* & inſanabilibus *tumoribus* tantam exerit virtutem, ut omnibus aliis vulgaribus *Unguentis*, *Balſamicis*, *Oleis*, *Emplaſtris* pudorem incutiat. Cœterùm per ſe abſque alio addito 🜍 ex ♁io paravit *Ryſſelius*, ut eſt in *Diſpenſ. Batei Angl. p.* 830. dum id in Xbulo ſupra ignem fuſum ſufficientem in ▽am effunditur; ſic enim portio major coloris lutoſo-rubicundi ſub nomine ſpecierum majorum ad fundum mergitur mitiores vires exerens, minor verò ſive 🜍 coloris aurantii ſub minorum ſpecierum titulo ſuprema petit. Et talis 🜍 Balſamo 🜔ū feliciter quoq; ſanavit *Kerckring*.

e *Bezoardicum minerale*, ob vim alexipharmacam diaphoreticam & cordialem ipſi Lapidi *Bezoar* præferendum ita dictum variis modis parari ſolet, & primò quidem ex *Croco*, v. g. ℞. *Croci metallorum* ℥ij. Pone in cucurbita, ſuperaffunde 🜅ûs *nitri* ℥xij. & abſtrahe in ∴ ad ſiccitatem, ac reaffunde adhuc ſemel & deſtilla, tandem in Xbulo igniatur, uſque dum fumus ceſſat & ſulphur emeticum exhalarit 🜔 næque relictæ particulæ combinatæ ſint. *Uſus* alexipharmacus in *febribus malignis*, *peſte*, *in* ▽*â ulmar. carduiben.* vel per ſe vel cum aliis mixtum (v. g. ℞. *Bezoard. min. Ocul. cancr. Matr. perl. ana* ʒij. *Nitri ppt*. ʒj. *Camphor. gr.* xij. *Theriac. cœleſt. gr.* viij. M. f. Pulv. alexipharm. Doſ. ʒß.) item contra *Venena* aſſumpta, ceu refert *Roſencreutzer in Aſtron. Infer. p. m.* 40. Nobilem hydropicum, qui ſibi perſuadebat ſe ex fonte venenati quid in Hungaria bibiſſe, eo aſſumpto ſex parvas araneas per urinam excreviſſe. Cùm enim accuratiori ſubtilioriqúe, in quo omne violentum prorſus ſulphur & 🜔 ſtimulans amiſit, confectum ſit artificio, tutioris quoque ac delicatioris ſit virtutis uſusque neceſſe eſt: adeo ut ſine ullius incommodi metu ægrorum expleat deſiderium & per jucundam potius inſenſilemque tranſpirationem quàm per ſubitam largi ſudoris expulſionem lentè modeſteque operando in plurimis morbis à ſanguinis impuritate & glandularum obſtructionibus, præſertim in *febribus cujusvis generis*, certum ſecurumque ſit remedium. Cœterùm haud immeritò notat *Ludovicus in Pharmac. p. m.* 326. elegantius obtineri Bezoardicum. ſi ſulphur ♁ii ⊙tum præcedens ſimili ſextupli 🜅ûs Nitri abſtractione in pulverem albiſſimum fixetur, quamvis aliàs candidior Pulvis modo ſupra dicto habeatur, ſi ſub finem materia elutriata ſuper fornacem excalefactam potiùs quàm in arena exiccetur. Omnium optimè etiam paratur ex *butyro* ♁*li*, cui ſuperaffunditur 🜅*ûs* ⦶*tri rectificatiſſimi q. ſ.* ac ab eodem abſtrahitur, uſque dum 🜅us alembicum tranſeat, cum eadem acredine quâ ei affuſus eſt, ita enim fit, ut butyrum illud Pulveris inſtar in fundo maneat fixiſſimum, quod igne multoties fit, aquaque dulci abluitur; Cujus dantur *gran. vj. vel x. in Emulſ. ex* 4. *ſem. frig. in Lue* ♀*reâ*. Ex eodem fundamento *Auguſtani* optimè parant

hodie

hodie *Bezoard. minerale ex* ☿ *vit.* ℥vj. & *ex* ⦶ *depur.* ℔iß. calcinando & dulcorando ut ♁*nium diaphor.* ſec. modum in *Ephem. Dec. I. Ann. III. Obſerv.* 72. *Bezoardicum minerale compoſitum* habetur additione ☉, ☽. ♃ *&c.* nimirum ℞. *Butyr.* ♁*ii* -^-*u Nitri ſoluti q.v.* add. ☉ *puriſſ. in* ▽R (vel -^-u Nitri proprio ⊖le impraegnati) vel ☽ *in* ▽F *ſol.* miſc. ∫\ tur & abſtrahantur ſpiritus ternâ vice; pòſt in Xbulo ad 6. horar. ſpatium figantur & calcinentur ad flavum vel ſi ☽ mixtum ſit, nigricantem colorem: Irrigetur Spir. Vini, in cochleari exili ferreo parum ſuper carbonibus detineatur, quamprimum purprua apparet, removeatur; ſi color non reſpondet voto, aliorum additione procuretur. *Uſus* magnus & creber eſſe debet horum remediorum in *febribus malignis*, aliiſque *cordis infirmitatibus*: *Hartmannus* verò ne ☉ reducatur, non immeritò expetit; quare me judice denuo nova butyri additio jubenda eſt, quia eſt regulus ♁ii in liquamen redactus & ☿ vitæ abit in vitrum per ſe in Xbulo calcinatus, his verò ☉ verè præparatur, ſolvitur & calcinatur.

III. Antimonium Diaphoreticum ex ♁ hocce cum triplo Nitri, modo notiſſimo meliùs quàm ter repetitâ detonatione (in 𝔉tâ tubulatâ ſi fiat, adjuncto recipiente, habetur unà clyſſus ♁lis) in qua nihilominus ad latera tigilli aliquantilli flores nauſeæ & vomitûs auctores ſubſiſtunt, paratur, ceu accuratiſſimæ ſunt *Annotationes Excell. Wedelii Dec. I. Ann. III. Ephemer. Curioſ. Obſ. LXXI. & Pharm. Lib. I. p.* 51. nimirum ſic fit, ut principia ♁ii activa in libertatem vindicentur & clauſtris ſuis extricentur in auraſque pellantur, relicta Calce ♁ii ▽â: Quia verò vix communior datur præparatio chymica, quàm ♁ii diaphoretici, ejus exactam elaborationem hanc ſiſtimus: ℞. ♁*ii opt.* ℔ß. *Nitri opt. depurati & exiccati* ℔iß. *vel* ℔ij. Contundantur ſimul in mortario magno calido, & demum injectò carbone candente aliiſque non candentibus accendantur & ſpatulâ ferreâ agitentur, donec omnino deflagraverint. Cave tamen à fumo, & fiat hæc detonatio ſub dio. Tum affunde ▽am calidam q. v. Carbones ſupernatantes ſepara & ſcorias impalpabiles, reliquum filtra per chartam, donec aqua omnino dulcis tranſeat & omne nitrum abſtractum ſit; tum Pulverem in filtro remanentem album calore leni exicca & ſerva. *Doſis* ad pellendum *ſudorem à vij. ad x. xv. gr.* vel etiam ℈j. per ſe aut mixtum aliis, ut mox patebit. Quod ſi verò aërem ob ſenium hic Pulvis rurſus contrahat, ac inde iterùm adquirat vim vomitoriam; tum rurſus aut in Xbulo igniatur aut Nitro ſimpl. detonetur & elutrietur. Notandum hoc ♁*um diaphoret.* aliaſque & ſimiles metallorum calces transmutari in metalla fuſione ſive impoſitione calcis, mediante Xbulo, in △m, quo corpora ſejuncta iterùm conjunguntur & uniuntur, regulusque additis alcalibus denuò reducitur, ceu præſertim cum *Ceruſſâ* ♁*niali* hoc tentavit & demonſtravit *Joh. Gottofr. Becherus Pharmacopœus Hafnienſis.*

 Quòd

Quod ſi quis autem ♁*ium diaphoreticum* ſubtilius expectat, ſub nomine *Magiſterii* ♁*ii diaphoretici* illud obtineri poterit ex ♁*io diaphoretico edulcorato* in ▽*â ſimplici* cocto, per filtrum trajecto, & poſtea 🜈 🜿to, cujus vis præ vulgari ♁*io diaphoretico* longè efficacior cenſetur & *Exc. D. D. Scretæ Scaphuſ. Chymico ingenioſiſſimo* frequentiſſimi erat uſûs.

Uſus hujus ſi ullius medicamenti polychreſtus eſt; reſiſtit corruptioni, mundificat *ſanguinem*, conducit adversùs *obſtructiones*, licèt inveteratas, *hepatis, lienis, glandularum meſenterii*, aliarumque internarum partium, *retentionem menſium, cachexiam virginum, ſuffocationem hyſtericam, hydropem*, (in quo ♁ium fixatum lapides bezahar & contrayervam multis ſuperare paraſangis refert *Mayerne in Prax. p. 386.*) *melancholiam hypochondriacam, luem* ♁*eam, Ulcera interna & externa, ſcabiem*: præprimis confert in *febribus malignis, exanthematibus & variolis*, rumpit *interna apoſtemata*, ſed paulatim operationes ſuas perficit: ſudores pellit inprimis, ſerumque & lympham ſuperfluam diſcutit. Inſigne eſt ad *febres cujuſcunque generis* cum C. C. *phil. ppt. & Bezoard. minerali*, vel etiam ſolum exhibitum; Quoties, quærit *Chicotius in Epiſt. p. 72.* ubi ♁ii vires exquirit, diaphoretico hocce imminentes intermittentium *febrium* paroxyſmos, eluſis vulgarium remediorum auxiliis, planè ſuſtulimus? an ſpiritus aliquis febrilem ignem exuſcitet & quaſi ex compacto redeunte paroxyſmo velut flabello accendit, quem ut & μιασμὸς σπηδονώδης ſtibii vis diaphoretica diſcutit? an humores & ſpiritus dum ad febrilem inſultum ſe accingunt, ſtipticâ & narcoticâ ſuâ vi arctè coërcens, figit ac ſiſtit? in eo quamvis inſipidæ terræ ſimili remanet tamen intimis abdita receſſibus vis potens ☿rii (nimirum non eſt merum terreum ſed continet in ſe partes metallicas cum ☿ialibus quibusdam in ſe invicem amalgamatas, uti ejus reductio in regulum & ex hoc vera ☿rii reſuſcitatio docet, unde non ſaltem abſorbet, ſed & diſſolvit & attenuat præſertim in *Febribus & Pleuritide*) quæ nec illâ præparatione planè effœta emoritur, ſed ſopita & deliteſcens internorum ⊖ium ope à calore nativo excitatur, inſitum tandem ſibi munus expletura; Et ob hanc vim diſcutientem etiam valet ad *tumores flatulentos*, puerorum præcipuè, quorum torminibus facillimè medetur, prout ut *externè* diſcutit in *Emplaſtris*, v. g. ℞. *Empl. de melilot.* ℥ß. ♁ *diaphor.* ʒj. malax cum *Ol.* ♌. *cumini*, extendatur ſuper alutam, in *Pleuritide*. In variis affectibus id eleganter aliis combinavit *Jünkenius*, ut in *Arthritide vagâ & fixa*: ℞. ♁ *diaph. edulc.* ℈j. *Ocul.* ♋. *Oſſ. ſep. ana* ℈ß. ⊖ △ ⊡æ *gr. viij.* 🜚 ♁*ii gr. vj. Laud. opiat. gr.* ß. *Aq. fœnic.* ℥iij. ♌ ✳*ci gt. xv.* M. pro Doſi: quales pulveres abſorbentes multum in his malis extollit *Heinſius in Tract. de Podagrâ*, miſſis tamen △ibus, ut materiam arthriticam magis ſubtiliantibus & in artus expellentibus; Vid. *Cauſapè* Gallus in *Tr. de Febr.* In *Eryſipelate*,

℞. *Antim.*

℞. *Antim. diaph. edulc.* ℈j. ♁ ♁*ii* ℈ß. *Aq. fl. ſamb.* ℥iij. *Tinct. bezoard. gut.* xxx. *anodyn. gut.* vj. M. In *Cachexiâ Virginum*: ℞. ♁ *diaph.* ℈j. *Ocul. cancr. præpar. Succin. præpar. ana* ℈ß. ♁ *nat. vel* ♁*ii gr. viij. Cinam. opt. gr. vj.* ⊖ ⊡*æ* △*lis gr. vij. Aq. fœnic.* ℥iij. *Tinct. ſuccin. gut.* xv. M. pro doſi. Sic fit Pulvis ſudoriferus antifebrilis *Frid. Hofmanni*: ℞. ♁ *diaphor. Conch. ppt.* C. C. *uſt. ana* ʒij. ⊖ *abſynth. Arcan. duplic. ana* ʒiß. *Laud. opiat. gr. iij. Ol. caryophyll. gt. iv.* M. f. Pulv. Ingreditur etiam *Pulveres traumaticos* internè cum *Lact.* ☽, *Ocul.* ♋. *Corall. rubr. &c.* ceu ♁ *diaphoret.* valere optimè in *ulceribus circa articulos* comperit *Mich. Döringius in Epiſt. Sennert. p. m.* 685. ubi & refert ſe comperiſſe, idem quoque maturè prodeſſe in *Phthiſi* aliisque caſibus, quando lymphæ & ſanguinis ſtagnatio citò expedienda, acidumque corroſivum domandum: Ultimò addere lubet *Pulverem diaphoreticum Verzaſchæ*, cujus deſcriptio ex *ejus MScr.* hæc eſt: ℞. ♁ *diaph.* ʒijß. *bezoard. miner.* ʒiß. *Corall. rubr. præpar.* ʒj. *Margarit. præpar.* ʒß. C. C. *philoſ. ppt.* ʒiß. *Lap. bezoard. gr. xv. Raſur. eboris* ʒj. f. *Pulv.* Doſis à gr. v. ℈ß. ad ʒß. Eſt medicamentum tutum in *affectibus* tam *malignis* quàm aliis ſudorem indicantibus *ſummè calidis*, in quibus tutò calidiora alexipharmaca ut *Theriaca, &c.* exhiberi non poſſunt, cum primis in *peſte* exhiberi cum *Theriac.* ℈j. vel *cum terra ſigillata* poteſt, vel ſine his ſimpliciter in *febre cephalico-Hungarica, petechiali, variolis, morbillis, lue* ♀. *elephantiaſi, aſcite, Tumoribus particularibus aliis brachiorum, pedum, femorum, maxillarum, ſcapularum, eryſipelate, deſtillationibus prædicta membra obſidentibus*, imò in omnibus *vitiis* p. n. quæ per ſudorem diſcuſſionem & medelam requirunt, præſertim ſi V. S. ubi opus, præmittatur, v. g. in *Variolis*, ubi adeſt inquieta jactatio, tuſſis moleſta, ſpiratio difficilis, faucium dolor, deglutiendi difficultas, dolor atrox, delirium, &c. Hac arte, ait candidè *Doct. Chicotius in Diſſert. de Morbill. p. m.* 179. Invictiſſimus ac ſemper Auguſtus Rex *Ludovicus XIV.* annum ætatis agens duodecimum à tanto morbo liberatus eſt, huic quater miſſus eſt ſanguis, ſcilicet ante variolarum eruptionem, in ipsâ eruptione & poſt eruptionem, exaſperatâ febre eryſipelatoſo in dorſo apparente tumore: nimirum natura quoque parte oneris levata, expeditior inſurgit adversùs reliquias materiæ morbificæ. Nec reticendus *Pulvis diaphoreticus Cnöphelii ex* ♁ *diaphor. & flor. ſulphur. ana* ʒxij. *bacc. laur. vel pulv. viper.* ʒvj. paratus, quem ſubinde *aliquot granis Laud. opiati* commiſcuit & in ſanguine purificando in *Lue ven. Scabie, Pleuritide, Febribus malignis & intermittentibus* multum extollit. Neque verò ſaltem pro ſcopo ſudorifero ♁*um diaphoreticum* exhibetur, ſed & pro ſtimulo purgantium, maximè ſi non penitus ſit edulcoratum; ſic namque *Eckardus* vel potius *Etnerus in ungetreuen* Apothecker ſeq. purgantia præ aliis laudat, immixto ſemper ♁*io diaphoretico*: ℞. *Scammon. ext. gr. xx.* pulveriſ. affund. *Aq. borrag. vel meliſſ.* ℥iß.

paulatim

paulatim extrahe Lac ad remanent. pauc. fecum, add. *Aq. cinam.* ʒij. ☿ *dulc. opt. gr. iiij.* ♁ *diaph. gr. iiij.* crem. ♀*ri gr. vj. ſyr. roſat. ſol. vel fl. perſ.* ʒij. miſc. f. Pulv. Vel ℞. ♁ *diaph. rec. deton. cryſt.* ♀ *ana* ℈ß. *ſcamm. opt. gr. ij. Elæoſacch. aniſi gr. iiij.* miſc. f. Pulv. digeſt. ſumend. 2. horis ante cœnam, manè verò ℞. *Scamm. opt. gran. xv. cryſt.* ♀ *gran. x.* ♁ *diaph. gr. v. Elæoſacch. aniſ. gr. iiii.* M. f. Pulv. adde ☿ *dulc. gr. v.* nimir. & huic optimè miſcetur in Trochiſcis Hermeticis ita hîc uſualibus: ℞. ☿ *dulc. opt.* ℥ß. *Scammon. depur. gr.* XLviij. ♁ *diaphoret.* ℈ij. *ſulph.* ♁ *aur. gran. x. Corallin.* ℈j. *Cinam. gr.* xviij. *Sacch.* ℥ß. *cum conſ. roſ.* f. Troch. Laudatus *Cnöphelius* ♁ium diaphoreticum ☉re reddidit, calcinando denuo ♁ diaph. ℥ij. cum Calcis ☉ (ex linteis ex ☉ in ▽R ſolutis madefactis & denuo ſiccatis calcinatisque, quibus aliàs ☽ affrictione deauratur, parati) ʒj. & ☽ albiſſ. ℥viij. ac edulcorando ſiccandoque, qualiter remedium optimum ad *febres malignas aliaq; mala* obtinetur, qualeque cum ▽ *ſigill. C. C. phil. ppt.* ▽ *ſig. Unicorn. foſſ. & rad. contrayerv.* mixtum, *rutâq;* tinctum cum *mucilag. gumm. tragac.* Lapidem præbet ipſe Bezoar orient. viribus non cedentem.

IV. Regulus Antimonii velut nucleus & quinta eſſentia ♁nii eſt; Quid ejus nomen ſibi velit, explanat *Lang. in Not. ad Fabr. p. m.* 139; Nimirum dignitatem & ſingularem præſtantiam termino hoc technico innuunt Spagyrici magiſterii Antiſtites, ita ut per Regulum hîc indigitare videantur illud quod à Rege proximum & quod regalium virtutum coronâ peculiariter eſt adornatum. Itaque hinc conjicere poterimus, quòd quum Aurum metallorum omnium Rex vócitari mereatur ac ſoleat, tanquam omnium perfectiſſimum pretioſiſſimumq;, Antimonium verò flores ſeu ſperma auri confertim continere, imò nil aliud eſſe quàm immaturum aurum ſeu excellentiſſimam auri mineram (in aurifodinis enim optimum perpetim inveniri antimonium ſolet & vice versâ) aſſeratur, imò aurum minus coruſcans inſuper ab ♁io, ſi cum eodem vel ſaltem fundatur, ſplendidiſſimè fulvam atque mirum quantum exaltatam nanciſcatur TRam, adpoſitè omnino metallum ex ♁nio confectum regali titulo honoretur, ac Regulus quàm rectiſſimè præ cœteris mineralibus fuſis cunctis ſalutetur. Inde nimirum eſt quod hoc ♁ *Riplæo* dicatur *Leo viridis, Flamello Draco Babylonicus, Bernhardo cuſtos portenarius*, aliis *Luna noſtra, Lunaria, Saturnia vegetabilis* (apud Agricolam ruſticos ſub ♄no militare dicitur ex Aſtrologicis) *Arſenicum* quia dealbat ☉ uti ♂cum ♀rem, aliisque pluribus indigitetur nominibus, quia unica artis clavis eſt, magnesque auri primaque materia Lapidis, ut loquitur *Baſilius in Clav. V. p. m.* 34. & ex hac materiâ facili ſed paucis noto manipulationis artificio extrahitur ignis congenitus ſalinus, ait quidam apud *Beccher.* Glückhaf. *p.* 409. Nimirum *Borrichio de Herm. Chem. Sap. p.* 305. referente,

Loca-

Locatellus non improvidè addidit ☉ *puriſſimi* ℥j. *Reguli* ♁*ii ppt. aliquot unciis* (quo plures & pluries hoc rectius) & ſubitâ fuſione (ne deſcenderet nimis ☉) interque fluendum agitatione permiſcuit, miſturæque mox effuſæ & in pollinem accuratiſſimè tenuem longo tritu comminutæ menſtrua alia atque alia ſed benigna & innocentia affudit, quo pacto nobile medicamentum ex diſcerptis ita auri particulis elicuit. Hinc ex auri ope ♁ii mundatione quærit *Cnöfelius Ap. An. VII. Dec. I. Ephem. Germ. p.* 87. Quid ſi ſanitas noſtra puriſſimi & ſequeſtrati Reguli ☉ris, morbus verò earundem ſcoriarum cum ſua cauſa morbifica icon ſit? An non par curandi ratio obtinebit?

Eſt autem Regulus ♁ vel ſimplex vel compoſitus:

A *Simplex* fit ex ⊕ & ♀ro calcinatis, addito ♁nio, per detonationem cum brevi ſubitaque liquatione, dum ♌ca dicta aut etiam, modo Zwelferiano, ♌li carbonum (quamvis hoc jam ſaturatum videatur 🜍re proprii corporis) abſorbent 🜍 ♁ii & ☿le cum portione 🜄æ teneriori ſinunt coire, ſeparaturque 🜍 corroſivum combuſtibile & ſuperfluum 🜄æ ♁ii inque ſcorias (unde lixivium paratum externum emmenagogum inſigne in ſuffitu præbet) denſas unà abeunt, quod dum fit, particulæ graviores à partibus ſuperficiei extimæ tendunt ad centrum gravitatis, deſcribuntque lineas rectas repræſentantes radios (idq; non ſaltem ☉ in ♌, ☽â creſcente, unde quidam ſtellam derivant, ſed quovis tempore, modo ♁ bonum) ſplendentes. *Maëts* pro Regulo parando ſumit ♁ & ♀ *ana* pulv. & Xbulo candenti indit, dein foveam maſſæ imprimit & ſucceſſivè injicit parum Nitri, ſicque inflamatur maſſa & ad fuſionem diſponitur, indeque funditur in Conum, &c. *Margrafius* ait, Chymici multa arcana in hoc Regulo quærunt, utunturque eo pro augmentando ☉le & ☽â, pro coagulando ☿io, (nim. *regulo* ♁*nii* induratur ♄, hujus *p.* xij. ad ejus *p.* j. ſum.) aliisque inde concinnandis; Eſt enim in totaum pulveriſabilis & △lis, adeo ut demum in fumum exhalet, ſi ſæpius fundatur: ſed miſſo Reguli uſu alchymico, quoad *Medicum* dicimus quòd *Regulus* hic liquefactus adhuc ſi infundatur in formam aliquam globulorum pro magnitudine quam quis velit & cum lima dehinc reductus ad rotunditatem, *Globulos* præbeat in *Iliaca paſſione* ad fæces exturbandas convenientes. *Libavius in Syntagm. Alchym. L. XVII. cap.* 21. ex hoc regulo pulveriſato in Xbulo Vitrum calcinatione per menſem integrum inſtitutâ paravit, ita ut primâ parte primus ignis gradus obſervetur, ſecundus ſecundâ & ita deinceps; ultimò toto menſe in vitrariâ aut calcariâ fornace reverberavit, ut omnino figatur. *Uſus* ad TRæ extractionem cum ſpir. vini ad modum Tincturarum, quæ Eſſentia cùm circulata ter fuerit cum eodem *ſpir. vini* & ſeparata per ♌lationem uſque ad oleoſitatem dicitur eſſe catholicum corporis ſpirituali modo purgativum ſi detur cum Vino indies. Nos cùm Vitrum fa-

ceremus, ait *loc. cit.* obiter globulos argenteos collegimus ex illo, qui fracti in medio radiati erant. *Baſilius Valentinus* Regulo ejusmodi minutim trito & vitro impoſito ſuperinfundere jubet *Oleum Juniperi* vel *Spiritum Terebinthinæ*, ut tingantur colore rubro inſtar ſanguinis, & pòſt rectificetur. *Doſis* hujus *Balſami* intus eſt ad *gut.* iij. vel iiij. cum *Vino calido*, ter in hebdomade, eumque dicit eſſe pneumonicum, depellere *tuſſim & aſthma*, etiam conducere *vertigine*, *pleuritide & tuſſi* diuturnâ laborantibus. Præprimis verò perplacet quòd *Kerckringius in Comment. ſuper proceſſum antecedentem Baſilianum in Curru Triumph. p. m.* 234. loco 🜔ium prædictorum pro fuſione ♁ jubeat ſumere 🜔 🜕ri, taliter namque addito 🜔le com̃. paratur Regulus Antimonii Medicinalis ab *illuſtri Boyle in Tr. de ſimpl. Medic. Uſu p. m.* 41. deſcriptus, quiq; etiam multum in uſu fuit *Clar. D. D. Maëts Chym. Lugd. Batav.* acutiſſimo, & *Exper. D. D. Cran. Archiatro quondam Brandenburgico*, ac *Lilium Paracelſi* etiam intitulatur, ceu in quo Regulus ♁ii aliàs ſummè emeticus optimè cicuratur & convertitur in medicamentum diaphoreticum; Ejus elaboratio ſequens eſt: ℞. *♁nii crud.* ℥v. *Salis 🜕ri* ℥j. *communis* ℥iiij. (*Hoffmann. in Not. Poter. p.* 560. ſumit *♁ii* ℥*viij. Sal. tart.* ℥j. *Sal. comm.* ℥*vj.*) Terantur in pulverem tenuem & exactè miſc. fundantur in Xbulo forti, donec ♁ cum 🜔bus inſtar ▽æ fuſum ſteterit, quod probè notandum, & per $\frac{1}{4}$. horæ in fluore contineto, poſtmodum effundatur in conum fuſorium calentem, ita enim in ſuperiori parte coni hærebunt *ſcoriæ* (quas ſi coxeris in aquâ pluviâ acquires lixivium ad ſcabiem & *ulcera maligna* abluenda & perſananda) in infimâ verò *Regulus* inſtar ferri politi ſplendidus, quem à ſcoriis ſepara & edulcoratum à ſalſugine, ſufficiente aquæ communis elotione, uſui ſerva. Hic Regulus debet eſſe valde compactus, non poroſus, quique in pulverem ſubtilem tritus referre debet colorem obſcurè purpureo-rubrum, eſtque is idem, de quo *Vigani in Medull. Chym. p. m.* 48. loquitur, inquiens: Ex nitro tartaro, ſale communi & ♁io regulus quidam conficitur, ex cujus ſeparatâ ſcoria & diſſolutâ in fortiſſimo lixivio calcis vivæ, ſæpe agitando, nobiliſſimum ſulphur ♁nii acquiritur miſcendo quoddam mihi familiare cum lixivio, qui levis pulvis antimoniatus eſt odoris gratiſſimi & ſaporis non ingrati, febres ardentes unicâ doſi vid. ℈j. ſæpiſſimè profligans, ſudorem urinamque movendo, archeum furioſum pacificando, præterea in doloribus Gallicis eſt ſummè proficuum: Nimirum fit in operationibus hiſce ut corroſivum quod eſt in ♁io per Ωli 🜕 infringatur, per 🜔 verò commune (quod ſic in alcali convertitur, ceu quoque uſtione in limum vel ▽am puram abit) activitas 🜔lis & 🜍ris △lis figatur, ſicque conſerventur principia ♁ activa nec in auras pellantur, ut in aliis ♁ii calcinatis contingit. Curioſum eſt, ait notanter *cit. Hoffmann. in Not. Poter. p.* 141. ſal commune vel

etiam

etiam gemmæ fuſum cum ♁io, ipſi communicare vim ſudoriferam illudque exuere omni draſticâ emeticâ virtute; quòd ſi autem idem medicamentum cum ⊖is ♀ri quantitate ſufficiente denuo tractetur & in igne fundatur, reſurgit priſtina vis emetica, adeò ut inde pateat operationem & vim medicamentorum à mechaniſmo vel materiæ variâ figuratione & conſtructione dependere. Sic verò habetur Univerſale ſudoriferum ♁ii idque tutiſſimum, longè excellentius ♁nio diaphor. *Doſis* ejus à gr. viij. ad xxx. admixtis, ut eò citius operetur, *cardiacis* & *ſudoriferis* vegetabilibus, *Croco*, ⊖ *carduiben. Diaſcord. Fracaſt. Conſ. de hyacintho*: ſic in *Hydrope* cum croco ♂tis mixtus, Sale adjecto abſynthii, medicamentum præbet excellentiſſimum juxta *cit. Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 141. ſic in *Febribus immittentibus* expertiſſ. ſeq. ℞. *Cort. Peruv.* ℈*iv. Regul.* ♁ *medicin.* ʒß. *cum Theriac. q. ſ.* F. Bolus, cujus dimidium detur ante paroxyſmum, reliquum in paroxyſmo: cum *ſale fumariæ* mixtus curat *Tertianam*: cum ⊖*e* ✳*co* depurato *Quartanam*: ſi cum *cremore cinnabaris nativæ* miſceatur & febre vulneraria ſymptomaticâ laboranti exhibeatur, de felici eventu non erit dubitandum; ſolus exhibitus hic pulvis *ſcabiem* & reliquas ſanguinis impuritates ſanat; contra *epilepſiam* uſu præcipuè Belgarum valet, nec ſpernendus contra *convulſiones* cujuſcunque generis; Operatur enim abſque vomitu & purgatione. In *hydrope* commodiſſimè miſcetur cum limat. ♂; In *Scorbuto* cum arcano duplicato; Initio *febrium malignarum, variolarum & dyſenteriæ* cum bezoardicis terreis, refracta doſi, datus lenem ſalivationem cum diaphoreſi procurando, anxietates præcordiorum, mucum viarum primarum diſſolvendo, egregiè diſſipat; In didiſpoſitis facile *vomitum* ciet, niſi refractâ doſi & bene edulcoratus exhibeatur & non tam cum ſalibus quàm terreis abſorbentibus.

Ex Regulo ♁ communi fit quoque

x *Ceruſſa* ♁*lis, Crügero Materia perlata* ob nobilitatem dicta, nim. ex *reguli* ♁*ii ſtellati* ℔j. ⦶ *puriſſ.* ℔*iij.* redactis in pulverem ſubtilem, quæ poſtea commixta detonantur, ac edulcorantur, & poſt exiccationem ſervantur. *Uſus* ejus, ut aliorum calcium ♁lium, maximè in *ulceribus* internis. v. g. *Phthiſi*, ceu utiliter ordinavit *Morton in Phthiſiolog. L. II. C. II. p. m.* 45. ℞. *Milleped. ppt.* ʒ*ij. Ceruſſ.* ♁. ʒ*j. Terebinth. in* ▽*â plantag. lot. q. ſ.* M. f. *Pilulæ mediocres, pulvere glycyrrhiz. involvendæ*, è quibus capiat tres, ter die, horis medicis, ſuperbibendo ℔ß. *Decocti ſarſæ & chinæ*, & cavendo ab aprico aëre: eſt ſcilicet medicamentum, juxta *Frid. Hofm. Patr. in Clav. Schröd. p. m.* 309. quod omnia lignorum decocta & magiſtrales potiones ſuperat, & de quo non veretur aſſerere, ſe in curatione *ulcerum inveteratorum deploratorum* quaſi, quæ aliàs ob nimiam ſeroſitatem curari nequeunt, ut & *Scabie contumaciſſimâ*, *Variolis*, *Morbillis*, felicem hujus energiam ſæpius expertum fuiſſe: Atque hæc *Ceruſ-*

ſa ſeu *Pulvis ♁ii albus Baſilio*, teſte *Arn. Kernero in Tetr. Chym. Sect. IV.* ob colorem candidiſſimum dicta, etiam à quibusdam tum ob virtutem diaphoreticam cordialemque tum præſertim ob pretioſius lucrum inde aucupandum Materia perlata vocata fuit, non niſi ænigmaticè prius deſcripta, cujus tamen larva detecta ſiſtitur à *Dan. Prottenio in Act. Hafn. Vol. III. & IV. p.m.* 47. nimirum ter calcinatur ex *Regul.* ♁ ♂ ter purificati *p.* iij. & ⦶ *puriſſ. p. iiij.* ut aliàs ♁ *diaph.* parabatur. *Uſus* verò hujus non ſaltem in rumpendis abſceſſibus & apoſtematibus internis ſed & mundificando ſanguinem, edomandis ſalibus acribus venenatis in *febribus malignis, petechialibus, peſtilentialibus, Anginâ, Pleuritide, Catarrho, Epilepſiâ, malo Venereo, Hydrope, Scorbuto, &c.* præſertim ſi ejus ʒj. cum *ſal. volat. C. C.* ℈ß. maritetur. Et quia juxta *cit. Prottenium* præſertim obſtructos viſcerum, meſenterii præprimis meatus reſerat, utiliſſimè miſcetur purgantibus in *Pulvere Cornachino* & ſeq. *Prottenii*: ℞. *Crem. tart.* ʒj. *Ceruſſ.* ♁. ℈j. *Digrid.* ♁ ℈ß. M. pro 2. doſ. Extus verò coſmeticum eſt, etiam *fiſſuras* ſanans.

β. Flores Antimonii non ſaltem è regulo ſed & crudo ♁ per 🝞ationem habentur, ut nimirum ſunt

a *Simplices*, quales exurgunt, tum ex

א *Antimonio crudo*, ſi hoc cum arena miſceatur, ut discontinuetur & impediatur ejus fluxus in Xbulo vel alio vaſe terreo fortiſſimo, igne adhibito intenſiſſimo, v. g. juxta *Juncken. Cap. Pharm. P. II. p.* 3. per 🝪 tubulatam ſucceſſivè pellatur: vel modo *Sennerti* per cucurbitam ſimilem, Taliter nempe Flores trium plerumque exhibentur generum, albi, flavi, & rubri, cujus colorum diverſitatis duplex eſt cauſa; primò diverſus Ignis gradus, & ſic florum adhæſio in vaſe magis ſuperiori aut inferiori, ſi enim ignis eſt remiſſior, flores aſſurgunt albi, ſi intenſior flavi, ſi adhuc magis augetur rubri aſcendunt, ordinariò uno eodemque labore triplices hi flores ſimul poſſunt obtineri, albi in vaſorum ſupremo, ob majorem ſui △litatem & ſubtilitatem, flavi in medio, qui naturâ etiam medii ſunt, rubri in infimo propter particulas graviores & impuriores, in viribus tamen omnes conveniunt, unde ſæpius quoque commixti aſſervantur, quamvis albi ſint vehementiores flavis, & hi rubris, uſus interim eorum eſt rarior. Ex ſulphure flores paratos vide ſupra §. *II.*

ב *Regulo* hocce; ceu tales parare docet *Zvvelferus Mantiſſ. Spagyr. p.* 349. ubi ad hoc 🝪m 🜄 am ſiſtit duplici roſtro perviam cum fundo nonnihil plano, cui ab unâ parte vas recipiens amplum adglutinatur, roſtrum verò aliud ex oppoſito operculo ſaltem clauditur, quod ſcilicet ſurſum vergit & per quod regulus ♁ii pulveriſatus pedetentim injici poteſt, tale ſublimatorium traditur igni in furno aptè concinnato, ne ſcilicet ignis ſuperio-

rem

rem ſublimatorii partem, neque ejus capitellum foraminulo ſuperius pervium ſuperapponendum lambere vel attingere poſſit; candente poſt inferius vaſe ≏torio, injiciatur de Regulo trito particula (qui ſi ſolaris prius ſit, tandem Elixir præbebit) per canalem operculo ſuo protinus obturandum, ut ſtatim elevetur, quâ ≏tâ porrò particulâ Reguli plus inſpergatur, quod tamdiu continuandum, donec totus regulus injectus & in flores ≏tus ſit, qui ex capitello dein ſtudiosè colligendi & adhuc ſemel (ſi lubet) ≏di ſunt, ut fiant elegantiores & præſtantiores. Porrò hi flores phiolæ ſat amplæ ſuperius hermeticè claudendæ immittantur reverberenturque leniter in arena per ignis gradus, donec in pulv. rubicundiſſimum convertantur, ex quo ulterius cum 🜈 🜿to TRa elicienda, quæ maceratione aut circulatione & abſtractione ad competentem conſiſtentiam *Eſſent.* ♁*ii* optimam exhibet. Not. recipiens ab altera parte quâ flores expirant, vel exeunt, non arctè debet adglutinari, ut ſpiraculum relinquatur; & poſtquam omnia in furno accommodato, regulusque igne paulatim ſubminiſtrato, in Ͻâ fuſus fuerit; folliculo per roſtrum recipienti appoſitum, paulatim inſuffletur & illico flores ubertim per canales in vas inſiſtens prorumpunt; hoc tamdiu folle inſufflando continuandum, donec omnes exierint, qui poſtea eluantur & repetita ≏ne rectificentur, Vid. *Kesler. Cent. I. p.* 40. *& Agric. in Popp. P. II. p.* 67. De his quoq; floribus *Tachenius Hippocr. Chym. p.* 241. refert, eos candidos, & ex regulo ♁nii ſublimatos ſec. *Tychonem à Brahe* igne reverberii ulterius fixari & in rubicundum colorem mutari, qualiter etiam longè mitiores evadunt juxta *Poterium*, qui eos qui in infimo hærent, etiam mitiores meritò habet, quia ſcil. de 🜄a magis participant. Præſtat ergo flores hoſce denuo cum ⦶ cicurare, per ſe enim flores hi nil aliud ſunt quàm arſenicum ſubtile. *Uſus* eorum ut aliorum ♁atorum.

b *Flores compoſiti* ſeu cum additamento, ut ✱*co*, quales ſunt *TRa* ♁*ii ſicca Dn. Gramanni Practici Hallenſis*, quos *Frid. Hofm. pater* ut arcanum in *Maniâ, Melancholiâ, Quartanâ* non immeritò laudat; nimirum ⏜tur ✱*ci* ℔ſ. cum vitri ♁*ii vel* 🜍 ☉*ti* ℥*ij.* ex arena igne lento (forti enim ſi urgeantur flores purgantes & moſchum redolentes evadunt, quales *Finckius in Enchirid. in melancholiâ* ſummè laudat) in vaſe ſublimatorio humili, poſtea edulcorantur flores aquâ calidâ per chartam bibulum & reliquiæ ✱*ci* per 🜈 repetitâ deſtillatione ſeparantur. Doſ. *gr. ij. ad gr. v.* pro ſcopo diaphoretico.

B *Compoſitus Regulus* fit additis metallis convenientibus, v.g. ☉, ☽, ♂, ♃, ♀, ex quibus ſpecificam vim ob particulas intimius imixtas mutuatur aliterq; determinatur, unde dein diverſa Remedia parari poterunt, v.g. detonatione cum ⦶, Diaphoretic. ☉re, ☽re &c. ceu elegans experimentum ſiſtit *Beccher. Suppl. I. Phyſ. ſubt. p.* 138. ſcil. quid ☉ mixtum Regulo ♁ii & pulveriſatum

riſatum, communis vitrificatorii pulveris inſtar fictilibus adſperſum, vulgaria fictilia, evaporante ♁nio, latiſſimè deauret, non ſine jucundo ſpectaculo ſi rectè proceſſeris: ♂em verò etiam regulo immiſceri experimentum probat *Candidiſſ. Tollii in Manuduct. ad Cœl. Chym. p. 9.* Funde, ait, Regulum cum ♂, adde poſt ☽*ti part. dimid.* & ubi confuſa erunt, injice in ▽am cauſticam; ſic decidet niger Pulvis, qualem & *Becherus in minerâ ſuâ arenariâ* deprehendit, qui nulla arte in ☉um liquari poteſt, quippe merus ♂. Errant igitur illi, qui nil ex ♂e niſi ♀um regulo -∿-um accedere exiſtimant. Tentavi & cum ☉ro puriſſ. & injiciendo regulum in ☉um in cupella liquidum per partes, pro viginti, quæ impoſueram, ☉*ri gr.* xxx. recepi, id eſt, ☉um tertia parte auctius, quod omni igni reſiſteret: verum fragile intermiſtis ſcilicet heterogeneis ♂is atomis, quæ deinceps arte ſeparata ☉rum reliquere puriſſimum priori pondere. Sic verò reſultat vel

α Regulus ♁ii ☉atus: ℞. *Reguli ♁ii* ℥ß. ☉ *puriſſ.* ʒij. Funde in regulum; hunc poſtea pulveriſa & extrahe -∿-*u* ⊖*is*, dein abſtrahe ad oleitatem, quam inſtilla in ⊖ *margarit.* ℥j. miſc. in mortario marmoreo, exicca lento igne & gradatim regenera ad colorem purpureum uſque. *Doſis à gr. v. ad* ℈ß. in *Lepra* manè in juſculo inſtaurante aut liquore convenienti. Ex hoc additis aliis fit *Antipodagricum ſummum Etneri*: ℞. *Auri per ♁ purg. ter* ℥ß. ☽ *cupell.* ℥j. *Regul.* ♁ ♂ *nitidiſſ.* ℥iß. ☿-∿-*ti cryſtalliſ.* ℥iij. *Auro* & ☽*to* cum *regulo* in tigillo unitis, effuſis, frigefactis, & in mortario ferreo mundo tuſis & pulveriſatis add. ☿-∿-*t.* & ſic bene terantur & miſceantur; pòſt retortæ indantur & ut in præparatione *butyri ♁ii* fieri ſolet, vaſis bene clauſis ∫\ tur, quod prolectum è magmate in retorta reſiduo reaffundatur & ſuper eo ter cohobetur, poſtea *ſpiritus nitri rectificat.* toti compoſito, ut in Bezoardici mineralis confectione docetur, affundatur & ter ab eo per alembicum abſtrahatur; Materia albicans cucurbitæ fundo reſidua bene teratur in mortario lapideo vel ſuper lapide & in aliâ cucurbita orificio ejus bene clauſo, per 3. menſ. in arena ab initio calore leniſſimo dein fortiori foveatur, cujus ℈ß. quavis vice *Podagricis* in *paroxyſmo* modico vini exhibitus ſudores movet, & confeſtim ab ejus Uſu *dolores* ſedat & ægros feliciter reſtituit. Not. hoc laminæ ferreæ ignitæ ſuperjectione nullum fumum edit illumque colore braungilblicht inficit. Diß Pulver hat ſeine richtige Prob / und iſt ſichs drauff zu verlaſſen / ait Eckarts ungewiſſenhafft. Apothecker p. 1249. *Bezoardicum Regium Fabri* quoque ita fit ex *Reg. aurato*: ℞. *Regul. ♁ii* ℥ij. bene fluenti injice ☉ *foliat.* ʒij. refrigeſcat & pulveriſetur, add. *Corallior. rubr. & Margaritar. ana* ʒij. *Nitri opt.* ℥iij. Xbulo impone & aperto igne admove, ut bene comburantur, ad quod etiam ⦶ prunis candentibus quandoque ſollicitandum ut citius conſumatur, idque adhuc ſemel recentis ⦶*tri* additione

repete,

repete, dein per 3. horas committe igni fortiſſimo, ut melius figatur, poſtea in alcohol tenuiſſimum redigatur & lavetur aquâ dulci & ſiccetur, demumque retortæ vitreæ imponatur cum ∽*u vini rectif.* (ut ſic exactius reſolvatur & ab aëre nil nocivi attrahat) & deſtilletur ∽ iſte ter aut quater cohobando ab illo Pulvere, & habebitur ☉ *diaphoret. omnis malignitatis ῥιζότομον*. Calcinatione nimirum omnia quæ firmiſſimo duriſſimoque repagulo obvallantur ex centro ſuo in lucem prodire coguntur, imò res ipſæ calcinando ad aſtralem vim deducuntur, adnotante *Langio*, qui & talem operandi rationem pro ſingulari theſauro & vera clave ſolenniter habet. *Zvvelferus Regul.* ☉ (*℥ij. ad ℥ij.*) detonat cum ⦶ *℥j.* & cum ♀ ʒv. idque repetit bis, & maſſam edulcorat, pulverem reſiduum in Xbulo magis calcinat, & figit pro Pulvere ſudorifico ſubflavo. *Doſ.* ℈ß. *ad* ℈*j.* Vocat *Antimonium diaphor. Solare. Glauber. Append. 3. in VII. part. Pharm.* accuratiſſimè *p. m.* 28. docet modum optimum ex ☉ *& Reg.* ♄*ii* ♂ Medicinam univerſalem conficiendi modo ſeq. ℞. ☉ *p. j. Reguli* ♄ ♂ *p.* ij. fundantur ſimul, & effundantur, & habebis Maſſam albam & friabilem, quæ ſubtiliter pulveriſetur, & inditæ phiolæ vitreæ, affunde triplum ſui ponderis *optimi Liquoris Alcaheſt*; liquorem abſtrahe gradatim aucto igne, & liquor alcaheſt meliorem & pulchriorem Auri TRam ſecum vehet quàm ex Auro ſolo, eſt enim ♄ Chemicorum aries, in quo Aurum exaltationem ſuam acquirit; Oleum hoc rubrum Auri & ♄ii facilè per coagulatorem univerſalem in TRam pro hominibus & metallis figi poteſt. ℞. *Reguli* ♄ ♂*ti*, ☿∽*ti aa.* trita indantur retortæ, cui alia retorta bene juncta, ∫\ la ex arena lentè, oleum exiens denuo cohobetur ſuper ☉ uſque dum colore rubro guttæ extillent. Hujus ℞. *℥ij. Auri calc.* ℥ß. inde vitro ſublimatorio, & circula tamdiu, donec in Lapidem rubrum coaguletur, cujus ℥ß. ſuper ☽ *p. vij.* tingit in Aurum. Quantum verò de Lapide eximitur, tantum de Oleo affundi debet, & habebitur augmentum perpetuum. Vid. *van Suchten de Secr. Antim. p.* 26. Not. Si ſuper *Butyr.* affundatur ∽ *vini* & aliquoties abſtrahatur, tandem reſtitabit Liquor ſeu Aqua ☿rialis ut ſolvens radicale metallicum, hinc cum auro combinata coagulatione Lapidem dabit ☽ & ☿ tingentem. Cœterùm curioſus quoque eſt Proceſſus ſeq. ope Reguli cum pumice ex *Auro &* ☽ *TRam* eliciendi, juxta communicationem inſignis Chymici *Jac. Tollii*, qui nobis eam taliter comunicavit; ℞. *Reg.* ♄ *ſtell. ſimpl. ſine* ♂ *aut* ♀, & funde ejus *p.* ij. cum *p. j.* ☉ vel ☽ *puriſſ.* tum hunc *Reg.* ſive ☉*rem* ſeu ☽*rem* pulveriſa, pulveriſa terque in ⚹ reſtinge pumicem, ut tenuiſſimus fiat, & hoc ad craſſitiem digiti Xbulum majuſculum inſperge, huic Xbulo aliud ſine fundo ex lamellis ferri tenuiſſ. (Blech) confectum non tam largum immittes, ita ut inter utrumque aliquantulum ſpatii ſit, quod ab omni parte pulvere pumicis replebis. Injice tum Regulum tuum pulveri-

ſatum

ſatum cum *p.* iij. *vel* iv. 🜕*ri pur. pulv.* intra Xbulum ex lamellis paratum, ita ut majoris Xbuli pars tertia impleatur: injice ſuper illa pulverem pumicis ad alterius tertiæ partis Xbuli repletionem. Extrahe tunc ſubtiliter Xbulum de lamellis factum, ut *Nitr.* cum *Regulo* undique à lateribus infra & ſupra pulvere pumicis ſit circumdatum, ut crucibulum non ita facilè perforare poſſit, ſed Tincturam Reguli in pumicem transferat; crucibulum alio impoſito Xbulo lutato tege & relinque ſuperius parvum foramen cui Vitrum ſuperimpones luto firmiter affixum. Erit hoc Vitrum inſtar vaſis deſtill. cum alembico & recipiente lutato. In recipiente ſit aqua frigida. Vide quid inde boni exhalante *Spir. Nitri,* qui capiendus; TRa è pumice extrahenda 🜊 *deſtill.* vel 🜞 *vini,* (Vid. *Lemery de* ♁*nio diaph. ſecundo*) Pro pumice lateres etiam in ⊡*â* vel 🜊 *deſtill.* reſtincti quinquies ſexiesque ſumi poſſunt tenuiſſimè pulveriſati. Poteſt & ex ♀re per Regulum ♂ Tinctura egregia parari, uti & ex ♃ & ♄ anima vera extrahi.

Regulus ♁*nii* ♂*lis* ſtellatus, cujus præparatio ſequens: ℞. *Antimonii opt.* (non mineræ) 🜕*tri probè depurg. ana* ℔j. *Segmenta clavorum ferris equinis adaptator* (quæ Nieten noſtri vocant) ℔ß. ♁ & 🜕 ſeparatim pulveriſentur ac ſole exiccentur; Segmenta verò Xbulo injecta inter medias locentur prunas; hæc dum ignita ſunt, ♁ium bene ſiccatum per portiones, ſtratum ſuper ſtratum faciendo affundatur; moxque igne aucto Xbulo prunis undique tecto & recondito fuſio exſpectetur, quæ dimidiæ horæ ſpatio impetrabitur, ita tamen ut ſæpius aliquot *Nitri rec.* ſiccati (ſtatim enim humidum redditur) ʒ ad fuſionem promovendam adjiciantur. Fuſæ dein maſſæ 🜕um ſicc. recens per portiones affundatur, ſicque Xbulo prunis iterum operto, aliquandiu materia ſinatur, donec nimirum Nitrum plane ſubactum, maſſaque maximè fluida ſit reddita. Tum demum Xbulo ex igne deſumpto, materia in calicem fuſorium ſuper prunis priùs calefactum & ſevo candelæ illitum fundatur: calicemque ut regulus ſubſidat & fundum petat, malleo pertunde. Mox ex catino fuſorio exemptam maſſam ▽â ut frigefiat, perfunde, poſtea mallei ope regulum à ſcoriis ſepara, qui ſi nondum decenter purgatus ſit, fundatur adhuc bis vel ter, & quavis vice conjiciatur in eum Nitrum, præſertim poſtremâ vice, ſic tandem ſtellatus apparebit. Quia verò Fixum alcali ex 🜕 ut & ♀ reſultans in detonatione non adeo penetrabile eſt, ut ſe inſinuet, ubi deliteſcit acor 🜍ris ♁ii ſufficienter, quò largus reguli proventus obtineatur; quare potius magis collaudat *Cramerus in Colleg. Chym. p. m.* 103. tum *Carbones* ſimul ignem immediatius conferentes & ſpiritum quendam oleoſum ſummè rarefactivum & virtute alcalicum expirantes, tum *Colophoniam* quæ in oleoſitate reſinoſâ cum carbonibus convenit (quare ℞. ♁*nii pulveriſ. Colophon. aa.* miſc. & copioſior regulus elicietur)

tum

tum & ad modum *Cnöphelii* cum *pice* & addito *nitro* elaborandum eſſe. Cœterùm verius magis *Lemery in Curſ. Chym.* Stellam reguli ♁ ♂ non à planetæ ♂ influxu ſed ab ipſa ♁ texturâ derivat, ceu & *Exc. Rivin. in Introduct. ad art. Pharm. p. m.* 119. Vitrum ♁ non ſaltem ſereno ſed & pluvioſo tempore, hyacinthinum quidem, addendo 🜍 tantillum eleganter rubicundum, cum duplo *borracis* inſtar *ſuccini* flavum, cum triplo ejus *citrinum* maximeq; pellucidum tum ex cineribus recentibus tum diutius aſſervatis obtinuit. Et de hoc regulo intelligendus *Helmont. Oper. p. m.* 547. ubi deſcribit primam materiam dicendo: Natura produxit in monarchiâ ſubterraneâ minerale quoddam quod ob ſui ſingularitatem vocatur à *Paracelſo* metallus primus ſeu maſculus; qui ab indole metallicâ neceſſario veſtitur ☿rio & 🜍re metallicis; Mercurio nempe liquido nec digitis adhærente & 🜍re cremabili in flamma cœruleâ. Et in ſe, ait, Metallus maſculus facilè ſinit 🜍ur à ſe ſequeſtrari. Nimirum *Magneſia Philoſ.* eſt Stibium, & cum apponitur ♄*nina*, intellige plumbeum & crudum ♁um, ut ex minerâ effoditur, ferax metallorum pene omnium. Eſtq; tale ♁ium galænæ plumbi ſummè cognatum, ut vix diſcernatur. *Libav. Apocal. Herm. p.* 272. Stibium uſtum maximè Regulum in ferrugineum colorem calcinatum terram ſanctam vocat, ut & *Rulandus*, in cujus hepate ♁nii præparato major fixio & coctio deprehenditur pro medicinis. Per ♁ quoque *Rupeſciſſæ vitriolum* intelligitur in cujus corpore eſt aurum inviſibile, quod 🜍 dicitur incombuſtibile. Ita *Libav. cit. lib. p.* 388. *Bartholettus Med. Herm. Dogm. p.* 187. dicit Magneſiam eſſe ♁ium ipſum; Et quia hæc diverſicolor Opalina etiam dicitur magneſia; Vocatur & radix primumque ens metallorum, quia in ſe continet illum ☿um coagulatum, qui eſt anima metallorum; nim. ▽ ☿lis eſt ♁ quod in forma externâ non apparet ▽, eſtque pomum Regni, quod CHriſtus in manu ſua portat, ut ſignatura ejus indicat, in quo theſaurus totius mundi occultus latet in exili ſpecie, quod ſignatura ejus quoque indicat ſe eſſe Dominum ac Imperatorem & Monarcham omnium rerum mineralium ac metallicarum, quod eſt plumbum penetrans Sapientum, recludens ac ſolvens omnia dura corpora metallorum ac mineralium eaque reducit in eſſentiam ⌒alem ac △lem eique communicat ſuam internam altè coloratam carnem & ſanguinem, quia in eâ latet ſummus color in tota ſubſtantia, unde etiam à *Theophr. Stella ſignata* dicitur, qualem repræſentat in ſignum virtutum internarum in eo occultarum. Apud *Beccher. in Chym. Glückhaf. p.* 271. laudatur *Arſenicum* ex ♁io 🝞*tum* pro ſolvente auri, ceu hujus proxima materia & ſemen, è quo generetur & ex quo habeatur philoſophica aqua, aqua ſolvens. Aurum eſt cœlum & tale ♁ eſt terra Philoſ. In ♁io etſi laborent vulgares Alchymiſtæ, tamen iis vera manualis operatio ignota eſt. Apud eundem *cit. libr. p.* 213. extat modus

præparandi Regulum ♁ii & ex eo cum ☿-♌-to & ✱co fixio Butyrum, quod ſolutioni Solis miſcendum (*Olei p.viij.& Auri p.j.*) ut in phiola igne lampadis coagulentur in lapidem; quæ ſolutio & coagulatio ad minus 4. vicib. reiter. Quare & *Anonymus Philaletha in Introduct. ad occult. Regis Palatium* Regulum ejusmodi pro *materiâ Lapidis Philoſophici* habet, ipſum hinc ſuum *Chaos*, *Draconem igneum* verò 🜍 *♂tis*, *Juvenem alatum* ☿*um*, *Dianæ Columbas Aurum & ☽tum*, Amalgamationes verò Reguli cum ☿io ſuo & ∫\nes per retortam ferream *Aquilas ſuas* vocando, ut in *Notis noſtris* ad egregium huncce *Libellum Sect. I.* abundè diximus, & cautiones adhibendas candidè notavimus; nim. Proceſſus ſeq. in *Enarr. Medic. Gebr.* & *Exper. de præp.* ☿ *ſoph. p. m.* 188. venditatur: ℞. *Reguli ♁ii ♂lis p. ij. Solis vel ☽æ p. j.* fundantur ſimul iisq; fuſis cautiſſimè affunde *triplum ☿rii currentis*, ita enim ope ☉ & ☽ introducitur ☿ qui abſque metallicis additis *amalgamationem* cum regulo ♂li reſpuit, amalgamatione peractâ ablue tuum *amalgama* crebris 🜄 pluviis, donec regulus ſplendeat inſtar ☽ti, poſtmodum deſtillationi committo, ita enim ☿, avolans ſecum vehit portionem 🜍is metallici ♂lis, quod fermentum eſt excoquens ☿rii cruditates in verum Aurum & ☽ & peracta eſt Aquila una: hanc verò operationem ſepties cum eodem ☿rio repetendam dicunt, amalgamando & ∫\lando ut prius dictum, ceu de his *Sect. I. aliiq; Auctores* ulterius conſuli poterunt. Hanc verò in rem, præter ea quæ in *Sect. I. Append. ad Philaletham* notavimus, aptè dicit *Libav. Tr. Chym. de Igne Nat. p.* 24. Compendio dicimus, exſculpi ex *Tractatu Suctenii* de ♁io hunc aphoriſmum: *Antimonium nativum in ſe habet ignem quendam, quo extracto Metallorum eſſentiæ mercuriales ad medicinam crudæ digeruntur, itaq; apparantur, ut evadant aſtra ſeu planetæ microcoſmi morbis ſanandis apti.* Ut autem eliciatur Ignis iſte purgatorius, ſumendum ♂, in hoc enim eſt 🜍 metall. quo ♁nii ☿us penetratur, coquitur, purgatur, quodque in ☿um ſimul transmutatur, ſic ut ſint duo ☿rii & 🜍ra quæ latitant in corpore ſtellæ ♁nii. *Stibii Eſſentia* omnibus metallis eſt familiaris & velut ambigit. In hoc ☿io creditur latitare aurum ♂tis. Si libet auri animam elicere, fit amalgama ex eo & *Auro* (fit autem propius & facilius ex calce quàm ex integris) putrefit, nigredo exiens colligitur, divaporatur, ut Pulvis ruber maneat, quem poſſis in vitrum liquare. Similis ars eſt ☽ti, cumque crudiſſimus & volatiſſimus dicatur ☿us ♁nii, tamen digeſtivam & coagulativam vim habet, donatq; alteri quod ipſe non habet. Sic *Zvvelferus Mantiſſ. Spag. p.* 324. poſtquam docuit liquefactione reguli & auri & calcinatione pulverem rubrum obtinere, ait, Augmentationes TRæ Auri per 🜍ra ſolaria ex marcaſitis, ♁nio, ♂te, ♀re eſſe velut transplantationes vel inſitiones, non aliter ac ſi ramus arboris nobilioris & fructiferæ ignobiliori trunco ſeu arbori infœcundo inſeratur; ſic aurificatur

tur -♎-us ⊖li ♂ vel ♀ per ſulphur ex marcaſitis ſolaribus communi modo per 🜄am ſaltem extractum; ſi -♎-*ûs p. iv.* 🜍*u p. j.* affund. hor. 24. digerantur, efficiuntur cryſtalli Rubinis ſimiles, qui -♎-*tu vini rectificato* porro extracti, in Panaceam abeunt non ſpernandam.

γ. Regulus Jovialis fit ex ♃ *p. j. Reguli p. ij.* ex quo cum ⦶*tri p. iij.* fit *Diaph.* ♃, de quo *ſupra.* Ex *Reg.* ♄ addito fit *Diaphoreticum* ♄*num*, è ☽, *Diaphoret.* ☽*re*, de quibus *ſupra*; Ex *Reguli* verò ♂*lis p. j. &* ⦶ *p. iij.* tali proceſſu obtinetur *Specificum ſtomachicum Poterii*, minimè reticendum, heroicum omnino medicamentum: ℞. *Regul.* ♁ ♂ *ſtell.* ℔*j. Nitri puriſſ.* ℔*iij.* pulveriſ. detonatis in Xbulo ac calcinatis extinctisque in aqua frigida in vaſe ferreo evaporatis ad ſiccitatem inſpiſſa, ac ſpatulâ ferreâ agita, dein rurſus in Xbulo calcina, uſque dum fluit, ac rurſus in 🜄 frigida cautè extingue, poſt hoc iterum coque & inſpiſſa, tandem hoc tertia vice repete, lentoque gradu exicca. *Hoffman. in Not. Poter. p. m.* 41. verè refert, hoc nil niſi *magiſterium Ceruſſæ* ♁*nii* eſſe vel *perlatam materiam Crugeri ſupra & in Hippocr. Helv. D. Muralti* à nobis deſcriptam, atque in poris ſuis vitriolaceas quasdam particulas, quæ ex conjugio ſubtilis acidi & metalli proveniunt, magnâ inde vi & energiâ conſpicuas fovere. *Exc. Clauderus Dec. II. Miſc. Cur. Ann. IV. Obſ. CXXXIV.* hoc parari ☉ exaltatum ſeq. modo tradit; ℞. *Reg.* ♁*ii* ♂ *p. viij.* ☉ *puriſſ. p. j.* (vel ad illius ℥j. hujus ʒj. præſertim ſæpius taliter fuſi & recluſi, quo pluries enim hoc rectius, ut *Poterius* loquitur) Mixta optimè pone in Xbulo ad ignem, addendo ſucceſſivè *Nitri Poteriani* (ex ⦶ & 🜍 *aa.* detonat. paratis, cùm tamen etiam vulgare ſaltem ⦶, quod ſcilicet hoc præſtat quod in *Bezoardico miner.* -♎-*us Nitri*, ritè depuratum ad hoc aſſumpſerit) triplum; fluunt per 12. ad 15. horas, compoſitum frigefactum poſtea edulcoretur aquâ communi aliquoties ſolvendo & coagulando; *Doſ. à gr. j. ad* ℈ß. & ultra; eſtq; medicamentum, ut *Poterius* loquitur, quod naturam ad coctiones promovet, humores mitigat, efferatos ſpiritus coërcet, pacificat, & ad propria officia reducit. Teſtatur is quod hoc ſtomachicum vel ☉ diaphoreticum cum arcano ⊖li curet *hydropem cum febre p.* 20. 245. curet *cauſum ad gr. iij. p* 29. *tert. duplic. p.* 46. *melancholiam* cum palpit. cordis præmiſſo decocto *p.* 32. eſt pulvis *antipodagricus p.* 42. *p.* 142 50. curat *Icterum p.* 56. cum *eſſ. rubr. tinct.* & ejus *herbæ ſale. Ol.* ⊖*li* & *conſ. roſar. p.* 231. curat *paralyſin* præmiſsâ purgat. & ⊖*li balſamo p.* 67. 167. 196 220. curat *tabem p.* 79 *p.* 61. *febrim malign. p.* 169. curat *eryſipelas faciei* cum ſpecifico ſtomachico *p.* 88. & Ung. ex butyr. rec. ſæpe lot. admiſcendo pulverem balſam. ♄ni. Curat *pſoram p.* 148. *ſanguinus* enim *ſordes* expurgat *p.* 102. *ſecretiones* omnes juvat *p.* 251. ſanat *ophthalmiam p.* 164. optimum *nervinum* roborans *p.* 133. Præparatio ejus ulterior dum magis figitur ænigmaticè à *Paracelſo* traditur *p.* 243. & 246.

& 246. ab *Poterio p.* 599. 272. *Synonymum* ejus ſulphur metallorum *p.* 243. quod curat *hydropem* cum conſ. roſ. & ol. ⊕li *p.* 9. item *p.* 127. *p.* 103. *p.* 113. *p.* 119. item *p.* 155. nim. ſolis vices gerit in *microcoſmo & ſuâ ſympathiâ* cum balſamo noſtro omnem tollit contrarietatem *p.* 13. Vocat & inde 🜍 hydroticum *p.* 61. quod *hydropem* cum *lue* ♀*eâ* ſanat *p.* 84. *paralyſin* item cum *hydrope p.* 82. Vocat & inde *Theriacam metallorum p.* 41. *Sulphur* ♂*le p.* 231. *Tinct.* ♁ *p.* 273. Quod ſi loco ☉ ſumatur ☽, tum ☽ diaphor. habetur, nim. ☽ calcinatur ut ☉, cum quadruplici pondere aquæ ſiccæ *p.* 461. faciliusque quàm Auri hinc TRa obtinetur, quia minus ☽ compactum eſt. Sic redigitur in Q Eſſ. Ol. & Balſam. Magiſt. &c. Uſus ☽ti ita philoſ. recluſi eſt in *affectibus capitis & cerebri p.* 463. in *dolore capitis p.* 211. in *hemicraniâ* ita; ℞. *Conſ. citri, cydon. ana* ℥*ij. cinamomi* ʒ*j. Magiſt.* ☽ ʒß. M. Doſ. ʒj. Curat *ſuffuſionem oculorum* extrinſecus ▽ ⊕*li* admiſcendo *p.* 63. Curat *paralyſin etiam inveteratam p.* 67. ubi dicit & præparationem innuit; Magneſia ♄na & Luna terreſtris ſi ſudorifera reddantur, curationes facillimè abſolvunt. Curat *tumorem durum in palpebra p.* 174. In ſumma hujus Stomachici Poteriani *Uſus* non ſaltem eſt egregius in cruditatibus ventriculi acidis edomandis, (abſorbet enim ⊕ inſipidum cum eo fixatum, ut magnes, non ſaltem acida ſed & alcalia heterogenea ſtomachi) viſcidis reſolvendis, ſed & obſtructionibus quibusvis, ſi quæ jam hinc inde in corpore emerſerunt, ex vitiata digeſtione tollendis, ſanguine præprimis purificando & in conſiſtentiam debitam redigendo, ceu & *Hoffm.* ait, Stomachicum vocari hoc abſq; ☉ medicamentum non quod ſingulari & ſpecificâ vi ſaltem ventriculo opitulatur, ſed quod univerſaliter obſtructiones removendo & humorum craſin & motum reſtituendo in omnibus morbis actionem ventriculi ſic reparet & firmet, nim. hic *Pulvis ſpecificus ſtomachicus* curat *omnes pravas ventriculi conſtit. ad gran. xv.* bis in die *p.* 32. 79. Curavit *abdominis tumorem* cum *croc.* ♂, *conſ roſ.* ∽ 🜍 *p.* 54. *Icterum p.* 56. *p.* 67. *Tabem p.* 61. *Epilepſiam cum* ☉ *diaphor. p.* 69. *Colicam p.* 71. In *Angore ventriculi p.* 102. cum *Conſ. roſ. r.* In *Hecticâ* utiliter præmittitur *lacti caprillo.* In *Catarrho ſalſo p.* 113. *Singultum lethalem p.* 147. *Repentinam corporis inflationem cum puſtulis & febre lentâ cum* ☉ *diaphor. p.* 120. *Tertianam cum ſuffocatione* cum ▽*â cinam. & antipyreto p.* 148. in ſumma eſt *roborans quoddam univerſale p.* 133. 602. *edit. Francofurt. in Octav.*

V. Butyrum Antimonii, aliàs *Axungia mineralis,* ob affinitatem ita dictum, obtinetur tum ex ♁ crudo, tum regulo, licèt ex hoc ſi obtineatur, minus ♁ris habeatur, ut in literis ad *D. Schultzium* datis perſcripſit *Dan. Ludovicus in præfat. Scrutin. p. m.* 19. quia ſcil. hic potiſſimâ ſuâ 🜍reitate, quæ requiritur ad ♁ eſt orbatus, ceu *Dethardingius Pharmacopœus in Not. ad Agric.* refert ſe ex *Reg.* & ☿∽*ti ana* ℥*iv,* ſaltem ʒj. ♁ *ris* obtinuiſſe, & *cit. Ludovicus*

docet

docet 🜩*m* feliciter ex ♀*re*, ♁ & ☿≏*o* & per duo ſaltem inverſa Xbula ſucceſſivè collectam rectificando parari & depurari poſſe, prout & *Cap. anteced.* docuimus ♁ vel ☿ *diaph.* haberi ex ♀*e* ♁ & ☿*o* ⌒*e*, Butyrum habetur vel ex

α Antimonio crudo & ☿⌒*to*, v. g. 1. *Sumatur* ♁*ii Hungar. crudi ſplendentis & rubentis ſeu ſulphurei nec non* ☿*ii* ≏*ti vulgaris anatica portio, e. g.* ℔j. 2. *In Mortario æneo vel ferreo vel marmoreo contunde, pulveriſa & miſce egregiè vel in eodem tali vel vitreo mortario, cave tamen à fumo, qui inter terendum elevatur.* 3. *Si diſplicet in aëre vel aprico vel cellâ, quod moram feſtinanti facere poſſit, relinquere mixturam per* ☌ ♀ *aliquot more ſolito, ut ab aëre attracto nonnihil humectetur, & hinc butyri quantitas augeatur: Tunc loco cellariæ hujus repoſituræ recipe ſtatim miſturam hanc, inde retortulæ vitreæ quæ capit* ℔iij. *vel iv.* △*æ, oblongioris & non adeo ampli colli, cujus roſtrum natura deorſum vergit, id eſt, quod inter effingendum à vitrariis ita effictum eſt, & non uti haud pauca noſtra directum, deinde cochlear unum vel alterum* ▽ *ſimpl. guttatim defluere ſinas, ut ſimul eluatur ſeu abſtergatur, quod inter ingerendum collo retortæ adhæſit.* 4. *Hanc in arena colloca, profundius ſepelias eam, ut ferè capellam ipſam quaſi tangat, fortè ad digiti transverſi diſtantiam, ita actio Ignis expeditior eſt. Roſtrum verò capellæ exciſuram fornacisq; partem immediatè tangat, ita facilius deſtillat liquor & roſtrum eum in finem eò magis incaleſcit,* wenn es in dem Außſchnitt des Ofens/wo der Schnabel herauß gehet/aufliget. 5. *Vas recipiens vitreum admoveatur retortæ,* ▽*æ communi ſemiplenum vel vacuum, ſi butyri compagem expetis integram alios fortè in uſus, tunc* ▽ *dimittatur.* 6. *Commiſſuræ quoque veſicâ bubulâ muniendæ ſunt, quia nares admotæ aliquid in principio tranſpirare ſentiunt.* 7. △*e modificato, ab initio ad finem, citra ſcilicet ſuppreſsionis* △, *ſpiraculis omnibus ſupernis apertis, præſertim ſi major materiæ quantitas,* S*latur liquor gummoſus, qui ſi collum* 🝪*æ obturare videatur, carbonem ardentem ſubde, ut liqueſcat butyrum & defluat, quamvis genuinus roſtri ſitus id non ſemper requirat.* 8. *Poſtquam igne ſic modificato exiit Butyrum, ſervetur ille in ſuo gradu intenſo, hoc eſt, qui ultimo arenæ gradu haberi poteſt, uſque ad finem operis, ut* 🜩 *ſenſim ad latera colli retortæ ſublimetur & decumbat.* 9. *Totus ſic labor butyraceus & cinnabarinus finietur xij. minimum horis.* 10. *Quibus peractis frange retortam & collige cinnabarin.* 11. *Collectam ablue aliquoties* ▽ *font. ut butyrum antrorſum, retrorſum vel circumcirca forte adhærens &* ☿ *vitæ occultans eluatur, ſicq; tædium tædioſæ rectificationis toties repetitæ levetur, ac periculum ſubſequens circa uſum una vice ſic impetratæ & confectæ cinnabaris exſpiret.* 12. *Quo plus acceperis* 🜩*ris, eò felicior eris, quia non ſemper Fortuna favet ſingulis ſingulorum encbireſibus, quamvis ad vivum eaſdem reſeces. De butyro autem* ⌒*uq;* ⊖*li philoſophico hanc coronidem nota:* (a) *Probè ſubſideat craſſamentum, quieteq; per dies aliquot ſtet. Ita rectificatione non eſt opus, remanetq; in fundo impuritas cum*

☿ii vivi nonnunquam granis. (b) *℥ix. Butyri dant ⁀tus ad internos uſus ſufficientis ℞vj. gutt. 20. ℥iij. ▽æ ſ. ſatis acidulant, atq; ſic evaporatione non eſt opus.* ⊙ verò reſtitans impende regulo ♂ ſtellato conficiendo, egregiè enim fluorem ipſi conciliat. Hoc verò butyrum dum fit, regulus ♁ à ⁀ ⊖is in ☿ ♎to ſolvitur & corroditur in liquamen hocce craſſiuſculum, ceu patet ex ♌ latione ♁nii cum ⁀tu ſalis, unde butyrum habetur, ſed ſine 🜍ri, idque ob ☿rii abſentiam, cui ſe combinare ſulphur ♁ii poſſit, quamvis & hujus præſentiam quidam diſputent, ut eſt *Angelus Sala*, qui ſe obſervaſſe putat, extillato ♁ii butyro, ♁ium omne in retorta reſtitiſſe, quod & *Billichius Obſerv. & Paradox. Chymiatr. Cap. XIV. p. m. 95.* confirmare videtur ex pulvere in retorta reſiduo, beneficio fuſionis ♁ in ſolidum de novo recepto. Verùm hiſce reſpondet *Exc. Wedelius*, primò per inſtantiam, ſi ♁ cum lixivioſis coquitur, ſulphur in copia elicitur, nihilominus tantundem ferè ♁ii in eosdem uſus coquendi ſæpe remanet, deinde ponderis decedentis momentum compenſatur ab irrepentibus ☿libus gravibus atomis & miculis, & hinc ſplendens etiam in fundo reſtitat ♁ium, quia partes ⊖næ non potuerunt cum ♁ ceu menſtruo plenario ſolvere omnino: his adde quæ *Frid. Hoffman. Exerc. de* 🜍 *♁ii Cap. VI.* de pondere ☿rii currentis & omnium ingredientium in præparatione hac ♁ aucto refert, quodque jam olim *Glaſerus Baſilienſis Chymicus* accuratiſſ. in *Chymia* ſua notavit, nimirum non ſaltem ☿ eſſentiâ ſuâ æthereâ, qua in particulas homogeneas ☿riales magneticè quaſi appellit, illasque in fluorem vertit (ut ſupra jam dictum) hîc quoque particulis ☿libus regulinis in ♁io latitantibus ſe ſaturavit, ſed & ⊖ ſubtile æthereum penetrantiſſimum △is (piſtillum Chymicorum) quod corpora menſtruali ſuâ virtute diſſolvit ac tranſmutat, illorum poros radicaliter permeat, particularumque texturam & ſitum alium inducit, particulas æthereas poſtea aliter diſpoſuit, gravitatemque ſic corpori fœneravit. Cœterùm *Vires* hujus Butyri, præterquam & in *Cancro*, *Gangrænâ* ad ſpacelum ruente (in quo omninò præſentaneum commendatur remedium *Spuma venenata duorum Draconum à Car. Muſitan. in Trut. Chir. Phyſ. p. 63.*) ipſoque *ſphacelo, Ulceribus malignis & cacoëthicis* laudetur apud *Charras* (haud neglectis tamen monitis *Fel. Würtzii in Chirurg.* circa olea marcaſita) primariæ ſunt *Cauſticæ*, ceu ſpecialiter ſecurè feliciterque ♁le hoc butyrum uſurpari poteſt modo *Ludoviciano in Miſc. Cur. An. VIII. Dec. I. Obſ. CLIII. p. m. 336.* in *fonticulis excitandis*, deſignato leviterque in epidermate ſcarificato loco, perpendiculariter applicando pennæ anſerinæ canaliculum duos ferè transverſos digitos altum & inter tolerabilem preſſionem (ne circumcirca effluat) inſtillando è minutorum productiorisque colli vitrorum aliquo dicti butyri *gr. iij.* vel *iv.* quibus ita, quieto membro, per octavam horæ partem (in tenerioribus vix amplius) intus

detentis

detentis, eo verò poſtmodum inflexo vel inverſo, per applicatum ſuperiori orificio digitum denuo ſuſceptis, citra ullum dolorem animadverſionemque eſchara ſtatim apparet, amplius pro more tractanda. Et *Mayerne in Prax. Med. p. m.* 340. teſtatur Butyrum hoc vel Oleum ♁ cum *Ol. papav.* aut *roſarum* commiſtum, donec ſtanno illitum id nigreſcere non facit, exedere carnem putridam nullo vel exiguo cum dolore.

β Ex *Regulo* ♁*nii* & purius quidem ſi Regulus aſſumatur *per ſe*, vel *additis metallis*, ☉ *vel* ☽*to*, v.g. ℞. *Reguli* ♁ *ſimpl. vel* ♂*tiat.* ℥*vj*, ☉ ℥*j*. ☽ ℥*ij*. fund. add. ☿~ ℥*xxvij*. miſc. & mox ſordes nigras apparituras animadverte, dein deſtilla per retortam igne arenæ in *Butyrum*, quod rectifica poſtea, donec fiat clarum inſtar ⊟li, quod pone in caveam vaſe bene tecto, ut diſſolvatur, & habebis ſolvens metallicum auri & ☽ti, ſi ☿~tus cum ⊖lo & ⦶ ſit ~tus. In hoc oleo ter rectificato, ait *Tachenius Hippocr. Chym. p. m.* 231. macerant periti Adamantes, qui ex accidenti in generatione maculas contraxerunt & illuſtrantur pulcherrimè. De 🜍ri unà prodeunte vid. *Juncken Medic. præſ. ſeculo accommod. p.* 375. ubi & docet quod ☿ *vitæ* inde ex affuſione ▽*æ ſimplicis* præcipitatus, mitigetur, ſi Xbulo immittatur & lento igne calcinetur, donec nullum fumum amplius emittat; & griſeum nanciſcatur colorem, quod fiat intra aliquot horas, poſtea imprægnat ſæpius *tincturâ ſantali rubri, ambrâ, moſcho, &c.* (fortè etiam hoc Oleum ſuper ſcorias reguli ♁to extractas deſtillavit, ut rubicundiſſimus liquor ortus ſit) *Roſam* hanc ad contumaciſſimam coagulationem deſtinatis morbis utiliter adhibuit, item in *febribus, hydrope, &c.* *Angelus Sala* qui natam hanc dicit medicinam ex ♁*nii nucleo* cum ☿*rio eſſentificato* in liquoroſam ſubſtantiam ſublimando aliquoties redacto, poſteaque cognito liquore per præcipitationem in pulverem coagulato. Huc verò ſpectat, quod *Poter. Pharm. ſpag. p. m.* 436. circa hoc *Oleum* ♁*ii* docet, nempe ♁*nii* perfectam præparationem haberi cum ☉ro: ℞. *Auri purg.* ʒj. *Olei* ♁. *è regulo* ſeu ☿ *ſophic. liquid.* ℥ß. miſc. ſolve, ſolutionem fermenta & poſt coctionem in vitrum ſplendidiſſimum vertetur; Vires ejus ſunt mirandæ & laudatiſſimæ. Regium verò iſtum infantem, jubente *Pantaleone Bifol. Met. p.* 20. nectare ſuo, i. e. novo oleo regulino refice & ciba paulatim, quò enim ſæpius eum cibaveris, abſolutâ tamen coctione, eò procerior, pulchrior & fortior evadet, nec ullus *Hector* vel *Crotionates Milo* viribus vel virtute eum ſuperabunt. Sicuti autem diſſolventi huic regulino liquido accedit aliquid ſalini, juxta *Poterium loc. cit.* recedit, ita accedente ſolo auro ipſi regulo horum amborum fit connubium; ſic enim *Poterius p. m.* 452: Summa Auri præparatio in *diſſolutione* conſiſtit abſque corroſivis (evitando venenum) *Aurum* ſcil. prius ſuâ naturâ metallicâ ſpoliandum eſt *per calcinationem* cum *quadruplo corporis ſicci diſſolubilis*, i. e. reguli, trituratione

ratione

ratione ſcil. diligenti præmiſsâ: (putrefactio, ait, *Lux in tenebr. Germ. p.* 229. eſt contritio non manuum, ſed decoctionis) prunis ardentiſſimis tum probè calcinatur, calcinatum cum ſpiritu acido, v. g. ⊖ dein ſpir. vini in TRam redigitur & hæc dein reiteratione calcinationis in *Lapidem Philoſoph. Libav. Synt. Arcan. p. m.* 423. Butyrum ♁ ex reg. & ☿ ſublimato rectificatum calci Auri miſcet, coquitque lege magiſterii magni in pulv. rubicundum. Nimirum ex Regulo ♁ii, ut ſupra quoq; dictum, & ☿ ſublimato ♌tis per retortam ▽ viſcoſa obtinetur, cui ſi addatur in ▽R ſolut. Aurum ad ℥ß. ☉rum tum ſe penitus incorporat ♁io: Hæc ſolutio dein transferenda in cucurbitam cum alembico primoq; ignis gradu aquoſitas extrahenda, quod biduo fieri ſolet; deinde fortiori igne ut fundus, cucurbitæ excandeſcat, urget: opere frigefacto fractoque ſolerter vitro invenietur aliquid elevatum quod negligendum, in fundo verò & circa latera medicamen ſubflavum hærebit inſtar ▽æ ſicciſſimæ & ſitientiſſimæ nec ſapiens nec pungens. Dicitur *Calx viva* quæ in catinum immiſſa dimidio horæ crematur verſaturque ſicut ☉ vitæ ſolet: poteſt & ablutionibus edulcorari. Miratur *Crollius* (cùm tamen ſit *à fixatione & nitro, dum calcinatur penitus, crematur & reverberatur*) examen ignis in Xbulo ſuſtinere, quanquam fixio ejus non ſit totalis & perfecta, cùm non maneat in cupellâ, ſed conſentaneum eſt ex ♁nio & ſublimato proflatam eſſe unam terram fixam, quæ exquiſitè cum *aureâ calce* permiſta etiam conſtantior evaſit, nec poteſt ex igne fugere, cui aſſuevit, à quo itidem ♎tus △tici ſunt ſubtracti. Vix dimidium calcis fixæ ex oleo reportatur. Dicitur πολύχρηστον datum à *gr.* 3. *ad* 7. in *Peſte, Lue ♀eâ, Podagrâ, Hydrope, Febribus, Calculo, Obſtructionibus, &c.* Qui ſcit modum, inquit notanter *Libav. Synt. p. m.* 343. quî ex ☿nio Philoſophorum per ſolutionem fiat △a viſcoſa, ex hac corpus nigrum, quod ſuâ aquâ refectum, iterum animatur, coagulaturque in medicinam albam, quæ repetitâ ſolutione & coagulatione exaltatur; pòſt fermentatur corpore perfecto & coquitur cum ſua ▽â ſolvendo & coagulando, donec evadat pulvis ſanguineus, qui porrò in Oleum reſolvi poteſt, is facilè aſſentiri *Crollii* aſſertioni poteſt; Nam eadem hîc ſunt primordia principalia, ſitque medicina univerſalis ad omnem infirmitatem, quæ medicinâ ſanari poteſt, ita ut etiam Chirurgus pro aqua vulneraria & ſimilibus inſerviat non excluſâ curâ externâ, V. Sbus, &c. Vid. *Exc. Jac. Zuinger. Prædeceſſ. noſtri Exam. Princip. Chym. C. VI. Chartier* quoq; *in Scient. Plumb. ſacri* fatetur, quòd ♁ium omnium metallorum rector, Soli in balneo ſuo reddat claritatem & ſplendorem, colorem & valorem ſuum exaltet, unde φαέθων quoque & χρυσοπηγὰ etiam dictum, quia quod ex corpore ſuo aurum potabile ſeu ſanguis auri extrahi poſſet, conſtans opinio fuit. MS. noſtrum vetuſtum docet ☽ cœmentare cum regul. ♁ & ☿♎ ſ. ſ. ſ. faciendo, ne fluat, idque aliquoties

quoties à pulvere abſtrahitur ſolutum, dein ♁ ſolutum in 🜅 cum ⊕ ☽æ miſcetur, & quinquies abſtrahitur, dein 🜆, materia funditur in regulum cum quibus ☽*a ana* funditur & ſolv. in 🜅, ſic remanet calx nigra quæ ☉ ſi cum borace fundatur; in *marcâ* nimirum eſt ☉ ℥ij. *Spiritum* ♁*lem* ad medicinam univerſalem adhibendam eſſe *Berlichius Diſſertat. de Med. Univ. §. XII.* docet, ſic enim *Artephius* menſtruum philoſophicum eſſe *ſaturno-antimoniale mercuriale* apertè docet. *Baſilius* ♄*num* conſulere jubet qui ſplendidam mineram ex prima omnium metallorum materiâ ſit traditurus ad aureum ſemen recludendum; qui etiam *Tract. de Natur. p. m.* 18. ait: Melioratio metallorum in ſtella ſignatâ vel eorum magnete reperitur, à quo omnia metalla virtutes receperunt. Hinc de *Monte Snyders* ♁ figurâ mundi, non minus ac Flamellus globo imperii ſignari monſtrat; vocat & patrem ſummum metallorum materiam primam ſeu principalem, pomum aureum ſolem cruce ſignatum, Venerem inverſam, fontem infortunii metallorum ac etiam eorum ſalvatorem; Sic metallicum cœlum vocat *Regulum* ♁*ii Paracelſ. Archidox. L. X.* Notanter inquit *Berlich. cit. loc.* Sunt quidam qui butyrum ♁nii pro ſpiritu ☿riali Philoſ. agnoſcunt, ſed ſi iſti Cinifiones Philoſophorum ſcripta rectè intelligerent & labores ritè reſtituerent, iſtumque liquorem figere ſciret, non in vanum ſemper inſtituerent Operationes. Verè enim *Crollius Baſil. Chym.* Num in Chymia, ait, aliquid præſtare poſſit hoc Oleum, judicent ii, qui illud cum ☉ro radicaliter ſoluto fermentare & per rotam philoſophicam ſec. artem requiſitam deducere norunt? vid. *C. VIII. Metamorp. & Croll. Titul.* Audeo dicere Menſtruum Philoſoph. butyro ♁ii admodum eſſe ſimile, ſi in hoc ⊖lia & 🜍ra metallica ſolvas, hasque aquas in phiolâ permiſceas & ſigillo Philoſ. munias, nihil quàm coctio, opus ut à Philoſophis vocatur, mulierum reſtat. Explic. *Tab. Herm. p.* 24. ait: Ex ♁ & ☿-∩-to fieri poteſt aqua ſolvens, de qua *Artephius & alius Philoſ.* ait, quòd ex regulo ♁ii ♂ & ☿-∩- fiat oleum, quod rectificandum: Et in hoc oleo ♁ii ☿ali ſeu arcano ♁nii ponendum ☉, quod in eo ſolvitur radicaliter in ſuam materiam proximam brevi tempore; nam hoc Oleum ſeu arcanum ♁ii, ait porro, auri ſolutorium eſt, quod tam avidè haurit ☉um quàm aqua calida glaciem aut nivem abſorbet, quod non corroſivæ potentiæ ſed ☿ii præſentis trahaci magnetiſmo adſcribi debet, &c. Quare egregia *TRa ex regulo* ♁ *&* ☉ ope ⊖ium ſubtiliatorum parata, quam candidè ſiſtit *Becher.* Chym. Glück. *p.* 801. ℞. *Reguli* ♁ *opt.* ☉ *aa.* fluant, pulveriſentur & terantur cum ✳*ci* ℔ß. ℞. *Mixturæ hujus p. j.* ☿-∩-*ti p. iij.* trita inde mox retortæ, & agita probè, pelle igne ∴ phlegma primò egrediens abjice, ſervato oleo ſpiſſiori, quod cohobetur quinquies de ſuo ⊙, & ſi adhuc phlegma commixtum ſit, abſtrahatur M. B. Dein ℞. *Olei hujus p. j. Spir. vini p. ij.* Digere per 8. ♂ ρ, quod

clarum eſt decanta à fecibus & abſtrahe in B. M. leniter ad oleitatem & obtinebis Oleum nobile rubrum, quod per gradus ignis in fixam ſubſtantiam coagulandum eſt. In hoc ☽ gradatur in ☉. Quantum verò reguli & ☉ ſit ſumendum, in antecedenti proceſſu ſiſtit Idem, nim, ad ☉ *p. i.* ſumendæ ♄ *crudi p. viij.* ut fiat Regulus ☉. Dum verò poſtea Oleum ſpiſſius cohobandum eſt ſuper ☉, illud ſubtiliter terendum erit. Hoc *Oleum* ſuper *Spir. vini rectificatum* tingit ad ejus *p. j.* ☿ *p. xvj.* in optimum ☉. Ad *album* verò ſi quis cum ☽to procedere vellet, poſſet dein loco ✱*ci* ſumere ⦶ & ulterius ut dictum, procedere, vel potius juxta modum *Poſtens* ☿♌rus ope ⦶ (non ⊖) & ⊕li paratus ſumendus eſſet: ℞. *Reg.* ♄ *pur.* ☽ *aa.* fluxis, pulveriſatis add. ☿♌ *p. ij.* ♌la per retortam & ☉ denuo miſc. ☿♌ *p. ij.* idque repete, donec omne pertranſierit in Butyrum: in hoc pelle ſpiritus è ⦶ & ♉ digere per ♂ ♀, pòſt affunde *Calc.* ♃, & abſtrahe, tandem cum ⦶ & ♉ fundendo reducatur. Vid. *Becther. loc. cit.*

Conſtat hinc quod ex *Butyri* ♄ *deſtillatione*, reſolutione novâ, habeatur

α *Cinnabaris* ♄*ii*, ex ♀ ♄ ſcil. & ☿ *vivo*, à quo ſcilicet ejus gravitas, ab illius verò acido, concurrente cum △tate ☿rii, Rubedo, ab utriſque verò agendi & operandi vis inſignis in morbis emanat, prout patet *Cinnabarim* hanc coctione cum lixivioſis fatiſcere non tantùm in ☿ currentem, ſed & in ſulphur ♄ii puriſſimum; Vid. *Cap. ſeq.*

β *Spiritus* ⊕*li philoſophicus*, ſi butyro ♄ii affundatur octuplum, vel, ſi butyrum craſſiuſculum fuerit, decuplum ▽*æ fontanæ*, hincque filtretur. *Clariſſ. D. Michaël* eum quoque rectificandum ſtatuit, quia in quavis rectificatione aliquid de ♄ remanet & medicamenta ex non rectificato prrata vomitum cient. Miſcetur is cum *TRis violarum, pœon. fl. aquileg. in febribus ardentibus,* ut præprimis in uſu fuit *laud. D. D. Michaëlis*, aliiſque effervescentiis M. S, inteſtinis ſedandis, v. g. in *Podagrâ, Calculo, &c.* ceu & *Unzerus in Anat. Spag.* ☿ *p.* 246. hunc ſpiritum ad corallia & perlas ſolvendas commendat; nimirum ſi rectè conſideretur, potius is eſt ſpiritus ſalis è ☿ ſublimato reſuſcitatus quàm vitrioli.

γ *Mercurius vitæ* abuſivè ☿, nonnullis etiam ☿ *mortis* (ut ☿ *dulcis, Diabolorum*) dictus, vel etiam aliis *pulvis algarot*, *Roſa mineralis*, ♄ialis potiùs eſt progeniei (quamvis enim fortè guttulam unam atque alteram liquoris æterni ſudarit, juxta ſupra citatum *Billichium*, qui in ♎to & ♄io videre ſibi viſus eſt, & audire duas illas mulierculas litigantes coram tribunali Salomonis, & ſuper filio in medium poſito, duo illa monoſyllaba, quæ univerſam hominum vitam verſant, *Eſt, Non,* tanquam ſerram quandam inter ſe invicem correſpondentes) pura ſcil. ſalis & ſulphuris ♄ii ſubſtantia, maximè ſi ex butyro ex regulo parato paretur, & dein cum *aquâ font.* præcipitetur, unde

& non

& non mirum quòd tantas turbas excitet ac etiam poſt mortem ſedes adhuc moviſſe ipſum obſervatum ſit; *mitigatur* tamen multùm *calcinatione & evaporatione*, ut & cum *ſale gemmæ* fricatione, quo pacto tum ♁ *per inferiora purgans* audit, & *Exc. D. D. Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 343. ☿rio dulci aſſociatus, medicamentum Antiquartium celebratiſſimum *Riverii*: Mitigari autem calcinatione dicimus, non ſaltem ſiccâ ſed & maximè humidâ, dum nim. is habetur ad modum *Chicotii in Epiſt. Med. p. m.* 74. à *regulo* ♁*nii, ſpiritu nitri* ſoluto, unde fit pulvis, cujus acrimonia primùm *aquâ fontanâ*, dein *meliſſæ, &c.* caſtigatur & à *granis quatuor* ad octo exhibetur. *Uſus* ejus in *morbis rebellibus*, ceu eo alternatim cum *Extracto hellebori nigri* exhibito graviſſimam & diuturnam Contracturam ſanavit *Exc. D. D. Mart. Maxim. Pruggmayerus Miſc. Cur. Dec. III. An. I. Obſ. I.* Sic & *Charas in Pharm. Reg. p.* 1012. ☿ vitæ ad aliqualem rubedinem prius calcinatum ſimili modo ſaltem in purgans convertit, & *Michaël. de Medic. famil. p.* 81. butyrum ♁ii præcipitato per *Ol.* 🜖*ri* obtinet ♁ ſaltem purgans. Nos ut ☿ vitæ magis benignum minusque periculoſum (mortis enim ☿ ſæpius evaſit) obtineremus, correximus ponendo dictum ☿ ſupra laminam 🜃eam & leviter ſpatulâ ferreâ removendo, dein *ſpirit. vini opt.* cum eo digerendo, & poſtea comburendo; *Doſis gr. iij.* adulto vel ejus Infuſum in Vino, Vis ejus inexhauſta ut Vitri ♁, in quod etiam reduci poteſt, ceu & *Maëtzius in Collect. Leydenſ. cap.* 58. ex ☿ vitæ cum 🜕 figendo & 🜔*le comm.* terendo ſecurum promittit purgans.

VI. Acetum Antimonii juxta *Baſil. Valent.* & ejus commentatorem *Theod. Kerckring.* ita fit: ℞. *Miner.* ♁ *q. v.* tere ſubtil. & impone vitro rotundo (cujus fundus planus ſit, quo minera in una craſſitie jaceat) affundatur *Aqua pluvia* ∫*ta* (quæ 🜄a non igne ſed per ſubſidentiam fecum & repetitam transcolationem clara & perlucida inſtar ⊟li ſole ∫\tur) ut cucurbita ad dimidietatem vaſis uſque plena ſit (pro 6. libris ♁nii requiruntur 14 libræ aquæ ∫\tæ pluvialis) bene clauſa (operculo cæreo, quod optime orificium cucurbitæ claudat, ac in ſequenti opere & amoveri & iterum adponi poſſit) ponatur in fimo equino (qui 3. vel 4ta die renovari debet, ut calor ſervetur, quod fieri poteſt, ſi partem $\frac{1}{2}$ dolii diſſecti repleas fumo equino, in cujus medio cucurbitam ad collum uſque ſepelias; aliud $\frac{1}{2}$ dolii fimo quoque imple, poſt tres quatuorve dies remove fimum circa cucurbitam ad ſpatium palmæ transverſæ infra in altitudinem palmæ calentem impone fimum, ſupra hunc colloca vitrum & circumcirca quoque ad ſpatium palmæ fimum recentem imprime, atque ſic hinc inde continua, movendo vitrum fimumque tertia vel quarta die renovando) ut putreſcat (moveatur autem materia in vitro ſpatula lignea oblonga in extremo lata & rotunda, omni fere hora, aliàs adhæreſcit materia fundo, & lapidis inſtar

coagulatur,ut nulla vi avelli poſſit,diebus verò ſequentibus motio hæc non tam ſæpe ac prius repetenda (timore accretionis) melius tamen ſi fiat; encheiriſis autem adhuc reſtat,quæ non niſi adſpectu & ore Informatoris monſtrare poterit, ſin verò eveniat, ut negligentia materia tam fortiter adhæreat,ut nullatenus moveri poſſit,neceſſe erit, ut ▽m effundas,materia lento igne ſiccata frangatur,& ſic citra rupturam cucurbitæ illam iterum eximas, cave autem, ne aliquoties impingas, aliàs labor tuus inanis erit) donec minera effervescere & ſpumam (puſtulas) in ſuperficie accipere incipiat. Id 9. vel 14. die contigere ſolet,ubi naribus admotis ſenties odorem ſylveſtrem) tunc tempus eximendi adeſt, ſignum enim monſtrat corpus ſe aperuiſſe, hanc materiam digeſtam impone in cucurbitam (vel ipſam cucurbitam materiâ digeſta adhuc plenam, à fimo purgatam, arenam immitte) bene claude cum alembico) & aquam extrahe, (caveas verò, ne Roſtrum alembici aqua tegatur, uti *Excell. Kerckringius* monſtrat, *Etneri* periculo cautus; attrahit roſtrum *Alembici aquam* in recipiente hærentem & aſcendenti vapori ✢toſo liberum impedit exitum atque cucurbitam frangit, ultra ſex vaſa *Etnero* perierunt, antequam quid in culpa ſit, animadvertiſſet, qui hoc in damno aliquod tamen rarum vidit contingens, nim. exſurgebat in cavo cucurbitæ in alembicum nubecula ſubfuſca, per roſtrum verò in eundem ex ▽a in recipiente morante in contrarium attrahebatur alia alba, hæ invicem conjunctæ, fragorem impetumque magnum cauſabant, quæ etiam detrimenti cauſæ fuerunt; quam primum autem recipientem à roſtro retraxiſſet, cum ſibilo aër acidus nares feriens exibat. Sic ergo colloca roſtrum alembici, ut finis illius ad minimum, ſpatio digiti transverſi ab aqua in recipiente remota ſit) habebit illa ſaporem utcunque acidum, aqua omni ablatâ, intende ignem (qui ignis tribus ☌bus totidemq; ♇bus ſine intermiſſione continuandus eſt, tum refrigeſcat) & tranſibit ♎tum. Hoc iterum fecibus admixtis tere, (Si haberi poteſt in mortario vitreo cum eodem piſtillo, in quo non tam multum diſpergetur, quam in porphyritide vel lapideo mortario) & affunde iterum eandem aquam (prolectam) & denuo abſtrahe, cùm per 6. ☌ de novo in fimo ſteterit, reſumatur labor ad 3. ☌ ♇) tunc acrior erit uti ✢ vulgare) (tuum ſimul adde, ſat enim & ad nauſeam uſque jam tibi monſtratum eſt) ♎tum autem, quo ſæpius operatio repetitur, eo magis minuitur & *acetum* acrius evadit; Hoc ſi lubet acue ſale proprio & habebis *Acetum Philoſophorum acuatum*.*Cl. Etnerus* in *Manibus Poterianis* facilius hoc ✢ ita parare docet: Paretur ♉ ex optima materia figulina cum fundo lato & plano cum duobus roſtris ex parte utraque uno; in medio partis ſuperioris concavæ ſit tubulus tantæ capacitatis, ut manus immitti poſſit, tubulo huic adaptatum ſit operculum, ut orificium illius exactè claudat: ex eadem materia figulina

fiant

fiant patellæ minores, tantæ ſaltem capacitatis, ut ad ℥j. vel ad ſummum ℥iß. materiæ captent, hæ patellæ minera ♁ii groſſo modo contuſa impleantur, ne autem plus uni ultra ℥j. vel ℥iß. imponas, patellis his materia refertis, repleatur 🝭a, unam ſupra alteram ponendo, uſque ad ſpatium 2. digitor, transverſorum à roſtris, tubulus, per quem immiſiſti patellas, operculo claudatur & cavum reſiduum luto impleatur, hanc 🝭am in reverberatorium clauſum pone & roſtris ambobus adapta recipientes ad dimidium ▽æ plenos, roſtra verò ultra craſſitiem digitorum duorum ne ſint ab aqua remota, ſenſim ſenſimque ignem auge uſque dum candeſcat, atque ſic per 24. horas continua, tunc ignem remove pro infrigidatione vaſis, abſtrahe recipientes, patellas exime & materiam ex illis extrahe (quam ſi in loco aperto à pluviâ & ſole tamen ſecuro (melius tempore ſereno in umbram ſub dio) repones, intra 6. vel ad ſummum 8. ſeptimanas ex aëre attrahet novum acetum, quod repetita ♌one iterùm elicere poteris, atque ſic continuando, aëri exponendo & iterum ♌do ſemper novum accipies ✚ti incrementum) patellas materia recenti iterùm infarctas retortæ impone ♏umque acidum ſive acetum elice, ſic repetitis vicibus eodem & faciliori modo priori edocto æque forte ✚ habebis, quod lentiſſimo igne more vulgari à nimia aquoſitate libera. De hujus *Uſu §. VIII.*

VII. Clyssus Antimonii Sulphuratus & Tartareus ob aciditatem ✚ ♁ii meritò excipit: *Ille* verò conſtat ex ⦶ *&* ♁*ii* ℔*j.* ♀*ris* ℥iij. bene miſcendo & ſ.a. ♌do in vas recipiens ℔*j. aquæ font. Vires* ejus ſunt refrigerare, *ſitim* ſedare & acidulas artificiales præbere, *alvum* laxare, *æſtuans hepar* attemperare & per ◻am ⊖ia *heterogenea* præcipitare; *Doſis gut. xx, xxv. in potu* (qualis inſtar Acidularum obtinetur) *vel tinct. violar.* ex ⊙ verò parari poteſt ♁ *diaphor. cum* ⦶. *Hic* verò præparatur ex ⦶*tri*, ♀*ri* *&* ♁*ii ana* modo ſimili, citra tamen ▽æ in vas recipiens injectionem; Quoad *Uſum* hîc itidem eſt nephriticus, flatus diſcutiens & ſanguinem mundificans in *ſcabie, podagrâ, &c. Doſis* ut prioris; ex ⊙ parari poteſt *Crocus metallorum*, imò, omiſſo ♀*ro* & loco ♁ *crud.* aſſumpto *Regulo*, ut vult *Etner. in Manud. Poter.* §.3. obtineri poteſt *Antipyreton* ſeu *ſpecificum antifebrile Poterii* quod in *Obſerv. p. m.* 717. ita deſcribit: ℞. *Minervæ ſeu Marcaſitæ* ♄*ni philoſ.* (eſt regulus ſtellatus ſuperius demonſtratus) *p. j.* ⊖*is balſam. ritè ppt.* (per quem equidem *Etnerus* intelligit remanentiam *TRæ metallorum à* ♀, ♃ *&* *reg.* ♁ *ſupra Cap. de* ♀ §. *IV.* deſcriptam, nos autem aliàs ⦶ *depurat.* quia in aliis locis per hoc ſaltem ⦶ intelligit *Poterius*) *p. iij.* terantur fortiter invicem (*regulo prius minutiſſimè pulveriſato*) & ♋æ vitreæ luto probè munitæ indantur. Per furnum venti (ne autem feſtines & prius infra retortam inter duos baculos ferreos ſuppone operculum (German. eine Stürtze) inverſum arena impletum, ne

flamma ſtatim fundum retortæ feriat, ſed ſenſim procede ignem augendo (ac ſi ♈um ⊕li elicere velis) *Spiritus* provoca in recipientem amplum & capacem, materiam è retorta eductam in ✠to *acerrimo* (ex *minerâ* ♁*nii* antea exhibito) ſolve & *TRam* ✠to fecibus pluries reaffuſo extrahe. *TRam* ab *aceto* ſegrega, cum ♈*u vini* hanc pluries cohoba in *fimo equino* & vaſe ad id opportuno (NB. niſi omnia in ſequentibus notanda hîc æque ac ibi accuratiſſimè obſervaveris, in caſſum laborabis, diverſa quidem materia hæc ab illa, aſt elaboratio una eademque eſt) *ſpiritus Vini* in extractione ſemper feces relinquit, ſuper quibus toties reaffunde *novum ſpiritum*, uſque dum nullus amplius tingatur (hæc fæces nullius ſunt momenti & rejiciendæ) tunc *ſpiritum coloratum* ſimul in circulatorium loca & ad △tatem TRam perduc, poſt lenem abſtractionem *ſpiritûs Pulvis antipyretos* in fundo remanebit. Reſiccatæ *TRæ* dantur *à gr. v. vj. ad x.* in quovis *liquore ante Paroxyſmum* & quovis tempore. Nimirum hic eſt Pulvis, de quo *Stiſſerus in Tr. de Febr. intermitt. p. 92.* ait, ſibi notum & in uſu eſſe ♀*em purpurei coloris* (fortè *cit. Reg.* ♁*ii medicinal.*) qui addito ⊖ △. *C. C. vel* ♀. plus præſtet ☿*to Parac. vel Helm.* imò in *Epilepſiâ, Arthritide* aliiſque *morbis chronicis* admiranda faciat. Vid. *laud. Poter.* qui *Alexipyreton* hoc tum *ſolutiv.* & *non ſolutiv* deſcribit *in Oper. p.m. 596.* nim. ℞. *Conſ. fl. borrag. viol. roſ. Cent. min. ana* ℥ij. ⊖♁*ii opt. depur.* ℥ß. ♁ *diaph.* ʒvj. (vel ſaltem *Bezoard. miner. ad* ℥ß. *cum Reguli medicinal.* ʒij. miſceatur, vel horum omnium loco *Cort. chin.* ℥j. *cum Reg. medicin.* ʒij.) *cum ſyr. de citr.* fiat *Antidot. Doſis* ibi ⊖ ♁*ii* pro *doſ. gr. x. flor. fixor. gr. xv.* Curat *febrim malignam ter vel quater exhibit. p. 42. 61. duplicem tertianam p. 53. 58. 66. 77. ardentem quater de die p. 70. 80. tertianam cum ſpecif. ſtomach. p. 116. duplicem tertian. p. 123. continuam p. 158. 161. quartanam* quoque *p. 261. 262.*

VIII. Oleum Verum Antimonii (de quo §. *I.* jam diximus) ope *Aceti prædicti* ita parare docet *Etnerus in Manib. Poter.* §. *II.* ℞. *Miner.* ♁ *rec. ppt. ſubtiliſſ. pulv. q. v.* affunde *Acet.* ♁ *prædict.* ut 3. digitis ſuperſtet, impone *pelicano* & in *calore leni* per 12. ♂♀ digeratur, (melius *D. Kerckringius*: Impone cucurbitæ latioris & plani fundi) affundendo *Acetum è propriâ minerâ deſtillat.* digeſtioni ſubmitte (*fimi equini* ut ſupra monui, materiam ſæpius ſpatula lignea movendo, ne adhæreſcat) per 40. ♂. Si omnia quæ huc requiruntur, & nunc dixi, accuratè ſervaveris, tingetur *acetum tuum colore inſtar ſanguinis rubro*) in *colore acetum* fit *rubrum* & *multo acidius* quàm antea (hanc *TRam rubram* per inclinationem effuſam repone & novum ſupra materiam reſtantem funde, colorem extrahe & priori affunde) ſi multum TRæ habebis, magna ſit cucurbita, ſi parum, parva; etenim ſi majorem quam *TRa* requirit ſumpſeris, nimis magnam vim ignis deſiderabit *acetum* (melius è retorta uti alibi proponit *Commentator*, in quibus eligendis idem modus obſervan-

ſervandus eſt) ut alembicum pertranſeat, propter ſpatii per quod aſcendendum eſt nimiam diſtantiam, ut & tantum ignem ferendo quin corrumpetur, TRa non perfert, hanc verò cautelam obſerva, ut nim. poſtquam $\frac{2}{3}$. deſtillatæ ſunt, mutes vas tuum minorique cucurbitæ imponas reſiduam materiam (id quod melius fieri nequit, quam ut 2. parare facias capellas æneas, ubi unam poſt alteram in aliam capellam terream in furno firmam arenaque plenam immittas, ſic vitra tua abſque periculo mutare & in iſtis capellis æneis vel aqua, vel cineribus vel quoque arena operationem tuam pro lubitu efficere poteris) eamque deſtilles ad *conſiſtentiam olei. Oleo* huic immiſce *Aurum ſubtiliſſimè limatum* (prius verò ab aliis metallis ter per ♁*um* purgatum) mitte in *Phiolam* longam & capacem, ita ut materia 8vam partem civitatis ſaltem impleat, pone ad digerendum, ut ☉ penitus ab *oleo* devoretur; hoc ſi factum, videbis, materiam hanc unitam in cucurbitam magnam immitte, lateribus adhærentem materiam *aceto* elue, & in balneo vel cineribus ulteriorem humiditatem expelle, donec reſtet juſtæ ſpiſſitudinis pulticula, hanc pultem *aquâ pluviali deſtillata* edulcora, quam pulti iſti affunde eamque per Balneum leniter abſtrahe, ubi hoc vice tertia repetes, percipies tandem *aquam dulcem* prodire, quod tempus ſumma diligentia obſervandum eſt, ſi te fallet, acta erit res (nam ſimul atque *gut. xx.* aut ad ſumum *xxx.* (vide quum accuratum hæc operatio requirat Inſpectorem) *aquæ dulcis* prodierint, iterùm exit aciditas, quam vel imperiti hujus rei vel incauti exiſtimant eſſe aciditatem *aceti*, ſed cùm hæc ſic *aciditas* ♁*ii*, quæ *dulcem aquam* extracto *aceto* ſtatim ſequitur, fit ut hac perſeveratione in deſtillando omnis virtus ♁*nii* pereat: Ubi *dulcis* nunc *aqua* hæc procedit, exime pulticulam in fundo reſtantem, eamque alteri vitro (patinæ inſtar plano) impone & ad calorem ☉is temperatum, vel alium moderatiſſimum evaporare permitte, ut *Pulvis ſiccus* remaneat. Hunc *Pulverem* in *Phiolam* infra luto parùm loricatam atque *Sigillo Salomonis* munitam repoſitum, in arenam colloca, auge ignem ſecundùm gradus uſque ad ignitionem & vitrificationem ſic præpara *Vitrum ſplendidiſſimum*. Hoc *Vitrum* ♁*le* ☉*um ſubtiliſſimè tritum* cucurbitæ impone, ſuperfunde *acetum* ♁*ii radicatum*, & per digeſtionem (obſervando monita priora) prius extrahe rubedinem, & hoc toties, uſque dum *acetum* non amplius tingatur; coloratas *TRas* ſimul in cucurbitam immitte (in omnibus proceſſum priorem cum *Oleo* ♁*ii* à principio ad finem uſque repetendo) evoca *acetum* uſque ad *ſiccitatem & conſiſtentiam Pulveris ſicci*, ex fecibus minimi momenti poſt exſiccationem remanentibus aliud quid præparari poteſt, cum vero hujus loci non ſit, progredior ad noſtra. *Pulverem* hunc *ſiccatum* extrahe *Spiritu Vini* (rite præparato & ſuper *Sale vitis* rectificato) ut contrahat colorem ſanguineo-purpureum, extractionem impone,

vel

vel pelicano vel circulatorio (ex duabus cucurbitis quarum alembicorum roſtra in ventrem alterutrius, uti figura *Kerckring.* exhibet adaptantur) omnibus aliis aptiori, ut ♌ reddantur △*les*, tum B. M. impone, eam tamdiu dirigendo, donec videbis TR*am* ſurſum ſe attollere & △*lẽ alembicum* adſcendere, refrigeſcat pòſt hæc, atque omnem materiam in cucurbitam vitream infunde, & deſtilla *ſpiritum* ſ. a. qui per alembicum tranſibit, ut ſanguis rubicundiſſimus; Dein abſtrahe de novo *ſpiritum vini*, ſed lentiſſimo calore & accipies *craſſum ponderoſumq́ Oleum*, quod in forma liquida ſi lubet aſſervari poterit, ſi autem in pulveris forma deſideres, vel per ſe lentiſſimo igne exſicca, vel ℞. *Pulverem corallor. ſubtiliſſ. optimè ab ære in contuſione adjuncto purgatum*, vel *Ocul.* ♋. impalpabilem, imbibe unum ex his *oleo* hoc, tandem in vitro longioris colli leniſſimo calore exſicca & pro uſu in loco ſicco vitroque puro clauſo repone. Tale *Oleum* quoque *Bohnius in Diſſert. de Variol. §. 33.* ita ſiſtit: ℞. *Mineræ* ♁*ii, prout ex Hungariâ affertur, ſilicibus partim flavis, partim cryſtallinis intermixtæ q. p.* huic ſubtiliſſimè tritæ add. *aëris concentrati* ⊖*is* ⊕*ri* (⊖libus enim ſine opus aggrediendum non eſt) *ana part. dimidiam.* Hæc omnia inferantur phiolæ, ſeponanturque ſuperfuſo *rore majali* vel *aquâ pluviali* ♂*tiâ*, vaſe aperto (ne rumpatur ob fermentantem mineram) ad fermentationem. Hâc peractâ procedatur ſecundùm modum modò à *Baſilio Kerckringio*que deſcriptum, ut acquiratur *Acetum* ♁*le philoſophicum.* Hoc ita paratum ſuperfundatur *mineræ novæ optimè itidem lævigatæ ad 3. digit. eminentiam*, repetendo laborem, donec omnis extracta TRa ſit. Hanc de novo ſupra dictis ⊖bus legitimo pondere additis, fermentare oportet, hinc ♌re, primò *lento igne* & qui ſaltem ſufficit ad prolectionem phlegmatis, ſeorſim ſervandi, pòſt *fortiori*, evecturo *oleum rubicundum, pellucidum*, millibus ſtriis in recipiens depluens. His ita perfectis, cum phlegmate primò ſtillante ſervatoque ex ⊙*tuo* extrahe ⊖, quod coagulatum *oleoq́ junctum* rubicundo, prægreſsâ deſtillatione, hoc exaltat in *oleum rubino rubicundius*, nobiliſſimum in deſperatiſſimis caſibus, iisque imprimis ex ſanguinis ſuccorumque cæterorum impuritatibus natis medicinam. Huic affinis eſt

IX. Panacæa Antimonii, ſeu *Sulphur* ♁*ii fixum* heroicum medicamentum, ejusdem quippe notæ ac efficaciæ cum *Regulo* ♁*ii* medicinali (ceu qui in *aquâ calcis vivæ* coctus, affuſione *ſpirit.* ⊕*li* ♀*ur* itidem exhibet) ſupra allato; Invenit eam *Glauberus*, qui eam in *Pharmac. Spag.* ita candidè ſiſtit: ℞. ♁*ii p.* j. ⦶ *p.* j. ⊖ ⊕ *p.* $\frac{1}{2}$. Miſta in crucibulo fluant, maſſa inſtar hepatis à ſuperiori parte ſeparata coquitur in aquâ, lixivium filtratur, ipſique infunditur ſolutio ⊕*ri crudi* cum *aquâ ſimplici* factâ, ſic cadit in fundum *pulvis flavus*, qui *aquâ* probè edulcorandus & exiccandus. Quoad *uſum* ejus refert *Hoffmann. in Not. Poter. p. m. 561.* ipſum in majori doſi exhibitum cum *cre-*

more

more 🜍*ri*, tutiſſimum evadere emeticum, quo frequenter uſus ſit *Conerdingius Practicus Brunſuicenſis*; ſi verò ſuccisâ doſi detur cum *Pulveribus bezoardicis*, vim edit reſolventem, deobſtruentem & leniter ſalivantem; In principio *variolarum, morborum malignorum*, ubi anxietates urgent (non ſecus ac de *Regulo medicinali* hoc ſupra diximus, ac aliàs *Frid. Hoffmann. Fund. Med. Cap. IV. p. 55.* præſervationem ab *his morbis* optimè vomitu fieri docet) in *lymphæ vitio ſanguinisq́; impuritate, ſeri coagulo* ac *glandularum tumoribus* mirificæ eſt virtutis; *Glauberus* refert illud præſervare à *Variolis*, quod confirmat, ait *Hoffmannus*, experientia ſeptem infantum; Idem perhibet *Ulcera linguæ* ſe curaſſe aliquoties pauciſſimis hujus 🜍*ris granis*; Expertiſſimum ejus *uſum* invenit *Hoffmannus* in *intermittentibus chronicis* & *autumnalibus*; *unum granum* ejus pro *doſi* maritatur cum ⊖*bus abſterſivis* & *præcipitantibus antifebrilibus*, quorum vim reſolventem mirificè auget, at verò repetitis vicibus id exhiberi debet, mirum enim eſt, quantùm ſe diffundat vis puri ac ſubtilioris ex ♁nio educti 🜍ris, etiam in exili quantitate, univerſum corpus pervadit, & ad remotiſſimas quoque partes & extimam corporis plagam pertingit; experientia quoque edocuit, mirificam ejus eſſe vim in acrimoniâ ſeri deliniendâ, lacrymarum mordacitate oculos infeſtante, *lippitudines* moleſtiſſimas, *ophthalmias* cum *unguis* & *panni metu* producente corrigendâ; ſic prætereà *Schraderus* notavit in muliere *dolore artuum ſcorbutico* laborante & *defluxionibus ad pectus phtiſin minitantibus* tantillum hujus 🜍*ris* ♁*nii* doſin tenuis & acris ſeri motum ſtitiſſe & periculoſi morbi incrementa impediviſſe; adeo verum eſt illud *Exc. Wedelii*, ♁ dimidiam Pharmacopolii partem abſolvere & rectè *Mathiolum* id manum Dei vocare. Alia hujus 🜍*ris* Præparatio hæc eſt, quam ſiſtit *Digbaus in Medic. experim.* ℞. ⦶ *pulvere carbonum detonati & per 2. horas igne forti calcinati,* ſolvatur in ▽ (quæ aliàs *Liquor Nitri fixi* dicitur) filtretur & exhaletur ad ſiccitatem, igniatur amplius per 2. vel 3. horas, uſque dum vireſcat: ℞. *hujus Nitri p. ij.* ♁ *pulveriſ. p. j.* ſiccetur & igni apponatur per 2. horas, dein effunde maſſam in *Aquam commun.* & hæc extrahet *TRam* de ♁*io*, ſtent per ℘, & poſtridie reperies TRam in fundo, decanta *liquorem* & ſicca *pulverem*. *Doſis* hujus *Panacææ* eſt à ℈ß. *ad* ℈*j.* quæ leniter purgat; Ulterius ℞. *hujus Panacææ* ℥*j. Reguli* ♁*ii* ℥*j. ſpir.* ⊕*li vel ſulph. rectif.* ℥*iij.* Diger. in *fimo equin.* in retort. parv. per 8. ♂, 🜂la & affunde dictos ⏜*tus* rurſus ſuper reſtitantes feces tribus vicibus, dein 4. ignis gradu pelle maſſam per 12. horas, & erit tuum ♁*ium* △*um*: frange retortam & confunde maſſam, reverbera eam per 2. horas in patina ▽a, lavando poſteà in ▽*a roſar.* & ſiccando ſuper *papyr. gryſ.* & erit abſoluta operatio, ℞. *hujus materiæ, Magiſter. Corallor.* (*vel Corall. ppt.*) *ana part. æqual. Doſis à gr.* XV. *ad* XX. *Uſus* in *hydrope*, (maximè & *matricis*, præſente ingravidatione) *tabe, paralyſi, peſte* & *ob-*

& obſtructionibus, item in ſanguine mundificando per ſudorem, affectibus item pulmonum, *phthiſi, internis apoſtematibus, &c.* Hodie ad 🜍 ♁ *fixum* ob- tinendum ita procedit *Pariſiis inſignis Chymicus Dn. Coppenay*, cujus Proceſſus ſeq. eſt: *Pour fixer le 🜍re de l'Antimoine:* ℞. *de l'🜅 vulgaire, faite avec de ⊕l. & 🜕 autant qu'il vous plaira, mettez dans un matraz à long col aſſez ample, à fin que l'🜅 n'evapore pas, mettez le vaiſſeau ſur le ∴ chaudes & y jettez peu à peu de 🜔 commun bien pur & decrepite reduit en poudre, autant que l'▽ en pourra diſſoudre. Ayez du Regule de l'♁ene fait avec le ♂ ſuivant la methode ordinaire, ſans pourtant le trop depouiller de ſon 🜍re; mettez le en poudre ſubtil & le mettez dans un autre matras de long col fort ample, jettez dedans peu à peu (ſous une cheminée evitant ſes fumées puantes) votre eau preparée, juſqu'à ce que la grande ebullition aura paßé & que l'eau ſurnage le poudre de 4. doits, apres digerez pendent 24. heures à une chaleur des cendres ou ſable aſſez forte, pour te- nir la liqueur preſque bouillante, apres quoy vous mettrez un peu de coton à filer dans un entonnoir & vous filtrerez au travers de ce coton votre teinture en la ver- ſant doucement par inclination, à fin de ne pas troubler le poudre blanche & rouſſe du regule, qui eſt au fond dans une terrine vernißée, dans laquelle il y aura de l'eau impregnée du ſel de 🜿re; qu'on aura preparé comme nous enſeignerons plus bas; aprez que toute la Teinture aura paßé au travers de coton il faut continuer à verſer l'▽ de 🜿re autant qu'on remarque la moindre ebullition, i. e. qu'on aura emoußé tout entierement le 🜔 de l'🜅 qui tenoit engagé le 🜍re de ♁e, & on verra peu à peu ce 🜍 fix anodyn en un poudre doux orangée qui ſe precipitera au fond de la terrine, laquelle poudre on retire en filtrant toute l'eau par un papier gris, la lavant enſuite ſouvent avec de l'eau commune de ſa ſalure & on le ſechera à l'ombre. Le ſel de 🜿re dont ou a parle cydeſſus ſe fait par une detonation du 🜕 & 🜿re parties egales dans une vielle terrine & on verra un ſel qu'il faut diſſoudre dans l'eau chaude & paſſer par un filtre, enſuite laiſſer un peu evaparer de l'eau.*

X. Tinctura Antimonii verior & genuina non immeritò non mi- noris æſtimatur quàm ipſa TRa ſolaris, vel auri & metallorum perfectorum, ceu participans de intrinſeco nobiliore & fixiore 🜍re ♁ii, quod 🜍 intimè in Regulo concentratum naturæ ſolaris dictum ab omnibus Chymiatris, ut loquitur in *Colleg. Pharmac. in Schröd. Op. T. I. p. 891. Ettmüllerus*, qualesque nobiliores TRas hinc inde jam communicavimus, & ad quod fortè etiam reſpexit non ſaltem *Judicioſiſſ. Frid. Hoffmann. Pater in ſuâ Tincturâ ♁ 🜿ſatâ* (quam in *Theſ. Pharmac. p. m.* 108. ita ſiſtit: ℞. 🜔 🜿 ℔ß. *Reguli ♁ii. præcipuè ſolaris* ℥ij. *🜕tri opt.* ℥iij. Funde in Xbulo per horam, poſtea materia injicia- tur *Sp. vini* & TRa extrahatur in loco tepido per 9. dies; dein add. ⌒ 🜿 *△lis vel ✳ci ▭oſ. vel C. C. rectif.* ℥j. *Doſ. gut. à* 10. *ad* 20. 30. *in Vino, Juſculo,* in *ſan- guinis impuritate, ſcorbuto, malo hypochondriaco, calculo, colicâ, præſervatione à podagrâ,*

podagrâ, omnibusq; morbis tartareis & febrilibus,&c. laxat alvum & materiam ſabuloſam per ☐am educit ceu & *Helmont. Tr. de Febr.* C. 17. *num.* 13. *ad fin.* dicit quod -ʌ- ⊖ ♀̲*ri* tranſeundo per meſeraicas lambat reſolvatque ſordes ibi ſubnatas, vi exotica ſibi aſſumpta) ſed & maximè *Candidiſſ. Zvvelferus,* qui loco *Vitri ♁nii ſimplic.* ſuadet in *Mantiſſ. Spagyr. p. m.* 381. pro TRa ſeu *Eſſentiâ ♁ii Vitrum ♁ii ☉re* (vel ex *ſimplici ♁ & ☉ro*, vel quod præſtantius merito dicit *p.* 364. ex regulo, ut puriore parte ♁ii, cum vel ſine ☉ro parati) pulveriſatum cum -ʌ- ♀ ex ⊕ deſtillato humectare, totiesque iterùm in leni calore exſiccare; Ex hoc dein porrò Vitro cum *q. ſ.* -ʌ-*ûs* ♀*ris* dicti repetitis vicibus affuſi, elicitur leni calore TRa rubicunda (in vitro ſatis alto & probè clauſo, ne ſpiritus exhalent) quouſque -ʌ-us tingantur; Hi ſpiritus tincti omnes leni deſtillatione abſtrahantur ad remanentiam Liquoris craſſioris, ſanguinis inſtar. -ʌ- ♀*ris* abſtractus ad eosdem & conſimiles uſus aſſervetur ceu viribus non diminutus. Liquor verò reſiduus ♁nii, ſulphure ☉ri plenus aut imbutus porrò cùm *Spir. vini rectif.* extrahatur (quod in momento quaſi contingit, quemadmodum *ſpir. vini* quamprimum TRæ priori abſtracto affuſus, illicò ſummâ rubedine inficitur, pulviſculus nec non flavus, qui in prima abſtractione *ſpiritûs* ♀*ris* unà cum *liquore rubro* remanſit, potiori ſuâ parte in *ſpir. Vini* reſolvitur) Abſtracto denuò *ſpir. Vini* ad remanentiam liquoris craſſioris remanet *TRa ♁nii rubicundiſſima* ſanguinis inſtar, quæ à pulviſculo flavo ſubſidente ſeparanda & ſtudioſè aſſervanda eſt. Qui tamen *Pulv. flavus* in *ſpir. Vini* reſolubilis eſt & magnarum virium, uti præcipuè conſtat ex *Sect. I.* Cœterùm ſine diffuſiori apparatu paratur hîc ſimpliciter TRa *♁nii* ex ♁ cum cineribus clavellatis probè calcinato vel ſcoriis adhuc calentibus ope *ſpir. Vini,* quæ tamen vires ſuas magis ab alcali addito quàm ipſo ♁ mutuatur; unde potius alii ad ſulphur purius tantò felicius eliciendum ductum *Dan. Ludovici* ſequentes pro verâ illam habent (ceu quæ *verum Lili Paracelſi* præbeat) quæ nimirum per extractionem cum *ſpir.* ⊖*is* ♀̲*ri* vel cum *ſpir.* ♀̲*ri* ſubtiliori paratur, vel quæ, ſi ♉da majoris ▽tionis ergo deſideretur, elegans mox habetur, ſi cum ✱ *forti* (*Baſilius* & *Kerckringius*, ut dictum, volunt *Acetum* ex *minera ♁nii deſtillatum*, alii *ſpiritum* ⊖*li philoſophicum*, alii, ut *Maëtz Acetum acerrimum ſeu menſtruum* ex *cryſtall.* ♀. *p. ij.* & ⊕ *mineralis p. j.* prolectum) aut cum *ſpir.* ⊕ *ſimplici* vel *ſulphurato è croco metallorum* aut *ſulphure ♁ ☉to* primùm, & hinc evaporata maſſa cum *ſp. Vini* denuo extrahatur: vel adhuc compendioſius, ſi ex *ſulphure ☉to ♁nii* cum duodecuplo *Aceto ſimplici* digeſto & poſt evaporationem cum *ſpir. Vini* extracto paretur, qualem *laud. Ludovicus* in *humorum impuritatibus. Cachexiâ, Scabie, &c.* ad *gut. xij. vel xv.* non immeritò laudat: -ʌ-*um* verò *æruginis* pro hac TRa præ aliis uſurpavit quoq; magnus ♁ii æſtimator *Fr. de le Bois*

Sylvius ſeq. modo : ℞. *Vitr.* ♁*nii hyacinthin.* ſine ulla addit. præparat. ſubtil. pulver. *q.ſ.* affund. *ſpir.* ♀*ris* ad eminentiam aliquot digitorum, digerantur, donec *ſpiritus* ſanguineus evadat, hinc immoto vitro decanta rubeum liquorem & novum *ſpir.* ♀ affunde, digere ut ante, idque toties, donec amplius *ſpirit.* non tingatur; conjunge cum TRa & in retortam vitream *ſpiritum* ♀*ris* ad ſiccitatem abſtrahe, relictum ſolve *ſpir. Vini rectificatiſſimo*, & tamdiu circula & digere, donec in ſubſtantiam oleoſam abeat, in quem finem *ſpir. Vini* ex parte abſtrahi poteſt, ſicque relinquitur oleoſa ſubſtantia ♁*ii*, quæ vera eſt eſſentia ♁*nii. Vires*, pro *Panacæa* habetur in *depurando ſanguine*, curat *cancrum, lepram, pſoram, ſimilesq; cutaneos affectus* (experientiâ etiam *Poterii in Obſerv. p.* 111. 273. 274.) *luem* ♀, *contracturas, aliaq; inſanabilia mala. Doſ. gutt. ij. iij. v. ad* ℈*j. Williſ. de morb. convulſiv. Cap. VIII. p. m.* 80. effectum ſingularem hujus TRæ ſe expertum teſtatur in nimio ⊡æ profluvio. *Khunrad de Igne magor. Philoſoph. in Append.* laudat inſuper, ut cœleſte remedium in *Apoplexiâ, Hydrope, Epilepſiâ, Febri hecticâ* (in ▽*a viol.*) in *Febribus, Peſte*, imò ad vitam longævam vere & autumno *aliquot guttulis* aſſumptam. *Exper. p.m. Bernh. Schnorfius* de hac *TRa* ♁*ii* ita inquit in ſuis *MStis*: Triplici à me modo præparata eſt poſt inſignes labores optimè inventa; Prima ex *Sulphure*, altera ex *Sale*, tertia rurſus ex *Sulphuris eſſentiâ* ſive oleaginosâ ſubſtantiâ ipſius ♁nii. I. Accipe 🜍 *purum* ♁*nii* ſupra §. *II.* deſcriptum : huic affunde *Ol. aniſ. q.ſ.* Coque in alembico cœco in arena, donec omnino ſoluta ſint. Tum inde retortæ & igne arenæ deſtilla, Oleum aut 🜍 reſolutum maneat in fundo; tum affunde *Spir. Vini opt.* & procede, uti infra in *Tinctura Corallorum* quoque docebimus. II. ℞. ⊖ *fixi* ♁*ii* nullo modo nimis calcinati, ſed quod 🜍 ſuum adhuc apud ſe retineat. Huic affunde exiccato (ſed non calcinato) *ſpir. Vini*, & extrahe TRam coloris hyacinthini potius quàm rubri. Extractiones miſce & inſpiſſa per abſtractionem pro lubitu. Eſt omnino potius TRa ⊖ ♁*ii* quàm 🜍*ris*. III. ℞. 🜍 ♁*ii ſummè purificat. q.v.* abſtrahe ab eo *ſpiritum aceti*; edulcora, tum accipe *Nitri cum calce vivâ ſ. ſ. ſ.* f. *ter calcinati q.v.* & funde in Xbulo, tum ei adde 🜍 *prædictum* ita leniter calcinando, uti in *Elix. Balſ.* cum *ſulph. vulg.* & ☿ infra quoque *Cap. de* 🜍 notavimus. Demum affunde -ʌ- *vini*, qui attrahet *Quint. Eſſent. ſulphuris*, relinquens ⦶ in fundo non autem omnimode; Quare reſiduum ⦶ *ſpirit. aceti* præcipita, filtra, idque toties repete, donec omnes ſalſedines & feces ſeparatæ ſint & in filtro *Q. Eſſentia ſulphuris* inſtar Gummatis remaneat. Hoc dein ſolve aut in *proprio Aceto* ♁*ii* aut *ſpir. Vini* aut alio quovis vehiculo & mox tingetur optimo colore nulloque modo præcipitabitur amplius. Hoc *Gummi* diu ſtuduimus ope *ſpir. Vini* per digeſtionem reducere in *Oleum dulce* ♁*ii*, ut reverà hoc *gummi* dulce eſt, ſed neſcio quare, aut an defectu ſufficientis digeſtionis

non

non evenerit? Interim monere volui poſt me ſequentem, ne tempus & operam hâc viâ perdat, utque facilius capiat, ex occaſione ſcribam, quæ præter particularia vulgaria aut ſupra memorata *Diaphoretica* & *Purgantia* nobiliſſima ex ♁*io* notavi, in ♁*io* elaboravi, clarè dico, ſed qui poteſt capere, capiat. ℞. *Mineræ* ♁*nii*, Antimoni Ertz/ aut illius quæ *probè* Schwambs *apud Griſones* reperitur aut *Ungarica q.v.* Hanc duplici viâ ſ\ la. Primò bene contuſam & cribratam ſine præviis digeſtionibus inde retortæ duabus partibus vacuæ, deſtilla primò in recipientem magnum bene lutatum (ut tamen propè juncturam foraminulum parvum inſtar aciculæ pateat) leni igne primò 🜩*um* cum 🜄*â* ☿*iali* ſive *phlegmate inſtar roris mineralis*, cujus etiam refert odorem & vocatur *Acetum* ♁*nii*. Tum auge ignem ſenſim, ne minera fluat in retortâ, & eam diffringat & prodibit 🜔 △le cum floribus luteis rubris; His omnibus ♎tis ſine retortam frigefieri, demumq; flores ex collo ſepara q. potes & miſce cum 🜊. Dein frange retortam, & omnia rurſus cum ☉ in novâ retortâ denuo deſtilla, idque de novo ter vel quater repete. Tandem dum ♀, Flores, Acetum omnia tranſierint, ☉*uum* elixivia; extrahe per filtrationem & coagulationem, ſolutionemque in 🜄â reiteratam 🜔 *fixum*, quam ſuperioribus adde, aut pro *Tinct.* 🜔 ♁*ii* aut aliis uſibus ſerva. Elementa ſic ſeparata conjunge. Inde phiolæ 2. partibus vacuæ hermeticè clauſæ; Impone ventri equino aut alio athanori (ut in Inſtrumentis apud *Auth.* delineantur) & rege igne uti regitur fœtus in utero matris, expectaque intra annum *veram Q. Eſſentiam* ♁*ii* menſtruum Philoſophicum. *Sapienti ſatis.* Cùm tamen ſit in hac Operatione difficilis ignis Regiminis gradus, igitur ♁ii elementorum ſeparationem breviori modo ſic habebis per 10. aut 12, vaſa tubulata, uti in Inſtrumentis apud quoſdas Chymicos, *Mylium*, *Libavium*, *Glauber*, *&c.* delineatum vides. Extrue fornacem ſimplicem; impone cupellam terream quæ ignem ferat; huic ſuperimpone retortam magnam in fundo perforatam (perforatur autem mit einem kupffernen Ring bey einem Drechsler) & bene luta. Huic retortæ collo applica quot vis recipientes tubulatos bene lutatos; tum ſubde ignem capellæ, ut candeat, & injice per foramen factum in cupellam retrò per cochleare ferreum *Mineræ* ♁*nii pulveriſ. ſucceſſivè q.v.* & adſcendent flores cum 🜔 △li in retortam; 🜩us verò cum phlegmate inſtar nubium per vaſa tubulata circulabit & demum ſe ponet, ſicque ſucceſſivè deſtillabis, quot volueris libras ♁ii; dum ſufficiens habes ceſſa & exime cineres in capella; è quibus extrahe 🜔 *fixum* elixiviando; Tum miſce flores retortæ, 🜔 *fixum* & 🜩*tum* vaſorum ſimul & procede ut ſuprà. Quoad Vires, ut dictum, prædictæ TRæ illuminativæ ſunt, purificant *ſanguinem*, curant *lepram*, *&c.* nim. *uſus TRæ* ♁*ii* virtutis eſt mirabilis ac ejusdem cum *TRa* ☉*lis*, purificat enim *totum corpus hominis*, *omnes*

impuritates tollendo, mundat *ſanguinem* ſiccatque maximè *ulcera fluentia*, (Leib-Schäden) curat *luem ♀eam*, ſi ejus *gr. iv. cum Aq. guajac. deſtill.* dentur adſudandum, item *lepram, podagram*, rumpit *apoſtemata interna*; *Extus* etiam curat *ulcera antiqua inſanabilia* inſperſum vel cum *Ung.* vel *Empl.* appropriatis applicatum; *Omnes febres antiquas* ſanat, maximè *Quartanam* in *Aq. abſynth.* datum, qualiter & *ventriculum* roborat, *memoriam* confortat cum *Aq. veronic. &c.* Prædicta autem *Aqua guajaci* ita fit: ℞. *Lign. ſanct. raſpat. q. v.* Irrora -ʌ- *Vini* & bene clauſum vas calore leni per ♂ aliquot digeratur, dein ▽*a fumar.* vel *ſcabioſ.* affuſa iterum digeratur per 14. ♂ in B. M. dein 𝔖ne prodit *Aqua* & *Oleum*, quæ à ſe invicem ſeparanda. *Uſus* autem *TRæ ♁ii* etiam eſt in Alchymia ad transmutationem metallorum cum *Oleo ☉lis* conjunct. Quod ſi verò magis efficax & colorata expetatur, ut jam ſæpius innuimus, omnium optimè *TRa* hæc cum *Croco* ☉ conjungi poteſt: ℞. *Croci ☉. vel ☉ philoſ. recluſ. p. j.* TR *hujus ♁ii p. iij.* miſc. ſimul in vaſe porcellano & leni △ne ad ſiccitatem evaporentur. *Doſis* hujus *pulveris gr. ij. vel iv.* *Crocus* verò ☉*is*, ſi quis philoſophicam recluſionem ſufficienter hucuſque à nobis edoctam nondum norit, ad hanc operationem ita paratur: ℞. ☉ *per ♁ purg. p. j.* ☿ *depur. p. vj.* f. amalgama, cui commiſce 🜍*rus duplum* totius, miſc. inter ſe & ſub tegulâ calcinantur, continuò agitando ad totalem *ſulph.* & ☿ expulſionem, ſic habetur *Crocus* ☉ à fecibus abluendus. Vid. *Baſilius Valent. in Curru Triumph. ♁ii & van Suchten de Secret. ♁ii.* Verùm, ut dictum, ſi *Crocus* ☉*is* (quem *Sect. I.* parare docuimus) philoſophicus aſſumatur, tum genuina TR ♁*ii* ſeu *Azot Paracelſi* habebitur, quo tanquam panacæa in pleriſque morbis graviſſimis uſus eſt: In una enim radice ♁ii veluti in chao quodam inexhauſto continentur omnium pene mineralium & metallorum virtutes & cardinalium morborum ſanationes totaque proſtheſis & aphæreſis, cùm impuritates balſamo adhærentes per vomitum, ſeceſſum, urinas & ſudores expellat, & inſtar ignis conſumet, balſamum verò ipſum ſulphure ſuo verè ſolari egregiè confortet & in ſummum gradum puritatis extollat, ut eleganter loquitur *Petræus in Noſol. Harmon. Diſſ. V.* Huic affinis

XI. Quinta Essentia Antimonii ſeq. *Maëts*: ℞. *Flor. ♁nii △ne reverberii ſummè fixatorum & rubeorum, Salis ✳ci* (quod vicem *ſalis mirabilis Glauberi* hîc præſtat) *ana q. pl.* miſc. & ≏tur, ſic enim portio florum adſcendit, portio in fundo remanet, quæ addito novo ✳*co* denuo ≏tur, idque continuetur, donec maxima pars florum adſcenderit, affund. his ▽*m pluv.* & ab omni ſalſedine libera & exicca, affund. dehinc menſtruum ex 🜖 & -ʌ- ⊡*æ* factum (*infra C. de* ✳ dictum) ſtent in digeſtione, uſq; dum Pulvis rubicundus ſit ſolutus, 𝔖tur leni △ne ex retorta, & tranſibit 🜖, aucto verò igne ſubſequitur *Quinta ♁ii Eſſentia* inſtar olei rubicundi fragrantis odoris:

hinc

hinc ℞. *Croci* ☉*is* modò dicti *q. pl.* affund. *Qu. eſſent.* hanc ♁*ii* ad eminent. 2. transverſ. digit. Stent in furno fixationis ſeu arena calidâ, uſque dum intimè ſe combinârint in *Pulverem rubeum*, cujus *Doſis à gr. j. ad iv.* in renitentiſſimis morbis ad inſtar ☉ *potabilis* vel *Lapidis* △ *Baſilii* virtutes exerens. Ex eodem fundamento fit

XII. Balsamus Sulphuris Antimonii *Baſilii Valentini* heroicum omnino remedium, ceu quo *Cancrum mammarum* jam jam cultro exſcindendum in pago Orſchot (circa Sylvam Ducis ſito) feliciter ſanavit, inunctione cùm eo ſaltem per *ſ* aliquot factâ, *Candidiſſ. Kerckringius*, ut refert in *Curr. Triumph.* ♁*ii Comment. p. m.* 157. nim. ℞. *Sulph.* ♁*ii vel è Vitro ſubtiliſſ. trito, vel Croco vel Floribus debitis enchiriſibus* (quas tum *cit. Baſilius & Kerckringius* ſiſtunt, tum nos *ſupra* propoſuimus) *extract. q. ſ.* Impone *Ovis duris*, exempto vitello (ſic tamen ne interior pellicula diffringatur) & in cellam humidam loca, ſic enim per deliquium *Oleum flavum* habetur, quod ſanat *omnia vulnera recentia*, ſi ſub initium *molli plumâ* indatur vulneri, & illud *ſtiptico* aut alio *emplaſtro præſervativo* circumdetur, *omnia vulnera recentia* ſeu punctim ſeu cæſim inflicta hoc liquore ſanantur, ſine putrefactione, inflammatione, aut ullâ puris ſuperfluitate, ita perfectè, ut meritò ei, qui cœlum & terram creavit, iisque talem medicinam indidit, laudes gratiæque reddantur. In *omnibus veteribus malignis & corroſivis vulneribus* utere hac *extractione* ſeu *balſ.* ♁, nunquā te in neceſſitate deſeret, & ipſe poſt me, ait *Baſil.* laudum ejus encomiaſtes virtutes ejus deprædicabis, quibus exterius adhibitus beat mortales, *lupus & cancer* ei cedunt, *caries in oſſibus, ulcera maligna* à *vermibus* corroſa & perforata eum fugiunt, revocatque *priſtinam ſanitatem*, & ei præparat apud ſe hoſpitium, quando fixitas ejus intrinſecus & alia media convenientia extus ritè adhibentur. Tale quoq; *Balſamum Sulph.* ♁ ita fecit *Clar. Maëtz.* ℞. *Salis mirabilis Glauberi q. v.* fundatur in Xbulo, eique ſucceſſivè adjicito particulas ♁*ii inſtar piſorum*, quouſque ⊖ ſufficienter ♁*io* imprægnetur, relinque ſuper ignem, donec frigeſcere & concreſcere incipiat, pòſt exime & pulveriſato affunde *Ol. ſuccini rectificat.* ad eminent. 2. digit. transverſ. Digere per ♇ & manè ex retorta vitr. deſtilla: Sic verò *Ol. ſuccini* ſecum rapit puriſſimam *Sulphuris* ♁*ii* partem, paratusque erit *Balſamus* virium excellentium, *externè & internè* uſurpandus in *affectibus*, v. gr. *pulmonum* ex acri & corroſivo *ſale* ortis, *colicâ, paſſione hyſtericâ, obſtructionibus menſium, &c.* *externè* verò potenter diſſolvit *tumores duros, glandulas induratas, partesq; frigore exuſtas* reſtituit, minimeque cedit *Balſamo* ♁*ii Junckenii*, quem in arcanis adhuc ſibi ſe reſervare dicit *Corp. Pharm. p.* 210. Quòd ſi autem loco *crudi* ♁*nii* ſumantur *ſcoriæ reguli* ♁*nii* vel hæc cum *aa. ſalis* ✳*ci* miſceantur & ex retortâ deſtillentur, melius erit pro obtinendo *ſulphure* ♁*nii* aurei coloris,

coloris, ceu quod tum *per ſe* tum aliis mixtum *intus & extus* egregiè *humores* reſolvit, eorum *acrimoniam* temperat & *viſcera* roborat, prout hoc *Meynier Gallus in Spec. Univerſ. p.* 120. expertus eſt, qui ♁*lium vim* candidè dilaudat, dum 🜍 ♁*ii per lixiv. extr.* & dein *cum Sale* ✱*co ſublimat.* miſcet ad *gr. j.* cum ſeq. paſta, ceu quod curat *Luem* ♀*ream, paralyſin, hemicraniam & hydropem incipientem* ac etiam per ſe ſumptum *ſulphur* ♁*ii* in vino *febres quasvis* abigit. ℞. *Theriac. Ven.* ℥j. *Rhabarb.* ℥ß. *Rad. ariſtol. rot.* ʒij. ☿*ti dulcis* ʒij. *Farin. frument.* ʒij. miſc. f. Paſta, de qua Pilulæ piſi magnitudine formentur ponderis *granorum* 13. *vel* 14. ita ut ad unamquamque *pilulam* ingrediatur *granum j. ſulphuris ſupra dicti*: *Doſis harum Pilularum* eſt ut *numero ij.* aſſumantur per 7. dies, quo tempore effectum percipiet & continuando per menſem integrè curabitur, quatenus ſpiritum ſingularem mittunt in ſanguinem, & imputum omne expellunt, haud obſervato ſtricto regimine vivendi, quin magis effectum exerit, ſi patiens bene corpus exercuerit. Nobis perplacet *facilis præparatio Balſami* vel *Olei* ♁*ii Agricolæ in Popp. P. II. p. m.* 193. ceu quæ multum concordat cum *Regulo* ♁*ii medicinali ſupra deſcripto* (quemque *Caſſius* ab *Helmontio Juniore*, ut ſingulare arcanum obtinuit, ceu refert *Juncken Corp Pharm. p.m.* 280.) ♁ ſcil. prius cum *ſale comm.* recluſo & fixato: ℞. ♁ *q. v.* calcina, pulveriſa & miſce cum *ana Salis decrepitati*, fluant ſimul, effunde & reduc in pulverem, cui ſuperfunde ▽*am calidam*, & edulcora, dein calcina ad albedinem, huic ſuperfunde *Acetum deſtillatum acuatum* ⦶ *in ipſo ſoluto*, pone in digeſtione in balneo, & dulceſcet *acetum*, quod effunde & aliud reaffunde, quouſque omnis ſalſedo extracta ſit, ſolutiones confunde, & in balneo abſtrahe *acetum* ad ſiccitatem uſque & remanebit *Pulvis ſubruber*; cui ſuperfunde *aquam pluvialem deſtillatam*, & denuo ſolve, filtra & evapora, & remanebit *ſal griſei coloris*; quem denuo ſolve, ut ſupra, filtra & coagula, idque toties repete, donec *ſal cryſtallin.* evadat: quod impone tabulæ vitreæ in cella, & ſolvetur in *liquorem rubeum* & inſtar *ſacchari dulcem*, quem, ſi puriorem deſideras, deſtilla per retortam vitream, & habebis *oleum* in *cunctis morbis utiliſſimum*. Cujus *Doſis à gran. x. uſque ad x.* purgatque abſque omni moleſtia, & *præcipuè podagricos fluxus* bis aut ter manè ſumptum ſecundùm conditiones ægri: cau *Agricola L. cit. p. m.* 195. narrat, quo pacto cum dicto Oleo *internè* ſumpto, & *externè* eodem cum *Saccharo* ♄ curârit *fœdum vulnus & verminoſum*. Alia *Olei* ♁*ii* præparatio fit cum *Saccharo candi* juxta *cit. Agric. p.* 196. ℞. 🜍 ♁ *extr. cum lixivio ſaponarior. q. v.* miſce cum *ſacch. cand.* affunde *parum aceti deſtillati*, ſtent ſimul in digeſtione per 14. δ, deinde deſtilla per retortam vitream igne lento, & accipies *liquorem* ſpiſſum ſubrubrum, cui affunde 🜈 *Vini*, & extrahe *TRam* in digeſtione, quæ affuſio toties repetenda, donec 🜈*tus* non tingatur amplius, 🜈*tum* abſtrahe, uſq; ad

rema-

remanentiam liquidam, quam deſtilla per retortam, & accipies *Oleum nobile in multis morbis utiliſſimum* tam *internè* quàm *externè* applicandum. *Doſis* uſque ad *gran.* 8. *leniter purgat & lentè*, etiam quandoque etiam non ſentitur ejus operatio niſi poſtridie, nec impedit patientem in executione functionum ſuarum; utiliſſimè redigitur in *Pilulas* cum *extracto hellebori nigri* pro cura *morbi gallici* aliisque *defluxionibus & ulceroſis ac ſcabioſis malis tam capitis quàm oris*. Cœterùm curioſum quoque eſt, quod *cit. Agricola L. II. in Popp. p.* 321. docet, quo pacto aliter quoque *ſulphur* ex ♁ obtineatur, ſi videlicet ei affundatur ※, quod per ℘ ſtetit ſuper *calce vivâ*, quod extrahit purum & ſubtile *ſulphur*, idem & præſtat ♒ *Vini* alchoholiſatus, ſed in minori quantitate. Item quòd *Commentator* hic figat *Sulphur* prædictum affuſo *oleo* ⊕*li*, cum quo relinquitur in digeſtione per 14. dies, dein toties per deſtillationem abſtrahitur oleum, donec *ſulphur* in fundo fixum maneat, ex quo porrò cum ♒*tu mellis* extrahit TRam; Atque hoc *Sulphur* prædictum, ſi miſceatur cum *emplaſtris*, mira præſtat in *ulceribus putridis & fiſtuloſis*. *Idem pag.* 329. 330. 332. *&* 333. *Confectionem Balſami vulnerarii ex ſulphure* ♁*ii* deſcribit faciliimam modo ſeq. ℞. *Sulphur prædictum præcipitatum* aut *flores*, *prout vis*, cujus *p. ij*. miſce cum *part. iij*. ⊖*is* ♀*ri*, fluant ſimul in Xbulo, effuſa pulveriſa, & affuſo *ſpir. Vini* extrahe TRam, à qua per alembicum abſtrahe *ſpir. Vini*, remanente in fundo liquore rubro & dulci; quem ſi efficaciorem deſideres, miſce liquorem cum *farinâ tegularum*, ut ſint inſtar ſucci ſpiſſi, & ♌la per ☋ igne forti, & obtinebis Oleum elegans ſanguinis inſtar rubrum, quod non ſolùm inſervit *medicis uſibus* ſed & in *Alchymiâ*, quia multum poteſt in *fixatione* ☿*rii*. Fortaſſe non malè loco *farinæ tegularum* adderentur *ſilices calcinati*. Idem *p.* 339. docet augmentum *olei*, ſi ſuperfundatur novo *ſulphuri* ♀*tato*, & poſt digeſtionem deſtillentur, ac quod prodiit, denuo novo *ſulphuri* affundatur, digeratur & procedatur ut ſupra, tandem non ſolùm augetur quantitate ſed & viribus, ac acquirit odorem gratum inſtar moſchi. Et *p.* 340. ait ſe in quadam Bibliotheca reperiſſe manuſcriptum, in quo mirè extollebatur laus ♁*ii*, ex quo patebat id debere redigi ad fixitatem & dulcedinem. Coronidis loco reticeri non debet *Diaceltateſſon à Screta de Febr. caſtrenſ. p. m.* 270. laudatum & à *Moſe Charras Helmontio* adſcriptum, ſub finem *Pharmacopœiæ* ſuæ *Chemicæ* expoſitum, quod *à ij. ad iij.*ß. *& iij. in conditura roſarum*, aut *rob domeſtico*, vel ▽*a* convenienti diſſolutum dari poteſt, cujus deſcriptio hæc eſt: ℞. ♁*ii crudi &* ⊖*is ammon. tritorum & ſimul mixtorum ſingul.* ℥*vj*. Sublimentur ex arte *Flores inflammabiles rubri*: horum ℞. ℥*iiij. Nitri puriſſ.* ℥*viij*. detonentur in ollis ſublimantibus, & *Flores* abſque ulla ſui perditione colligantur: *Flores detonatos* elue *aqua calida*, donec nulla amplius ſalſugo guſtu deprehendatur. Siccato huic leni calore *Pulveri* affunde

ſpiritum Vini puriſſimum, ad 4. transverſorum digitorum eminentiam, omniaque vaſi vitreo excepta, agglutinato recipiente, deſtillentur igne primum lento; qui tandem ita urgeatur, ut materia ebulliat ad ſiccitatem uſque. Relictus verò *Pulvis* perfectè exiccatus per dimidiam adhuc horam igni exponatur, & ad uſum ſervetur.

CAPUT X.

De CINNABARI nativa & artificiali.

CINNABARIS meritò poſt ☿ & ♁ conſiderari meretur, ceu tum *nativa* minera eſt ☿rii multum de *ſulphure* ♁ ☉*ri* participans, tum *factitia* vel parergon eſt butyri ♁ii, ex ♁io & ☿🝞to, *Cinnabaris* ♁*nii* dicta, vel ex ☿ & *ſulphuris communis* 🝞tione, *Cinnabaris factitia vulgaris* hinc appellata, habetur, dum quidam primitùs ☿ium in ☉rum mediante ſulphure (ex hypotheſi communi Metalla ex ſulphure & ☿ conſtare) coagulare ſibi præſumeret. De his ergo *Cinnabaris* ſpeciebus, vel ob colorem elegantiſſimum purpureum rubicundum, in præſens agemus.

I. CINNABARIS NATIVA, Germ. Berg-Zinnober / aliàs *Minium nativum*, vel etiam, ut *Vitruvio*, *anthrax* (quia prunæ vena ſimilis eſt) dicta, è *montibus Hungariæ*, naturæ ☉ris præſtantiſſima habetur, ut è *Carinthiâ*, *fodinis Miſnenſibus*, ad *Rhenum*, item *Eberborgi* & *Schonbachi* in copiâ colligitur, imò & ex India allatam Mercatores hodie vendunt. *Principia materialia* ejus, ut innuimus, ☿ & *ſulphur* ſunt, ☿riales nimirum vapores & ramoſæ ſulphuris metallici moleculæ intimus ſibi combinatæ, ceu & *Frid. Hoffm. in Not. Poter. p. m.* 574. *Cinnabarin* vocat ☿um ſulphuris ramoſo contextu ligatum & exceptum, ut non tam facilè ſalia acida ejus texturam adgredi ac corroſivam qualitatem producere queant; quòd ſi enim 🜅ia, limat. ♂, &c. ei addantur & deſtilletur, ☿rius vulgari purior ac præſtantior obtinetur, imò purior adhuc & limpidior hocce æthereoque colore fulgidior, ſi ei ulterius Regulus ♁ii ♂lis & ☽ limat. addantur, qui hinc quibuſdam ☿*ius philoſophicus* audet, dum ☉ & ☽ multùm ſubtiliare (de quo agendi modo vid. *Regis Phyſiq. C. VIII.* ubi ingenioſè ait: *Bien que le ☿ mouille tous les metaux, parce que ſes parties s'ajuſtent tellement avec leur ſuperficie que l'air ny la matiere ſubtile ne peuvent couler entredeux, il mouille pourtant l'or d'une maniere toute particuliere, qui conſiſte en ce qu'il ne s'attache pas ſeulement à ſa ſuperficie exterieure, mais qu'il penetre encore ſes pores de telle ſorte, que ſi l'on fait tremper une lame d'or dans une ecuelle pleine de viv argent on obſerve que les parties inſenſibles de celuy cy s'inſinuent tellement dans les pores de l'autre qu'elles montent beau-*

coup

coup au deſſus du niveau du vif-argent, qui eſt dans ecuelle; ce qui procede ſans doute de la meme cauſe, qui fait monter les liqueurs dans les filtres & l'eau dans le tuyau plein de ſable. Le ☿ qui gliſſe dans les pores de l'or, a la force de rompre la liaiſon de ſes parties & de faire qu'elles ne tiennent preſque plus enſemble, comme il paroit de ce qu'elles compoſent un Corps, qui ſe reduit facilement en une poudre, qu'on appelle Or calcine, ce qui vient vrayſemblublement de ce que les petites branches qui faiſoient la liaiſon des parties de l'or ſe gliſſent dans les pores des particules de mercure. De ce que le ☿ a la proprieté de penetrer les pores de l'or avec plus de facilité, que ceux des autres corps, il s'enſuit evidemment que lorsqu'il eſt agité, ſes partes les plus ſubtiles doivent tendre vers les pores de l'or, s'il y en a dans le voiſinage. Et de ce on peut auſſi expliquer des effects, qu'on attribue à la Sympathie, qui dependent tous de quelque cauſe ſemblable.) & velut ſpiritualia efficere poteſt, ſervatâ ſeminali virtute ac radicali humiditate: Sulphur verò monſtrari poteſt 🝟tione, dum enim ⊙ in 🜄a font. coquitur, coctumqne filtratur, filtratumque ✠ perfunditur, ſulphur ſubtile in fundo ſe monſtrat, poſtea edulcorandum & exiccandum, adeò ut pateat plus adeſſe ☿rii quàm ſulphuris, ſulphur tamen hoc adeò potens eſſe, ut particulis ſuis ramoſis ☿rium illaqueare & de volubilitate ſua in corpus ſtabile revocare potuerit; an verò 🜓ris hæc ſaltem ſit ⊙ à vaporibus 🜃æ, longâ morâ paulatim recluſum ac reſolutum, 🜂leque redditum, ut *Leurſen in Theatr. Chym. Prodrom. p. m.* 24. ſentit, judicandum relinquo aliis, nec forſan aberit *Beccherus*, qui in *Metallurg. p.* 1. ſe ſcire refert, quòd ⊙ in 🜃 ſigillatam naturalem antidotum præſtans transmutatum fuerit, quæ reduci nunquam potuerit. Cœterùm non ſpernendum monitum quod extat in *Barthol. Act. Hafn. Vol. I. p. m.* 67. melius ſcil. eſſe prius 🝞tione impuritates arſenicales ex 🜓ri nativa ſeparare, ſulphur ſcil. nigrum ardens, ex quo itidem ſublimato elicitur ☿ & ſulphur nigrius priore; hinc præter illa quæ de 🜓ri nativa ejusque *Purificatione* refert *Dan. Ludovicus Miſcell. Curioſ. Dec. I. An. VIII. & IX. Obſ. CLIV. p.* 337. *Excell. Wedelius* 🜓 nativam micis ſplendentibus conſpicuam, 🜃reis particulis tamen implicatam (lucidam enim ⊟linam ſolâ trituratione in alcohol redigi vult) ita depurandam & præparandam cenſet: ℞. ⊖*lis q. v.* ſoluto in 🜄a inſperge *Pulverem* 🜓 agitentur ſpatulâ & decantetur in vas aliud, ut ſubſideat pars ſubtilior, hinc factâ prius unâ alterâve repetitione, exiccandus & leniter adhuc terendus pulvis; notabile enim eſt, eodem quoque notante in *Pharmac. acroamat.* in hac cinnabari nativâ junctum eſſe aliquod ⊖ 🜖licum, inſtar 🜖li ♂tis, quòd pateat, ſi 🜓ri 🝞tâ, è ⊙ fiat elixiviatio: Alii cum Cinnabari ♁nii hanc nativam unà ter ſublimant, ſicque egregium remedium (etiam quibusdam ⊙ horizontale dictum) ad ſalia acria temperanda obtinent; Sic namque egregius eſt Pulvis

ſeq. antarthriticus, quem ſalutariter *Exc. Wepferus* in *arthritide vaga*, ſi ultra ſeptimanas tres perduravit, loco purgantium, V. S. & topicorum, ut ſpecificum dedit: ℞. ♄ *diaphor.* ʒiß. ⊖ △ *lumbric. vel viper.* ℈ij. *Cinnab.* ♄. *ter cum cinnabari nativâ ſublimat.* ℈j. *C. C. phil. ppt.* ʒiß. *Ol. cinam. gut. ij. Sacch. alb.* ℥iß. *Doſ.* ſummo mane ℈j. *& gr. xxiiij.* veſperi horâ quintâ ℈ß. *ad gr. xviij.* cum *aq. betonicæ pauxillo.* Sic & in Paroxyſmo podagrico pro ſcopo ſudorifico laudat *Cl. Heinſ. de Podagr. p.* 107. Cinnabarim cum alcalibus ▽ribus, *Bol. Arm.* ▽ *ſigillatâ, Conch. ppt. Corall. r. C. C. uſt.* præcipuè verò *Ocul.* ♋ ſuper porphyrite contuſis mixtam, v. g. expertum ſequens: ℞. *Oc.* ♋ ℈j. *gr. vj.* ☿ *diaph. gr. vj.* ♁ *nat. vel* ♄*ii gr. viij. Laud. op. gr. j.* M. f. Pulv. pro *j. doſi.* ſumatur in teſtulis 4. Decoct. *Thee.* ☿ verò *diaph.* talis eſt *è* ♃ *&* ☿ *cum* -♌- ⊕. It. ℞. *Diaph.* ♃ *gr. xv. Cinnab. nat. vel* ♄*ii* vel ⊙ *diaph. gr. viij. Bezoar. or. gr.* viij. *Extr. opii gr.* j. M. ⊙ verò *diaph.* præſcripſimus ſupra, & *laud. Heinſ. p.* 109. It. ℞. ♄ *diaph.* vel *Bez. min. cinnab. e xalt. Fl.* ♀ *ā.* ℈j. *Lap.* ♋ *gr. xv. Opii uſti & pulveriſ. gr.* j. M. f. Pulv. Inſimul uſurpetur lagena aquâ tepida repleta, vel lateres igniti ad locum dolentem & membrum dolens foveatur *mit einem reiſſenen Böglein.* His verò minimè reticendum decantatiſſimum Specificum Cephalicum *feliciſſ. Pract. Lipſienſis D. D. Michaëlis*, quod ita correctum, miſſis magiſteriis, ſiſtimus: ℞. *Cinnab. nativ. vel* ♄*ii rectif.* ℥iij. *Rad. pœon. albiſſ.* ℥iß. *Ung. alc. ppt. Cran. hum. ppt. C. C. phil. ppt. Lap. percar. aa.* ℥j. *Perlar. or.* ℈iiij. *Corall. rubr. ppt* ℥ij. M. f. Pulv. addi etiam poſſunt *Unicorn. mar. Succin. alb. ppt. Smaragd. ppt.* ut eſt in *Pulv. cephal. Auguſtan.* vel etiam *rad. doronic. coſt. dulc. Cardamom. Cubeb. N. M. Sem. arom.* ut eſt in *Pulv. apopl. Zwelf.* De abuſu verò hujus remedii in Saxoniâ notat *Ettmüllerus Diſp. de Epilepſ.* quod ſæpius Infantibus ex nimiâ -☿-di vi ſuffocationem induxerit, adeoque ſuadet unà ſalia cum anodynis & abſorbentibus, ut mucus ventriculi tenax fortius reſolvatur, licèt quoad hoc notet *Schulzius Scrutin. Cinnab. p.* 54. ſe ſæpius poſt aliquot demum dies his *Cinnabarinis anodynis & opiatis* Jalapam exhibuiſſe abſque ſuffocationis metu, maximè quia ♁rina lac viſcoſum fluxile reddunt, reſolvunt, attenuunt & incidunt acrimoniamque ejus inſigniter infringunt; Sic namque non ſaltem *Dan. Ludovicus in Pharmac. p. m.* 346. refert, quòd ♁ris nativa ſelectior non ſaltem ſit inſigne nepenthes ſeu anodynum, præprimis verò in *Phantaſiæ vitiis, Morbillis, Petechis, &c.* plurimùm conferat, ſed & *Exc. Wedelius* hinc inde inſignes Cinnabaris *uſus* deprædicat; nim. 1. Cinnabarina *acrimoniam* mitigant, *acorem* abſorbent, *nervorum irritationi & doloribus quibusvis* ſubveniunt, idque moleculis ☿libus & ſpiritu alcalico dulci quin & ſulphure ♄li ⊙reo inſigniter attemperante: Quare verò in *affectibus capitis vertiginoſis, epilepticis, apoplecticis, paralyticis,* ubi peccat acidum, auſterum, acerbum, ponticum, proſunt aperientia & abſorbentia cephalica, *cinnabarina* inprimis

mis quæ ſanguinem reddunt fluxilem, & ob hanc ipſam vim latiſſimè patent, & in *affectibus articulorum, doloribus quibusvis, calculi, articulorum, iſchii, uteri* conveniunt. 3. Sulphura balſamica, balſamum ſulphuris in *pectoris affectibus, Cinnabaris nativa,* ſulphur ♃ii fixum, balſamum ♃ii in iisdem *affectibus* proſunt. 4. *Cinnabarina* eatenus in *epilepſiâ, Doloribus capitis*, quin & *articulorum, pleuriticis*, adeoque *omnibus totius corporis* conveniunt, quatenus invertunt & acrimoniam abſorbent, quæ membranas & nervos irritant, tendunt, vellicant; adeoque *cinnabaris* non tantum *cephalicum eſt, & capitis membranas ac nervos reſpicit, ſed & reliquarum partium corporis.* 5. *Cinnabaris* abſorbet humores acres, qui irritant *membranas, poris*, quatenus *acorem* abſorbet, libertatem conciliat. 9. Si ad *aures* κειλικῶς quaſi protruſi fuerint humores, ibidemque reſtagnent, & auditum lædant, quod tum aliàs, tum in declinatione febrium malignarum frequenter accidere ſolet, & optimum ſemper præbet ſignum, tunc *præcipitantia* proſunt, inprimis *cinnabarina*, quibus ſolis ejusmodi δυσηκοΐας feliciſſimè abegi, licet ut plurimùm per ſe quoque deſinant. 7. *Cinnabarina* maximè reſolvunt ſanguinem, ſeu ſanguinis compagem laxam nimis reddunt, ut quaſi diſpereant & diffluant ♎tus. 8. Obſervavimus ſæpius pulveres præcipitantes vel ex ſolis *præparatis conchis* cum *cinnabari nativâ* excitaſſe *appetitum* inſigni & notabili cum juvamine: præcipitantia enim talia per accidens, reſtringendo quaſi & in ordinem redigendo præcipuè acidum excedentem in Ventriculo humorem, quandoque poſſunt appetitum ciere & reducere, neque enim Fermentum Ventriculi legitimè habet, ſi exceſſivè ſit acidum. 9. Cinnabarina in *affectibus hepaticis* comperimus proficua & *dolorem Hypochondrii dextri contumacem cum lichenibus toto corpore ſe exerentibus* hiſce potiſſimus ſolis feliciter curavimus. 10. Cinnabarina, quia ſunt optima nervina, in *Calculo* proſunt, cũ *Ocul.* ♋ & *laud.* 11. Cinnabaris tanquam *uterinum* confortans fœtus exitum accelerat. 12. *Cinnab. nativa Hungarica*, uti certum eſt experientiâ practica, maximè ſolatur *affectus hyſtericos*, & *motus uteri convulſivos*; hinc poteſt dici *optimum uterinum*, quatenus ſcilicet reſpicit nervoſum genus, & ipſam uteri ſubſtantiam membranoſam & nervis maximè irrigatam, quos irritatos placat, &c. 13. Cinnabarina roborant naturam & nervos, hinc etiam *Iſchiadicis* mirè proſunt. 14. Cinnabarina ſunt egregia *antarthritica*, quatenus tum reſpiciunt ſerum ipſumque reſolvunt, ſeu fluxilitatem ipſi fœnerantur; cinnabarina enim coagulationem maximè prohibent, & tum aliàs tum præcipuè hoc caſu fluxile reddunt ſerum; tum quatenus nervos, membranas & fibras reſpiciunt, hæc enim partium nervoſarum *dolores* omnes unicè ſolantur & inprimis quoque *articulorum* cruciatus, præcipuè ſi maritentur cum *opiatis*, gaudent enim cinnabarina ſulphure fixo & naturæ amico, ſymptomata au-

tem à ⊖inis ſpiculis, acribus, ſalſis, acidis, exurgentia in ſulphureâ viſcoſitate, demulcendiqúe amicâ naturæ vi ſolatium inveniunt; & tandem quatenus *dolorem* ipſum urgentem à tenſione & vellicatione membranarum oriundum reſpiciunt, quem ſedant præſerrim, ſi fonti ipſi, nempe viſceribus depuratoriis & ſeri acrimoniæ aliis fuerit proſpectum. 15. Cinnabaris nativa per aliquot continuos dies *ſalivationem* excitare quoque ſolet. 16. Quandoque etiam purgat; dabam eandem aliquando Anui à ℈ß. pro doſi, quæ laborabat *ſuſurris aurium*, cum *dolore capitis & vertigine*, inde verò fortiter purgata referebat quaſi de purgante aſſumto, quàm bene id operatum fuerit & morbum omnem ſuſtulerit. Eſt enim & in hac ⊖☿riale ſulphureum, quod, ut alia taceamus, ex eo quoque patet, ſi nempe Cinnabaris nativa pulveriſata elutriatur ▽ ſimplici, ſchlemmen vocant, illa ipſa ▽ licet ſtet diutius ſuper cinnabarim, non facilè corrumpitur, quin per aliquot menſium ſpatium aſſervatam vidimus incorruptam. 17. In *febribus malignis*, ubicunqne ſerum quaſi coagulatum & incoctum eſt, & ſudor hinc nullus obtineri poteſt, ſed omnia quaſi uruntur, *Cinnabarina aliis prudenter maritata Bezoardicis*, ejus fluxilitatem maximè promovent, aſt ſi ad reſolutionem & Ichoreſcentiam inclinet ſanguis, omnino devitanda ſunt, neque in ipſis tunc ſubſequentibus motibus convulſivis omninò tuta ſunt vel fida, ex quo ipſo etiam eximia horum agendi virtutis emergit differentia. 18. Cinnabarina *necant vermes*, licèt non expellant ſemper; unde, licet minùs concinnè nonnulli eò progrediantur, ut ♁rim ♁ii, ſi qua virtus epileptici in eâ ſit, non niſi in ſympathicâ epilepſiâ à vermibus oriundâ prodeſſe affirment. 19. Cinnabarina fœtum pellunt, eò quidem reſpectu, quatenus mitigant & nervoſum genus ſolantur, cujus irritatio dolorifica ſæpe difficiliorem partum reddit. Unde huc eximiè ſpectant cinnabarina, & notabilis de *ſpecifico cephalico* extat *Hiſtoria apud B. Lang. Miſc. Tit.* 32. *pag.* 97. 20. Cinnabaris nativa *anodynum* eſt, non æquè narcoticum, acrimoniam humorum quidem mitigat, & conſequenter dolores aufert, per accidens quoque interdum ſopores ciet, attamen ſomnum intentione primariâ non efficit. In cinnabari nativâ latet ſulphur *anodynum* eximium, de qua effectus vidi aliquot notabiles, conquieviſſe inde *dolores dentium, capitis, nervoſarum partium aliarum*, unde in omnibus *doloribus gravioribus* conveniunt cinnabarina, quæ tenſionem & vellicationem membranoſi generis tollunt, acorem & acrimoniam, ſi quâ adeſt, abſorbent & præcipitant, adeoque his ipſis ſunt convenientiſſima, v. g. *Arthritide, Pleuritide, Colicâ nephriticâ, Calculo, Lue* ♀, *Epilepſ. Inf. &c.* nim. prædicta maximè complent Pulveres Cinnabar. *Ludovic.* v.g. Pulvis ejus antepilepticus: ℞. *Cinnab. nat. ſel. ſucc. alb. ppt. Pulv. bezoard. alb.* (*conſtant. ex C.C. phil. ppt.* ℥ij. *Terr. ſigill. Unicorn. foſſ. aa.* ℥j.) *aa.* ℥j.

à ℥j. M. Datur adultis ad ʒß. Infantibus ad *gr.* iiij. v. vel vj. natu verò minoribus dimidium horum, curative repetendoque detur, ac pro indicationum ratione, præmiſſis vel interpoſitis emeticis aut laxativis, modo △lia ⊡ſa, uti -ʌ- *C. C.* ✱*ci* ſ. vel compoſitus, &c. modo *eſſentia Succini*, *Caſturæ*, *Caſtorei*, *Tinct. coralliorum*, ♁*ii*, & ſimilium; modo præcipitantia alia, inprimis autem *Opiata*, v. g. pulveris anodyni *gr.* iij. pro adultis circumſpecte ſuperaddantur. Ex hoc & fit *Pulvis antepilepticus anodynus*: ℞. *Pulv. bezoar. alb.* ʒvj. *ſuccin. alb. ppt.* ʒiij. 🜍 *nativ.* ℈iiij. *Laud. opiat. cydon.* ℈j. miſc. exacte. Lactentibus non ſolum hic, verùm etiam in reliquis Inquietudinibus, Torminibus, Vomitibus, Diarrhœis, &c. detur vel per ſe, & quidem trimeſtribus ad *gr.* j. vel cum aliis alterantibus aut præcipitantibus.

II. Cinnabaris Antimonii, ☿rio dulci multùm congener (ceu quæ, ut accurate rem exprimit *Exc. Wedelius*, nil aliud ita quam ☿ dulcis ſulphure ♁ii impregnatus) ex ♁ *crud. &* ☿-ʌ-*ti ana* ℔j. ad tres quatuorve uncias, notante *Ludovico*, plerumque gratis quaſi habetur in *deſtillatione butyri* ♁*ii*, citra ☉ extremè non peruſti repetitas, ut *Agricola* voluit, cum novo ♎to ∫nes, aliáve quæſita hinc compendia, modò ignis ſaltem non ſit nimis intenſus, ſed ſub modificatione quadam (ne ſenſim concreſcere incipiens 🜍 disjiciatur, butyroque cum ☿rii granulis accedat) citra ſuppreſſionem tantummodò continuus. More verò *Hoffmanniano* in eleganti de *Cinnab.* ♁ *diſſert.* ita compendiosè in ſat magna quantitate parari poteſt: ℞. *Mercur. ſublim.* ♁*nii opt. q. v.* indatur retortæ vitreæ, abſtrahatur *butyrum*, quo abſtracto labor finiatur: Maſſa in retorta relicta eximatur, denuo pulveriſetur & per aliquot tempus calori ad macerationem & digeſtionem quandam exponatur, pòſt ſufficiens indatur quantitas cucurbitulæ vulgo Scheid-Kölblein/ & ſublimatio cinnabaris (Taliter etiam ☿ dulcis ſublimari poteſt) inſtituatur in Xbulo arenæ repleto, dando ignem circularem; ſic elegantiſſima & copioſiſſima acquiritur cinnabaris. Loco ♁ii crudi Regulum ♁nii at puriori ſulphure gaudentem ſubſtitui poſſe apud *Juncken. Chym. experim.* videri poteſt. *Tachenius Hippocr. Chym. p.* 206. crudo ♁nio ſubſtituit 🜍 ♁nii ope Aq. reg. extractum illudque ☿rio ♁nii miſcuit & ſublimavit inſtar Cinnabaris vulgaris. Sic namque ☿rius à ſpiculis ⊖nis qui clavorum inſtar eum à rotatione inhibuerunt, liber ſui juris cum 🜍re ♁ii connubium init in collo retortæ, ceu patet quòd ſi *lixivio* incoquatur, hoc 🜍 ♁ii arripiat, dimiſſo ad fundum ☿rio, 🜍 verò pòſt, ut *Exc. Wedelius in Miſc. Curioſ. Dec. I. Ann. I.* docet, ſenſim vel ſenſimque ſponte etiam decidit, vel acidis præcipitatur, haud ſecus ac de *cinnabari nativâ* modo diximus, adeo ut qualiter procedit Natura in viſceribus 🜃æ in elaborandâ cinnabari nativa ſimiliter præſtare hoc valeat artifex, ceu veritas adhuc magis patet, quòd cinnabaris

baris ♄ii parari poſſit ex ☿ & ♀re ♄ii: ℞. ♀ ♄ii *lixivio ſapon. fact.* ℥iij. ☿ ℥iv. pulveriſata & mixta in mortario lapideo cum ſpatula lignea indantur 🝬 anguſtioris orificii, deturque △is in principio lenior hinc auctior, donec tandem omnia candeant, primò exit butyrum empyreumaticum, hinc ſe monſtrat cinnabaris antica parte colli retortæ præcedente, ut ſolet, quaſi Iridis ſplendore, ſicq; colligentur cinnabaris fere ℥j. cum ☿ viv. circiter tantundem, maſſæ in retortæ reſiduæ erit ℥ß. ʒiij. reliquum conceſſit in butyrum. Eſtque cinnabaris elegantiſſima nullius rectificationis indiga, ceu quæ reiteratâ ſublimatione juxta *Celeb. Wedelium* magis deturbetur & comburatur; cui tamen hac in re contrarius eſt *Exc. Hoffmann.* referens cinnabarim ſæpius rectificatam, efficaciorem, ſubtiliorem & coloratiorem inde haberi, ejusque granum unum præſtare plus quàm quinque non rectificati. De *Viribus Cinnabaris* ♄nii ex viribus §. *præced. de Cinnab. nat.* dictis facilè patet eas quoque egregias eſſe, ceu & hoc ex compoſitione ejus facilè poteſt judicari, nimirum quòd ob vim ☿rialem ſint reſolventes, particulas verò ♀re ♄nii vel ☉ri ▽tas tantùm non inſenſibiles & quibusvis ⊖nis ſine noxa admiſceri poſſint, unde accuratè *Dan. Ludovicus* ſentit, Cinnabarim ♄nii nativæ quidem eſſe poſtponendam, utramq; tamen uſu pręſtantiſſimam ac ☿le ſecuriſſimum eſſe, ceu quę *bezoardicum* ejus minerale *ſupr. cit.* notabiliter exaltet, adeo ut idem ſub debitâ proportione tinctum ſæpe pro *Bez.* ☉*ri* æſtimatum fuerit: nim. *Anodynum* eſt itidem inſigne, egregium item *Nervinum, Arthriticum* (quatenus coagulum glandularum mucilaginoſarum in articulis tollunt & acredinem temperant, præſertim dum illarum in Genu, v. g. ductus excretorii humorem contentum non æquè per orificia patula ac in glandulis, v. g. faucium evacuant, ſed in lacinias potiùs ſive fimbrias ultra ſuperficiem protenduntur, intra ſinum articulationis placidè propendentes, quo oſculorum non minus obſtructio & mucilaginis regurgitatio quam nimia humoris mucilaginoſi excretio in ſtatu naturali aliàs arceantur, ut egregiè notat *Guil. Covvper in Anat. corp. hum. Tab.* 79.) *Febrifugum, Antiſcorbuticum*: hinc eodem *Ludovico* teſte, non *Epilepticis* tantùm velut ſpecificum conducit, ſed &, ut Cinnab. nativa, *hyſtericarum,* ne opiatis quidem placandarum, *Colicorum*que Tormina, *Vertigines, vagas Arthritides. dentium* aliarumq; partium nervoſarum *dolores, Tremores* item, *cutaneos*que *affectus* complures, &c. *ſolitariè* vel *præcipitantibus* aliisq; ſpecificis ſociata evidenter lenit & tollit &c. *Uſus* hinc ejus ut *Cinnab. nativæ* ſec. *Craton.* trium Cæſarum Medicum, qui Cinnabarim nativam *Epilepſiæ magnetem* vocitavit in *Pulvere* illo *Epileptico* ſatis noto; (Vid. *Epiſt. Medic. Lib. VII. p. m.* 593.) ℞. *Cinnab. nativ. pellucidæ in pulverem tenuiſſ. trit.* ℥ß. *Corall. rubr. ppt. Margarit. ppt. ana* ℈ij. *Croci orient.* ℈j. *Fol. aur. num. xv. vel Auri diaphor. phil. gr. xv.* M. f. Pulv. ſubtil. *Doſ. à gr.* vj. *ad* ℈j. *in aquâ*

aquâ fl. til. pœon. Vel ℞. *Cinnab.* ♁ *rectif. gr.* v. *Succin. alb. ppt. Cran. human. ppt. Smaragd. ppt. ana gr.* vij. *Croci gr. iij. Ambr. griſ. gr. j. Laudan. op. gr.* ß. miſce pro doſi in *Epilepſ. Convulſ. Tremore* & aliis *nervinis affectibus.* Sic refert *Exc. Frid. Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 574. ſe aliquoties feliciſſimo cum ſucceſſu *Epilepſiam* ex graviſſimâ capitis contuſione ortam expugnaſſe *Cinnabarinis*, offerendo pro doſi ℈j. in *aq. cephal.* bis in ♂, continuando per 10. ♂, ſolâ extus ſaltem adhibitâ *Cucuphâ* ex *caryophyllis, arom. cubeb. & cardamomo.* Sic etiam in *Hemic aniâ periodicâ Mulierum D. Scret. Cinnabarina* & ☿ *dulc.* feliciter adhibuit, dum veſperi ante cœnam dat *Pilul. è* ☿ *dulc.* & *Extr. cath. ana* ℈j. pro una doſ. ſeq. die eadem horâ *Pulv. abſorb. ex Cinnab.* ♁*ii C. C. phil. ana* ℈ij. ♁ *diaph.* ℈iv. *pulv. anod. Ludov. gr.* iiij. M. f. Pulv. divid. in 4. part. æqual. Et Pilulæ prædictæ cum hoc Pulvere tamdiu continuè verſis vicibus dicto modo exhibeantur, donec ceſſet malum. Tale verò elegans *Laudanum opiatum Dan. Ludovici* ſequens eſt: ℞. *Extract. opii p. ij. croci, cinnab.* ♁*ii vel nativ. ana p. j.* M. Sic & *Pulvis Regius antipodagric. Dolæi* fit ex *cinnab.* ♁. ☿ *dulc. & momento opii & particulâ* ☉*ri.* Vid. *Encyclop. Med. p.* 644. Taliter & fiunt *Pilulæ anodynæ hyſtericæ Scaphuſienſium*: ℞. *Extr. opii Langel.* ℥j. *Extr. croci, caſtor. ana* ʒj. *cinnab.* ♁ *vel nativ. ppt. Diaphor.* ♃ *ſeu Antihect. Poter. ana* ʒiij. f. Pilulæ *pond. gran. j.* Medico Practico ſecum portandæ. Ut & *Pilulæ anodynæ fragrantes* eorundem: ℞. *Eſſent. opii Langel. Cinnabar.* ♁*nii pur. Unicorn. foſſil. ana* ʒiij. *ſang. dracon. ver. Extr. croci ana* ʒj. *Ambr. griſ. gr.* xvj. *Moſchi orient. gr.* viij. *Ol. deſt. cinamom. gut.* iiij. f. Pilul. *pond. gr.* j. Pro ſcopo purgandi in *affectibus capitis* ſint ſeq. *Pilulæ cephalicæ*: ℞. *Gumm. ammon. Extr. panchymag. Croll. Troch. alhand. ana. gr.* vij. *Cinnab. nat. ppt. Extr. lign. aloës, Salis ſuccin. ana gran.* v. *Moſch. gr.* ij. *Ol.* ♌. *lavend. gut.* iij. M. f. Pil. *num.* XLVI. In *Nephritide* laudat hunc Pulverem *Exc. Wedelius*: ℞. *Cinnab.* ♁*ii* ℈j. *Oc.* ♋, *ſperm. ceti aa.* ʒß. ⊖ *ſuccin.* △ *gr.* iiij. *Laud. opiat. gr.* ß. pro 4. doſib. In *Gonorrhæâ virulentâ* item *lue* ♀*reâ* ipſa & *Scabie* laudatur multum ſeq. ℞. *Cinnab,* ♁*ii, Magiſt.* ♄*ni, ſuccini alb. ppt. Diaphor.* ♂ *D. Ludov. Off. ſepiæ ana* ℈j. *Laud. op. gr.* ij. M. Sic & Cinnabarim nativam cum pulvere viperarum mixtam in *rebelli ſcabie*, proximè ad *Elephantiaſis naturam* accedente ſe ſalutariter uſurpaſſe refert *Hoffm. in N. Pot. p. m.* 140. Ulterius ex *Cinnab.* fit *Pulvis cephalicus Wedelii* cum *Pulvere bezoardico* ejusdem; *Pleuriticus* quoque ejusdem cum *Ocul.* ♋, ♁ *diaph. dente apri, Laud. op.* item *Antiſcorbuticus* cum *Diaph.* ♂ *D. Lud. ana* cum *anodyno* (vid. infra *Sect. VI. cap. II.*) item *Hyſtericus ſimplex* cum *bezoar.* ♃*li. mag. anodyno q. ſ.* Quî verò ♆ ♁ copiosè obtineatur vid. *Exc. Sommer. M. C. Dec. II. An. VI. Obſ. IX.*

Præparata Cinnabarina commendamus ſeq.

α *Arcanum Cinnabar.* ♁*ii*, quod variè præparari ſolet; *Exc. D. Henr. Köſerlin M. D. & Prof. Univ. Friburg. Auſtr. in Tr. de Spir.* ita parat: ℞. ☿ *ex cinnab.*

♄ii ritè præparati vel ex cinnab. nat. acerrimo lixivio extracti q. v. ſolv. *in Ol. aromat. ſubtili*, quod dein per retortam abſtrahe & reſiduo in fundo affund. *♒ Vini rectif.* digere, abſtrahe dènuo *♒um*, & reſiduo toties novum affunde, donec gratum ſpirarit odorem. *Doſ. gr.* iij. *ad* v. item *Dn. Maëtz*: ℞. *Cinnab. ♄ii*, vel ſi mavis *cinnab. nativ.* hanc in pulverem ſubtilem terito & ollæ fictili committito, eique *aq. pluviam* ad eminent. 2. vel 3. digit. transverſ. affundito, coq. ſimul, ita enim emerget in ſuperficie aquæ flos ſeu cremor deſcribens puriorem ♀ & ☿ optimè inter ſe ligati portionem, quam cochleari argenteo ſucceſſivè auferto & leni △ exiccato, poſtmodum ſ. a. ſemel cum flamma *alcohol Vini* figito, uti & diximus in ☿ *diaphor.* præparatione, & habebitur *Arcanum cinnabaris ♄nii. Uſus* ejus laudabilis in *Epilepſiâ*, *febribus malignis*, *Variolis*, & in omni caſu ubi ſudore opus, maximè verò anodynum eſt inſigne in *doloribus arthriticis*, *ulceribus ſcorbuticis rodentibus*; datur commodiſſimè cum *cardiacis* & *ſudoriferis vegetabilibus*, nimirum *Theriacâ*, *Diaſcord. Conf. de hyacinth.* potentiſſimè verò operatur, ſi cum *Lilio Paracelſi* miſceautr, v. g. ℞. *Lilii Paracelſ. gr.* xv. *Arcan. cinnab. nat. vel ♄ii gr.* v. *Diaſcord. Frac.* ℈jß. *Conf. ♄ hyacinth. alkerm. ana* ℈ß. miſc. f. Bolus in *aq. cord. meliſſ. borrag. menth. majoran.* vel ſimilibus ſumendus pro *Doſi*. Vel ℞. *Arcan. cinnabar. vel nat. gr.* x. *Magiſt. corallor. vel perlar. ana gr.* viij. *Fol.* ☉ *num.* iij. *conf. de hyacinth.* ʒß. miſc. pro doſi. Nimirum circa *Uſum* Cinnabaris probè notandum, ut non ſaltem ritè ſit præparata, ſed & quòd quandoque acceſſu acidi primarum viarum corroſivam indolem fibras inteſtinales ſtimulantem rurſus contrahat, uti obſervavit *Hoffman. in Poter. p. m.* 286. ex *Pulvere* ⊖ ♄, ♄ *diaph.* & *cinnabari ♄ii*, poſt cujus uſum atrociſſima ventris tormina ſubſequuta,

β *Cinnabaris fixata Exc. Clauderi*, de quâ ille in ſuis d. 16. Nov. A. 1682. Altenburgo ad me datis literis ita: Cinnabaris meâ methodo (ſcil. per longam pluſquam annuam ignis lampadis ope digeſtionem, ceu taliter etiã *Cnöphelius in Faſcic. Remed. in Miſc. Cur. Dec. I. Ann. VI. & VII. p. m.* 86. *Cinnab. ♄ii & Crocum* ☉ *philoſoph. in Ovo philoſophico* per menſem & diutius digeſſit in pulverem rubicundum ſeu panaceam ☉rem, quam in parvulo eburneo ovulo ſemper ſecum geſtavit & aliis medicamentis adjecit) fixata imò communi modo exhibita *Apoplecticis*, aliisque quomodo conducat, *peculiari Capite ſcil. X. p.* 37. demonſtravi in *Tract de Cinnabari fix.* ſcilicet operationem bonâ parte fieri per magnetiſmum aliquem, cùm in pluribus operatio ſuccedat citior quàm medicamenti virtus actualiter per ſanguinis circulum locum deſtinatum vel affectum tangere valeat; videmus ſimile in magna doſi Opiatorum, Vomitoriorum *ſyncopes*, *convulſionesq;* excitantium, *Venenorum* aſſumptorum, &c. ſic Cinnabaris mea operatur archæum roborando, qui

ſui

ſui muneris poſtea recordatur: experientiâ item mihi conſtat ſomnum neutiquam ſemper inſequi Cinnabarim meam, ſed prout Archæus hunc neceſſarium invenit, cùm ejus qualitas differat à ſulphure anodyno opiatorum, hyoſcyami, &c. In conſilio quodam Medico circa ☿rium in cerebro cujusdam Capitanei, idem *Celeberr. DN. Clauderus* Medicus Ducalis Saxonicus, Fautor noſter honoratiſſimus, cùm Cinnabarinorum ſuorum arcanè præparatorum mentionem fecerit, bonâ ipſius cum veniâ, verba ejus egregia hîc adducam. *Pro fundamento*, inter reliqua, ait, *hîc propono* neminem inter Medicos modernos Chymicos Dogmaticos mihi contradicturum, præcipuum veneni ☿rialis antidotum conſiſtere in Cinnabari tam *nativâ*, quàm ♁*ii*, quod aliorum & propriâ experientiâ confirmare poſſum. Hoc ego aliquot ab hinc annis ventilans, præcipuè quod Cinnabaris nat. ſolâ lotione depurata, multùm præſtet, concluſi illam chymicâ arte tractatam majores edituram fore effectus; Cùm autem juxta diverſos Chymiatros hæc nullis fere obediat operationibus Chymicis ſine reſolutione ſuorum principiorum nocivâ, auſus ſum illam *circulare, & hanc plusquam annuo ſpatio, per cautum continui ignis regimen, adcuratâ circulatione depuravi, exaltavi & fixiorem reddidi,* adeo ut magnum inde ſolatium hactenus meis ægrotis hauſerim. Mirum quantum enim reſiſtit adfectibus capitis & nervorum & qui his ſunt adfines, depurat ſanguinem, roborat calidum innatum, contra affectus malignos alexipharmacum eſt rarum, ſudoriferum & antifebrile magnum. Cum itaque & in hoc adfectu de Cinnabari hac longa circulatione exaltata, peculiarem mihi promittam efficaciam transmitto ejusdem ʒß. *Doſis* ejus ſunt gr. iij. ne autem inhæreat denti cavo aut faucibus, miſcere ſoleo *ſuccinum, unicornu foſſil. perlas præparatas, &c.* Singulis ſeptimanis duæ doſes tales ſumi poterunt tempore ſomni, ſi unâ alterave vice ſudor inde leni ſtimulo proliceretur, (cùm ſæpè ad id inclinet hic pulv.) eò conducibilius foret. Ut *Gener. Dom. Ægro* magis magisque ſatisfiat, ſuppetit aliud adhuc arcanum itidem quidem Cinnabari nativæ natales debens, aliam autem expertum præparationem: Mitto ejus ℈j. (cùm copiâ ejusdem deſtituar) qui nodulo ſericeo illigandus, eique ſuperfundatur in vaſe vitreo ℔j. ▽ *cerefol. fl. acac. &c.* poſtquam per 24. horas ſaltem ita ſteterit mirabiliter ▽am hanc imprægnat ſuâ virtute, eadem tamen ſibi ſimul ſemper remanente, ut 8. 10. vicibus alia ▽a pro ſimili uſu poſſit ſuperfundi; poterit infuſi hujus quotidie cochleare unum ſumi vel manè, vel à meridie, vel veſperi quandocunque lubuerit, & quidem vel per ſe vel mixto Vino. Medicamentum hoc peculiari plane modo *calidum innatum ♌ usq; cordis & cerebri roborat & renovat, ſanguinem depurat, ac in ſpecie cerebri ſymptomatibus opitulatur*, poſtquam tamdiu fuerit uſurpatum, ceu dictum, aliâ præparatione renovare poſſum

ejus qualitatem priore non ceſſaturam. Hujus Pulveris infundendi labor priore per circulationem illam longam facto multò eſt difficilior magisque tædioſus. Remedium hocce prout naturam invenit diſpoſitam aut ſudorem aliquando movet, aut alvum fluidiorem reddit. Hæc *Clauderus*. Hanc autem fixationem perfectam eſſe alchymicam nemo ſibi perſuadeat, licet & illa ex Cinnabari æquè ac ex ☿rio haberi queat, ceu hoc (ſed ſub ſilentio *Harpocratis*) ope ⊖lis ♀ri fixi fuſibilis obtineri docet *Tachenius in Hippocr. Chym. p. m.* 62. qui ejus ut alcali puri & excellentis ope ☿rium vulgarem mundificavit in calore ſolis ſub finem menſis Maji, cujus ʒß. *in* ~*u* ⦶*ri* ſoluta reliquit in fundo *fecem nigram* pondere gravem tardique motûs, qui effuſo liquore ablutus & ſupra carbonem cum fiſtula fuſoria fuſus & colliquatus *granum auri puriſſ.* exhibuit: Nimirum ut *pag.* 73. ait: Hoc ⊖ *alcali* ♀*ri* objecta ſua illuminat & vivificat, haud ſecus ac alcali fixum herbarum extrahit *è calce* vel *ſilice calcinato* aliud & ſimile alcali, in ſapore igneæ tamen magis naturæ: ⊖ ♀*ri* ergo veſtibus ſuum orbatum more philoſophico, ut compareat in forma nuda & lucida, tunc res, quæ illi committuntur, reducit in eandem & ſimilem ſui materiam, & quia informe eſt ut omne alcali, accipit ergo formam ejus, quo cum unitur, & ſic pergit, &c. nimirum ⊖ ♀ri fixum ſimiliter figit ☿rium mundum in ☽tum vel ☉um. Notabile eſt, quod idem *Tachenius p.* 222. ait de ☿rio ope ⊖ ♀ri mundo ipſum morâ temporis de novo ſuum 🜍 arſenicale ex aëre recuperare. *Idem* docet *p.* 187. idque etiam exemplo ♁ii diaphoretici, quod ex aëre vim movendi habet. Id verò notatu digniſſimum, quod *pag.* 33. docet, nimirum ♀ro exuſto ſi calcem ſuperaddis & alcali per elixiviationem extrahis, præcipitet ☿ium rutilum. *Auctor Tumuli Paupert. p. m.* 44. expertus teſtatur ⊖*lem communem fuſibilem redditum* per repetitas calcinationes & diſſolutiones ☿um coagulare, unde & concludit illud mage præſtare ⊖em ☉ri ut congenerem magis. Vid. *Mazzotta de Mineral. cap. IV. p.* 189. *& ſupra Cap. VIII.*

γ *Spiritus Cinnabaris nativæ* paucis notus, à prælaudato Celeberr. *DN. Claudero die* 7. *Jan.* 1685. mihi per literas communicatus: cujus præparatio hæc eſt: ℞. *Mineræ* ☿*ii opt. q. v.* ſuperfunde ~ ⊖*is*, qui ejus *eſſentiam rubicundiſſimam* extrahit, reiteretur affuſio, abſtrahe, abſtractionibus conjunctis affunde 🜄, in quo ⊖*is* ♀*ri* aliquid ſolutum, abſtrahe etiam & mutato recipiente ♌la igne fortiori, & prodibit ~us fragrans ac ſuavis; hunc rectifices. Penetrat omnia membra, ad tales affectus, ubi aliàs Cinnabarina valent, v. g. nervinos, ♀reosque egregius. Ætiologia hujus ~*ûs* ut & aliarum ℞ rarum juxta *Cranen Op. p.*171. & 184. conſiſtit in eo, quòd particulæ corporum ita ſint minutæ, diviſæ, ut ſint æquales cum ipſo fluido, ac proinde globulorum ſecundi elementi motum æquè obſequantur ac partes fluidi,

fluidi, hinc claræ & translucentes apparent; Cinnab. verò ut & ☉ ita comminui & deteri poſſe non repugnat eorum duritiei & gravitati, cum ope ♎ûs mineralis hoc fieri poſſe ſatis probatum eſt: ita, ut etiam non obſtet exigua doſis in viribus exercendis vel etiam nimia ſubtilitas quæ impediat, quo minus alicubi in opere poſſint continuare, dum ſubtilia reflectuntur, & hinc morbos omnes (qui ab obſtructionibus dependent) nequeant reſerare & curare; nim. ☉i & ♁ fixitas antiqua manet, accedit, quod in ☉ & ♁ ſubtiliatis dentur firmi & ſtabiles pori, qui certam ſtabilem & copioſam ſecum ferunt materiam primi elementi amicam noſtri ſanguinis ætheri, atque ita notanter agere poſſunt, quatenus hæc materia æætherea copioſa & valde conſtans in ſanguinem introducitur atque ita ejus fermentationes augentur & accreſcunt, ut humores tenaces & viſcidi incidantur, hinc inde hærentes propellantur & ſic obſtructiones tollantur; ſic fit, ut minima quantitas medicamenti ſufficiat, ut alias etiam agunt Corall. ▽ea. Si datur ergo generale deobſtruens, dabitur etiam Panacæa, ait *cit. Ingenioſ. Cranen.*

III. Cinnabaris Artificialis Communis ex ♎tione ☿ part. ij. cum 🜍 *comm.* p. j. habetur, v. g. ℞. ☿. *p. ij.* ſolv. *in* ▽F. adde 🜍 *p. j.* abſtrahe ▽F per ♌nem, dein auge ignem paulatim, ultimò fortiter & obtinebis Cinnabarim zu der Mahlerey/ Buchdruckerey zu der rohten Schrifft der Calender / &c. dicente *Cardiluc. in Erker. p. m. 93.* nimirum ☿ particulis ramoſis 🜍ris intricatur & ♉dum ob 🜍 præſens, ſeu tum ſulphuri proprium ſit ſeu extrinſecus ab aëre accedat, eum ligat, ut fiat corpus extus nigrum, intus rutilantiſſimum, intento velut digito, qualiter hic artifex (quorum primus *Pico Mirandulâ* ſcribente fuit quidam Bulcaſis Arabs) procedit, taliter etiam procedere naturam in gremio telluris in Cinnabari nativa, ut diximus: hinc namque dum ☿ius qui ♌li eſt potentiſſimum, ab ♉do 🜍 velut compedibus novo ♌li, v. g. *limat.* ♂ liberatur, in priſtinâ forma viva ſe ſiſtit, corroſo inſimul in Crocum ♂te (ceu & ope Cinnabaris, quâ ♂ cœmentatur, ita domatur exiccaturque, ut adjecto ſale facilè abeat in vitrum coloris ſapphirini) ab ♉do Cinnabari teſte *Febure in Chymia.* Quod verò in ♎tione ☿rii & 🜍 pro Cinnabari nil ☿ vivi verè fixatum in vaſe oſtendatur *Borrichius Act. Hafn. Vol. V. p.* 197. docet, id fieri quia robuſtiores ſunt anguli ☿rii quàm ut à fumis inconvenientis ſibi 🜍ris loco ſtatim moveantur complanenturque. Nim. juxta ejus ratiocinium; ſicut aquæ particulæ æquales facilè in ſolidum corpus abeunt in locis opportunis, ſic & omnia △tilia fixantur, ubi mutuo attritu ramos anguloſque ſuos nimium extantes perdiderint & inſtar particularum aquearum facies faciei aſſociatur. Notandum verò pulv. Cinnabar. vulgaris plerumque adulterari & mixtum eſſe cum *ceruſſâ* ♄*bi,* quo *gratior* emergat *color*, antequam vendatur à Materialiſtis, notante *le Mort*: cujus

loco quidam Typographus ſaltem amylum permiſcuit; Salia verò Alia ad-addita exaltationem inſignem efficiunt ſec. *Hoffm. in Not. Poter. Uſus* ♁ tum *pictorius* (ut modò dictum, ceu & pro rubore Ceræ ſigillatoriæ, Siegel-Wachs/ conciliando uſurpatur, v. g. ℞. *Gumm. Lacc.* ℥ß. *Colophon.* ʒj. miſc. pulveriſ. add. *Cinnab. q. ſ.* affund 🜅 *Vini rectificatiſſ.* ut ſolvatur ex parte *lacca*, dein igni moderato carbonum ſuperpone, ut fluat & miſceatur; pòſt cum ſpatula parum ejus exime & ſuper candelam accende, quo cum *ſp. Vini* accendas, agita uſque ad exhalationem *ſpir. Vini,* hinc forma paſtillos, addendo ſi lubet parùm *Zibethi.* Vel ℞. *Gumm. Lacc.* ℥ß. *Tereb. colophon. aa.* ʒij. *cinnab. & minii ana* ʒj. Fluant ſuper carbone in tigillo *lacca & colophonia*, dein quoq; add. *Terebinthinam,* pòſt *cinnab. & minium* pulveriſata, formentur Paſtilli) eſt tum etiam *Medicus*, minus tamen ad *uſum internum*, nî, ut *Excell. Wedelius Pharmac. acroamat. Lib. II. Sect. III. cap. 3. p. 325.* docet, ex floribus 🜍ris & ☿rio rectificato fiat; hinc magis hujus *Cinnabaris* uſus eſt in *Inunctionibus & Suffitibus*, in *Lue* ♀. *Scabie, Ulceribus cancroſis*, quæ à ſuffimigio tantilli Cinnabaris continuato perfectè conſolidari memorantur à *Car. Muſit. in Trut. Chir. Phyſ. T. II. p. 95.* prout & *Vigani Med. Chym. p. m. 47.* refert ſe vidiſſe Aurifabrum hoc ſuffitu à *doloribus luis* ♀ *&c.* liberatum; ceu & ipſa Cinnabaris ♁ii quoquè inde pro ſuffitu in *Podagrâ* adhibetur: ℞. *Sem. aneth. hyoſcyam. ana* ʒß. *cinnab.* ♁*ii* ℈j. miſc. f. Pulv. carbonibus ſuperinjiciendus. Præparatum ex Cinnab. communi ſit ſeq. *Diaphoreticum Begnini*; ℞. Cinnab. *comm. pulv.* ℥j. ⊖ *uſti* ʒij. M. pulveriſ. & in alembico ſuperaffund. 🜅 🜍 ℥iij. Digerantur per octiduum in arena evapor. & calcinetur in Xbulo, manebitque pulvis albicans niveus, virium ferè earundem quarum ſupra ☿rius diaph. ex *Digbæo*, cujus *Doſis* eſt *gr. vj.* in *morbis* ♀*reis, hydrope, &c.* ex quo inſuper colligere eſt colorem Cinnabarinorum ſuperficialem ſaltem eſſe & à textura ſaltem particularum ☿lium immutatâ oriri, ceu & aliàs quoque Cinnabaris ♁ii ⊖li ✱co commixta & ♎ta flores ſaltem albos præbet, ſecus ac hoc aliàs ex ♁nio ruborem elicit. Sunt qui parant Cinnabar. artif. ⊙rem ex amalgamate ☿li cum ⊙, hoc cum 🜍 comm. ſublimant & ritè tractant, ſicque habent Cinnabarim ⊙rem, de qua *Greiff. de Ther. cœl. Beccherus ſuppl. II. in Phyſ. ſubterr.* ait, quod taliter ope ſulphuris ☿ius roboretur in vi ſolvendi, ut poſſit aliquid de corpore ⊙lis ſolvere & in Cinnabarim convertere, præſertim ſi ſumatur calx ejus cum ▽ Reg. facta; Quare ⊙ ope ☿ii volatiliſari notat, quod & per errorem Alchymiſtæ experiuntur, dum ⊙ volatiliſatum perdunt; wann aber der ☿ gefangen wird/ gibt er dieſen Diebſtal wieder. Præterea ſciendum quod ſi ad 🜍 *p. ij.* ☿ *p. iij.* addatur ⊖✱ *p. j.* & ♎tio inſtituatur, obtineatur *Cinnabaris cœrulea* ſeu Lazurium, de quo vid. *Agricola de Oru. ſubterr. p. 698.* prout & Liber vetuſtus 200. annis ante

Para-

Paracelſum in Germaniam Venetiis illatus ♀*ris* ℥j. liquat in ſartagine, admiſcet ⊖*is ammon.* ℥ß. & *hydrargyri* ℥ij. Maſſam frigefactam terit, poſitam in vitro vel olla lutata igni lento adhibet, lamina foramini objecta ad ſpiritus humidos explorandos; poſt auget ignem per horam cum ♒tus ſicci apparent; inde intendit, dum fumo citrino ceſſante cœruleus exit, in fundo eſt *Lazurium*. Nec negligendus Cinnabaris uſus alchymicus, v. g. ℞. *Cryſt.* ⊖*li* ♂, ⊖, ♄ *ana* ℔j. pulveriſata inde retortæ & ♌la in Oleum, aucto ſub finem ignis gradu, & in collo ☊ habebis ♁; Dein ℞. *Cryſt.* ⊖*li* ♂, *Cinnab. ana* ℥iiij. imbibe *Oleo* ♄*ii dict.* ℥iiij. abſtrahe Oleum & reaffunde toties, uſque dum remaneat ſiccum omne inſtar Rubini; hinc in fimo equino reconde, & ſolvetur in Oleum rubrum, quod poſtea coagulandum in *TRam*, cujus *p.* j. ſuper ☽ vel ☿ *p.* xij. mutat in ☉. Si denuo ſolvatur & coaguletur, augmentabitur, & *p.* j, tandem 1000. partes tinget. Eſt etiam *Panacæa* data à ij. iij. *grana*. Not. Melius eſſe ♂ ſolvere cum ✳*co* & rectificare *Oleum* ♄*ii* vel ſumere *Regulum* & jungere ſolutionem auri. Quia ut fixatio nimis longum tempus requirit, abbreviatio habetur, ſi aliquoties ♒ *Vini opt.* comburatur à lapide poſt coagulationem. Vid. & *Libav. de Lap. Phil. p.* 59.

IV. Æthiops Mineralis ex ingredientibus ♀*re* & ☿*rio* paratur, idque non fuſione modo ſed & ſolâ ♀*ris* atque ☿*rii* præſertim probè depurator. comixtione exactâ, ceu non ſaltem *Harris in egregio libello de Morb. Inf.* in colluvie verminosâ eum ut tutum remedium laudat, ſed & in *Diſpenſat. Batei p.* 401. refertur ☿um cum æquali pondere *ſulphuris* in mortario ferreo vel vitreo ſubactum, ultra jam 20. annos decurſum feliciſſimè ab *Authore* adhibitum fuiſſe, anſam primùm ſubminiſtrante *Chirurgiâ Barbettianâ*, ita quidem ut ſalivationem non niſi rarius, vix autem ubi teneriorum corporum in gratiam duplum *ſulphuris* ☿*rio* aſſociatum fuerit, viderit pediſſequam; Quares utiles *Pilulæ æthiopicæ* ſeq. ℞. *Æthiop. min.* ℥ij. *ceruſſ.* ♄ ℥ij. *Gumm. guajac.* ℥ß. *Extr. fumar. q. ſ.* F. Pil. *Doſ.* ℈ij. bis in die per 4. dies, in *Lue* ♀, *Podagrâ, &c.* Nec inconveniens præfatus Pulvis erit in ipſo Partu difficili, ſi juxta *Cæſalpinum de Metall. p. m.* 194. ipſe ☿ *crudus* ſine noxa ad ℈j. datus egregiè ſubvenit *parturientibus* pro ultimo remedio; ceu aliàs *Rolfinc. in Diſſert. Chym. de* ☿ *vitæ ſantalo colorato* refert eum in *fœtûs* juſto poſito in *partu difficili* eſſe egregium remedium à *gut.* iiij. ad vj. datum. Cœterùm ex hujusmodi *Æthiopis mineralis*, ceu ſaltem ex ☿ & *ſulphure* ſuperficiali commixtione conſtantis, conſideratione patet etiam Cinnabaris communis prædictæ internum uſum eſſe poſſe, ſi nimirum illa decenter depurata aſſumatur; ſic namque *Joh. Colbath Anglus in Tent. de Alcal. & Acid. cap. III.* in *Rheumatiſmo & inveteratis menſium obſtructionibus* præter ♂lia (ſec. *Williſ.* cum ✳ calcinata) laudat tum Cinnabarim vulgarem ac ♄ii mixtam cum *Gum. guajac.* & ſat magnâ quantitate exhibitam.

CAP.

CAPUT XI.

DE BISMUTHO, AURIPIGMENTO, ARSENICO, ZAFFERA, CADMIA, COBOLTO, SANDARACHA & ZINCO, &c.

PRout de ♁nio *cap. anteced.* diximus, laxam ejus eſſe compoſitionem, principiaque ejus minus arctè ſibi invicem combinata eſſe, id quoque de hiſce metallicis parvis corporibus aſſerere poſſumus, ceu quæ citò nimis à particularum viſcoſarum ſimul cum halitibus 🜺libus (von dem Bergſchwaden) ♉dis congreſſu reſultarunt, quæ non tam arcto nexu invicem junctæ ſunt, relictis interſtitiis & poris amplis, unde fragilia evaſerunt, nata nihilominus ex radice metallicâ, copioſo ſcil. ☿rio (unde *metalla embryonata*, illorumque *ſtragula* haud immeritò *Glaubero* vocantur, ac pro fructibus immaturis ſaltem, metallorum reſpectu, habentur) ceu in hanc rem notanter ait *Libav. Syntagm. Arcan. Chym. p.* 282. Semimetalla ☿rium reddunt inprimis Marcaſitam argenteam ſeu Stibium album, *Biſmuthum* dictum, dein *Regulum* & *Stellam ♁ii, Cobaltum*. Nihil hic niſi ☿riale ſi ſenſus conſulas, ideo & à prædominante nomen ☿rius imponitur, qui inviſibile *ſulphur* complexus ſit, & in quo ſunt omnia *ſec. potentiam*, qui etiam dicitur ☿*rius* de ☿*rio*, quia ex ☿riali ſubſtantiâ magneſiæ eſt productus. Transmutationis ergo ſubjectum & patiens, quod eſt ſuſceptivum formæ metallicæ, habemus ☿ ſeu rude ſeu elaboratum arte. Ita notanter *Libavius*.

I. Bismuthum (aliàs etiam *Marcaſita*, quamvis hæc à *Pyrite*, ab *Encelio de re metall.* non diſtinguatur) corpus eſt minerale livedinis albicantis, durum & fragile, non tamen friabile ut Galena, cui aliàs ſimile eſt & ex qua ♄bum nigrum coquitur. Unde & à quibusdam quaſi *ſui generis metallum* habetur, nobilius quiddam ♄bo, deterius ☽to, cujus non rarò aliquid continet, & quo loco effoditur, ☽tum plerumque ſubeſſe ſignificat, *tectum* hinc ☽ti à *Foſſoribus* dictum, qui, referente *Albino*, ſi Biſmuthum oſtendant in ☽ti foſſione, dicunt ſe citò nimis veniſſe: unde & haud abſurdè cum *Plinio Biſmuthum* haberi poteſt pro *ea ſpecie ♁ii*, quam ille vocat *ſpumæ candidæ nitentisq; lapidem in venis argentariis* ceu quoque ejus regulus regulo ♁ii multum affinis eſt (ceu qui cum 🜕 detonatione Bezoardicum miner. itidem exhibetur & *Fel. Mayerne in Tr. de Febr. cap. IV. p. 60. Butyrum Biſmuthi* ex ejus *p. j.* ☿ 🝞 *p. ij.* per ♈ ♌t. ex eoque præcipitatum Pulverem laudat ad *gr.* v. datum ut excellens febrifugum) & ♃to admiſcetur ad ſplendorem & duritiem ei conciliandam. Imò non ſaltem imperfectis metallis utiliter admiſcetur, ſed & perfectis, quia eorum ope regulus marcaſitæ maturari poteſt,

ceu

ceu hujus immaturitatem ita correxit *Beccher.* Chym.Glückhaf. *p.506.& 507.* ℞. *Reg. Marcaſit.*℔j. und *Reg.* ♁ *viij.* Loht/ ſchmeltz es zum 7den mahl/ dann trag es auff ☉ oder ☽/ kan auch zum *Univerſal* gebraucht werden. ℞. *Reg.* ♁*ii p. iij. Reg. Marcaſ.* von *calc.* ☉ſchlich / dann der ☉ſchlich *ſolvirt* gewaltig/ und *p.j.* ☉*ri*, hæc tria tere & miſce probè, und laß es vor dem Balg flieſſen/ ſo wirds ein rohter Stein/ dieſen klein gerieben/ und ⊖ ♀*ri* darunder gerieben/ und 5. mahl mit einander geſchmoltzen/ ſo iſts ein *Tinctur* auff ☿. ℞. *Calcin.* Eiſenmann auß dem Goldſchlich under der Muffel im Probier-Ofen oder ſonſten geröſtet / daß er in ſeine höchſte Röhte komt/ ſo iſts der rechte *Crocus* ♂*tis vel* ☉*lis*, mit welchem man ein Inbringen haben kan/ ein Theil *Croc.* ♀ der in ſeiner höchſten Bräune ſey/ alſo den ⊕ roht *calcin.* oder ein ♀usſtein zu kommen/ alda der ♀ ſchon in der höchſten Bräune ſey; ſchmeltz mit dem *Regulo* ♁*ii aa.* und alſo ein *duplicatum Regulum* zu machen/ und gib es der ☽ ein/ ſo gewinnt ſie ☉*lis* Schein/ das laß dir ein *particular* (*forte* des Kleinen Baurs) ſeyn. Præterea etiam Biſmutho frigidus Mercurius animari poteſt, ut aliàs hoc fit cum regulo ♁nii, ceu ejus ope *Arborem vegetabilem Philoſophorum* ſiſtit *Beccherus in* Chym. Glückhaf. *p.* 307. ſeq. Proceſſu: 1. Rec. *Biſmuthi,* ☿ *reſuſcit. ex cinnab. comm. ope* ✱ *& per* ☊ *in* ▽ *am pulſi, ana* ℔j. F. Amalgama, quod lava ✱ & ⊖*le*, edulcora & ſicca, expone aëri libero, defendendo à pluviâ per dies 3. amalgama hoc inde retortæ vitreæ, & pelle ex arena in ▽ *igne forti* ☿*um*, quem lava, ſicca, & per corium pelle. 2. Rec. ☿ *hujus purgati, Croci* ♂ *ſulphurati bene reverberati & pulveriſ. ana* ℔j. miſc. probè & expone per dies 3. aëri, pòſt abſtrahe ☿um. 3. Rec. ☿ *hujus ſulphure* ♂*tis animati p. xij. Auri opt. vel* ☽ *lim. p. j.* f. Amalgama, expone aëri per dies 3. dein abſtrahe ☿ vi vegetandi præditum. 4. *Rec.* ☿*rii hujus abſtracti p. xij. Auri opt. vel* ☽*ti ut prius p. j.* f. Amalgama, pelle per corium, ut reſtitent ſaltem *p. iij. cum auro vel* ☽ *p. j.* Hoc verò Amalg. inde ovo philoſophico in arena locato: & ſubminiſtra primi ignis gradum, ſic enim intra ſeptimanas 3. arbuſcula excreſcet (ait *Beccher.* Chym. Glückhaf. *p. 61.* quod illud præcipitatum fixum intelligendum ſit, quod poſt nigredinem & albedinem quæ in vegetatione exoritur, habetur, recluſo prius decenter à ☿rio auri corpore & per minima commixto) poſtquam prius materia nigricans evaſit: ☿*rii verò abſtracti partes ix.* interea leni digeſtione ſervati ſucceſſivè amalgamati prædicto affundendi omnes, donec in excreſcentiam abeant, quo facto *augmentatio* inſtitui poterit. 4. Rec. *Excreſcentiam arboream fixam,* miſce cum *pulvere* △*tili* & agita probè in molâ philoſophicâ: Et quantum pulvis ponderat, additur de ☿ *comm.* agitaturque probe quò intime uniantur fixum & △le, ponunturque in digeſtione primo ignis gradu in arena, & intra ſeptimanas 6. ☿us in pulverem abit, qui rurſus augmentari poterit & ſic in per-

petuum, imò quo frequentius augmentatur, eo citius id procedit, ſic ut ſi in XIII, XIV, XV. augmentationem deveniat, hoc abſolvatur intra 3. dies. 5. Ut verò de augmento hoc quidquam ☉ vel ☽ reducatur, prius figendum taliter: ℞. *Augmenti hujus, Olei* ✱*ci fixi* (Vid. *Mazzottam & ſupra*) *Ol. olivar. ana p. ij.* Coq. ad ſiccitatem & pulveriſa. ℞. *Pulveris hujus p. iij.* ♄ *opt.* ⊖*is figentis fuſibilis* (*facti ex* ⦶ *p. ij.* ♀ *p. j. ſulphur. p.* ß. detonatis, & ſcoriis inde emergentibus coctis in *lixivio forti ex ciner. calc. viv. & urin. & inſpiſſatis.* Fluant invicem & effundantur in conum & cupell. Nos occaſione hujus *Particularis* notamus, quod refert *Plinius L.* 34. *C.* 13. de aurivoro triente verbis *Meſſallæ* ſenis & ſuis: *Servilia familia illuſtris,* ait, in *faſtis trientem æreum paſcit auro & argento conſumentem utrumque* (verùm nec ſic hæc duo metalla etſi ♀ colorem auri augeat, calcinari poſſunt) *origo atque natua ejus incomperta eſt mihi*: *Meſſalla,* ait, *trientem hunc ſacrum ferri, aliàs creviſſe, aliàs decreviſſe & ex eo diminutionem aut honorem familiæ ſignificari. Libavius Synt. L. V. C.* 5. ait; ſuſpicari poteſt forſan magicam conſumptionem fuiſſe dæmone ſurripiente ſacrum & ſpecie nummi creſcentis & decreſcentis imponente Gentili ſuperſtitioni, niſi velis ſacerdotem nummi ſacris præfectum id feciſſe quod olim tempore Darii & Danielis ſacrificuli Baal. Verùm quid prohibet Chymicum quid cognoſcere? ſimulata illa fuere ſacra & hoc prætextu *calx rubea & alba Philoſ.* reſtituta auctaque: Chymici enim ☿rium ſuum Nummum vocant, qui calcinat ☉ vel ☽. In copiâ ejus honor & divitiarum incrementum omniaque auro venalia; Inopia contrarium portendit. In ſimilem fere modum etiam ad Lapidis magni expectationem duo ſecreta panduntur à *Colleſſon in Id. Perf. Phil. Herm. Th. Chym. Vol. VI. pag.* 154. qui videatur. Præcipuè autem ex Biſmutho fit *Magiſterium coſmeticum,* (*Album Hiſpanicum* dictum) ſi ſolvatur in ▽*ti & ſpir. Vini* ⊖*ſat-* (*Lemery* ſumit *Muriam*) ⥾tur, ad dealbandam cutim haud ſpernendum, ad inſtar *Biancæ Alexandrinæ* ex ♃ confectæ & ceruſſæ ex ♃: Hoc Magiſterium in rubore faciei pruriginoſo, præmiſſo purgante è *caſſiâ, roſar. ſucco, pulv. jalap. &* ☿ *dulc.* ita ſemper fidum & expertiſſimum invenit *Frid. Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 126. ℞. ▽ *flor. ſamb. fl. fabar. ſperm. ran. ana* ℥j. *Magiſt. biſmuth.* ♄. *ana* ʒj. *Eſſ. benz.* ʒij. *ſacch.* ♄. *camph. ana gr. xv.* ☿*ti alb. gr. viij. Ol.* ⊖. per deliq. *gut. x.* miſc. pro lavandâ facie; quin & ex eo per ♌nem ex retorta *Menſtruum* paratur *mirabile* juxta phaſes ☽æ creſcens & decreſcens, metallorum animam, potiſſimùm autem ſolis & ♂tis extrahens, cui & ſi infundatur planta arida revireſcere & flores de novo expandi dicuntur, de quo vid. *Juncken Chym. exp. cur.* Tandem notandum inſignem eſſe abuſum Biſmuthi in meliorandis Vinis, in Tæniis ♀ratis dulcibus (Germ. Süß-brand) ita dictis, ceu quibus *colica ſpaſmodica & pareſes corporibus* inducuntur, de quo

vid.

vid. *Exc. Wepfer. in Tr. de Apoplex. & Miſc. Cur. Dec. I. An. II. Obſ. 39.* adeo ut etiam ſumopere ſit deteſtanda ℞ ex *Biſmuth.* ℥ij. *Lithar.* ℥vj. in ✢ parata, quam 1695. & 1696. vinis crudis immiſcuerunt maleferiati ad dulcedinem ei conciliandam, cujus nimirum loco longè tutius immiſcetur Decoct. *rad. polypod.*

II. Auripigmentum ab aureo colore ita dictum (Pictoribus Orpimentum, uti gleboſum & pallidius Risgallum, quo Aurifices utuntur) ſemimetallum eſt croceum aureis veluti lamellis diſtinctum, friabile è vaporibus viſcoſis ſulphureis, intermixtis ſpiritibus acerrimis △ticis ☿ibus concretum, cujus & ratione fit, ut metallorum recluſionem inſigniter adoriatur, maximè ſi ſulphur ejus unà nonnihil figatur, ceu ſeq. Proceſſum alchymicum non ſpernendum judicavit *Curioſiſſ. Jac. Tollius*: ℞. ☽ *fin. vel* ☽ *in* ☉, ♁ ℥iv. *Limat.* ♂ & ♀ *ana* ℥j. ☿ ⌒ & □ *per fix.* ℥ij. *ſpirit.* ⊕*li ana* ℥ß. (poteſt & *borax* addi, qui partes arctius læviusque diſponit) F. cum ⊖*le comm. decrepitato ſ. ſ. ſ.* & funde in Xbulo lutato; Tum ſepara ♁ à ☽ per teſtam & ☽ ab ☉ per ▽F. Unde & □ *externè* & *internè* (dum ſanguinem angulis ſolidis & acutis p. n. coagulat vel diſſolvit, viſcerumque texturam deſtruit, adeoque corpori humano inſigniter eſt adverſum, ceu exinde à Chymicis, ut *Charras*, aſpectu quadrato □ notatur) ſepticum eſt, externè verò maximè *pſilothrum* præbet notum cum ♆ & *lixivio forti* parandum, imò *Turcarum Ruſma* (aliis *Luſma*, de quo *Bellon. Obſ. p. 462.*) non tam ex *melle* ad ſpiſſitudinem ſapæ ad inſtar incocto, quàm ex eo quoque paratur, refert enim *Scaliger Exercit. cap. XIV. §. 4.* pſilothrum illud ex pulvere aquâ perfuſo ex *ſemimetallo quodam ſcoriæ ferri facie* ab Incolis in Galatiæ montibus uſurpari, quod non aliud niſi □*tum* videtur, præſertim quia *Tachenius* aquæ perfuſione obſervavit, Ruſma fœtorem ſpirare ſimilem □ti & ♆ mixturæ, & ſi *ſublimetur per ſe* adſcendere *Rubinum verum* □*ti*, addito verò ⊖*le comm.* ⌒ione repetitâ ∞*cum album* ⊟*lum* referens, ut refert *Mathiol. Comment. in L. V. Dioſcor. cap. VIII p. m. 684. & Worm. in Muſ. p. m. 28.* de cujus tamen natalibus *in ſeq.* Ex eo præ cœteris *Aqua viridis à Feliciſſ. Platero Prax. Med. cap. II. p. 318.* deſcripta, ad *Oris ulcera* fit, cujus deſcriptio hæc eſt: ℞. *Ærug. æris* ʒj. □*ti* ʒiß. terantur ſubtiliſſimè, & coq. in *Vini albi* ℥iiij. ad conſumpt. mediet. ubi refrixerit adde ▽ *roſar. ſolan. ana* ℥iß. M. *Poterius*, reticendo *Plateri noſtri nomen*, hoc vocat *Collyrium viride*, ſumitque ⊕ ʒij. □ ʒj. *aq. roſ. plant. Vin. alb. ana* ℥iij. ubi not. poſt uſum hujus ▽æ ſtatim gargariſmate fauces eluendas; ceu Gargariſma ſeq. in eum uſum, reſpiciendo cauſam peccantem, ex Theoria bene fundatâ præſcribi poteſt: ℞. *Flor. prunell. liguſtr. roſar. r. malv. arbor. ana* M. ß. *ſem. aniſ.* ʒij. Inciſ. & conquaſſat. coq. *Aq. font.* ℔ij ad quart. part. conſumpt. Colar. adde *Mell. roſac. Rob. moror. ana* ℥j. Mſ. ad urceum. Cœterùm ope □ti manifeſtatur Atramentum ſympatheticum quod ita fit:

℞. *Lithargyr. Auri ſubtil. trit.* ℥j. ✢ *deſtill.* ℥iv. inf. ſuper cineres calidos, mane filtretur, & eo ſcribatur in charta; Quod ut legi poſſit, intingatur ſeq. ℞. □ ℥j. *calc. viv.* ℥ij. infund. in *aq. font.* ℥x. ſuper cineres calidos, mane filtretur. S. zum Außſtreichen. Quia verò quàm maximè □ valet ad *Fiſtulas, Cancrum & Lupum*, quos potentiſſimè edomare valet, variè præparari poteſt *ſec. Paracelſum*, v. g. ad *Fiſtulas*. ℞. □ ℥j. ♀ *calcin.* ℥iij. mſ. in tigillo, reverberentur igne intenſo per 24. horas, liquata eximantur & contundantur, injiciantur ▽æ, ebulliant & præcipitatur *pulvis albus*, qui cella liquatur in *Oleum* in *injectionibus ad fiſtulas* uſurpandum, pulvis verò in *Emplaſtris* cum *reſinâ pini & cerâ* commiſceatur & fiſtulæ applicetur. Ad *Cancrum* vero, *Rec.* □ ℥v. *Fulgin.* ℥ß. ✳*ci* ℥iij. mſ. & reverb. ut ſuprà dictum, per 24. hor. ut fiat Qli, & ſic appropriatum habebitur in *Cancro*, hujus □ *ppt. Rec.* ʒv. & *cum cineribus fimi columbini ac oleo vitell. ovor. q. ſ.* f. *Unguent. in cancro* mirandarum virtutum: Ad *Lupum*: *Rec.* □ ℥vj. ○ *calcin.* ℥vj. mſ. & procedatur ut ſupra, hujus *præparati Rec.* ʒvj. *Liquoris mumiæ* ʒij. *Ol. roſac.* ℥ß. *Mucilag. ſem. pſyllii ad pondus omnium*, mſ. fiat *Cataplaſma*, applicetur. Quod ſi autem nimium pruritum induceret, pars prius illiniri poſſet *Ol. camphor.* His verò non contentus *Faber in Myrothec. Spagyr. L. III. cap. XVII.* *Quintam Eſſentiam* præparare docet, ut è ſummo veneno ſumma fiat theriaca, ♀re ſuo magis recluſo depuratoque, de qua *cit. loco* videri poteſt. Vid. infr. de *Sandarachâ*.

III. ARSENICUM ita dicitur quaſi *ars ſenum*, Gr. ἀρσενικὸν, ab ἄῤῥην vel ἄρσην vir, & in Hebr. vir eſt *Geber*, unde *Geber* de hoc 🜺co ſcripſit maſculè. 🜺*um* comparatur ſerpenti *Geneſ. III.* non ſaltem ob venenatam naturam unicuique ſimilem, ſed quia ſerpentem oportuit comedere pulverem terræ, haud ſecus ac ſerpens 🜺cum etiam Ophir vel pulverem terræ edere debet, prout & dicit *Helmont. Jun. p.* 108. *Paradox.* quod Ophir pulvis, aurum vel arenam ſignificet. 🜺*cum* autem quas ducat natales omnium optimè docet *Kunckelius de art. Vitr. & Obſ. Chym. p. m.* 42. 🜺, ait, *ex cobolto* ⌒*ne paratur*: 🜺 *citrinum verò ſi* 🜺 *hujus* ♄ c. *addatur* ♄ x. ♀ *flav. &* ⌒*tur*: *rubrum verò ſi adhuc ſulphuri addatur minera, quæ dicitur* Kupffernickel/ *& ſublimatur.* Cœterùm 🜺 inter venena cauſtica & ſeptica validiſſima numeratur, dum non ſolùm ſale particulæ ejus hac ⌒ne aculeantur, ſed jam in ſe ſalia rigida angulis acutiſſimis, penetrantiſſimis dotata poſſidet, quæ quia cum majori terreſtreitate circumdantur, ut *cit. loc. Kunckelius* ait, ſaporem non ita edere poteſt 🜺 ut ☿⌒tus, qui propter corroſivam naturam ſuam venenoſitate 🜺 uno gradu antecellit, nec tam facilè ex corpore humano elicitur quàm 🜺, ceu quod ſæpenumero per vomitum nullo inſigni detrimento expelli poteſt; Licèt autem ⊖ & ▽ in 🜺 reperiantur, & præterea Acidum pari ratione ut Sulphur commune obtineat, ipſius tamen 🜺ci vel multo maxima pars eſt ☿, ut pro-

ut probat *laud. Kunckelius* ſeq. experimento : *Cape*, ait, *ſmegma vulgare aut* 🜔 *alcali, & 🝐la per 🝪, videbis friabile quoddam corpus metallicum ſublimari, quod quamprimum ♀ attingit, eam penetret & albo eandem inficit colore*; Hinc nimir. eſt, quòd □ *Rex Geber* id à 🜍re communi dicat ſolùm differre TRâ albedinis, qua ♀ dealbat, ut ☽ reputari poſſet, prout ejusmodi proceſſum hîc communicabimus; Cœterùm 🜺 *citrinum* 🜍reæ naturæ eſſe *Geberum*que minimè erraſſe experimenta confirmat *Excell. Wepferi* & *Philoſophi Chymici acutiſſimi D. D. Henr. Scretæ Poliatr. Scaphuſ.* indiderunt ſcilicet Sandaracham & □ tigillo aut cochleari ignito, unde emittebant fumum album, mox turbidum & ſubflavum, tandem flammam conceperunt, inſtar ceræ liquefacta fluxerunt, cultri laminam obduxerunt densè flores albi, lutei, rubri, iridem quandam referentes; ejus apicem ſubſtantiæ ceræ aut vitro colliquato ſimili immerſum obduxerunt ſeu vitro ſeu lapide rubinum referente, ceu hoc etiam *Frid. Hoffmannus* obſervavit; continuato verò igne omne □ & ſandaracha evanuit, relictis in fundo arenâ & lapillis prorſus inſipidis: 🜺 itidem cochleari & tigillo inditum totum evanuit, adeo ut nec veſtigium ejus in fundo ſupereſſet, laminam cultri floribus albis denſis obduxit, & utcunque denſiſſimus fumus confertim exſurgeret, nunquam tamen flammam concepit, unde 🜍ris expers (ceu & *cit. Kunckelius Obſ. Chym. cap. III. p. m.* 37. experimentis oſtendit 🜺, neque 🜍 neque corpus ſulphureum eſſe cenſendum) creditum ac exiſtimatum fuit, quidquid hujus habuerit id in ſublimatione cum ſale amiſſum. An ſalinum eſſet hoc ulterius experimento præfati *Excellentiſſimi Viri* inquiſivere: Fruſtum 🜺 *cryſtallini* pondere ℥*ix.* cum dimidia in 🜄*æ font.* ℔*iij.* ad conſumptionem ferè ℔*jß.* decoxerunt, antequam ebulliit & poſtea inter ebulliendum ex illo ſurgebant bullulæ crebræ : in principio ebullitionis aqua erat ſubdulcis & adſtrictionem ſine morſu in lingua poſt ſe relinquebat; continuata ebullitione 🜄a flavior evaſit, acidiuſcula cum adſtrictione, ſine morſu aut acrimonia quæ alicujus momenti eſſet, fruſtum exemptum & ſiccatum pendebat ℥*viiß.* adeo ut ℥*ij.* in aqua ſoluta fuerint vel exhalarint, manſit quidem ſedimentum furfuraceum in fundo vaſis illudque flavum, ſed pauciſſimum ac leviſſimum. Unde concludere licet ſalini aliquid ineſſe, nec abſurdè illud naturæ ſaponatæ putari, 🜔næ ſcilicet ac ſulphureæ, 🜔*næ* quia in 🜅 ſolvitur, metalla in fluxu ſolvit (unde 🜅 *coagulata* dicitur) *ſulphureæ* verò, quia ſulphur olet, flammam concipit & oleo ſolvitur, id quod protinus de □ intelligendum, 🜺 enim magis videtur eſſe ☿ aliquis cum acido & 🜃 miſtus ſeu pars ſulphureo - ☿ialis 🜔na Λlis minerarum metallicarum, inprimis argentearum, ceu & mineræ rubicundæ pellucidæ, quàm ſupia roht gulden Ertz vocavimus, dimidia pars 🜺 niveum ſublimabile continet ſub ſpecie fumi denſiſſimi in

△ne, ut dictum, exhalans, fauces facilè inſpiratione lancinans, adeo ut haud adeo abſurdè quis 🜺 pro ☽ crudo ſive adhuc plane immaturo haberet, ceu & *Ettmüllerus in Schröder. dilucidato* judicat, 🜺 eſſe principium metallorum candidorum, ſicut ſulphur rubeorum : Sic & *Zaffera* quid ſit eleganter explicat *Helmontius Junior in Paradox. p.m.* 118. ita inquiens: De quibusdam mineris ☽ti ſublimatur 🜺 album, quod venditur pluribus in locis ùt ex Cobalto conficitur, & in parte quæ in fundo remanet ≏tionis, certa materia reperitur Germanis Zaffera, Saffer dicta, in qua multi reperiuntur globuli in fuſione ſe combinantes, qui dicuntur *Biſmuthum*, albi coloris ut ☽ & ponderoſi, verùm fragiles inſtar vitri conſtantes laminis minutis ſibi invicem incumbentibus ut in Glacie Mariæ & ſplendentes ut Regulus ♁ii, qui conformis eſt. Si hoc Biſmuthum ≏matur, mutatur in 🜺 album. Et *Zaffera* ſi cum *ciner. clavell. & arenâ* fundatur, dat *Cœruleum Pictorum*, *Smaltum* dictum, index naturæ ☽ris, prout aliquot Cobalti genera reperiuntur, quæ ☽ vehunt. Ingens nim. eſt minerarum ☽ varietas & vix ullum datur metallum, quod tantâ mineræ ſeu matricis varietate ludat ac ☽, ſicut ♀ minera præ aliis elegantiſſimorum colorum mixturâ conſpicua eſſe ſolet, ut docet *Muſ. Reg. Soc. Lond. p.* 323.

Remedia 🜺*calia* quod ſpectat, cautè omnino iis mercandum, ſi non, judicio *Magni Wepferi*, omnino iis valedicendum, dum ſæpiſſime peſſima 🜺 induxit ſymptomata & graves tumultus excitavit, verùm quia videmus etiam in aliis Regnis venena fortiſſima ritè cicurata & artifici manu debite correcta, ut erant nocentiſſima, ita ſalubertima poſtea ſuppeditare pharmaca, ita quoque de 🜺 nobis ſtatuendum videtur, quamvis vix ad *uſum internum*, ut ut enim ſit, quòd quidam, ut *Exc. Friccius Ulm. de Virt. Ven. p.* 34. eo *febres* abigerint, tamen debilitas viſcerum ingens (quam tamen haud metuit *cit. Friccius*, referens, abſque ulla diſpoſitione periculosâ corpori conciliatâ *febrem* tolli, ut aliàs *cort. chin. chin.*) vix in integrum reſtituenda & periculum mortis imminens, ab eo tantum non penitus abſtinendum jubent, ceu character Chymicus 🜺 oppoſitionem in Aſtronomicis aliàs deſignans, innuere videtur, quaſi è diametro naturæ noſtræ eſſe adverſum. Aſt quia acceſſione aliorum maligni ejusmodi malignorum ſiderum aſpectus mitigari poſſunt & in beneficos converti, pariter quoque fieri poteſt, ut 🜺 infenſiſſimus humidi noſtri radicalis hoſtis (vel & *extus* in amuleto quo quidam ſupra cordis regionem in *Peſte* utuntur, de quo tamen ſiniſtrum exemplum vide *in Verzaſchæ Obſerv. LXVI. p.* 139. *Diemerbrock de Peſte L. IV. hiſt.* 99.) amicè tandem nobiſcum conſentire & benigna ſolamina præſtare poſſit, ſi nimirum probe acrimonia ejus △lis dometur & aculei rigidi invertantur, v.g. in ſeq. Formulis *laud. Friccii p.* 48. ℞. 🜺 *alb. vel citr. gr. iij.* ⊟ *mont.* ℈ß.

Camph.

Camph. gr. ij Bez. or. gr. iv. M. f. Pulv. ſum. in *Aq. card. ben. fum. Theriac.* -ʌ- *ther. camphor. & ſyr. granat.* Item ℞. 🜺 *citr.* (*ceu quod non minus potens eſſe quàm album expertum ſe liberè dicit cit. Friccius*) *gran. iij.* ⊟ *mont.* ℈ß. *fl. ſulph. gr. v. cum rob Junip.* f. Pil. vel cum *Bez. or. & theriac.* tales etiam formentur, maxime pro iis qui phlegmate craſſo ſcatent; id quod etiam feliciter ſæpius ſe expertum fuiſſe in *Febribus intermittentibus*, oretenus nobis retulit inſignis Chymicus *Dn. Maderus*, celebris *Beccheri* olim diſcipulus, qui ad ℥j. 🜄 *font gr.* j. 🜺 infudit per 24. horas, & ante paroxyſmum ægris exhibuit. Et certe ſi ♁ cicurari poteſt, etiam 🜺 decenter mitigatum prudenti Medici manu multùm ſalutaris efficere poterit, ceu apertè quoque teſtatur *Unzerus de Cur. peſt. p.* 225. 🜺 *crudum* ſumme ſepticum & corroſivum ⦶*tri*, ceu ⊖*lis* hermaphroditici, adjectione 🜄um redditum innoxium & ſalutare prorſus evadere remedium, cujus aliquot uncias abſq; valetudinis damno devorare liceat. Hinc ante omnia ſiſto

α *Arſenicum mitigatum*, quale habetur ve recrementis uvarum, tum dicto ⦶, magno illo cum lixivioſis ejusmodi venenatorum domitore: Cum recrementis uvarum fit *Arſenicum mitigatum Rhefeldi*: ℞. *Recrem. uvar. q. v.* Incinera f. ſ. a. lixivium ad medietatem, dein *Rec. Lixivii hujus Menſ. iv.* 🜺 *albiſſ.* ℔j. Coq. in olla per horam unam vel alteram ſemper ſpatulâ ligneâ agitando, donec fermè conſumptum ſit lixivium, ſic fiet maſſa ſpongioſa; tum novum lixivium affunde & coctionem repete, mox 🜺 erit ſolutum, quam ſolutionem in aliud vas ſumè purum decanta, in quo ad ♎tionem adde ſequens: ℞. *Ceruſſæ* ℔j. ✱ *q. ſ.* ad ſolut. filtretur, filtrato liquore ♎tionem inſtitue & tantum præcipita quantum poſſibile, tandem edulcora & exicca. *Uſus* in *Leprâ*, ceu eo *Rhefeldus* reſtituit leproſum modo ſequenti: *Rec. Fecul. aron. gr. xv. Conſ. roſar.* ⊕*lat. q. ſ.* F. *Bolus. Rec. Gumm. gutt. gr. viij. Conſ. roſar.* ⊕*lat. q. ſ.* F. Bolus. *Rec.* 🜺 *ppt. Rhefeld. Doſ.* xiij. exhibeantur ſequentibus poſt purgationem diebus, incipiendo à *gran.* iij. ſingulâ aurorâ addendo *gr.* j. uſque ad *gr.* x. adſcendendo. Sic namque poſt adhibitum quoque balneum & ſcarificationes aliquoties adhibitas ſquammæ deciderunt & æger ſanitati fuit reſtitutus. Aliàs *Calcinatio* 🜺*ci* hoc modo inſtituitur: *Rec.* 🜺 ℔ß. ♀ ℥*viij.* ⦶ ℥iv. Mſ. ignientur in Xbulo, cochlear unum, poſt aliud de hac materia ingerendo, tota ingeſta fluat △ violento ad horæ ſpatium, poſtea effuſa tritaque edulcoretur, ⊖ia calidæ ablutione ſeparando & 🜺 calx decorè candida in fundo reſtabit. Nimirum omnium optimè ⊖*le* ⦶*tri* 🜺 fit cicuratio, unde & habentur Crystalli Arsenici, qui quoque *dealbant* omnia metalla & ipſam ♀rem, ut inde fieri poſſint *manubria gladiorum* vel aliæ res quæ fuſione ſaltem conficiuntur; ſi verò *media pars* ☽*ti* addatur, ſuſtinet ♀ malleationem & deduci poteſt in minimas & tenuiſſimas

lamellas

lamellas quæ ☽ æmulantur, & hoc nemo ab ☽ dignoſcere poteſt, niſi proba fiat per capellam vel per ſolutionem in ▽F: Horum verò ⊟orum 🝺 præ-præparatio talis eſt: *Rec.* 🝺 *&* 🜕 *aa.* mixta funde & calcina in Xbulo, vel ʃ\la per retortam, ubi *flores* omnes albi in roſtro ſeſe colligunt; ⊟li tales omnes dulces ſunt, nec aliquâ venefica qualitate imbuti, ſudores ſaltem movent: interim in eorum præparatione à veneno ſibi caveat artifex, cùm plures eo fumo mortui ſint: Vel *Rec.* 🝺 ℔j. 🜕 *purific.* ℔iß. *pulveriſata miſce, in ollam vitream immitte, ut dimidia ejus pars plena ſit, hanc operculo contege, in quo foramen pro fumo apertum erit, juncturis optimè lutatis ollam* 🜂*i in primis leni, poſtea fortiori impone, auge ignem, donec olla rubeſcat, & permaneat tunc in illo ſitu per dimidiam horam, tum ex* 🜂 *extrahe ollam, & invenies materiam coagulatam, quam optimè pulveriſatam* Rec. & tunc cum *laminis* ♀*reis fac ſ.ſ.ſ.* in Xbulo, ac denuo calcina, & poſt debitam calcinationem fuſum habebis *Cuprum album*: ſi verò tantum laboris impendere non vis; *Rec.* 🜕 & ⊟ 🝺; hæc pulveriſata miſce, & cum *laminis* ♀*reis fac ſ.ſ.ſ.* ſic etiam obtinebis ♀ *album.* Verùm ut perfecta fixio obtineatur notandæ ſunt encheireſes cum fixis medicinis adhibendæ, notatæ in *Sect. I.* quarum occaſione notatu dignum eſt, quod *Borrichius Act. Hafn. Vol. V. p. m.* 198. aſſeverat, quod ⊖ ✱cus inter fugaciſſima corpora numeratus & 🝺 ad præſentiam flammarum fugiens, ſollicitè juncta & ut vocant, ſublimata multum cineris fixi poſt ſe relinquant, ceu & *Mazzotta de Miner. p.* 193. ait, ✱cum ⊖ eſt mirabile ob effectus ejus, cùm ipſum etſi ⌒us cum ⌒tu tamen ſit fixans corpora & ⌒tus; Si ipſum cum *ana* 🝺*ci* vel ☿⌒*ti* miſceatur, & in humido relinquatur, ſolventur in ▽am, quæ congelata & poſt rurſus ſoluta & congelata, hoc pluries reiterando, fient fixæ naturæ & ♃ in ☽ convertunt Ipſum eſt fundamentum totius artis transmutoriæ, quia per eum fit ingreſſus medicinarum in corpora. Nim. *Aquam Angelorum* parat ex ☿⌒*to vel* 🝺 *&* ✱*co* ⌒*to ana* ℔j. mixtis per minima & toties ſublimatis, donec in fundo vaſis fuſum maneat; poſtea in humido ſæpius ſolvitur & coagulatur: ℞. *Calc.* ☽ *phil.* ℥vj. 🝺 *ſubl.* ☿ *ſubl. aa.* ℥ix. ſublima aliquoties, dein add. ⊖ ♀ *fixi &* Ψ *acuat.* ℥xxiv. ſublima aliquoties, ut penitus figantur, ſolve in humido & congela & ejus *p.* j. projice ſuper ♀is ab acido & pinguedine purgatæ *p.* xij. Hoc 🝺 quoq; figunt *calx viva,* aliaq; *alcalia, corroſivi ſpiritus:* Funditur etiam 🝺 cum metallis ſub formâ metallicâ, extus verò formâ ⊖*is* ſe monſtrat; ceu & *Becchero Suppl. II.* ☿ vitæ eſt 🝺*um* ⌒*tum* & ☿ ♁*ii* ſeparato 🜍*re* combuſtibili. Eidem quoque eſt naturæ ſaponatæ, ⊖inæ & ſulphureæ; ⊖næ quia ſolvitur ▽ comm. & metalla in fluxu inſtar 🜕tri ſolvit; ſulphureæ quia redolet ſulphur & combuſtibile eſt, oleoque ſolvitur inſtar ſulphuris. Cœterùm valent prædicti ⊟*li* 🝺*ci*, non ſaltem ad dealbandam ♀tem, ſed & maximè ad acer-

rimum

timum corroſivumque virus *Cancri*, cruoris corruptorem & ulceris fabrum edomandum, quamvis ad eum 🜺 quidam ſaltem quinquies ternis diebus 🜈 edulcorent & 🜄â comuni tandem & hujus acredinem eluant, idque ad *Pulverem benedictum Hartmanni* ſeq. ℞. *Rad. Dracunculi majoris* menſe Junio, Julio & Augůſto collect. & ſiccat. ℥iij. 🜺 *ppt. cum* 🜈 *aut* 🜕 ℥j. *Fuliginis ſplendent. camini ſelectiſſ.* ʒiij M. f. Pulvis ſubtiliſſ. in loco bene clauſo ſervandus & poſt annum demum in uſum trahendus. Vid. infr. de *Sandaracha.*

β *Regulus Arſenici* ſec. *Lemery* ſeq. modo parari poteſt: ℞. 🜺 *pulv.* ℔j. accuratè permiſce *ciner. clavell.* ℥vj. corporetur hic pulvis *ſapon. moll.* ℔j. additâ, *ex eoq; fiat paſta in magnum Xbulum indenda*, quod cooperiatur operculo figulino in medio perforato, Xbulum fornaci ventoſo imponito, & △m ſub initio lentum adhibeto, hinc fortiter ſatis eum auge ut probè limpidæ fuſioni mandetur materia: conjice hanc in mortarium ſevo inunctum, vel in catinum: circum circa volſellis percutito, ac materiam refrigerari permittito, hanc reſupinatam affundito, & in mortarii fundo reperies 🜺 regulum è ſcoriis ſeparandum, qui minus pungens eſt 🜺co tardiusque agit. *Clar. Jac. Tollius* cum reg. 🜺 ita proceſſit: ℞. ♁ ℔j. 🜺 ℔j. 🜍 ℔ß. contunde & f. Reg. qui præſtantior & pulchrior quàm cum 🜕, tum ℞. ☉ *puriſſ. & Reguli aa.* funde & ſublima & pulverem in ovo phil. lutato ſeu ſigillat. in arena per 6. dies digere; arena verò ſit ſupra & infra accumulata.

γ *Magnes Arſenicalis Angeli Salæ* ab ipſo in *Tract. de Peſte pag. m.* 493. *& ſeq.* deſcriptus talis eſt: ℞. 🜍, ♁, 🜺 *ana part. æq.* in phiolâ in arena locatâ ſubdatur ignis fortis ut bene uniantur ac in vitrum fluant, omnibus refrigeratis phiola diffringatur. Simpliciter magis & per ſe fit *Rubinus* 🜍*ci* hoc modo: ℞. 🜍 *q. v.* craſſiuſculè tritum indatur retortæ & in arena locatæ, detur △ lentus & 🜍 ſublimabitur in grana inſtar rubini decora, pulvis autem lateribus adhæſu facilis tanquam venenum abjiciatur: Ex *Magnete* prædicto poſtea fit *Emplaſtrum magneticum Hoffmanni*: ℞. *Gumm. ſagap. ammon. galb. ana* ℥iß. *Cer. flav. Terebinth. clar. ana* ℥ij. ʒij. *Magnet.* 🜍*cal.* ℥iß. *Ol. ſuccin.* ℥j. 🜄 🜔*li dul. Rad. ari ppt. ana* ℥ß. M. f. ſ. a. Emplaſtr. de quo prolixum examen inſtituit *Schultzius Trig.* ♃ *p.* 174. *&* 189. *Uſus* ejus eſt ad *ulcera & carbunculos peſtilentiales*, quos rumpit, venenum inſimul attrahendo; ſicnamque & *bubones* non ſaltem *peſtilentiales* (modò ſit ritè paratum, ſecus enim *puſtulas* excitat, de quo in *Append. de Peſte ad Chirurg. Würtzii*) ſed & ♀*reos diachylo magno* commixtum maturat, præcedente *fomentatione* emolliente, & applicatâ poſtea turundâ cum *digeſtivo* (corpore erecto, quod ſi enim Patiens ſemper in lecto decumberet, pus exitum liberum non habens cuniculos ageret ſicque ipſi multùm noceret, ut obſervatum fuit tempore graſſantis Peſtis Baſileæ An. 1667.) ut *Clariſſ. D. D. Barbeyrac Medicus Monſpelienſis* in uſu habet,

 cœte-

Cœterum bubonum ejusmodi peſtilitas dijudicari poteſt ex impoſitione bufonis vivi combuſti pulveriſati & cum farinâ hordei ſalivaque in cataplaſma redacti, ſi intra quadrantis horæ momentum dolor demulceatur ac poſt duarum horarum effluxum ſuppuratio perfecta obſervetur, dicente *Car. Muſitan. in Trut. Chir. Phyſ. p.* 39. Valet item *incarceratione inteſtinorum*, ut & in *uteri præfocatione, Quartanâ*, teſte *Hoffman. Cl. Schröd. L. II. C.* 53. *§.* 130.

δ *Balſamus & Mumia Arſenici Theophraſti Paracelſi*: ille ita paratur: ℞. ♂ *alb.* ℥v. *Talci* ℥ij. *calc. viv.* ℥viij. M. indantur tigillo & reverberentur intenſiſſimo igne per 24. hor. ſicque venenum ⚗tur in fundum & in ſuperficie vitri inſtar habetur ♂ præparatum, quod in cellâ in oleum reſolvitur: hæc verò ſic habetur: ℞. ♂ *alc.* ℥iij. *Salis fuſi, Colcothar.* ⊕*li ana* ℥ß. M. & reverberetur ſexies, ut in Balſam. addendo ſemper quid novæ materiæ. *Uſus* horum efficaciſſimus eſt in *Cancro, fiſtulis*, ceu aliàs ♂ ⊕tro cicuratum & in cella ſic reſolutum, *cancroſis affectibus* illitum, maximè circa pudenda & in hæmorrhoidibus ani, abſque dolore egregiè operatur. Cum hoc viribus concordat *Oleum* ♂ci, v. g. *Rec.* ♂ *p. j.* ♀ *triti p. ij.* f. ſ. ſ. ſ. in Xbulo fictili, ponatur in furno venti luto probè obturatum ad reverberandam 6. horis, rupto poſtea Xbulo pulveriſata materia ſuper tabula vitrea locetur in cella & in oleum ſolvitur flavum.

ε *Aqua Arſenicalis* ad *febres intermittentes* ita fit: *Rec. Arſen.* ʒj. *Aq. font.* ℔x. bulliant ad TRæ extractionem, quod cognoſcitur punctione linguæ, ſeparetur per inclinationem filtreturque bis per papyrum gryſeum. *Clariſſ. D. Vieuſſentius Doct. Med. Noſodochii Monſpelienſis* mihi de hac retulit, febrem eâ certò abigi, ſed funeſta quoque ſubſequi ſymptomata, imò quoſdam paulò poſt inde mortuos fuiſſe, ex tono ventriculi deſtructo. Uſum eâ fuiſſe Marchionem Caſtrenſem. Hinc in Gallia ut certiſſimum remedium ad febrim Quartanam deprædicant ſequens: ℞. ♂ *gr. viij.* quibus affund. ▽ ℥xviij. ſtent in infuſione in calore leni per aliquod tempus, bis deinde filtra, ne aliquæ craſſiores particulæ aquæ inhæreant, deinde propina ægro ad ℥v. vel potius in minori doſi ad ℥*iij.* ſed not. quod non debeat propinari in valetudinariis, quia ſpaſmis corripiuntur, interim tamen morbo liberantur, dein quod dari debeat diebus intermittentibus binis, die verò paroxyſmi ſit purgandum, cum exhibitione antifebrilis. Alii *grana* v. cum *lap. prunell. gr. xv.* exhibent; Quidam *Piper* addunt ut in illâ formulâ *pulveris* in *Miſc. Cur. Dec. II. Ann. V. p. m.* 474. item ſeq. modo: *Rec.* ♂ *citrin. Piper. long. ana gr ij.* infund. per noctem in ✝to; detur hora una ante paroxyſmum, præmiſſo purgante die intermiſſionis; Chirurgum Moguntinum eo 200. curaſſe nobis relatum eſt, novimusque quendam Chymicum eo ſalutariter uſum fuiſſe; Nos tamen tutioribus fidimus.

IV. Cad-

IV. Cadmia (*Ammanno in Manud. ad Mat. Med.* rectius Capnia) communiter à Cadmo Tyrio, qui juxta *Plinium L.34. C.1. & 10.* repertor æris metallorumque fuſuram inveniſſe fertur, & ſecundùm accurat. *Hoffmann. noſtr. in Lex. T. I.* conſcripſit exercitùm expeditum virorum armatorum cuſpidibus, i. e. haſtis æreis dicta, duplex habetur, *nativa* & *factitia*. *Nativa* eſt tum ea quæ *metallica Cadmia Wormio Muſ. p. m.* 128. & *Cobaltum* dicitur (German. das Mucken=pulver) nimirum minerale terreum eſt, colore ferè nigrum, ♄ haud abſimile, æris vel ☽ particeps ceu & inde à *cit. Plinio* pulchrè *lapis æroſus* vocatur, & in Germania ejus temporibus (ſicut hodie copioſè foditur haud procul Goſslariâ) fertur inventa, hodie verò apud Anglos ex montibus Mendipenſibus copioſè eruitur, coloreque eſt nigro, fuſco aut cinereo, *vi ſeptica* pollens tantâ, ut foſſorum manus & pedes exulceret. Et ex hoc minerali flores dicti *Zaffera* colorem cœruleum Lotricibus & pictoribus exhibent; Vid. *Dale Mineralog. p. m.* 70. & *ſupr.* §. II. tum *ea* quæ *Lapis calaminaris* dicitur ſublutei coloris, (minera ſcilicet eſt ♂tis, cui debita pars ☿lis deficit ſec. *Ettmüller.* ceu combuſtus inſtar croci ♂ quoque ad hæmorrhagias applicatur) quo ſcilicet Fuſores ad æs colore aureo (ceu & ☽tum tingitur, dum ejus ℥ij. cum *lapidis Calaminaris* ℥iß. in tigillo, poſito in fornace, der drey Finger weit ſey vom Tiegel/ bene clauſo per 24. horas calcinantur, ſic enim flaveſcit materia, & juſta eſt colore auri Rhenani, ſi verò rubeſcat, pone in fornacem ¼. dimidium horæ, ſic erit velut ☉ Rhenanum, quod 3. vel 4. ignes ſuſtinere valet. Ratio eſt, quia globuli lucis incidentes acquirunt rotationem fulvo debitam ex umbris intermixtis minoribus, qui aliàs evenit in rubro) dum ejus rubedo modicè diluitur (flavedo enim ut eleganter *Kunckelius*, in Aurichalco nil niſi rubedo extenſa eſt) tingendum, ut fiat *Orichalcum*, (cujus *nativi* ſpecies quoq; in eo tractu ditionis Suitenſis, qui à terminis die Marck nomen habet, reperitur, & nullo hactenus igne fundi potuit, prout & *Plinius* jam tradidit, fieri Aurichalcum naturâ, quod ob præcipuam bonitatem admirationem obtinuerit, ſed poſtea defierit) utuntur, reperiturque in inferiori Germania inter *Coloniam Agrippinam* & *Aquiſgranum*, ubi fuſores illum æri permiſcentes præcipuè ſibi cavent à fumo luteo ſeu TRa ☿riali △li, in quam poſtea evaneſcit, is enim ſi corpus ingrediatur, ut in aliquot Fuſoribus hîc obſervavi, ad paralyſin, ſtuporem, cachexiam, aſthma aliaque mala diſponit, non ſecus ac Typorum fuſores à fumo ♄li Colicæ ſpaſmodicæ, Phthiſi, &c. obnoxios reddi itidem notavimus. Sicut autem ob △lem ☿ ſaltem ſe inſinuantem in ♀ ductile manet Orichalcum, ita è contra in miſtione illa, qua *Bronzo* obtinetur, ex ♃ additione, fragilis maſſa reſultat, ex qua ſcilicet dicti Fuſores tormenta bellica & Campanas fundunt. Cœterùm 🜃æ hujus lapidoſæ ſat gravis *Uſus* eſt tum *ophthalmi-*

cus (ob ⊖lum ſcil. △le ſubtile, quod in eo non ſecus ac in ♁io reperitur, de quo *Bohn. in Coroll. Diſſert. de Variol.*) in *Collyriis* cum aquis appropriatis, prout de eo atteſtatur *Crato Epiſt. Lib. VII. p. m.* 572. eum in *Epiphoris & defluxionibus ad oculos* cum *pinguedine* miſtum ſingulare auxilium eſſe, item *Chirurgicus* ad *ulcera antiqua* cicatrice obtegenda in *Emplaſtris*, è quibus nunquam ob vim exiccantem, ♉dum corruptivum infringentem omitti debet; ceu hinc (præter *Empl. de lapide calaminari* in Diſpenſ.) ingrediens eſt ſeq. *Emplaſtri egregii* ad *Ulcera maligna*: *Rec. Lap. calamin. ppt. Ceruſſ. Oliban. Boli armen. Lithargyr.* ☉ *&* ☽, *Calam. arom. ana* ʒvj. *Ceræ citrin. Reſin. ana* ℥ij. *Ol. rapar. q. ſ.* M. f. Empl. effundatur in linteum & adplicetur parti affectæ & ſemel de die ſuperficies Empl. iterum abradatur & denuo imponatur: præparatur autem taliter: ℞. *Lap. calam. pulveriſ.* ℔j. reverberetur in tigillo, extinguatur in 🜊*to*, repetaturque adhuc ſemel: ſic verò abſorbet egregiè ♉da & ſaporem adſtringentem acquirit. *Factitia* verò aut eſt ſubſtantia tenuiſſimaque favilla pyritis aut alterius metalli, præcipue tamen *pyritis*, unde jactantur ſurſum corpuſcula cohærentia per ſumma faſtigia connexa & concamerata, quæ inſident invicem ſpiſſius & in unum globum ſeu corpus concreſcunt. Sic verò modo unum genus cadmiæ factitiæ, modò duo, modò omnia habentur, prout ex metallis variis elevatur & concreſcit, præſtantiſſima tamen eſt, quæ ex *ære & pyrite* conflatur, quæ enim ex ☽to, candidior eſt minusque ponderoſa. Optima cenſetur illa, quæ *Goſelariæ* fit, non ſaltem ☽ & ♄ tenens ſed omnia metalla. *Species* omnes hujus *Cadmiæ factitiæ* ſequentes recenſentur,

α *Botrites*, racemaria ſcil. Græcorum, ita dicta, quod botrorum uvarum ſpeciem gerat in ſuperficie, eaque in altioribus fornacum locis ad ferreas haſtas in tale corpus concreſcit, friabilis naturæ: vocatur ea *Tuthia Alexandrina*, (ſed perperam, dicente *Muſ. Calceol. p. m.* 461, ea enim ſit *Pomphylyx* bene elota, quanquam illud nomen, teſte *Cæſalpino*, vulgo retineatur etiam in Cadmiâ) quæ cinerei eſt coloris nonnihil ad cœruleum vergentis, turgens itidem ſpiritu tingente inſtar *lapidis calaminaris*; dum ſcil. ex ⊕ne ♀ reſtituitur colore flavo; v. g. ℞. *Tuth.* ⊕ *ana p. j.* ⦶, ☿ *ana p.* ß. fundantur in Xbulo clauſo, & remanebit in fundo maſſa aurei coloris, ex qua Annuli aliaque inſtar aureorum confici poterunt. *Uſus* ejus eſt *ophthalmicus inſignis*, ob vim alcalicam abſorbentem lymphamque acrem & ſalſam corrigentem, unde egregia in *Collyriis* cum ▽*a fœnic. rut. roſar. alb. &c.* v. g. ℞. *Tuth. ppt. Cort. ovor. Aloës. puriſſ. ana* ʒß. *Sacch. alb.* ℈ß. M. f. Pulv. ſubtiliſſ. de quo parum *Aquæ roſac.* cum *album. ovi deſpum.* mixtæ commiſceatur; item in *Unguentis & Balſamicis Opthalmicis* ſi vel ſimpliciter *Butyro aq. roſ.* loto cum *Camphorâ* immiſceatur, ut habet *Medic. experim. Helmontiana* à nobis edita

p. 17.

p.17. vel compoſitè magis in *Ung. ophthalmico Baſilienſium*, cujus inventionem *magnis Zuingeris* deberi *Verzaſcha in Obſerv. p.m.31.* refert; ℞. *Tuth. ppt.* ℥j. *Camph.* ʒj. ⊕ *p. xij. Aq. roſar. Butyr. rec. ana* ʒvj. F. Ung. Item ſeq. quod *Bartholinus* meritò extollit; ℞. *Ung. de Tuth. officin.* (vid. Diſpenſ.) *nihili ana* ʒij. *Tuthiæ ppt. Margarit. præp. Ocul.* ♋ *præp. Corallor. rubr. ana* ℈j. *Camphor. gr. vj. Fol.* ☉ *&* ☽*ti ana num. iiij.* M. f. Ung. horâ decubitûs lentis magnitudine *cantho oculi majori* indendum, & infra *palpebras* illinendum, quale ob *refrigerantia, adſtringentia, exiccantia, abſorbentia* præ aliis egregium eſt *in Ophthalmia.* Sic in deſperatiſſimo caſu *ubi oculorum mortificatio metuitur* ſeq. pro mirabili ſecreto habetur: ℞. *Tuth. præp. ſief albi ſine op. Aloës, Cort. myrobal. citrin. ana* ʒß. *Caryophyll. granor. myrtill. ana* ℈ß. *Aq. roſ. plant. ana* ℥j. *Vini malv.* tantundem, pulveriſentur, infund. per ♀ in loco calido, & coq. ad tert. part. Colat. fortiter exprimatur & oculis inſtilletur: ceu & nos in *Vulnere Oculi* dum cultello pili palpebrarum incautè extraherentur ſeq. *Collyrium Verzaſchæ* ſummè anodynum comperimus: *Rec.* ▽ *plant.* ℥ij. *roſar. ſanic. euphraſ. ana* ℥ß. *Tuth. ppt.* ℈j. *Troch. alb. Rhaſ. cum opio* ʒß. *Croci opt.* ℈ß. M. Neque verò ſaltem *Tuthiæ uſus* eſt *ophthalmicus* ſed & *ulcerarius*, v.g. ſeq. *Ung.* ℞. *Ol. roſ.* ℥xij. *Ceræ* ℥vj. *Tuth. ppt.* ℥ij. *Ceruſſ.* ℥iij. *Plumb. uſt.* ℥iiiß. *Thur.* ℥j. miſc. f. Ung *ulcera* & *vulnera* vi adſtringente & mundificante ſanans.

β *Onichitis*, onichitæ lapidi ſimilis, foris cœrulea, intus candidior, internatis venarum diſcurſibus, reperta in antiquis groſſis ſcoriis metallicis de novo fuſis. *Uſus* ejus itidem valet ad oculorum medicamenta, & quia itidem velut *flos lapidis calaminaris* eſt, ejus ope liquatum ♀ *album* reddi poteſt, maximè ſi ad meliorem fuſionem adjiciatur *borax.*

γ *Placodis* ſeu *Cruſtoſa* fit, quando craſſior materiæ pars egreditur & poſt diaphrygen parietibus fornacum inſidens in corpus concreſcit cruſtaceum, & hoc toties quoties excoctio fieri ſolet. Huc ſpectat & *Planitis* ſeu *Zonitis*, quæ veluti zonis apparet multiformis.

δ *Oſtracitis* à teſta dicta & è craſſa materia orta, tenuis, nigra, reperirique ſolita in iis fornacibus, in quibus pyrites ærofus non excoquitur. *Uſus* hujus non minus ad edomandum acidum *ulcerum malignorum* ac præcedentium è fumo paulatim concreſcentium corporum, non ſecus ac aliàs *Fuligo Vegetabilium* eorumque *Cinis* inſignium ſunt virtutum medicarum, præſertim ſi ad aliquam ſignaturam attendere velimus, nim. Natura licèt ſumme potens & ſagax ſit in ſuis operibus, non tamen non poteſt non fieri, quin ex fermentatione naturali ſanguinis relinquatur aliquid fuliginoſæ & cinereæ velut ſubſtantiæ, ut nimirum juxta *Hippocrat. de Vet. Med.* omnia unum fiant ſimplex & validum, quare ad hæc fuliginoſa & ex aduſtione nimiâ generata velut cinerea recrementa monſtrat illa nobis ipſam Fuliginem & Cineres, ut

horum ope Naturæ in ſuis operibus ſuccurramus, ac etiam ſi hæc ipſa non ſufficiunt è Vegetabilibus; adhibeamus fumos & calces metallicos ceu fortiſſimos obices quos aberranti naturæ ponere valeamus.

ε *Capnitis* ſeu *Furnaria* vel Alis peculiare quid à reliquis ſpeciebus habet, dum non in ſolidum corpus condenſatur, ſed tenuis farinæ modo parietibus in ſuperiori domicilii ærarii parte adhæret, eſtque notiſſimum *Pompholix* ſive *Nihili* (unde Germanorum Nichts iſt für die Augen gut) candidiſſimum & leviſſimum, cujus communior præparandi modus talis eſt: *Æs* & *Cadmia foſſilis* alternatim in ollas ponuntur, ut inde fiat *Orichalcum*, favilla verò quæ ex ære reſoluta fertur ſurſum in operculi cavitatem eamque implet *Pompolix* eſt; ſi verò olla operculo tecta haud fuerit & favilla cum ligno aut cinere in ſublime lata parietibus fornacum adhæreat, *Spodon* conſtituit, parùm à *pompholyge* differens, niſi quòd non adeo tenuium ſit partium, ſitque nunc *cinerea* nunc *lutea*, prout è metallis his vel illis elevatur. *Vires Pompholygis* & *prædictarum Cadmiæ ſpecierum* ſane inſignes ſunt, meritoque optavit *Encelius*, ut illæ non ignorentur; valent nimirum ob miram ſiccandi abſque mordacitate vim non ſaltem pro *uſu ophthalmico* (v.g. in ſeq. *Ung. oculari*: ℞. *Nibil. alb.* ℥viij. *Ceruſſ.* ℥iv. *Tuth. ppt.* ℥iij. *Lap. calamin.* ℥ij. *Camph.* ʒiij. *Axung. porc. rec.* ℔v. f. Ung.) ſed & *vulnerario & ulcerario* in *Emplaſtris*, & effectus omnium illorum eſt adſtringere cum caliditate ceu pyrites ſtipticus eſt, *Serapione* teſte; præprimis verò hinc cava explent, ſordes expurgant, corporis meatus exiccant, excreſcentias carnis coërcent, cruſtas creant, ulceraque ad cicatricem perducunt, maxime autem malignitatem corroſivam *ulcerum cancroſorum* citra *morſum & exacerbationem* corrigunt, ut eſt *Pompholix*, ceu exinde habetur magiſtralis elegans compoſitio *Unguentum diapompholygos in Pharmacop. Auguſt.* ℞. *Ol. ſolan.* ℥xvj. *Ceræ alb.* ℥v. *Ceruſſ. lot.* ℥ij. *Pompholygos ppt.* ♄ *uſti & loti, Thuris ana* ℥j. F. ſ. a. Unguentum, commendatum ad *ulcera calida* ac illa quæ acres & ſalſi humores infeſtant, quia ſcilicet ſiccat & conſolidat, nec non abſque ullius acrimoniæ ſenſu cicatricem inducit. Celeberr. *D. Michaëlis magis compoſitum* & appropriatum contra Cancrum ita reddidit: ℞. *Ung. diapompholyg.* ℥iij. *Empl. de mucilag.* ℥j. *Rad. ſcrophular. Ari ana* ʒij. *C. C. uſt. ppt. Ciner.* ♋ *ranar. ana* ℥ß. miſc. in mortario calido, adde *Ol. è vitell. ovor. q. ſ.* ad conſiſtent. *Cerati.*

IV. Sandaracha ab □to ſolo fere colore differt, qui ſcil. eſt ſaturatior, magisque ruffus, & ad ♁rim nonnihil accedit; nim. eſt etiam ſemimetallum rubrum vel ſubluteum, fragile item, è particulis ♀reis plurimis, intermixto ⊖le acerrimo debilique diſperſo ☿rio, conflatum, ceu & raro ſandaracha reperitur ſola ſed plerumque admiſta cum □to ſquammoſo: Quia verò ſumme deleterium minerale eſt ſandaracha, venenumque præſentiſſi-

mum

mum inexcuſabilis eſt confuſio Sandarachæ Arabum ſeu Gummi Juniperi (*vernix* vulgo dictum) cum Sandaracha Græcorum ſeu hâcce noſtrâ de qua loquimur, adeo ut meritò exclamet *Encelius de Re Metall.* *O officinæ reſipiſcite, ne idem vobis accidat ac illi qui loco lupuli hopffen, aquæ incoxit canem Heri ſui, hopffen dictum, ad cereviſiam præparandam*; licet ipſe *Dioſcorides* Sandaracham tanquam mitiorem □to exhibeat intus ad purulentos & fumum ejusdem laudet hauſtum ad veterem tuſſim; nim. *uſus* ejus magis *externus* eſt, v. gr. in *callis & verrucis conſumendis*, ſi cum *ana oxycrati* imponatur, vel cum *reſinâ, cerâ & tacamahacâ Emplaſtrum* juxta *Dolæum Encycl. Chir. L. V. C. 13.* paretur, vel potius juxta *Borell. Cent. I. Obſ. 79.* ad *carunculas penis* abſumendas *pulvis* ex *Vir. æris*, □, ⊕, ○ *ana* ℥ß. ſub finem addatur coctioni *Litharg.* ℥ij. *in Ol. roſ.* ℥iiij. hincque extremitati *Candelæ* ex *cer. reſ. & terebinth.* paratæ inungatur; Aliàs ejus *Uſus* eſt *pictorius* & *mechanicus* pro tornatoribus. *Vim* ejus deleteriam vid. apud *Amman. in Med. Crit. caſ. 98.* & quomodo Pictor ex invidia ſandarachâ alterum necârit, in potu eùm exhibendo, vid. *Miſc. Cur. Dec. III. Ann. II. Obſerv. Exc. D. Spleiſſii* ad nos tranſmiſſam; Nim. in tali caſu contra venenum ejusque particulas acutas acres obtundendas & infringendas optimè conducunt Pinguia ut *Oleum oliv.* vel *per ſe* vel *cum albumine ovi* conquaſſatum exhibitum, item *mucil. ſem. pſyll.* maxime autem ut ſpecificum *Cryſt. mont.* de quo *Sect. ſeq.* Tandem id reticere non poſſumus, quod vidérimus à quodam Hoſpite (dicto *Engeler* ad Novam-Domum prope Baſileam) fęliciter ſanari *ulcera cancroſa* non ſaltem Brutorum ſed & Hominum; *Rec.* ∞ *alb. rubri ſeu Sandarach. vel* □, ♀ *citr. ana* ℥iiij. Cum *melle* f. Ung. ſpiſſ. illinend. uſurpato ſimul in viciniâ *ol. roſac. vel oliv.* Antequam autem illinitio fiat, oportet tribus ♂ manè ad comedendum exhibere *rad. Doronic. Rom.* nimirum ejus fruſta aliquot, ceu quæ *Cancrum* expellunt; pòſt verò illinitio, ut dictum, fiat.

V. Chrysocolla Nativa (nam factitia Borax eſt, de quâ *infra Cap. de Nitro*) naſcitur quoque in ærariis metallis & ex ære tantùm fit, teſte *Agric. de Nat. Foſſil. L. III cap. 19.* ita ut ſec. *Schvvenckfeld. de Foſſil. L. III. p. m. 374.* nil aliud ſit quàm metallum æris putrefactum; Color ei viridis eſt nunc ſaturatior nunc dilutior, qualis tamen magis ex ☽teis vel ☉reis metallis habetur; nim. fit vel ſponte dum aquæ materiam metallicam lambunt & chryſocollam ſecum rapiunt, quæ poſtea ſubſidens colligitur; id quod ſec. *cit. Agricol.* Neuſolæ vel Biſtritiæ in Carpatho monte Daciæ fit; vel curâ hominum, immiſſis in venam aquis leviter hyeme totâ, uſque in Junium menſem, dein ſiccatis in Junio & Julio; Quoad *Vires* ob naturam ♀ *ulcera rebellia & maligna* optime mundificat & acidum eorum corruptivum invertit, ceu *Sennertus* eam Unguento ad *ulcera crurum ſcorbutica in Tr. de Scorb. p. 159.* utiliſſime

immi-

immiſcuit, vim nim. habet, juxta *Cæſalpinum*, valenter digerendi & ſiccandi, carnem liquat abſque inſigni morſu, *cicatrices* exterit; Uſum pictorium ob colorem virentem (quem tamen aliâ ratione parant Pictores in Italiâ, teſte *Cæſalpino*) dabimus infra ubi de Mineralibus Coloribus poſt Terras agemus.

VI. ZINCUM mirabile corpus minerale eſt, volatile adhuc & ſulphureum, ceu ſpagyricè examinatum combuſtumque purum putum ſulphur aureum & immaturum, flammâ purpureâ aureâ quam exhibet, ſe monſtrat, videtur tamen inſimul ſecundùm *Barbette in Prax. p.m.42.* aliquid mercurii in ſe continere & pro ſpecie ſtanni haberi, ceu & optimum ex Anglia quoque, unde aliàs præſtantiſſimum ſtannum, habetur: carbonibus vivis ſuperinjectum avolat totum, volatile enim eſt & vi tingente præditum, qualis vis tingens, repræſentans efficaciam Tincturæ ipſius magni Lapidis, ita ſiſtitur à *Becchero in Metallurg. p. 244.* ℞. *Cupr. uncias iij.* Fuſo injice *Zinci unc. ß.* Fluant & igne debitè adminiſtrato, Maſſa erit coloris ducator. Rhenanor. *Helmont. in Paradox. p. 109.* refert, præ arſenico Zincum conſtantius tingere Cuprum, illud quidem in album, hoc verò auri colore, adeo ut Goſslariæ (ubi ſcil. ex minera plumbargentea ſublimatur formâ cruſtæ vitreæ) inde Annuli, Catenæ, &c. parentur; Quod ſi quis autem hoc metallum, dum ignitum eſt malleare velit, fragile erit, quia album volatile ſulphureum Zincum, ut peregrinus hoſpes vi ſe adegit in Vener. unde dein ſublimatur à cupro, hocque fragile reddit: Quòd ſi verò ſic ignitum imponatur incudi, ut refrigeſcat, animadvertetur vapor albus, & poſteà malleari ſe ſinit ut Cuprum & alia metalla: Sic verò habentur *Flores Zin i* albi & leviſſimi, quos internè à *gr. iv. ad xij.* ſudoriferos & quandoque purgantes ſupra & infra laudat *Glauberus Furn. Philoſ. P. I. p. m. 59.* extus verò cum *aq. roſ.* pro *Collyrio in ophthalmia*: *Deckerus* inſuper in *Notis* eos convenire docet in *Inguinum infantium excoriatione* (linteolo exceptos & aſperſos) papillarum excoriatione & fiſſuris: tantæ enim, ut *Glauberus* loquitur, ſunt ſiccitatis, quæ adjunctam ſibi habet conſolidandi vim, quòd etiam incredibilia præſtent, maximè in *Vulneribus recentibus & antiquis* ſemper aquam ſtillantibus, quibus vel adſperguntur, ſuperimponendo *Emplaſtrum ſtilticum*, vel rediguntur in *Unguentum* cum *melle*, *vulneribus*que imponuntur, quod & ſi profunda ſint vulnera ad duritiem coquendum pro formandis *ſuppoſitoriis* pa vulis, *vulneribus* imponendis, quæ poſtea *emplaſtro* aliquo tegenda, quâ ratione acidum *ulceris* domant, enecant, curant: Curant quoque *exulcerationem ex diuturno decubitu ægrotantium*, unde ingens proficiſcitur Dolor, ac quandoque Gangræna, magnâ cum hominis miſeria luridæque mortis tremenda facie, citò verò ſi adſpergantur, multùm hæc mitigare poſſunt, ac Homini deſperatæ ſalutis εὐθανασίαν (quæ in Medicina Deſideratum eſt exoptatum) quandam conciliare, juxta illud:

Requiem tamen indere morbo,
Fas erit & triſtem ſaltem mulcere dolorem,

quouſque ad beatos illos locos pervenire liceat

Fortunatorum nemorum ſedesq; beatas.

FINIS SECTIONIS SECUNDÆ.

SECTIO III.
REGNI MINERALIS
DE
LAPIDIBUS.

CAPUT I.
De LAPIDIBUS in genere, eorumq́ue Naturâ.

POſt Metalla non abſque ratione in Mineralium Regno agitur de Lapidibus, ceu quæ in his v. g. pretioſioribus ſeu Gemmis reſidet virtus, deducitur à principiis metallicis, ac prout Metalla planetis correſpondere dicuntur, ita hi ſtellis fixis, à quibus etiam virtutes hinc mutuentur, *de quo in ſeq.* accedit, quòd in Lapidibus plerumque Metalla nidulentur, ceu *Glauberus in Nov. Lum. Chym.* modum tradit ex quovis lapide & ſabulo eliciendi ☉, ſi excipiatur ♆, quamvis adeo paucum hoc ſit, ut ſumptus ſint majores quàm valeat aurum ex pleriſque ſubjectis elicitum, ceu ipſemet oſtendit in quibus ſubjectis plus, in quibus minus auri lateat. Eſt autem LAPIS *corpus ſuo modo vivens, foßile, durum, frangibile, inductile, quod nec in aquâ vel oleo ſolvi nec igne, ſi non violentißimo & diu continuato, fundi poteſt. Vivens* dicitur corpus *ſuo modo,* abſque ullâ, reor, abſurditatis notâ, ex ſemine enim fit, nutritur augeturque, obſcuriùs quamvis ac plantæ, ceu mox ſiſtendus illorum ortus declarabit. *Foßile* eſt è fodinis ab homine erutum corpus, vel à natura protruſum, haud obſtantibus hinc iis qui in præcipitiis montium miro ſubinde ordine (ceu prope Gratianopolim in Ducatu Sabaudiæ & in Hetruria prope Vulſinium ex figuris parallelopipedis, imò etiam, ut *Kircherus in Muſæo ſuo* habuit, in lapide marmoreo depictæ urbes turritæ cum domibus feneſtris inſtructis, de quo vid. ejus *Mund. ſubterran. L. XIII. cap. 9.*) viſuntur, aut illis qui in fluminibus apparent, vel etiam arboribus petrefactis: conſiderandum

enim iſtas ſummitates malleo evelli, harumque ſummitates truncum & radicem in terra habere, Lapides verò fluminum illuc ductos eſſe aquarum fortè ſubterranearum torrenti, à quibus oriuntur, ceu & patet in illis, qui in quibusdam fontibus coagulantur circa eorum originem, & qui petrificantur ferè in inſtanti, dum è terra exeunt, aëriqúe magis exponuntur. Arbores verò petrificatæ innuunt vaporem ⊖no-🜃ſtrem determinatum ad eorum radices penetraſſe, eosque aliûs convenientioris defectu nutriviſſe, id quod probat *ſeminarium dari lapidum*, dum arbor ceu alterius generis corpus eum non valeret in ſe ſuſcipere, ſine tali aliquali convenientia, hinc namque -♎-tus ejusmodi petrificus auſtero-coagulatorius vi ſua & efficacia non ſaltem ſubigit & fermentat ſubſtantiam ligni, in quod ſe inſinuavit, ſed & id quod in arbore continetur naturæ ſuæ contrarium ſeu heterogeneum ſucceſſive expellit, quamvis radix non ſit ejusdem naturæ, cauſa enim eſt vaporum tenuitas, qui quia ſubterranei, innuunt, arbores ejusmodi eſſe ſaltem velut ramos lapidicinarum ſubitus contentarum; Quo facit, quæ illuſtris *Boyleus de Orig. & Virt. Gemmar. p. m.* 201. refert de lapide molli, *Lyncurio* dicto circa Neapolim, qui paulum fictus & ∇â humectatus, tum Soli commodâ anni ſtatione expoſitus, brevi tempore *Fungos* fert, qui edi poſſint, quaſi ipſa ſeminalia principia & rudimenta vegetabilium ita præſerventur in petrefacta 🜃a, ut datâ occaſione ſemet exerant. *Durum* præterea dicitur corpus ad differentiam 🜃rum, quæ friabiles magis quàm duræ, ut ut reperiantur lapides qui cotibus attriti ſuccum lacteum vel rubrum aut croceum vel atrum reddunt, veluti eſt *Galactites*, *Morochtus*, *Hæmatites*, ex quibus & *Galactites Hildesheimenſis*, *Agricolâ* teſte, incrementum capit ex ſucco glutinoſo & lacteo, affini ſcilicet illi, qui lapidum primum ponitur & habetur rudimentum, prout & *Arenam* mediantibus ⊖bus igne vehementi, primò in materiam viſcoſam poſtea Vitrum transparens abire videmus. Notandum ſcilicet has definitionis proprietates ferè etiam Terris convenire, cum quibus magna aliàs eſt Lapidum, duritie exceptâ, quâ ut Terræ humectatæ extendi nequeunt, convenientia, ceu & *Morochtus mollis* facilè aquis diſſolvitur & 🜃æ quam lapidi eſt ſimilior, *leucogæa* hinc dictus. *Durities* autem hæc variè varians ex ingreſſu & mixtione mutua corporum dependet, ſcilicet partes ſubtiles ſuperficiebus exactè planis & politis inſignitæ poros lapidoſi nutrimenti adhuc friabilis ingrediuntur, ſuperficies ſuperficiebus applicantur, ut corpus durius emergat, fere ut fuſione mutuâ, ♀ & ♃ illud ex hujus ingreſſu duriſſimum evadit, de quo *Sect. II. C. VI.* *Frangibile* hinc etiam magis eſt corpus ob ramoſas particulas minus longas viſcoſitatemque mineralem minus in iis exiſtentem, quæ tamen & ſufficienter debiteque adeſt, ejus enim abſentiâ facilè 🜃rum inſtar in pulverum fatiſcerent, ceu & videmus Venas

per

per lapides vagantes, quæ nil ſunt quàm 🜃a exiccata, facilè in pulverem redigenda. *Inſolubilem* etiam Lapidem in certis liquoribus diximus ad diſtinctionem *Salium*, *Sulphurum & Bituminoſorum corporum*, quæ pro natura ſua in Aqua, vel Oleo ſolvi facilè poſſunt. *Funditur* etiam aut minimè aut omnium difficillimè abſque addito præprimis tertio, ſic namque *Cryſtallus* △ne quidem emollitur, ſed non niſi violentiſſimo & diu continuato, ſecus ac Metalla quæ mox funduntur, ⊟ ſcilicet igne diutius intenſo in *Vitrum* abit & adhuc citius & facilius ſi ⊖ adjiciatur, hoc enim partes reliquas diſponit, ut pori recti progignantur, luxque tramite recto illos pertranſire poſſit, prout contrà videmus, ex cineribus oſſium, Calce C. C. ob defectum ⊖lium nulla haberi vitra ſed ſolummodo Urnas: Ipſum verò *Vitrum* ex Arena (quæ microſcopio luſtrata indicat eam eſſe congeriem minutorum lapillorum eodem colore quo apparet) pellucida, addito cinere combuſtarum plantarum colliquata (*Clauderus Invent.* ♁. *p. m.39.* ſumit *Ciner. è lign. Vitis* ℔vj. ⊖ *comm. Silic. pulv. ana* ℥iij. & dum fluunt invicem addit *Borac.* ℥iij.) effictum videtur eſſe lapis quidam major pellucidus, ad eum modum quo naturam videmus, non tantùm *Cryſtallos*, ſed *Lapidem ſpecularem* ſeu *Glaciem Mariæ* producere, ceu quoque Vitri corpuſcula ſpecies polyedrorum *Hartſœckero in Dioptr. Tent.* videntur eſſe latera perforata habentium materiaque valde ſubtili & facilem tranſitum radiis luminis præbente repletorum. Ad Vitrariam autem artem requiritur præprimis ⊖, quod ſi ex nobilioribus corporibus vel extractum ſit, velut ex cannâ maritimâ, arboribus leviſſima ligna marcore putrida exhibentibus præparetur & loco arenæ *ſilices, cryſtalli* & ſimilia addantur, fit translucidum & clariſſimum Vitrum, ſed commune ex *ſolâ arenâ & cineribus* mortis imaginem præ ſe ferentibus præparatur. *Modus* ſcilicet *conficiendi vaſa vitrea* eſt, quòd fornax incendatur ad octiduum, liquefactâ tum materia in ollis, quantum operi conficiendo ſatis eſſe judicant, Artifices extrahunt, in marmore ante feneſtellam poſito verſant, atque per fiſtulam ſæpius inflant, mox fiſtulam ſublatam aliquoties in orbem retorquentes vitrum faciunt longum, deinde idem in æreo inſtrumento concavo, qui moduli vicem ſuſtinet, formant, tum calefaciendo, inflando, premendo in eam figuram efformant, quàm mente conceperunt; Vid. *Nerus de Art. Vitr.* & *Kunckelii erudit. in eum notas Germanicas*, in quibus ſeq. modum compendioſum Vitra faciendi & Lapides artificiales ſiſtit: ℞. *Vitr.* ⊟. *Venet. pulv.* ℥viij. *Borrac.* ℥j. ⦶ *puriſſ.* ℥j. fiat Maſſa, quæ dein variè tingi poterit. Quia verò Vitrum fit ex calcibus fuſibilibus ſeu terrâ fuſili facilè patet Lapidem Philoſ. etiam repetitâ calcinatione tandem fuſibilem reddi debere; unde juxta *Nov. Lum. Arnoldi* is qui ſcit facere vitrum, lapidem fuſibilem facere poteſt. In defectu verò hujus *Auctor Continuationis*

der Wunder drey *p. 50. & 56.* parat Vitrum ex Arena, ære uſto cum arillis uvarum & litharg. reverberato, quocum pulveriſato Laminas ♀ fudit ſicque ☽ & ☉ divites reddidit, de quo in *Muralt. Chir. p. 883.* nimirum Vitrum ob humiditatem viſcoſam non evaporabilem non inepte ſubalternatur huic arti, monente etiam *Gebero*, pariter fit fuſio metallica cum conſervatione *humidi ☿lis metallici*; Vid. *Theatr. Ch. Vol. III. p. 645.* ſcil. ut ☉ & ☽ finis ſunt naturæ metallicæ, ſic Vitrum omnium corporum naturalium; Id verò quia alcalibus denuo reducitur, patet Acido ejus præcipuum attribuendum in excoctione immaturitatis metallicorum, ceu hoc quoque agnoſcit *Beccherus de Miner. arenar. p. m. 80.* Mille proceſſus, ait, apponere poſſem, ex quibus omnibus ſufficienter demonſtrari poſſet, quòd ☿rialis metallorum ſubſtantia per acidum 🜍 eum alteretur, corrigatur & perficiatur. Sic enim acidum arenæ & ♂tis excoquit & maturat ☿um ♄ni, de quo ſupra *Cap. de* ♄.

CAPUT II.

De Ortu & Generatione LAPIDUM.

SI nos nudâ facultate petrificâ (niſi petrificationis hujus rationem ſalibus appropriatis cum convenientibus particulis lapideis comixtis nec ab aquâ amplius ſolvi aptis cum *Liſtero de Conchyl. bivalvibus* adjudicare velimus) aliisque vocibus Philoſopho reali indignis ſaltem contenti eſſe vellemus, haud adeò difficile eſſet modum *Ortûs Lapidum* detegere; Aſt intimiùs Mineralium naturam penetrare ſtudentes, quoad *Cauſam materialem & efficientem* eò meliùs detegendam, dicimus Lapides oriri è particulis 🜃ſtribus purioribus aut impurioribus à ♎tuoſis 🜔nis, auſteris vaporibus variè 🜄tis & in unum compactis, materiâ ſubtili in 🜃æ regione copioſe contentâ, ut corpore fluidiſſimo, particulas 🜃ſtres arenoſas diſſolvente, colliquante & in ſtatum aliquem fluiditatis, ut viſcoſitatis, ipſos redigente, ita ut particulæ ſic aliter diſpoſitæ, evaporatis aqueis, ſuperficietenus ſibi invicem adhærere incipiant, ac ſenſim & ſenſim per intima magis agglomerari, fuſione namque iſta ſeu emollitione particulæ magis viſcoſæ & tenaciores fiunt & quaſi ſibi invicem agglutinantur, ſic ut motu materiæ ſubtilis ceſſante, particulæ hæ in ſtatum quietis redactæ *Lapides* tandem conſtituant, eosque nunc *vulgares* ſaltem, nunc *pretioſiores*; certè cum *Illuſtri Boyleo*, ſumme probabile eſt *Lapides pretioſos* olim fuiſſe *liquidos*, dum diaphani ſunt, certa figurâ non ſaltem externa inſtructi, ſed & interna texturâ, quæ coagulationibus videtur conſtare, dotati ſunt, inſuper etiam colorantur, ſuccis certis mineralibus imbuuntur, includuntque intra ſe materias heterogeneas, ac ponderoſi

ſunt

ſunt ex particulis metallicis commixtis: Hinc namque dum vapores ſubterranei auſteri offendunt ▽as quaſdam minus ſale quodam elementari nitroſo fluido imprægnatas, materiaque ſubtilis pauca eſt minusque ſufficiens ad eas attenuandas & miſcendas per partes minimas cum corpuſculis ⊖nis, quamvis adſit ſemen petrificans, Natura tamen incapax eſt generandi lapides pretioſos, producens ſaltem *communes* & *ignobiliores*, quorum hinc rurſus datur differentia duplex, dum ſunt aut *leviores*, qui poros habent magis apertos vel *ponderoſiores* poris conſtantes ad mineralia accedentibus: Hoc verò fit à vario motu particularum ▽ſtrium & puritate arenularum colliquatarum, ſic namque arte fit *Vitrum* ex arena & ⊖bus pungentibus & acutis, ubi ſcilicet motu vehementiſſimo fluiditatem particulæ acquiſiverunt, quâ particulæ arenaceæ viſcoſæ fiunt & ſibi invicem annectuntur & incumbunt: ſic ex argilla & arena fiunt *Lapides ponderoſiores*, ſi ignis motu vehementiſſimo urgeantur, adeo ut molles fiant & ſibi invicem incumbant, ceu patet in furnis lapidiferis, ubi lapides ad ignem proximè accedentes ſibi invicem in magnis glebis incumbunt & quaſi vitrificantur: *Leviores* verò fiunt, ubi motus non tam vehemens eſt & particulæ non tam acutæ & pungentes ſunt, ut particulas illas planè molles reddere valeant, ſed leviter tantùm illas circumvolvens ſibi invicem illas annectit & in extremitate cohærere facit, uti apparet in iisdem furnis in lapidibus medio furni locatis, qui maximè fragiles, leves & poroſi ſunt, haud aliter ac *Alabaſtrum*, quod itidem quia multùm terræ cretaceæ obtinet, quæ fluiditati & flexibilitati reſiſtit, ſummè leve eſt & cultro facilè paret, ſecus ac Marmor, Porphyrites, &c. qui lapides ſunt valde duri & ponderoſi. Nimirum prout vapor ſubterraneus diſpoſitus eſt, motusque variè ſe habet in materiam ſubſtratam, concretum lapideſcens quoque inde variabit, ſi enim vapor ejusmodi ſit ſpirituoſior & ▽a quam offendit, ſit ⊖e centrali copioſiùs imbuta, materiaque ſubtilis illam melius ſubigere, impaſtare & attenuare valeat locusque aut matrix per vapores præcedentes probè depurata, orietur *Lapis purior & nobilior*, & hoc vel magis vel minus, prout exhalatio eſt melius aut deterius rarefacta & attenuata, locusque vel purior vel impurior, in quo ſe affigit & in lapidem excluditur. Sic namque copula quædam generativa emergit, velut *Ovum* in *teſtâ*, ſic etiam ut ſimiliter fere ac hocce Ovum lapidificum in matrice ſuâ ceu loco anguſto recluſum rurſus fermentetur, coquatur & digeratur, expandaturque à materia ſubtili aut ſpiritu in cluſo, ſpatiumque ejus evadat amplius, quò eò meliùs intra poros & venulas oculis imperceptibiles, exhalationes proprias & convenientes pro debitâ Nutritione & Augmentatione recipere poſſit, quamvis hoc *obſcurius ac in Plantis* fiat; hoc verò dum peragitur calore loci particularis continuò evaporat humiditas

▽ea △lis, quò eò meliùs coagulari lapis poſſit, & forti coctione principia ejus ſtringi & compingi, quò & pori nonniſi ſubtiliſſimi remaneant, per quos æther puriſſimus rectà tranſeat, ad quod non parùm contribuit *frigus hybernum*, calorem magis concentrans, quò ∩us ⊖nus auſterus coagulans principia proximus invicem adducat: unde & facilè inferre quis poſſet, *poros lapidum*, dum adhuc in matrice ſua continentur, *magis eſſe laxos*, faciliusque præparatum alimentum admittere & in ſe ſuſcipere exhalationes, quàm verò dum ſunt extra generationis locum, ubi multò denſiores apparent, porique eorum (nî ſint pori eorum multùm ſolitò ampliores, ▽am dum pluit ex vaporibus ſuſceptis, ſponte velut exudantes, ceu *prope Tridentum in via in Italia* ejusmodi ſaxum vidimus) minus perceptibiles, quæ cauſa eſt quod vulgo exiſtimetur Lapidum accretionem eſſe ſolummodo per appoſitionem materiæ extrinſecæ; niſi probabilius ſtatuere velimus Nutritionem & Augmentationem Lapidum fieri ex prædictis exhalationibus ⊖no-auſteris è centro 🜃æ ad circumferentiam ejus elevatis, prout aliàs ex ſucculentis vaporibus Plantæ nutriuntur. Nimirum, *uti Sect. I. diximus, Animalia* ob digeſtiones requiſitas plurimas, pluribus etiam organis opus habuere; pauciora verò ob contrariam rationem *Plantæ*, pauciſſima tandem *Mineralia*, quæ etiam ob eorum defectum, homogenea ſine aliquali organizatione ſibi appropriare videntur, ſic ut non opus ſit tot vaſis ad varii generis humores alimentarios ſuppeditandos, ut ut adſint quædam velut fibræ ſimiles ferè illis quæ in *Conchis quorundam aquatilium* apparent: ceu & hanc in rem notanter ait *Marbodeus Gallus in Dactylothecâ p. m. 9. Habet omnis gemma ſuam propriam matricem è lapide quodam formatam, in qua, ſucco deſtillante, velut infans materno ſanguine, nutritur. Smaragdus enim praſio innaſcitur & Jaſpidi quandoque, Silici Jaſpis, Carbunculus Balaſio, Sarda Onichi, Cryſtallus Marmori, & Adamas Cryſtallo, quem affabre admodum refert, ut ſæpe decipiat etiam ſolertiſſimos magones, dum Cryſtallum pro Adamante emunt.* Neque his adeo contrariantur, ut non conciliari poſſint, quæ *Liſter. de Conchyl. bivalv.* de Conchitis refert, illas nimirum in 🜃â, ſaxis & ipſis animalium corporibus ſolâ materiæ lapideæ coalitione in modum cryſtallorum figurari, id quod & alii lapides perpetuæ figuræ ſponte concreti, præſertim terrigenæ illæ *Columnæ* ſeu *Aſtroitæ novæ figuræ ad littus maris Scotiæ repert. & in Tranſact. Phil. Anglic.* N. 212. deſcriptæ, doceant. Quicquid ſit, videmus indies dura corpora ex liquidis inducto coagulo formari, præſertim dum ſuperfluus humor exhalavit, etenim qui remanet viſcoſus humor colligat & adſtringit fixas particulas & ramenta in durum corpus; ſuccus autem ille viſcoſus ſale opportuno probabiliter conſtat, duritiem concilians, ceu ſalitam carnem duriorem obſervamus & ſaccharo condita duriora fieri videmus. Et in hanc ſen-

tentiam

tentiam quoque inclinat *Ingenioſiſſ. Borrichius in Act. Hafn. Vol. V. Obſ. LXXXI. p.* 148. ubi ab arctiori particularum aquæ quiete in locis tranquillioribus, ceu in quibus illæ cum mutuis ſibi ſenſim occurrunt faciebus nec turbantur ab aëre externo, ſed potius leni preſſu elateris ejus firmantur, hinc propter ſimilitudinem facilè cohærent, eorum ortum quoque deducit, ceu cryptarum inſpectio in Anglia, Italia, &c. hoc ipſum docuerit, præſertim verò quod omnis ▽a comunis ſtillatitia paulatim abeat in bracteas terreas ſubtiliſſimas, lucidiſſimas. Seminium ergo Lapidũ præcipuè in ▽â quærendum.

CAPUT III.

De DIFFERENTIIS LAPIDUM.

EX prædicto vario Naturæ proceſſu, materiaque Lapidum nunc exquiſitius expolita, nunc groſſiori ſaltem modo elaboratâ reſultat *Diviſio Lapidum* generalis in *Vulgares* & *Pretioſos*, *Gemmas* dictos, quamvis ſtrictiùs *Gemmæ* vocari debeant, lapides parvi naturâ, rari, duri & pulchri ob materiæ nutritiæ quæ puriſſima eſſe debet, abſque excrementis, quæ aliàs vitia communicant, paucitatem, vaporis nimirum & exhalationum ſeminalium, quibus excreſcere deberent, penuriam vel etiam diſperſionem aut diffuſionem in corpora vicina, quamvis Natura in tali opere, maxime ubi materia probè diſpoſita haud deficit, non ita facilè aberret, idque ob particulas ſpecificas, quibus & conſtans *Gemmarum figura* & certi eorum *colores*, unde gemmarum diſtinctio, unicè adſcribenda videtur. *Lapides pretioſi* rurſus variè diſtinguuntur, nimirum ratione *ſubſtantiæ*, *coloris* & *magnitudinis*.

Ratione *ſubſtantiæ* rurſus ſubdividi ſolent in *Simplices* & *Compoſitos*. *Simplices* ſunt, qui ſimplicem eſſentiam obtinent, ut *Sardius*, *Onyx*. *Compoſiti* ſunt, qui duplicem vel multiplicem naturam continent, ut *Sardonyx*, qui in parte ſuperiori Sardii, in inferiore onychis virtutes habet, ſic tamen ut minime inde *vitium* quoddam gemmis inferatur ſubſtantiâ heterogeneâ, ut ſi rubigo quædam lapides inficiat, vel plumbeus ac ferreus color livorem iis inducat, aut ſplendor earum nebula quadam candidiori aut opaciori umbrâ, obſcuriorique fumo obnubiletur, ex mutato particularum ſitu, cujusmodi efficacia præprimis hîc attendi meretur, dum radios regerendo mox perſpicuitati gemmarum obſtat. Ex dictâ verò lucis incidentiâ variâ & reflexione, ratione *Coloris*, *Lapides pretioſi* dividuntur rurſum in *Simplices* & *Variegatos*: *Simplices* ſunt qui ſimplici & unico colore gaudent. Subdividunturque in *ſimplices extremi* & *intermedii coloris*: *Extremi coloris* ſimplices ſunt tantùm albi, ut *Adamas*, *Onyx*, *Chalcedonius*, detractâ ſcil. propria pelliculâ, alii

addunt

addunt nigrum *Morion*. *Intermedii coloris* ſunt pro ratione intermediorum colorum varii, nim. *rubri, punicei, flavi, virides, cœrulei, violacei*. *Variegati* ſunt qui variis coloribus nitent ob variorum ſuccorum, qui ad eorum generationem concurrunt, mixturam, ut eſt *Opalus, Jaſpis, &c.* quæ omnia à combinatione principiorum diverſâ, variâ luminis externi reflexione, tincturâ metallicâ foras adveniente, ut & lumine quodam intimo & ſecreto, fortè à materia ſubtili peculiariter captâ, perſpicuitatem congenitam contribuente, deducenda. Quia verò olim geſtavit Aaron duodecim gemas in pectore (ſicut aliàs de Apolline refert *Albricus de Deor. Imag.* illum geſtaſſe inter Deos coronam duodecim lapidum pretioſorum ſeu duodecim magnorum radiorum

Quod totidem menſes totidem quod conficit horas,

ut *lib. 2. de Nuptiis Philolog. & Mercurii Martianus* loquitur *Capella*) quibus artificioſiſſimè inſculpta erant *nomina* 12. *filiorum Jacobi* ſeu *Tribuum Iſraëlis*, illas hîc ſiſtere placuit, quibus ſingulis litera majuſcula addita, matris cujusque nomen indicat: *L. Leæ, Z, ancillæ ejus, R. Rachelis, B. Balæ, ancillæ ejus*, ceu videre eſt in *Corollar. Magni Conr. Geſneri in Epiphan. de XII. Libell. in curioſiſſ. ejus de Foßil. gener. Libro*. Ex ſubſequente verò figura videre eſt quadrifariam dividi hoc *Rationale*, in quo *primi ordinis* prima Gemma eſt formâ igneâ *Sardius*, tum *Topazius*, tum ſpeculi inſtar imagines reddens *Smaragdus*: in *ſecundo ordine* eſt primo colore ardens *Carbunculus*, dehinc gratiſſimus *Sapphirus & Jaſpis*: in *tertio Lyncurius*, de quo Veteres tacent, hinc *Achates & Amethyſtus*: in *quarto* prima eſt *Chryſolithus*, hinc glauca gema *Beryllus & Onyx*: Ex medio *Urim & Thummim* reddebantur oracula. Et quamvis inter Theologos variæ ſunt opiones ac primarii inter eos, judicium potius in hoc myſterio ſuſpendant, probabile tamen videtur *Joh. Weidnero Medico in Epiſt. pecul. ad Johan. Francum*, lapidem illum arcanum & mirificum Philoſophorum, CHRISTUM repræſentantem illic latuiſſe, ubi *Urim* quidem *Elixir ad rubeum Thummim* verò *Elixir ad album* ſit vel quod aliis magis vero ſimile, fuiſſe illîc velut in centro gemas fulgentiſſimas, quibus Nomen DEI proprium inſcriptum erat, id eſt, nomen tetragrammaton יהוה, à qua opinione non multùm diſtat nupera illa *Simonis Epiſcopi Elienſis* qui in *Comment. in Exod. p. 551.* diverſam eſſe illam ornatûs ſacerdotalis partem à duodecim gemmis quadruplici ordine diſpoſitis non credit, atque hoc è collatione *textûs Exod. VIII. cum XXXIX. & Levitici VIII.* in quibus itidem reperitur ſacerdotalium ornamentorum enarratio, nullâ *Urim & Thummim*, ſed duodecim tantùm illorum Lapidum factâ mentione; *Urim & Thummim* autem *h.e. lucis & perfectionis* nomen Lapidibus illis inde adhæſiſſe cenſet, quòd fulgidiſſimos lucidiſſimosq; in ſuo genere illos eſſe oportuerit, quodque omnia quæ ad *Pectorale* ſpectabant, *Annuli* nimirum, *Catenulæ* & reliquus ejus apparatus perfecta

eſſe

RATIONALE AARONIS, PECTORALE JUDICII, ΛΟΓΙΟΝ ΤΗΣ ΚΡΙΣΕΩΣ, *Hoſchen Hebraicè*, diſtinctum Coloribus V. Aureo, Hyacinthino, Purpureo, Coccino, & Byſſino.

È S. Patre Epiphanio Epiſcopo Cypri.

Sardonyx in humero.

1. *Sardius.* Ruben. *L.*	2. *Topaſius.* Simeon. *L.*	3. *Smaragdus.* Levi. *L.*
4. *Carbunculus.* Judas. *L.*	5. *Sapphirus.* Dam. *B.*	6. *Jaſpis.* Naphthali. *B.*
	URIM THUMMIM.	
7. *Lincurius.* Gad. *Z.*	8. *Achates.* Aſer. *Z.*	9. *Amethyſtus.* Iſaſchar. *L.*
10. *Chryſolithus.* Zabulon. *L.*	11. *Berillus.* Joſeph. *R.*	12. *Onyx.* Benjamin. *R.*

Altera in altero.

eſſe debuerint atque abſoluta antequam gemmæ iſtæ illi affigerentur. Neque verò ſine cauſa DEUS ejusmodi gemmarum ſplendores diligenter conſiderandos voluit, ut nimirum præter alia documenta perpenderent inenarrabilem corporum ſuorum in alterâ vitâ gloriam, quæ quibusdam adeo res ridicula habita fuit; radiabunt namque tum oſſa noſtra inſtar adamantum, fulgebunt muſculi & viſcera inſtar carbunculorum, cerebrum pellucidum erit ut humor cryſtallinus in oculo, pili habebunt colorem chryſolithi, ungues margaritarum & ſic deinceps. *Auctor Libell.* die Zeit und Weil zu ver-

treiben/ de hac re ita diſſerit: Reſurgemus quidem corporibus, ſed non naturalibus nec viſibilibus nec palpabilibus, ſed ſupernaturalibus inviſibilibus, ſpiritualibus, incorruptibilibus. Si enim nobis eſſent corpora naturalia & palpabilia, tum magna ſequerentur incommoda & abſurda, egeremus ſic elementis & locis extraneis, forent intervalla: Nicht ein natürlicher/ greiffslicher/ ſichtbarlicher Leib/ ſondern ein übernatürlicher/ geiſtlicher/ unſichtbarer/ vergötteter Leib wird da ſeyn / der da ſo klar iſt/ daß ihn kein tödtliches Aug mög ſehen / wie der Leib Chriſti / welcher durch Mauren gehet/ und iſt keines äuſſeren Orts bedürfftg/ kan ſich aber leiblich und ſichtbar machen wañ er wil. NB. Pſeudo-Theologi nolunt Paulo concedere, aſſerenti, nos habituros in vita æterna deificatum corpus, ſeu ſpirituale, inviſibile, impalpabile. Christi corpus eſt ſupernaturale, expers omnis elementi & elementati, clarificatum, ſpirituale, deificatum: Ein vergötterter Leib/ denn was iſt corpus deificatum anders/ als ein clarificatum ſpirituale & ſupernaturale, ein unverweßlicher Leib. Wir werden Chriſto gleich ſeyn und wie die Engel GOttes leben. Das tödtliche Adamitiſche Fleiſch/ als caro & ſanguis, wird nicht erben das Himmelreich/ es muß das Fleiſch auß Chriſto ſeyn/ es muß ein unverweßlich himliſch Fleiſch ſeyn/ incarnirt auß dem H. Geiſt. Die groben Fleiſchbutzen wolten gern mit ihren groben Knochen und Beinen / mit ihrem Adamitiſchen Fleiſch in Himmel kommen. Nein/ Paulus läſſet es nicht zu/ dieſe ſterbliche/ grobe/ irdiſche Hütte muß hinweg/ es muß ein ander neu Hauß oder Hütten ſeyn/ nicht mit der Natur gemacht/ darinn die Seele wohne/ es muß ein unverweßlich Hauß ſeyn/ ſo zart und klar wie Chriſti Leib nach der Aufferſtändnuß / daß kein äuſſer Ort vonnöhten ſey. Darumb werden wir nicht ſehen dörffen/ es wäre magna imperfectio, wir werden in GOtt ſchweben ewiglich/ ohn alles leibliches tragen oder haben. Si habituri eſſemus carnem Adamiticam, ſeu corpus naturale, ſeu oculos & aures, nares naturales, item pulmonem, jecur, &c. tum egeremus reſpiratione externâ, item egeremus fulcro ſeu ſuſtentaculo extraneo, & ſic non omnia poſſideremus intra nos ipſos. Das wäre gantz wider das ewige Reich/ wider das Göttliche und natürliche Liecht/ denn dieweil ſapiens in hoc mundo ſein Vatterland intra ſeipſum beſitzet/ und alle Ding traget bey ihm ſelber / wie ein Engel im Himmel/ da noch loca ſeynd in hoc Mundo. Viel weniger werden wir in altera vita etwas ſuchen oder bedörffen extra nos, ſed omnia intra nos poſſidebimus cum Deo. Sed hæc alterius fori.

Ratione *magnitudinis* dividuntur *Lapides Pretioſi*, ut Vulgares, in *majores* & *minores*: *Minores* illi ſunt quos modo *Gemmas* in ſpecie appellari diximus, ut ſunt v.g. *Adamas*, *Granatus*, *&c.* *Majores* verò qui vel ob magnitudinem, ex ſucci còpia uberiori, ut *Jaſpis*, *Cryſtallus*, *Topacius*, *&c.* vel pulchritudinis defectum,

defectum, ut *Onycha, Crapaudina,&c.* è *Gemmarum* cenſu excluduntur. Quæ diviſio quia magis recepta, ordine de ſingulis quædam *in ſpecie* dicemus.

CAPUT IV.

De LAPIDIBUS pretioſis minoribus ſeu GEMMIS in ſpecie earumq́ Virtutibus, artificialiq́ productione.

LAPIDES ejusmodi pretioſi minores meritò præ reliquis in Regno Minerali, quod ſplendore ſuo irradiant, maximoque pretio quo vendun- tur, nobilitant, conſiderantur. Sunt verò lapides *parvi*, quia nunquam aut rarò ovi gallinacei magnitudinem ſuperare viſi; *rari*, quia in paucis Provinciis haud copiosè reperiuntur; *pulchri*, quia colore, diaphaneitâte, radiorum reflexu & figurâ concinnâ viſui grati, idque, ut dictum, ob ſubſtantiæ puritatem, continuitatem, homogenearum partium in eadem recta linea collocationem; *duri* ſunt, quia nec digitis teri, nec ferro ſcindi poſſunt, ob firmam partium adhæſionem: hinc differunt *à ſuccis concretis*, ut & *lapidibus* pellucidis, duritie vitreâ ſingulari, taliterque etiam diſcernuntur ab *adulteratis* & *factitiis*, quarum hinc *elaboratio* etiam noſcenda erit, (maximè quia aliàs Lapis Philoſoph. illuſtratur Vitrificatione, & Calcinatione Metallorum, v.g. Si Vitro ex *ſilic. calcin. & ſale alcali* facto addatur *calx* ♃, ♄, ♀, ♁*ii* vel omnia ſimul & ſinantur fluere, tum vitrum animam & colorem horum metallorum ſuſcipiet; quo cum deinde vitro Luna per 24. hor. fluens gradatur & ab acido vitri magis maturatur) quæ talis eſt: ℞. *Silic. candid. abſque ullis venis q.pl.* Committantur Xbulo forti & igni exponantur, donec bene candeant: conjiciantur in aquam frigidam, ita enim rimas contrahunt, hoc ter quaterve repetendo, donec ſilices in pulverem digitis conteri queant, terantur ſuper porphyritem, & trajiciantur per cribrum anguſtum: Cujus *Maſſæ* ℞. ℥*iv.* ⊖ ☿*ri* ℥*jß.* Terantur ſimul & exactè miſc. & in Xbulo forti excoquenda igni tradantur, ita enim concreſcent in ⊟*lum*, quam ſi diverſis coloribus exornatam volueris, *Crocos metallorum* (qui nempe ita parantur: ℞. ⊖ ☿*ri* ℥*iß.* fund. in Xbulo, fuſo adde 🜍*ris* ʒ*am* unam vel alteram, expecta, donec 🜍 fuerit combuſtum, huic fluenti ſali comittito laminam metallicam quamvis, & 🜍ris puriſſimi ʒam addito, quæ ſolvetur ictu oculi citius in pulverem tenuiſſimum ſeu Crocum quem ▽â pluviâ abluito & exiccato) in auxilium vocato, ex quibus ♀*ris calx* conſtans tibi dabit *cæruleum*, ♂*tis rubrum*, ☽*æ flavum*, ♃*is lacteum*, ♄*ni flavum*, & *hyacinthinum* ♀*ris &* ♂*tis* combinati *croci* delineabunt. *Viridem* itidem faciet *Crocus* ☽*æ &* ♀*ris*, ♂*tis &* ☽*æ* depingent *Violaceum*, Sic procedito. ℞. Pro ſingulis ℥*iij.* *Maſſæ gemmeæ*

Croci ♀ris gr. xv. vel xx. & obtinebis *pulverem cœruleum*; ℞. *Croci ♀ris & ☽æ ana* ℈ß. & obtinebis *Viride* & ita procedendo ex coloribus primariis diverſimodè inter ſe mixtis facilè *Colores ſecundarios* deduxeris; *Rubrum* enim cum *flavo* dat *aurantium*; *Rubrum* cum *cœruleo* dat *Violaceum* ſeu *Amethyſtinum*. De his conſule ulterius *Artem vitriariam Neeri cum Notis Kunckelij*, *Merettum* item & *Keslerum*, *Magiam naturalem à Porta*, Zimmermann im Probierbuch *p*. 126. ubi notanter ait: Es mögen auch von der Metallen-äſchen Gläſer gemacht werden / geſchmeltzt auff einem Treib-Scherben zu durchſichtigen Gläſern von etlichen ſchönen Farben / ſonderlich von ♀ grün / von ♂ roht / von ♄ gelb und goldfarb. Deßgleichen werden von ☿ *vivo* und ☉ & ☽ ſchöne Cryſtallen gemacht / ſo man ſie beyde in einem 🜅 *ſolvirt* und in einem marbel in einen kalten feuchten Keller ſetzet / ſo ſchieſſen und wachſen darauß ſchöne Cryſtallen / ex ☽ verò *albi*, ex ☉ *flavi*: Quoad *Vitrum* verò ☉*ri Bohnius Diſſert. XIII*. §. 21. dicit, ſi juxta *Poppium* ☉ & ♁ tractentur pro Vitro, hoc non haberi, ſed tum ☉ intimè connubere ♁io, ſi hujus duplum adjiciatur; Verùm de his alibi. Quidam etiam Colorem Lapidibus introducunt ſeq. modo: 🜔*lum* elaboratam & politam igni exponunt, donec candeat, calentem conjiciunt in 🜅 tinctum, ſed dubium eſt experimentum, funduntur enim & fatiſcunt 🜔li. Vid. *ſupra Sect. II. cap. de Plumbo Rubinum artificialem Kunckelii* (qualem pro ſedecim imperialibus quondam venditabat *Joh. Agric. in Popp. Tr. de* ♁ *p.m.* 873. Vid. *Muſ. Septal. l. C. §.* 8. ubi flameo rubino ſimilis ſiſtitur) & *Mazzott. de Min. p.m.* 205. ubi ita procedit: ℞. ♄. *ſuper* 🜍 *fuſ. q. ſ.* calcina per ♂ in Vitrum, ℞. *Vitri hujus*, ⊖ *fuſib. fixi aa.* f. Topaſius. Vel ℞. *Ceruſſ. fin. alb.* ℔x. ◯ *catin.* ℔iv. M. ℞. *Materiæ comm. hujus* ℔xx. *Sang. Dracon vel* ♃ *rubific.* ℔x. ☉ ℔. *v.* miſce & funde in Carbunculum, addendo ⊖*ia fuſibilia*; Item ℞. 🜔 *ignit. & extincti in* 🜅 *lotiq.* p. j. ⊖ *fuſibil. fixi p. j.* funde, add. ☉ *pulv.* pro Carbunc. vel *Croc* ♂ pro Rubino, vel *Cygni vel* ♄ *pulv.* pro Topaſio, vel *Croc.* ♀. pro Smaragdo, vel *Croci* ♀. *p. j.* ♄ *glorif p.* ß. pro Chryſolitho. Inſuper pro Carbunculo etiam ℞. 🜔 *p. x.* ♄ *combuſti p. xxv.* M. poſtea cum xx. *partib. hujus* pone *partem dimid.* ☉ *pulveriſ.* & *part. j. cum dimidio croci* ♂. miſce, & clauſa coquantur, ut coquitur materia vitri, & medietas ollæ ſit vacua, poſtea funde *unam part. hujus materiæ* cum *una parte alicujus* ⊖*is fuſibilis*, & habebis *Carbunculum*. Hæc ſanè eſt vera via verusque modus componendi lapides pretioſos à naturalibus non differentes, cùm ex eadem conſtent materia; Aliam porro viam monſtrat *Mazzot.* pro Rubino: Funde 🜔, & ſuper ipſum pone paulatim *Oleum correctum* ♁*ii &* ☉*li, aut* ⊖ *eorum*, & eſt factum. Pro *Smaragdo*, ℞. ⊖ *alcali fuſib.* ℥v. 🜔 *calcin.* ℥iv. ♄ *calcin.* ℥v. funde ſimul & eſt factum; Alius *pulcherrimus Lapis* ſic fit: ℞. ℥vij. ⊖ *alcali*, 🜔 ℥j. *ſcoriæ æris* ℥j. & funde ſimul. Pro *Turchinis*, ℞. ℥xx. ♄ *calcin.* & tirtura ſubtiliſſi-

tiliſſimè in pila figulorum, & lava pluries cum *aqua clara*, deinde tritura ſubtiliſſimè inſtar *farinæ ſcoriæ ferri* ℔.x. miſce, poſtea hæc ſimul fac illa albeſcere in furno reverberationis ſine fumo per horas 15. ſemper ſimul miſcendo, hanc materiam bene dealbatam pone in Xbulo, & bulliat in fornace, ut perficiatur & affinetür, & utere illo. Pro incidendo verò vitro in qua cupis parte, fac ▽*am* per ♌nem ex *Vitriolo Romano*, ⊖*e* ✳*co* & *ſucco herbæ* dictæ (*parietaria*) *aa.* & ubi cum dicta ▽*a* tanges, inde Vitrum findetur. Hæc quoad Lapides pretioſos & Vitrum ſcripſimus; credite mihi in Vitro recondita nimis arcana contineri, quæ hîc publicè apponere non audeo, quæ autem hîc appoſui non ſunt ſanè communia, partim enim à ſapientiſſimo amico habui, & vidi, alia verò ex exemplari vetuſto MSc. extraxi, &c. Hactenus *Mazzotta*. Quidam etiam *Gemmas Duplicatas* faciunt mediante *lachrymâ maſtiches*, eamq; coloribus diverſis inficiunt, ut ♁ *ri*, *lachrymâ ſanguinis Draconis*, *Ultramarino* & ſimilibus, de quo videatur quoq; *Hieronymus Cardanus de Subtilit. Lib. VII.* qui *tres adulterandi gemmas modos* detegit ac quomodo falſæ gemmæ dignoſci facilè poſſint ex annuli v. g. converſione, angulique & lateris, quod dilutioris coloris videtur, inſpectione ingenioſè proponit, vel ut *Auctor* quidam *Germanus* hac de re loquitur: *Die Prob auff Edelgeſtein iſt an ihrem glantzenden Schein/ lieblichen zwitzerten Farb und ihrer Härte/ an ihrem Gewicht : die künſtliche ſind nicht ſo hart und gewichtig/ auch manglet ihnen gar der Einfluß der Sternen. Der Diamant ſoll dem* ♄ *im Gewicht gleich ſeyn.* Dignoſcuntur quoque gemmæ veræ à falſis attactu ad linguam, veræ enim frigidiores ſentiuntur aliis. Atque hæc ideo adducta ſunt, ut *geneſis horum Lapidum* multò clarior ſiſtatur ac etiam virtus eorum magis inde pateſcat, nimirum ut illi qui *gemmas adulterant* metallis ut plurimum abutuntur, ut hinc tales gemmæ ſpuriæ veris aliquantò ſint graviores, ita ſimiliter dum Natura gemmarum productioni incumbit, adſciſcit ſibi exhalationes metallicas (licet ex qualitatibus primis hoc deducere nitatur *Pictorius in Not. ad Dactylothec. Marbod. p.* 10. dicens: *Ex diverſa exhalatione locorum, gemmis diverſus emergit color, exhalatio enim terrea & exuſta ferruginei informat coloris gemmas, pura aërea, aqueáve candidi, humida nimium viridis, calida excedens rubei atque humida nimiumq; excocta cœrulei.*) pro quarum hinc varietate & diſpoſitione varii *Colores* ac etiam virtutes *Gemmarum* reſultant, ſic namque ſi ☿ aliquod ſolare inter Gemmarum primam materiam ſe ingerat *Rubinus, Granatus, &c.* inde emergit, ſi de ☽teis exhalationibus quid immiſceatur *Saphirus* colore cœruleo prodit, de ♀reis *Smaragdus* colore virideſcente, de ♂libus *Topaſius* colore fuſco, &c. quæ exhalationes aut fluores metallici quia tam arctè & intimè cum gemmis combinantur, fit, ut difficilimè & non niſi ſublimiori mechanicâ TRæ Gemmarum inde elici

poſſint, doleantque *Gemmarum* non minus quàm *Corallorum* & *Auri* & *Argenti* virtutes, ut loquitur *Crollius Baſil. Chym. p. m.* 126. reliquorumque metallorum, ſe fruſtra in mundanam provinciam veniſſe, neminem eſſe qui ſanguinem ſanguineumque colorem, quem intra ſe occultant, manifeſtet, quo ſic præparata ſanguinem noſtrum immutare & ad ſuam complexionem elevare poſſint. Verùm ſit, quòd Gemmæ intus ob fortem earum coalitionem (prout *Ammannus* & *Dale in Pharm. p.* 95. tantùm opinionem lapides iſtos pretioſos praxi intuliſſe liberè ſcribunt) parùm corpori emolumenti præſtare poſſint TRaq; illarum de 🜍re *metallorum* participans tam pauca ſit, ut ex *Granatorum* v. g. ℔j. vix ℥ß. videatur haberi poſſe, attamen tum *internè* (quatenus ſcil. alcali 🜃eo fixo puriſſimo fortiſſima corroſiva edulcorare valent, idque imbibendo, abſorbendo & præcipitando) tum *externè*, ſi fidem habere velimus *Alberto Magno*, *Hiebnero*, *Zimar. in Antr. Mag.* aliiſque à partibus *Chaldæorum* hac in re ſtantibus, miras Gemmis vires attribuere licebit, maximè dum *Amuleti* loco uſurpantur, quorum *virtus* ſecundùm *Ettmüllerum Chym. experiment. Lib. II. Sect. I. cap. VIII.* exoritur per *radiativam quandam operationem* à 🜍re *antedicto metallico*, à quo & gemmæ habent TRam; Sic namque, atteſtante eodem, *Jaſpis* in hæmorrhagia tum narium tum uteri appenſus optatum tuliſſe viſus eſt auxilium; *Saphirus* oculos in Variolis & lippitudine juvat, item Carbunculum peſtilentialem excidere facit, ſi eo circulus circa hæc ducatur, de quo *Marcus Marci in Philoſoph. Veterum reſtit.* ſic refert *Paracelſus Chirurg. Magn. Lib. III. cap. VI. p. m.* 116. *Saphirum* eſſe ex transplantatione factam gemmam; *Laſurium* verò lapidem nil niſi transplantatum ☽tum vel extractionem ab ☽to transplantatam, nam ☽ti naturam amiſit & ab ☽to jam aliud atque diverſum quid exiſtit. *Topaſius*, ſecundùm eundem, eſt ex minera ♂tis, eſtque ferrum transplantatum; *Adamas* autem eſt ex ſecunda transplantatione; *Smaragdus* denique eſt ♀ transplantatum, ut de reliquis jam nil dicatur, quæ ex fructibus Elementi aquæ extractiones ſunt: quibus ſatis patet Gemmarum Originem ac etiam Vires hinc metallico ſucco vel 🜍ri attribuendus eſſe, id quod præcipuè confirmant Silices in Galliâ in Vivares reperiri ſoliti, in quorum medio pulchri cryſtalli, rubini, ſmaragdi, ſaphiri, &c. viſuntur, juxtaque quos alii adſunt, qui in medio balſamum 🜍reo-☉licum ſummè ſanativum continent, referente *Acxtelmeiero in Lum. Nat. p.* 25. qui ætiologiam hanc ſiſtit; In deme der reine Berg-ſafft auß der Gur ſchwitzt/ und die *Tinctur* des reineſten Vitriols oder Schweffels zu ſich nimmet/ hernach aber mit mehrerer Erden umbwickelt wird/ und die im Gebirg quellende und durchgehende Waſſer ſolche *glebas* oder Berg-ſchollen / die albereit etwas *coagulirt* / mit ſich herab ins Thal führen/ werden ſie durch der Sonnen Hitz/ wann ſie ligen bleiben/ zu ſolcher

Kiſel-

Kiſel-Härte gebachen/ die reinen Tropffen aber auß dem groben gedeſtillirt und abſonderlich *coagulirt.* Atque hoc præprimis etiam agnovit de *Monte Snyders Tr. de Medic. Univerſ. cap. XVI.* qui pro varietate ♀ris metallici vel ☉ris vel ♃lis Lapides ejusmodi juxta cœli afflatum influxumque aſtrorum unà quoque participare contendit, ſic namque *Saphirum* vires de ☽â obtinere, ac etiam hinc velut ☽tum in capitis & cerebri affectibus conducere, dum fortè materia ſubtilis ex aſtris copiosè emanans & in gemmam transfuſa aliter ſic à gemma modificatur & à ♌u ipſi gemmæ natalitio in influentiam pro natura ſua victricem diſponitur, ceu aliàs mutuus conſenſus dabitur inter gemmam & hominem gemmam geſtantem, ſi vera ſunt, quæ *Boëtius, Rueus*, aliique referunt de mutato colore nitido gemmarum in obſcurum, ſi homo gemmam, v. gr. *Turchoidem* geſtans morbidus ſit vel moriatur. Hæc, ait cordatè *Muſ. Calceolar. p. m.* 234. etſi fabuloſa ridiculaque videri poſſent, experientia tamen quotidiana nos edocet vera eſſe, ut quoque de Corallis, Smaragdis, Saphiro & aliis eſt annotatum. Hinc namque cum *Hermete Triſmegiſto*, Cœlum Gemmis occultas proprietates transfundere omnino ſibi perſuaſum habent, maximè dum lumine & perſpicuitate cœlo quadantenus patentiores demonſtratæ ſunt, ejusque actionem perfectius admiſerunt conceperuntque & hinc in parva mole magnos mirificosque promunt effectus ac etiam in *Vegetabilia*, quæ obſcurioris ſunt ſubſtantiæ, cœlum tam egregias potentias inſinuârit, *Animalium*que motus tacitique concentus cœlicis corporibus concordent, unde ſimiliter hominis ſpiritus affecti ſpecificis pateant Gemmarum proprietatibus, qua ratione *Topaſium, Carbunculum, Adamantem*, occultis gratiarum proprietatibus, præditas eſſe confirmant prædicti *Auctores* aliique non pauci nec incelebres Viri, ut non deglutitis tantùm, ſed etiam geſtatis ſuas edere liceat cœlicas potentias, primùm quidem in hominis ſpiritus, demùm in humores & ſolidiores ejus partes, quibus à peſte & venenis defendantur (ut ut minimè negandum ſit, difficillimè omnium gemmas in ventriculo reſolvi) hinc *Piſtorius in Not. ad Marbodeum Gallum de Lapid. p. m.* 3. *Lapidibus virtutes ineſſe nemo eſt qui dubitet, quæ ab influentia peculiari planetarum, & ſymmetria elementorum, ex materia ſubtiliore & puriore illis obveniant, ſicut dilucidè vel hinc comparet, quod in India & Æthiopia ubi Sol oriens & meridionalis melius operatur, precioſiores emergunt lapides, quàm in occiduis & ſeptentrionalibus regionibus. Divus Thomas herbas lapidesq; cœlitus mirabiles, ultra elementarem virtutem, habere vires ſcribit Lib. III. contra Gentiles. Huic conſentiunt Alexander peripateticus, Hermes, Evax, Bocchus, Zoroaſtes, &c.* Quicquid ſit, certum eſt Gemmis ⊖ & ▽ram puriſſimam (uti aliàs hæc in *Elixire Sophorum* ſumme depurata & concentrata adſunt) quin & TRas metallorum ſumme ♎atas ineſſe, quarum virtus illuminativa

minativa eſt, Archæumq; ſpecificè modificat; Sic namq; *Perennilucas* in ſale radicari innuit *Kirchmayerus in Miſc. Cur. Dec. I. Vol. VIII. p. 276.* quia & Gemmæ in obſcuro lucentes etiam nil aliud ſunt quàm Vitra naturæ ex ſale puriſſimo compacta TRisque mineralibus imbuta, & ex ♒tu ⊕ri rectificato ſplendor igneus conſurgit. Optimè de his Coloribus *Caſſius de* ☉ *p. 61.* *Vitrum montanum,* lapis vel ⊟lus in quem per inhalationes perpetuas ſe inſinuat ☿us, variè ab ipſo afficitur ut poſtea prout internum 🜍 diſpoſitum eſt in ipſis quoque Lapidibus Colores appareant, ſolutionis & putrefactionis philoſophici operis præcurſores, vel exemplo *Talci violacei coloris circa Neoburg. in Helv.* reperiundi. *Cryſtallo,* ait *Welſch. Hecat. p. 51.* ut corpori liquido, lapidifico ſucco turgido, diaphano, ſi fluores ſpecifici ſeminales colorati inſinuentur, adjuvantibus pyraphylaciorum vaporationibus & ſudationibus, etiam arte imitandis, Gemmæ producuntur, exemplo Amethyſti in ⊟um deſinentis ſuper hæmatite, quem *cit. Welſchius* poſſedit; Hinc ait idem *Welſchius*: Qui ⊟um in ſuccum vel fluorem reſolvere & Gemmarum liquores ſpecificos ſeu ſeminales ex metallicis in proprio ſuo ſubjecto, ut ſemina latentes agnoſcere & elicere nôrit, eum igni ad naturalis pyrophylacei ideam compoſito, facili arte, veras Gemmas (non vitreas quas nihili facimus) producere poſſe. *Libav. Synt. Arc. p. 314.* ait, *Metallorum eſſentiæ puriſſimæ ut in ipſis mineris effloreſcunt & Gemmas reddunt, ita etiam ab arte poſſunt comparari ex iisdem, nec veremur aſſerere Gemmas ex metallis artificioſas virtute medicâ longè eſſe præſtantiores naturalibus, quanquam à gemmariis & ſuperbiâ pretioſiores exiſtimentur naturales ob ſplendorem.*

CAPUT V.

DE ADAMANTE, RUBINO, GRANATO, HYACINTHO, SAPPHIRO, SMARAGDO, CHRYSOLITHO, TOPAZIO, TURCOIDE, BUFONIO, OPALO, OCULO MUNDI, OCULO CATI.

INter Gemmas meritò primum concedimus locum, earum Regi, qui eſt I. ADAMAS, ab indomitâ ſuâ vi (ἄδαμας enim ex α privativo & δαμάζω, Domo) nomen habens, eò quòd duritiei ſit inenarrabilis, omnemque reſpuat ictum, contemptor item victorque ſit ignis, etiamſi multos dies in eo perſeveret, uti Veteres, *Plinius* maxime, aſſeruerunt, quamvis ejusmodi duritiem multùm mitigent Moderni, qui nullum hoc ſeculo verum Adamantem repertum eſſe referunt, qui in pulverem malleo redigi non poſſit & ignis ardoribus tandem liquari. Generoſiſſimus tamen ſelectiſſimusque

Adamas

Adamas ille habetur, qui jam dictâ multùm invictâ naturâ præditus, ⊟lo (à quo talibus notis diſtingui poterit, nimirum Adamas nitorem habet vivaciorem & robuſtiorem, ſicut non ſolùm ſplendeat ſed rutilet quoque & emicet, impermutabilis ad ignem, ferrum, vetuſtatem & uſum; quæ omnia ⊟lum celerrime oblædunt, feſtucas item trahit Adamas, ſi incaleſcat, ut electrum, tamen obſcurius propter parvitatem, ubi ⊟lus nihil agit) paulò obſcurior ferrum candens nitore refert, cœruleoque quodam interfuſo ſplendore ita quidem refulget, ut flammeum ſolaremque quendam radium evibrare videatur, quales radii pro variâ luminis incidentiâ, velut in *priſmate*, ac etiam TRæ approximatione modificantur, ut colores *Iridis* inde repræſententur. Hic verò ſplendor in Adamante augebitur, ſi, ut refert *Aldrovandus in Muſ. Met. p.* 948. exiguum eboris combuſti cum maſtiche miſceatur & Adamanti ſupponatur. Ortum ejus ſpecialiùs deducunt nonnulli ex -∿-u ⊖is puriſſimo, △is ſubterranei vi per intimas montium fibras exaltato & in rupem poroſam delato, paranympho -∿-tu coagulatorio concurrente, præſertim ſi ▽a fuerit ſubtiliſſima, æqualiſſima, quietiſſima, ceu ex qua maximam partem conſtat, adeo ut inde Adamas quocunque fere loco naſci poſſit, uti videtur *Borrichio in Act. Hafn. Vol. V. Obſ. LXXXII. p.m.* 196. Certè, ait, cùm in Gloceſtriæ & Briſtolii vicinis, itidem variis in Gallia locis ſilices nigricantes frangerem, aliud in iis, ex *Glauberianâ hæreſi*, inquirens, ſæpe in eorundem meditullio, tanquam in crypta, Adamantes minutulos pulcherrimos, & quidem plures ſibi junctos conſpexi, exquiſitis & angulis & apicibus notabiles. Crederem fuiſſe ⊟los, niſi tum nitor illuſtrior, tum & matricis durities obſtarent. De eorum enim duritie propriâ nihil adeo definire licuit, propter impedimenta itineris & exilitatem corpuſculorum. Veriſimile fuerit, corpus hoc ſilicis, cùm adhuc in ſuis primordiis humidius lateret, præter craſſiores illas, quibus conſtat, partes, ſubtiliores etiam nonnullas easque ſimpliciùs aqueas complexu ſuo foviſſe, quæ placidâ in hoc ſinu quiete mutuis tandem coïerunt vultibus, & in adamantes converſæ ſint. Utrum autem angulos illos formârit exiguiſſima præſentis ⦶tri portio, an proprium ſit aquæ, cùm ſibi quietiſſimè nullo prorſus heterogeneo immixto relinquitur, ita terminari, in medio hîc relinquo, ad ultimam tamen ſententiam pronior, quòd ⊟li eodem modo angulos ſuos colligant, nec tamen nitroſum vehant ſalem, ſed alium exiguâ copiâ acrem & cubicum, de quo in *Hermet. Sapient.* fuſiùs. Et cur hexagonum naturale ſit ⦶tro & adamanti atque ⊟lo nequeat eſſe naturale? Incluſa talibus cryptis æqualiſſimarum particularum ▽a non videtur vel in adamantes, vel ⊟los abire, niſi indurationis primordio ſpiraculum aliquod per udos adhuc parietes ſubeunti aëri leniſſimo pateat, quod abſolutâ congelatione claudatúrne, an

apertum maneat, parum intereſt. Ideo autem requiri tantillum aëris putâ-rim, ut ipſius elatere premente (neque enim ſolæ primi elementi particulæ ſufficiunt, ut rem intuenti evidens eſt) mobiles adhuc aquæ particulæ ſibi apponantur, quemadmodum duo plana alia, etſi ſibi vicina, niſi appreſſeris leniter, non cohærent validè. Ut hæc ſuſpicarer, induxit me nobilis Pinacotheca *Septaliana*, in qua viſa mihi *Achates*, in cujus gremio adhuc volvebantur aliquot guttæ aquæ clariſſimæ furſum deorſumque mobiles, ideo opinor, nondum compactæ, quòd cortex gemmæ ab omni parte clauſus fuerit, citiùs quàm interiora àb intromiſſo aëre ſibi apprimerentur. Similis ibidem viſa *Cryſtallus*, in cujus meditullio lympha puriſſima oberrabat. Verùm non tantùm in ſilicibus notati mihi adamantes, ſed & à *Bapt. Fragoſo* in medio inciſi marmoris & à me denique in ſinu nativæ 🜄li leviter nigricantis apud *Corvinum Sacerd.* Romæ, quorum duritiem licèt experiri non contigerit, firmiorem tamen fuiſſe quàm 🜄li matris ideò conjicio, quòd elegantiâ & radiorum projectione genitricem vincerent. De duritie etiam adamantinâ fidem faciebat optimus ſenex. Sic non rarò *Indi* in *ſaxis duriſſimis* gemmas reperiunt. Non dubito futuros, qui arbitrabuntur adamantem & cryſtallum eſſe diverſas mundi ſpecies, eoque formis ſpecificis (& quæ alia cumulari poſſunt) diſtingui, nec ſe invicem progenerare, ſed iidem quando demonſtrabunt inter has duas ſpecies aliud eſſe diſcrimen quàm *ſolius puritatis?* quæ ſola videtur *nitoris & duritiei origo*. Ipſi Gemmarii totâ pæne vitâ his ſacris innutriti hærent ſæpe, ambiguntque, ad quam ſpeciem oblata gemma aliqua referri debeat, præſertim in genere *coloratarum* ita ludit ibi variè non tantùm mundities, ſed & admiſſorum diverſitas. Coronidis loco adjiciendum creditum omnibus ſeculis adamantem eſſe ignibus indomitum, ſed hac tempeſtate obſervatum, non quidem liquari dimidiâ horâ adamantem ad ſpecula cauſtica validiora, quale eſt illud apud nos Vilettii, ſed tamen ſplendorem ſuum admittere & obſcuris quibusdam nebulis violaceis inumbrari, uſq; adeo generalis rerũ domitor Vulcanus eſt. Hæc *Borrich.* Quia verò arctiſſima eſt particularum adamantinarum invicem connexio, porique & interſtitia inter illas ſummè anguſta, fit, ut Adamas magnetem liget & viribus privet, effluviis magneticis in motu ſuo & penetratione ab ejus textura firma ſic inhibitis. *Aſtrologi* Adamantem dicant *Lunæ*, eique *Philoſophi quidam*, maximè quibus cum *Alberto Magno*, *Hermetis & Sabiorum* ſententia haud adeo abſona videtur, divinas tantùm non attribuunt Virtutes; ſic contra *venena & incantationes* amuletum eſſe præſentaneum teſtantur qui Adamantem præſenti toxico madere aſſerunt; ſic ad *inſaniam*, *metus vanos*, ac terrentia *ſomnia* arcenda quoque commendatur, prout notatu digniſſimum eſt, quod *Adr. Spigel. de Semitert. p. m.* 164. refert, *Memini*, inquit,

cùm

cùm eſſem in Auſtriâ incidiſſe me in maximè illuſtrem Virum Gondachenum à Liechtenſtein, qui mihi narravit, ſe cum eſſet temperamento prorſus melancholicos & capite admodum calido ad maniam propenſo, non potuiſſe longo tempore ſomnum capere ſine inſomniis turbulentis perpetuis, ſolo Adamante auro incluſo ſiniſtróve brachio ſupra cubitum, ubi fonticuli inuruntur, alligato, in formâ armillæ ita ut Adamas tangeret ſemper nudam carnem, ab hiſce moleſtiis plurimùm liberatum; fuiſſe autem Adamantem planum & latum duorum vix granorum pondere. Hinc & quibuſdam *Gemma reconciliationis* dicitur, eò quòd hoſtilem demulceat furorem & conjugum amorem foveat, item quòd mulieris capiti ſubdita adulteram eam declaret Adamanteque indignam ſi virum tum averſetur, quod quia difficillime concipi poteſt, pro incerto nobis habetur, utut aliàs effluviorum, uti *cap. antec. dictum*, in ſpiritum humanum efficaciam permagnam eſſe ſtatuamus, quibus ille modificetur varieque diſponatur & afficiatur. Cœterùm quoad pretium Gemmarum notabilia ſiſtit *Kunckel. in art. vitrar.* nimirum pretium Adamantis eſt juxta proportionem ponderis: Adamas enim pondere 10. ♁ i. e. Caratorum, tunc ſingulum caratum, ſi lapis ſit perfectè pulcher, æſtimatur coronatis 48. in 60. ſi v. g. juxta radicem quadratam numeretur, v. g. 10. erunt 100: ſi verò impurus ſit lapis caratum ſaltem 10. in 30. coronatos æſtimabitur. Quòd ſi ergo 100. cum numero pretii multiplicetur, obtinetur pretium, v. g. 10. caratorum Adamas à 40. coronatorum pretii, erit 400. coronatorum. Pretium *Sapphiri* eſt pro colore, pulchritudine & puritate, maxime & magnitudine: unus granorum 4. valet tot coronatos; optimi in magnitudine æſtimantur ut orientales Adamantes; *Smaragdi* pretium ter excedit, juxta Lindſchotten/ pretium Adamantis ejusdem ponderis; hodie verò non: Artificialem verò talem ſmaragdum pulchrum & durum vid. apud *Kunckel.* ceu *Rubinum ſupra Sect. II. C. VII.*

II. Rubinus (quem *Cerutus in Muſ. Calceol. p. m. 237.* cum *Plinio Carbunculum* appellare non veretur, quia ſcilicet hic juxta *Plinium* ſaltem eſt Rubinus intenſiori rubedine ſplendens) coccineo ſeu ſanguineo colore nonnihil ad cœruleum declinante ſplendet, cujus tamen rubedinis ratione ex ſucci, quo in Inſula *Zeilan* maxime nutritur in ſua matrice, *Balatium* dictâ, varietate, varias poſt appellationes ſortitur, nimirum *Balaſſius* dicitur, quando exiguam valde habet rubedinem, *Spinellus* quando rubicundior balaſſio, *Rubicellus* quando ex his duobus mixtum colorem habet, *Rubinus* verò propriè verè rubens & diaphana gemma, per tenebras in ſpeciem blandæ cujusdam ſcintillæ micans. Tales verſus Bellenz propè Tauriſcos in Helvetia repertos fuiſſe refert *Cyſat. in Deſcr. Lacûs Lucern. p. 293.* refert, licèt præſtantiſſimi Rubini, aliàs in Inſulâ Zeilan reperiantur etiam ovi gallinacei magnitudine; Horum mineram *Muſeo Calceolariano* dono dedit *Ferdin. Gon-*

zaga Mantuæ Dux, glebam ſcilicet quandam prædúræ ſubſtantiæ, colore viridi ſubcinereo inſignitam, inſtar *Ophitis Bohemici* in quâ ut in proprio lare Rubini, Smaragdi miro intuentium applauſu præfulgere viſuntur, præter quam tamen aliam poſſidet, velut ſaxum quoddam in colore non ſubviridi ſed ſubrubro, ut fuſcum ſubobſcurumque videatur, aliquantum ſplendens, cui Rubini colore valde rubro præfulgentes, ut propriæ matri inhærent. *Vires Rubini* quod ſpectat, illum contra peſtilentem aërem pro inſigni amuleto portant & contra terrentia ſomnia, prout & *Gabelkoferus* de ſe refert, verum eſſe quod dicitur illum colorem mutare ſi quod infortunium homini immineat illumq; in priſtinum mutare ſi ex voto demum res ſuccedat.

III. GRANATUS (ita dictus à granis mali punicæ) non niſi in clariori lumine radiat, minus grato colore ſplendet ac Rubinus, & quaſi illi opaca quædam umbra vel quoque nubecula offunderetur; Hinc nec rarus adeo eſt, infantibusque integræ coronæ velut ad collum appenduntur: variat itidem *Colore*, quidam enim magis nigricat, quidam minus, colore violæ Martiæ ipſi admiſto, quod non ſaltem de *Granatis Orientalibus* ex *India*, *Cambaia*, *Æthiopia* allatis, quàm *occidentalibus* intelligendum. Quoad *Vires Granati* illum melancholiæ adverſari & cor reficere credunt, unde & *Electuariis* & *ſpeciebus Cordialibus* illum quidam permiſcent præparatum; *Præparatio* verò ejus hæc eſt juxta *Excell. Bohnium in Colleg. Chym. MScr.* nimirum per calcinationem & ſolutionem; ſcil. ſufficienter ignitus in -∿-tu ⊖is commun. aut quod melius in -∿- ⊕ extinguitur, hicque labor reciprocans toties repetitur, uſque dum penitus ſolvatur, hæc ſolutio aut evaporatur, aut -∿- ⦶*li* vel *Ol.* ♀*ri* in *Magiſter.* ⫧atur, ▽*â calidâ* probè edulcoratur; Atque ad hunc modum præparantur quoque ſolutiones & *Magiſteria* reliquarum *Gemmarum*: juxta *Hartmann. in Praxi Chymiatr. p. 39.* calcinari valent cum 🜍*e vivo*, poſtmodum cum ⦶ quæ *calx* cum ☩*to Terebinthinato* ſolvitur & tum evaporatur, aut ſolutio cum ⊖*e* ♀*ri* ⫧tatur, ſi ſolutiones hæ exſiccatæ in cella fluant, in *liquores* abeunt, qui tamen *compoſiti* ſatis & ⊖bus corrodentibus in acceptis potius referendi: Quare etiam potius, noſtro judicio quicquid agunt Granati attribuendum ſubtiliſſimæ 🜃æ & depuratiſſimo ⊖i, quo prædicta 🜃a in primâ generatione ſoluta erat, concurrente nobiliſſimo 🜍*re* ☉*reo* vel ♂*li*, prout obinde etiam *Granatorum* ut & *Rubinorum mater* in primâ illâ Lapidum frigidantium (Pedra frigoa) dictorum ſpecie, quæ Luſitanis, Cingalenſibus & Malabaris in uſu ſunt, ut refert *D. Herm. Nic. Grim. Miſc. Cur. Dec. II. Ann. I. p. m. 364* ob vim 🜃ſtrem & alcalinam optime actrimoniam corroſivam humorum imbibit & abſorbet, unde *laudat. Grimm.* magno ſibi uſui illam fuiſſe refert in *Febribus continuis* (v. g. ℞. *Matr. Granat*, ʒß, *perlar. ppt.* ℈j. ♁ *diaph. gr. xij*, ⊖ *prunell. gr. viij.*) *Vomitibus*, *Diar-*

rhæis

rhæis intus, extus verò in *Ophthalmiâ, Ulceribus depaſcentibus,* in quibus non ſaltem abſorbent, ſed & incarnant & cicatriſant. Nobiliſſimum autem omnium Granatorum vel potius Rubinorum genus præbet CARBUNBULUS, quem ſupra ☉um Naturam extuliſſe *Joh. de Monte Snyders Tract. de Medic. univerſ. cap. XVI. p. m.* 77. docet, dum in vitrum illum fabrefecit, ſulphurque hujus ♀ur ☉re in confortando corde alia quævis antecellit, nimirum juxta *Muſ. Calceolar. p. m.* 442. Minera Carbunculorum puriſſimi & defecatiſſimi ☉ri particeps à naturâ facta, & *Raym. Lullius* Carbunculum ex Vitro verè aureo ſeu Lapide Philoſophorum confecit, in cujus defectu pro Carbunculo artificiali nitido obtinendo, quomodo quis procedere debeat ex *Mazzotta Cap. præced.* dictum; Eleganti verò ejusmodi Carbunculo ſuperbit in ſumitate Ducis Venetorum mitra, quæ nobis in *Theſauro Divi Marci Anno* 1684. monſtrata fuit. De hoc Lapide verò quia elegantem *Franciſci Spinolæ Mediolanenſis* epiſtolam in *Mn. Scr. Epiſt. Clariſſimorum Virorum ſuperioris ſeculi hactenus ineditarum in Muſ. noſtr.* (brevi tamen imprimendarum) offendi, eam hîc apponere lubuit.

P. F. S. Mediolanenſis, Franciſco cognom. Polo, Brixiano, Sacerdoti optimo ſuo. S. D.

QUod quæris à me de *Pyropo*, qui *Antrax* etiam, vel *Carbo* appellatur, ſitne gemma, an color, vel utrumque potius, id quàm breviſſimè fieri poteſt, explicabo. Tua enim fides & integritas & perſpectiſſima mihi in me benevolentia, facit, ut omnia pro te mihi ſuſcepta jucundiſſima eſſe videantur. *Pyropus* igitur gemma eſt, inter alias (*Opalum* ſemper excipio, ut nitore Antraci, purpura Amethiſto & viriditate Smaragdo excellentem) univerſas longè multumque præſtans. Cujus quidem *tria* ſunt *genera: primum,* quod Perſæ marem vocant, Pega ſcilicet Indiæ oppidum mirabili de magnitudine ſplendoreque magis quam ſpecies aliæ precioſum parit. Etenim propriam accepit à Natura lucem, quâ nocte obſcura tamque Solis fulgore exedræ collucent & illuſtrantur: *ſecundum* autem quædam Troglodytarum regio in Lybia generat, ſi ponatur in aqua in tenebris coruſcat. *Tertium* poſtremò genus vile, quod quidem fœminam Medi, ſed noſtrates Rubinum appellant, ſuo non utens lumine alieno accenditur. De iis videlicet permulta conſcribunt & *Lib. XXVII. cap. VII. Plinius,* & *Lib. II. Tract. II. Albertus,* & *XVI. volumine Cap. Iſidorus,* & *Cap. X. Marbodeus Gallus. Hieronymus* præterea cognomento *Vida libro Chriſtiados primo,* Magdalenæ ornamenta perſequens ait, *media micat ardens fronte pyropus.* Tamen color ille, qui ardorem igneum videtur imitari, à Poëtis conſuevit Pyropus vocari: Ut *Lucretius* de columbarum pluma ſcribens *Lib. II.* inquit:

Namque aliàs fit uti claro ſit rubra pyropo.

Et Ovidius in 2. Metamorph. libri initio:

Regia Solis erat ſublimibus alta columnis,
Clara micante auro, flammasque imitante pyropo.

Et Lib. IV. Elegia XXII. Propertius de primo militiæ Romanæ tyrocinio verba faciens:

Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.

Atque ſolummodo veterani, & milites præterea alii, qui armorum in certamine ſpecimen aliquod dediſſent, ſuique periculum feciſſent, ita pictis ornabantur clypeis: at quoniam alba ſcuta tyro exercitus ferebat, nono Æneidos libro dicit de Helenore Vergilius:

Mæonio Regi quem ſerva Lycimnia furtim
Suſtulerat: vetitisque ad Trojam miſerat armis:
Enſe levis nudo, parmaque inglorius alba.

Quo

Quo pacto autem illiusmodi colorem antiquitas compoſuerit *Libro XXIV. in extremo Capitis VIII. parte*, his verbis docet *Plinius*: Coronarium (hoc eſt, *æs Cyprium*, quod vulgus *Bronzum* nominat) tenuatur in laminas, taurorumque felle tinctum ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet: idemque in uncias, additis auri ſcrupulis ſenis, pertenuis pyropi bractea igneſcit. Atque ſimilis color eſt tempeſtate noſtra ab opificum induſtria ita comparatus, ut ligneis cum tabulis primo quàm tenuiſſimas argenti bracteas conglutinent, deinde eo colore liquido qui grana Laccæ ab ipſis vocitatur, illas diligentiſſimè pingunt. Verùm, ne hæc in longius ducam, cùm ſic loquuntur Poëtæ, *Parma picta fulgebat inducto pyropo*, ita debes interpretari, Rubro colore parma picta non minus, quàm pyropus, videbatur fulgere. Primo diluculo hæc pauca ſcripſi ex tempore, cùm multa mihi conficienda eſſent negocia. Si rem cupies pluribus explanari, meque tuæ voluntatis facies certiorem, te libenter hodie domi expectabo. Vale. *Brixiæ* III. Calend. April. cIↃ IↃ LXI.

Cœterùm Carbunculos olim in valle Lepontina in Rhætia repertos fuiſſe docet *Guler. in Rhæt. L. XIII. p. m. 205.*

IV. Hyacinthus (nomen pueri Laconici à Zephyro interfecti ob zelotypiam de quo vid. *Martini Lex. Philol.*) non equidem hyacintho flori ſed potius Lilio Croceo *Caſp. Bauhin.* ſimilis eſt, nim. colore itidem rutilo minii inſtar tingitur vel etiam croci, aut ſuccinum flavum æmulatur aut album, quales tamen omnium viliſſimi, ceu *Agric.* hyacinthos coloris dilutioris *fœminas* & obſcuriores *maſculos* nominavit. *Aldrovand. Muſ. Met. p. 964.* docet, quod is qui talem exactam Hyacinthi cognitionem ex coloribus expetit ad 3. ſeq. Species attendere debeat: *Prima* Rubicunda ex hiſce eſt rurſusq; 5. alias ſub ſe habet. α aſſimilatur Granato. β eſt ſimilis vino in rubedine flaveſcenti, & hæc ſpecies fortè erit *Rubinus flavus Garziæ ab horto.* γ in colore rubro flaveſcente nonnihil purpurei participat, & ex *Cayro Babyloniæ* deferri dicitur. δ eſt ſuperiori ſimilis, ſed ibi nonnulla puncta rutilantia inſtar ſtellarum ☉earum obſervantur, & aliqui ſpeciem hanc *Sandaſtrum Plinii* eſſe opinantur. ε ſpecies pariter prædictæ aſſimilatur, ſed, in illa loco ſtellarum, atomi nigricantes conſpiciuntur, & ob viridem & ☉eum colorem hæc ſpecies aliquibus *Chryſopraſſus* nominatur. *Secunda* ſpecies principalis Hyacinthi, in qua flavus color dominatur & *Chryſolithos* cognominari poteſt in 4. alias ſpecies ſubdividitur. 1. fulget inſtar ☉i, & ad mentem *Plinii* ab *Æthiopiâ* defertur. 2. eſt coloris dilutioris, ideò *Albertus Magnus* ſimilem gemmam in obſcuriorem & clariorem diſtribuebant. 3. eſt, in qua prædominatur flavus color cum aliqua rubedine, & ad virorem obſcurum inclinat. 4. eſt habens colorem flavum ita dilutum, ut Topaſio ſit ſimilis. *Tertia* ſpecies principalis, quæ amethyſtini coloris eſſe dicebatur, in 5. etiam ſpecies dividitur. α eſt, quando in cœruleo nonnihil ruboris & purpurei apparet. β eſt ubi in cœruleo diluto aliquis color flavus conſpicitur. γ ubi color eſt violaceus, ſed obſcurus & opacus & ex *Arabia* juxta mentem *Plinii* afferi perhibetur. δ eſt ſubſtantiæ craſſæ cum cœruleo diluto portione coloris flavi, & hujusmodi *Hyacinthus viliſſimus* habetur. ε poſtrema ſpecies eſt

coloris

coloris dilutiſſimi, & fortaſſis erit illa apud *Albert.* quæ *Hyacinthus aquaticus* nominatur. Rubicundiores ſunt tam Orientales ex *Indiâ, Æthiopiâ,* quàm Occidentales ex *Sileſiâ, Bohemiâ. Vires* eorum eſſe *ſomnum provocare, contra toxica & peſtem valere, exhilarare hominem* & à *fulgure* portantem *defendere* ferunt: pulveriſatus verò (non autem ♀ vaſe ob ♀ vim catharcticam, de quo *Miſc. C. Dec. II. Ann. IX. p. m. 5. Exc. Schröckius*) ob vim præcipitantem ⊖ia acria venenata infringit & domat, ceu hinc Ingrediens eſt *Pulveris rubri Pannonici* ſeq. ℞. *Bol. arm. cum Aq. roſ.* ♁ *ppt.* ℥iiij. ▽ *Lemn.* ℥ij. *Lapid. Smaragd. Rubin. Saphir. Hyacinth. Oſſ. de corde cerv. Corall. rubr. aa.* ℥ß. *Corall. alb.* ʒvj. *ſpodii margarit. ana* ʒv. *cinam. ſant. rub. ſem. acetoſ. aa.* ʒij. *caryoph. croci aa.* ʒj. *cort. citri, ſantal. alb. ana* ʒiß. *ebor.* ʒiij. M. f. Pulvis ſubtil. ſ. a. cui adde *Fol.* ☉. *num.* 50. M. Eſt alexipharm. egregium in *Febr. malign. Variolis* præcipuè & *Morbillis,* ipſaque *Dyſenteriâ,* ceu ſeq. *Bolus* mox juvit *Regem Poloniæ Caſimirum Dyſentericum,* teſte *Cnöphel. in Faſcic. p.* 104. ℞. *Pulv. Pannon. Theriac. ana* ℈j. *Laud. opiat. gr j. Conſ. roſ. rubr.* ʒiß. M. f. Bolus, Sic & *Trochiſci prophylactici* in Officinis noſtris tales inde parantur: ℞. *Pulv. Pann. rubr. Spec. liber. ana* ʒij. *Conf. alk. rec.* ℥ß. *Sacch. opt.* ℥vj. *cum mucil. gum. trag.* ▽ *ſucciſ. extr.* Fiant Trochiſci.

V. Saphirus, quaſi σαφὴς ἶρις, i. e. manifeſtus Iris (quia ſcil. colorem tum arcûs cœleſtis, tum flores Iridis refert) cœleſti cœruleo colore conſpicuus eſt, qui ſi ſit ſaturior, *Mas,* dilutior magisque albicans, *Fœmina* vocatur, isque vel ex *Oriente* vel *Occidente* habetur, qualis tamen vilior Orientali habetur, nim. *Occidentales* reperiuntur in *Bohemiâ, Sileſiâ, apud Rhodanum fluvium, &c.* qui tamen molliores ſunt & lacteo colore perfuſi apparent, ideo *Leucoſaphiri* dicti, prout & qui omni colore carent, *albi Saphiri* dicuntur & Adamantibus valde aſſimilantur, eorumque vices ad ornatum ſubeunt, & peritiſſimos etiam Gemmarios decipiunt, dum Adamantes eos eſſe credunt, ſicuti & nobis quandoque in Promotione Magiſtrorum Philoſophiæ contigit, ceu & *Aldrovandus Muſ. Met. p.* 972. refert Vitrum cœruleum inter duos Adamantes Bohemicos glutinatum egregiè Saphirum ſimulare, item Saphirum in ☉ liquefactum projectum 4. horarum ſpatio album inde extrahi. Cujus occaſione non poſſum non communicare ex meo vetuſto MS. in 4to, *p.* 3. ſeq. arcanum ad Saphirum album corrigendum: Wilt du ein ſchön Grün machen/ die da beſteht am Lufft/ und iſt beſtändig/ und Saphir die weiß ſeyn/ magſt du auch von Farb machen und anders. Nim̃ ein guten gediſtillirten Eßig wie der Brandtenwein/ auffs meiſt wie du kanſt/ darein thu Spongrün/ als viel du wilt/ und laß ihn die Farb außziehen/ und daß es 1. Finger oder 4. über den Spongrün gehe/ ſo zeucht der Eßig die Krafft alle herauß auß dem Spongrün/ thu auch darein ein wenig ✱/ das iſt Salmiac/ j. Loht/

auff

auff j. Theil Spongrůn/ und laß es ein Tag und ein Nacht ſtehen/ dann ſeyhe den Eßig ſäuberlichen herab in ein ander Glaß/ und geuß ein andern Eßig auff den Spongrůn / und laß ihn ein Tag und ein Nacht darůber ſtehen / das thu noch einmahl / und geuß den Eßig zuſammen in ein Glaß/ und laß es ſtehen/ ob ſich mehr feces oder Hefen an Boden ſchliegen/ ſo ſeyhe es dann darvon/ dann ſetz den grůnen Eßig in Balneo Mariæ in das Waſſer ein Tag und ein Nacht/ darnach ſo zeuch den Eßig auff das halb ab herůber/ und nim̃ ihn dann herauß/ und ſetz ihn an ein kalt Ort ein Tag oder zween/ ſo ſchieſſen dir die allerſchönſten und klareſten Cryſtallen auff / auff grůn / die alleredleſten / ſo ſeyhe den Eßig ab/ und laß die Cryſtallen trocken werden/ die gelten gern j. Loht j. fl. So du dann die Cryſtallen höher bringen wilt/ ſo thu die in dem Spongrůn am erſten/ ſo du den ✳ darein thuſt/ auff 2. Theil Grůnſpon iij. Loht ✳/ und j. Loht calcinierten weiſſen Weinſtein/ und arbeit wie zuvor/ ſo ſchieſſen die allerſchönſten blauen Cryſtallen/ die dir j. Loht gern j. fl. gelten/ und iſt offt probiert. Wer wil machen einen Stein der weiß iſt auff Saphir oder Tůrckis Art/ iſt ein kluge Kunſt. Nim̃ j. Cryſtall/ und ſtoß die gar klein/ und ſeyhe ſie durch ein eng Sieb: nim̃ ein ſchöne Laſur / die gut blau iſt/ oder ein ſchön Grůn / die außgezogen iſt auß dem Spongrůn/ darauß machſt du Tůrckis/ oder wie du ſie haben wilt/ die ſtoß und zerreib ſie klein/ und nimm weiß Eyer-klar und zerſchlag die zu Waſſer/ darnach ſo nim̃ die Laſur / oder die Grůne/ und die Cryſtallen/ und miſche mit Eyer-klar durch einander/ daß es ein Teiglein werd/ und mache darauß Ringlein oder Häfftlein/ oder was von Steinwerck ſo du es haben wilt/ und legs darnach auff ein breit Eiſen/ und dörre es in einem glůenden Ofen/ daß es hart wird/ und ſchau daß kein Feuer daran komme/ dann es wurd ſchmeltzen/ und wann es genug hart iſt/ ſo nimme es herauß/ ſo iſt es als ein ſchöner Saphir / oder als ein ſchöner Tůrckis/ und iſt gerecht/ ꝛc. *Vires* Saphiri ſtupendæ referuntur tam in animam quàm corpus, nimirum quòd *animi in DEUM propenſionem conciliet, iram frenet, libidinem coërceat* (fortaſſis ait *Aldrovandus loc. cit.* quia refrigerat, juxta verſus,

Corporis ardorem refrigerat interiorem
Saphirus, & Cypriæ languida vota facit.)

contra fraudes & triſtitiam polleat, ♃*vi* & ☉*li* hinc dicatus; *Oculorum* verò maximè *inflammationibus* & *humiditatibus* mederi teſtantur, dum & *butyro mixtus* palpebris illinitur, id quod abſorbendi & invertendi vi præſtare poterit, ſicut ob adſtrictionem quam in ſe habet, *fluxus alvinos varios, hæmorrhagias* item *ſiſtere* valet; quem in finem quoque TRa *Smaragdi* à Chymicis parata commendatur, maximè ſi ſit radicalis per ✢ *radicatum* vel *liquorem alkaheſt*, cujus tamen in defectu ſic aſſequi poterit TRa *Saphiri* ut & *Smaragdi*, in *paſ-*

in *paſsionibus archæalibus*, quæ cum ſpirituum fugâ, receſſu ac eorum velut concentratione contingunt ſec. *Excell. Köferlinum Diſquiſ. Med. de Spirit.* §. 155.
℞. *Harum Gemmarum pollinem*, eique affunde ⁓*um* ⊡*æ ſolventem* & digeſtioni committe, & poſt paucos dies extrahetur TRa ex Saphiro *cærulea*, Smaragdo autem *viridis*, quam decanta, repetendo menſtrui affuſionem uſque dum amplius non tingatur, poſtea verò ⁓ ⊡*æ* per phiolam (impoſito alembico) leni calore abſtrahe reſiduoqu e affunde ▽ *rectif.* & ſic obtinebis elegantem TRam. Aliis pro arcano communicatum, gemmarum pulverem ſæpius ⁓*u roris majalis* irrorandum eſſe, ex quo poſtea per ☋ pelli poſſit *Oleum* miræ virtutis, qui modus reliquis nobis præfertur. Cœterùm dicitur aliàs Saphirus ab Homine ♀reo *nitorem amittere*, ceu & de eo refert *Helmontius Magnet. vuln. Curat.* §. 34. *p. m.* 754. quòd ſi *anthracem* quo peſtis ſe ſe prodit, attigerit & aliquamdiu affrictus fuerit, mox verò auferatur, non ceſſet magneticè jam abſens gemma virus totum è contaminato attrahere, modo id viribus nondum debellatis fiat.

VI. Smaragdus παρὰ τὸ μαρμαίρειν à rutilando (quia ubicunque conſpicitur, ſemper rutilans conſpicitur) dictus, virenti jucunditate amœniſſima prata proximè repræſentans oculos conſtanter ſatiat, hoc verò quia quàm maxime præſtant *Scythici* & *Orientales*, reliquos antecellunt, quamvis in *Angliâ* non ignobiles habeantur, ut & *Cypro*, qui cupri hinc TRam poſſident, ceu & lapidi lydio affricatus Occidentalis Smaragdus æris colorem reddit, teſte *Scaligero*. Noſtris temporibus, ait *Aldrovandus Muſ. Met. p.* 974. Smaragdi in duplici diſcrimine tantùm conſtituuntur. Alii enim ſunt Orientales, alii Occidentales. Orientales ſunt duriſſimi & virenti jucunditate amœniſſimi. Occidentales in 2. ſpecies ſubdividuntur, nempe in Europæos & Peruvianos: Peruviani etiamſi viriditate jucunda ſcateant, nihilominus ut cæteri non radiant, & plerumque maculis hinc inde ſunt inquinati, deinde duritie carent, quam Orientales poſſident. At ex vicinis regionibus paulò duriores afferuntur, ſed exiguam apud Gemmarios authoritatem habent, quia ad nigredinem inclinant, & cùm ſint planè virides, Praſio valde aſſimilantur. Europæi, qui in *Cypro, Britannia*, aliiſque locis hujus generis reperiuntur, ignobiliores ſunt, niſi duritiem & elegantiam habuerint, Sin à magnitudine petantur differentiæ, Orientales raro nucis avellanæ magnitudinem excedunt, Occidentales tam magni obſervantur, ut latitudinem palmæ manus ſuperent. Cœterùm Europæi raro magni inveniuntur. Hinc fabuloſam credimus eſſe hiſtoriam apud *Theophraſtum* recitatam de *Rege Babyloniæ*, qui *Ægyptiorum Regi* Smaragdum 4. cubitos longum & 3. latum dono miſit, & obeliſcum ex Smaragdo 40. cubitos altum in templo Jovis fuiſſe dicatum, & ſtatuam ſmaragdinam *Herculi* ſacratam in *Tyro* viſam fuiſſe. Hujus-

modi autem opificia non ex Smaragdo, ſed potius ex Praſina gemma vel Jaſpide fabricata fuiſſe exiſtimamus: nam hi duo lapides optimè Smaragdum ſimulant. Ejus matrix ſæpe *Praſius*, cujus viror dilutior eſt, exiſtit. Quò & referendus *Lapis Viridis*, *Smaragdi* ſpecies, quæ intenſius calefacta in tenebris ad tempus notabile lucet, ita quidem ut color ejus viridis admoto igne incaleſcentis in intenſiſſimè cœruleum mutetur, quem pariter retineat, quandiu ſplendet, redeunte poſtea nativâ viriditate, teſte *Muſ. Soc. Reg. Lond. p.* 287. Cœterùm matricem Smaragdi Praſium juxta *Albert. M.* eſſe agnoſcit quoque *Aldrovand. Muſ. Met. p.* 898. dicens: Praſio (ita dicto quia ejus color porro vel marrubio ſimilis eſt) interdum aliquid rubri, albi vel nigri inſidet, cùm adnaſcatur *Jaſpidi*, *Cryſtallo*, *Smaragdo* & aliis *Gemmis*, à quibus varia corpuſcula & diverſos colores acquirit, ceu hinc tres ejus differentias facit, *unam* quæ exactè colorem porri imitatur, *alteram* quæ multum flavedinis habet & colorem quaſi ſilicis areſcentem repræſentat & cum aureo ſplendore Chryſopterum Veterum conſtituit; *tandem* qui exiguâ viriditate ſed majori flavedine luteſcit, quod tamen genus ad Lapides nephriticos potiùs referendum, ceu talem gemmam in ejus *Muſeo Bononiæ* vidimus, quam Praſium leucochloron nominavit, quia maculis albis & virentibus erat referta; aliquâ tamen ex parte nitebat. *Vires* Smaragdi feruntur eſſe à *morbo comitiali præſervare*, ſi collo ſuſpendatur, item *partum promovere*, ſi coxæ alligetur, maximè verò ♀*earum rerum impatientem* eſſe, prout *Albertus* ille *Magnus* aſſerere haud veretur, Regi Hungariæ cum uxore rem habenti ſmaragdum annulo inſertum in tres fuiſſe divulſum partes. Eodem quoque teſte, collo ſuſpenſus ſanat *Hemitritæum*; Q. Serenus monet:

Coralium atque crocum corio connectito felis
Nec dubites illis virides miſcere Smaragdos
Talia languentis conducent vincula collo
Lethalesq; abigent, miranda potentia, morbos.

Intus exhibitus dicitur contra *venena* prodeſſe *peſtem*que fugare; Sic namque eſt ingrediens *Pulveris prophylactici Volkameriani* ſequentis: ℞. *Smaragd. Hyacinth. ppt. ana* ℨj. *C. C. uſt. ppt. Corallor. rubr. ppt. ana* ℨij. *Sacchar. perl.* ℥ij. M. f. Pulvis. item *Pulveris Pannonici correcti Cl. D. Screta in Tr. de Febr. Hung. p. m.* 253. ℞. *Smaragd. ppt.* ℥iv. 🜃 *ſigill.* ℥vj. *Rad. torment. fraxinell. ana* ℥iv. *Unic. foſſ. Raſ. eb. C. C. ph. rad. Doron. ver. ana* ℨvj. *Sant. citr. Cort. citr. ext. Sem. aceto. Opii, Camph. Croci ana* ℨij. M. *Doſ. à* ℈ß. *ad* ℈j, ℨß, ℨj. ſingulariter autem Smaragdus nimium *menſium fluxum* cohibuit in *virgine* ad *gr. viij.* datus, experientiâ *Cl. D. Dan. Crugeri Miſc. Cur. Dec. II. Ann. V. Obſ. XXIV.* cui doctiſſimum ſcholium ſeq. de *viribus Smaragdi* addidit *Illuſtr. DN. Præſes Schrökius*: Smaragdi, ait, in dyſenteria vires ex variis Auctoribus, inprimis oſtendit

Dan.

Dan. Sennertus in paralipom. ad lib. 3. med. pract. num. 5. quin & alias hæmorrhagias ſiſtere, *Anſelm. Boëtius lib. de lap. & gemm.* animadvertit; quare etiam TRa ex eo parata in omnibus *hæmorrhagiis, uterinis* quoque commendatur; vid. *N. de le Febure Chim. part. 2.* Unde verò ejusdem vires proveniant, incertum. Si *Paracelſo* credimus *Tom. VIII. L. II. philoſoph. tract. 5. cap. 3.* Smaragdus ♀eam naturam ſive colorem à ♀ obtinuit; prout etiam *Jul. Cæſ. Scaligero exerc. 104. de ſubtil.* §. 8. originem ab ære habere dicitur, tum quòd colore cum ærugine conveniat, tum lapidi Lydio affricatus, Indiæ mercatorum exemplo æris colorem reddat, id quod etiam TRa ex eo parata, cœruleo colore ♀ri inſito conſpicua, tum quòd in vitris ſmaragdino colore imbuendis æruginem vel ♀ris Crocum artifices quandoque adhibere ſoleant, probabile reddit. Cùm verò vis antidyſenterica ♀ri metallicæ haud competat, quæ *ventrem* turbare potiùs & acido morboſo ſaturata corrodere valet, nec etiam corpus ▽reum (cui quidem ut corpori frigido & ſicco, ſi cum Veteribus loqui liceat, *alvi ſanguinisq; fluxus* moderandi vim non prorſus denegabimus) TRam iſtam diſperſam continens, in parvo utpote pondere adhiberi ſolitum, acidum dictum ſufficienter abſorbere & mortificare queat, vel tingens illud ♀ ſmaragdinum ab alio deducendum erit principio, vel quod de aliarum gemmarum virtute fateri communiter ſolent, incognitam Smaragdo vim ineſſe dicemus, quam inſenſibili particularum emiſſione, vel uti loqui amant, irradiatione & ita ſpecificâ virtute exſerat. Poſt Adamantem equidem mentionem facit *Aldrovandus Muſ. Met. p. 952.* BERYLLI, verùm quia is gemma eſt quæ colorem ex viridi cœruleum exhibere videtur, qualis color in aquâ maris quandoque obſervatur (ceu & à Gemmariis Aqua marina dicitur) non immeritò is locatur poſt Smaragdum & Saphirum, quia harum Gemmarum colores imitatur, ceu *Boëtius de Gemm.* refert colorem ejus exprimi poſſe, ſi quis parum Indigo aquâ ſoluti cum decimâ ſaltem parte coloris viridis permiſceret. *Aldrovandus Muſ. p. 952.* refert ſe Beryllos obſervaſſe ita eleganter à Naturâ ad angularem formam redactos, ut manus Artificis rectius eos formare haud potuiſſet, quin & ratione figuræ & coloris differentes Beryllos vix poſſe enarrari, quare ſaltem à ſe obſervatas ſeq. ſpecies ſiſtit, 1. eſt Beryllus probatiſſimus viriditatem puri maris imitans. Huic proximum conſtituit *Plinius*, Beryllum primo pallidiorem, cum fulgore ad aureum colorem tendente. Vicinum genus pallidius facit, & Chryſopraſum dici aſſeverat. Quarto loco Berylli hyazinthizontes collocantur, nimirum illi qui colorem hyacinthi æmulantur. Quinto loco recenſentur Berylli Æroides, quoniam viriditatem æris referant. Sexto loco ponuntur Cerini, qui ſplendore cryſtallino colorem ceræ exprimunt. Cæterùm una cum *Boëtio* dubitamus, quòd *Plinius* & alii *Authores* ad prædicta

genera multas alias Gemmas reducant, cùm nomen Berylli olim commune fuiſſe videatur & comprehendiſſe illas Gemmas, quæ inſtar Cryſtalli fulgentes aliquo colore diluto infectæ fuerunt.

VII. Chrysolithus (Veterum Topaſius) Gemma eſt colore viridi, Smaragdo dilutiore cum nonnullâ flavedine diaphana, quandoque per viridem etiam aureum fulgentem colorem habens, & *Chryſopatius* quibusdam vocatur: ſelectiores habentur ex *India*, ac etiam è jugis *Myſinacis*, ceu Poëta:

Æthiopes modò Chryſolitum dant, vana domantem
Somnia, vel Lemures, Theſſala monſtra quoque.
Iſte melancholicis timidis ſuccurrere fertur,
Sed gerulum caſtum condecet eſſe ſuum.

Nimirum *Vires*, ut dictum, ſunt *antimelancholicæ* ſi ad *gr. XV.* exhibeatur, ſic enim *deſperatos* ſe curaſſe intra octo dies *Cardanus* teſtatur.

VIII. Topasius aureo colore eſt translucidus, præſertim Orientalis, *Plinio* Mellichryſos dictus; *Differentiæ* ejus ſunt inſtar aliarum Gemmarum, quòd alii ſint *Orientales*, alii *Europæi*: *illi* ſunt inſtar puriſſimi ☉ rutilantes & omnibus Gemmis, adamante excepto, duriores ſunt; horumque alii ſunt in colore dilutiores, ſed qui medio modo ſe habent, præſtantiores eſſe feruntur: *hi* verò molles ſunt inſtar cryſtalli & in aureo colore vel multùm vel parum nigricant. Quidam paſſim inveniuntur in *Bohemiâ* aureo colore ſplendentes & ab Orientalibus nonniſi duritie diſcrepant; Orientales in *Æthiopiâ*, *Arabiâ* reperiuntur, ſed præſtantiores in *Indiâ* & *Bactrianâ* eruuntur. De *Factitio Topaſio* è ♄ diximus *Sect. II. Cap. de* ♄. *Vires* ejus adversùs *ſanguinis eruptiones* tribuuntur, nec deſunt qui facto periculo audeant affirmare quòd in ▽am ferventem injectus illius fervorem ita temperet, ut in illam nuda manus abſque læſione immitti poſſit. *Mich. Mercatus Tr. de Peſt.* refert Romæ ſub Gregor. XI. fuiſſe Medicum, qui *peſte correptos* ſolo tactu Topaſii curârit.

IX. Turcois à Turcis à quibus adfertur dicta, gemma eſt non translucida, ex viridi, albo & cœruleo colore miſto quaſi compoſita, ⊕ris exactè referens, ceu & *Muſ. Soc. Reg. Lond. p.* 294. refert, ſpeciem eum videri ſaltem *æruginis ſuo modo petrefactæ*, id quod præter colorem etiam ſapor ejusdem calcinati confirmat, unde minus videri poſſit. Lapidem hunc tandem, præſertim aëri diutius expoſitum, coloris elegantiam perdere, quæ poſſit reſtitui per *Ol.* ⊕*li*. Dividitur *Turcois* in *Orientalem* cœruleo potius quàm viridi colore refertum & *Occidentalem* magis vireſcentem & plus juſto albeſcentem: *Orientalis* rursùs vel nativum colorem perpetuo ſervat, vel paulatim amittit & quodammodo vireſcit, quorum illi in *Perſiâ* & *Indiâ Orientali* eruuntur; hi verò in *Hiſpaniâ*, *Germaniâ*, *Bohemiâ* & *Sileſiâ*. In *Perſiâ*

Turcois

Turcois quibusdam nigris lapidibus adnaſcitur, quaſi illorum excrementum vel potius ♉︎tum rectificatiſſimum ⊖licum cum depuratiſſimâ ▽â videretur. Tantæ magnitudinis Turcheſia in *Theſauris Magni Ducis Hetruriæ* viſitur, ut juglandem æquet, cui *Jul. Cæſaris effigies* inſculpta eſt. Refert *Poter. Pharmacop. p. m.* 499. *Joh. Caſſianum de Puteo* paraſſe *Turcoidem artificialem* ex ebore ſeu unicornu foſſili ope calcinationis, qui naturali colore, duritie & virtute fuerit ſimillimus, quin & ex quibusdam piſcibus petrificatis idem fieri poſſe; hac de re in *Diſſertat. peculiari* diſſerit *Curioſiſſ. Monachus Ciſtertienſis Sylv. Boccone Muſ. di Phyſ. p.* 278. ubi *Turquoiſes della Nouva Rocca* ex certo foſſili, unicornu foſſili duriori igne reverberii coloris azurii gratiſſimi obtineri refert. Miræ hujus *Vires* referuntur, ſi v. gr. accidat, ut quis caſu quocunque modo periclitetur, aut adversâ ſit valetudine, facere gemmam hanc ne geſtans eam lædatur, ipſamque gemmam aut rumpi aut à colore remittere & palleſcere, ceu non ſaltem ex *Boëtio* ſupra retulimus, ſed & ſimile exemplum adferre ſe poſſe ſcribit *Ol. Wormius*, & adhuc aliud *Smuck in Theſauriol. p. m.* 17. niſi quis ex *Anshelmo* petitum quis putaret, qui & ingeniosè rationem mutati coloris, dum portans illam æger eſt, acceptam refefert molliori hujus gemmæ texturæ, quam tenues halitus morbifici inficiunt nitoremque ejus obſcurant, haud ſecus ac aliàs ⊖is ✳ci & ✠ti beneficio hæc gemma priſtinum nitorem recuperare valet. Cœterùm Turcoidem gemmam ſub conſtellatione ♃ & ☽ eſſe vult *Ezlerus Iſag. Phyſ. Mag. cap. VII. p m.* 166.

X. Bufonius Lapis non in capite bufonum, unde falsò etiam *Crapaudina* dicitur, ſed etiam in calcariis petris, ſaxis, fungi inſtar naſcitur, & rectius hinc cum *Ampliſſ. Bauſchio Tr. de Hæmatit. p. m.* 72. *Lapis conchites* appellandus, vel, ut *Exc. Menzelius in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. IX. Obſ. LXX.* refert, reperitur in Echinometris, de quorum hinc Generatione doctè ita loquitur: Circumferuntur, ait, paſſim lapides, qui impropriè Germanis Kröttenſteine vocantur, quòd à bufonibus magnis & veteribus eructari, aut quocunque modo provenire putentur: Horum figura plerumque eſt rotunda, diverſæ magnitudinis, quandoque ovalis, ſæpius conica, ovi inſtar per medium diſſecti, quinque ſtriis vel punctorum lineis æqualiter figurâ pentagonicâ diſtinctis conſpicua. Quidam eorum figuras teſtudinum cheloniis aſſimilant, unde ipſis *Chelonitides* dicuntur, quod teſtudines nuper ex ovis excluſas & in lapidem converſas ineptè credant. Sic vocatur quædam eorum ſpecies *Ovum anguinum*, quod à ſerpentibus confletur, *Brontia*, quod tonitru, *Ombria*, quòd imbribus detrudatur, & quæ ſuperſtitio, Ignorantiæ mater alia atque alia nomina invenit. Verùm ut brevibus proferam quod ſentio, hunc lapidem eſſe fœtum *Echinometræ*,

Echini marini, Spatagi, Briſſi & horum generum, in quorum teſtarum cavitatibus generetur lapis ille, per alicujus limi aut materiæ lapideſcentis accretionem, adjuvante præſertim viſciditate inſecti demortui in teſta ſua, ſalvis aliorum judiciis, firmiter mihi perſuadeo: ita ut hic Lapis à loco ſuo natali meâ ſententiâ non abſurdè appellari poſſit *Echinitis, Echinometritis, Spatagitis, Briſſitis,&c.* Uti enim *Conchitides* Patriam ſibi vendicant *concharum* aut *cochlearum cavitates*, cum ſceleta vel putamina eorum nuda & vermibus ſuis orbata limoſam & lapideſcentem materiam diu in ſe retinuêre, quæ tandem per annos & ſecula duriſſimi lapidis conſtantiam acquiſivit & denique conſumptâ putredine vel diuturna calcinatione conchæ vel cochleæ ſubſtantiâ formam conchylii internam cum omnibus lineamentis tanquam Ectypum exprimit. De horum Lapidum figuris eleganter ligno exſculptis, conſule *Joh. de Laët de Lapidib. L.2 c.29. p. m.191. & ſeq.* Eodem planè modo accidit, cum Echinitidibus noſtris, vulgò Bufonum lapidibus, hi enim ſuorum Archetyporum qui ſunt *Echinorum* marinorum teſtæ, Ectypos exactè præſentant. Nam, ut notum ex *Aldrovando, Geſnero, de Boët, de Laët, Boccone, & aliis Lithographis,* nec non ipsâ experientiâ Lapides hi Echinometritides omnes cujuſcunque ſint magnitudinis & figuræ (ut ſuperiùs notatum) in ſuperficie ſua oſtendunt 5. ſtrias vel punctorum ordines, æqualiter inter ſe diſtantes inſtar figuræ quinquangularis nunc ab apice ſummo tanquam ſuperiore axe, ad inferiorem excurrentes, quales viſuntur in cavitatibus teſtarum Echinometrarum, nunc in medio lapidis corpore ſubſiſtentes, ut conſpiciuntur in putaminibus Spatagorum, ab antiquis ita nominatorum. Exſtant talium Lapidum figuræ eleganter exſculptæ nomine *Brontii, Ombriæ* & aliarum vocum apud Auctores, præſertim *Joh. de Laët. Gerhardum, Scheuchzerum, &c.* Hi Lapides in teſtis Echinometrarum variarum geniti, quandoque teſtas ſuas vel integras vel caſu fractas & particulatim retinent, unde à quibusdam pro Echinometris petrificatis & in lapidem converſis habentur, ut apparet apud *Aldrovandum de Echinis marinis*, inprimis apud *Curioſiſſ. Bocconem* in tract. dicto *Recherches & Obſervations naturelles p.m.296.298.&c.* Etſi autem petrificationem variarum rerum & ſic quoque echinorum marinorum negare nolim, cùm ſcil. res animata cum omnibus ſuis internis & externis partibus à cauſa lapidifica in duritiem lapidis vertitur; tamen pace horum Virorum ſtatuerem quoquè petrificationem echinorum marinorum contingere tum demum, cùm echini inſecto (quod de genere *polypi* & ſtellæ marinæ eſſe arbitror & per ſe aliàs uti reliqua marina inſecta, gelatinoſum vel viſcoſum corpus obtinet, ſicuti in littoribus maris Baltici paſſim videre licet) interemto vel aliàs mortuo, materia limoſa lapidifica varia in æquore ſalſo contenta ſeſe paulatim inſinuat teſtis echinometrarum tanquam nudis

ſceletis

ſceletis vel corticibus & inibi colligitur, paulatim condenſatur & per aliquot ſecula tandem, pro materiæ conditione in duriſſimum lapidem concreſcit, qui ratione vel viſciditatis materiæ vel ſiccitatis ejusdem, teſtas Echinorum marinorum vel retinet totaliter, vel ex parte, cujus exemplaria habui, & adhuc retineo & apud *Bocconem l. c. p.* 298. & alios exſtant: vel denique teſta penitus recedit à materia lapidis ſicca, & relinquit veſtigia formæ ſui Archetypi (quam habebat in convexitate ſua) lapidi impreſſa. Hæc *Menzel.* Eſt verò Bufonius lapis opacus, duritiei ſiliceæ magnitudine unguis digiti, coloris ut plurimum griſei, ad rubedinem quandoq, tendens, oculi modo convexus, alterâ parte magis planus. Vulgus eum ☽o annulis includit ac de collo ſuſpendit, ut affrictus *oculorum inflammationes* mitiget, prout contactu & affrictu *Tumores & inflationes à venenatis animalibus* vel *ſuccis plantarum acribus* inductas certò diſcutit, uti obſervationem producit *Wormius* cujusdam ex *ſucco eſulæ* tumorem faciei patientis, qui mox affrictu Lapidis levamen ſenſerit. Sic & *Solenander Conſil. p. m.* 308. refert ad *omnem affectum puerorum* quomodocunque ſe habeat, præſertim in *Verminantibus cum & ſine febre* experimento conſtare optimum eſſe *Lapidem Bufonis* appenſum.

XI. Opalus elegantiſſima gemmarum ex eodem puncto varios colores ad inſtar iridis ſed mirum in modum temperatos reddit, adeo ut *compendium omnium gemmarum* habeatur & palma ei inter omnes deferatur, dum & ars nullo modo hanc colorum ſolertiam imitari valet, nimirum Lapis eſt candidus Carbunculi fulgorem, Amethyſti purpuram & Smaragdi virorem oſtentans. *Boëtius de Gemm. quatuor ejus genera* facit, 1. eſt *diaphanum* abſque ulla opacitate, qualem avellanæ magnitudine *Nonius Senator Romanus* 2000. aureorum valore poſſedit, & *Cardanus* refert ſe unum 15. coronatis coëmiſſe, à quo tantam delectationem habuerit ac à Diamante 500. coronatorum. 2. tendit *ad nigredinem* cum fulgore Carbunculi. 3. *varios* habet *colores*, & huc referuntur, qui lacteo colore opaci ſunt & *Oculi Cati*, de quibus mox, ac etiam *Pſeudopali* dicuntur. 4. *Diaphanum* eſt *oculisq; piſcium ſimile* & parum cœrulei lactis aut flavi coloris in ſe habere videtur, imò luci oppoſitum, ſi vertatur, intus ſplendere, propter lucis reflexionem conſpicitur, eſtque potius *Aſteriæ ſpecies*: nimirum eſt unus altero nobilior, ſicut à nobilitate hujus deſciſcunt qui ex nigredine igneum carbunculi fulgorem mittunt, aut flaveſcunt magis, aut ex altero latere, ſi luci obvertantur, lucere videntur. *Vires* ejus ex coloribus æſtimantur, ita ut omnium gemmarum virtutes æquè ac colores natura velut in centrum direxerit, unde præcipuè geſtatus dicitur *oculorum* conſervare *aciem*.

XII. Oculus Mundi opali modò nonnihil perſpicua eſt onychemque quodammodo referens gemma; Dicitur aliàs *Lapis mutabilis in Muſeo*

Calceo-

Calceolariano, quia nimirum, atteſtante etiam *Boyleo Diſſert. de Adamante in tenebris lucente p.m.*43. tantam patitur in texturâ ſuâ mutationem, ipſum ſolummodo in liquorum languidiſſimo ▽ â communi relinquendo, ut ex opaco evadat transparens, acquiratque jubar quo iterum privatur, abſque ulla alia arte vel vi, ipſum ad tempus aëri expoſitum relinquendo.

XIII. Oculus Cati quòd oculorum felium inſtar coloribus variis miſtis niteat modò clarius, modò obſcurius, ita dictus à *Cardano Pſeudopalus* vocatur; Eſtque gemma hæc tanti apud Indos pretii, ut ſibi perſuaſum habeant, ejus qui hanc poſſidet facultates non poſſe imminui, ſed ſemper indies augeri incrementumque facere; id quod ex Europæis etiam illi credunt, qui credunt ad *ſolvenda vincula* valere herbam à pica apportatam, dum nidus ejus cum pullis in arbore circumligatus & hæc infra arborem in panno collecta eſſet, ſic enim ſtatim vinculum ſolvi docet *Albertus Magnus*. Item quod Homo dormiens dicat ſecreta ſua ope lapidis in nido upupæ reperti. Et quod *Geratides nigri coloris* faciat judicare opiniones & cogitationes aliorum, gratioſum quoque & hilarem faciat, &c. Plura de Gemmis qui expetit ſpecialia, adeat præter *Anſ. à Boodt* ex Recentioribus *Kunckel. de Art. Vitrar.* & celebris illius *Profeſſ. Cantabrigienſis Thom. Nicols Deſcript. Gemmar.*

CAPUT VI.

De Lapidibus pretioſis majoribus CRYSTALLO *& Fluoribus,* JASPIDE *ejusq; Speciebus,* ACHATE, ONYCHE, CALCEDONIO, CARNEOLO, AMETHYSTO.

EX Lapidibus pretioſis majoribus ſit I. Crystallum (quaſi ὑπὸ κρύους συστελλόμενον ὕδωρ, licet ſubſtantiæ & originis ſit potius lapideæ & mineralis, quàm glacialis & aqueæ, ut vel maximè probat, quod percuſſum ſcintillas edat, quatenus pori arctè prius clauſi aperiuntur, particulæque igneæ ſeu 🜍 æ proſiliunt, ut à materiâ ſubtili in motum rapidiſſimum agi poſſint) tum quia corpus & *communem gemmarum* omnium *materiam* præbet, tum quia *notiſſimus* eſt, tum & *Adamanti*, quem primò locavimus inter gemmas minores, *colore* & *figurâ affinis* eſt, niſi quòd præterquam alii lapides pretioſi pellucidi, mollior ſit minusque ſtrictæ compagis. *Ortum* ejus quod ſpectat variæ ſunt opiniones, quas poſtquam prolixè examinaſſet accuratiſſimus Naturæ Cryſtallorum Scrutator *Exper. D. D. Hottingerus Tigurinus*, tamen refert diverſas has opiniones facilè conciliari poſſe; Sive enim Cryſtalli dicantur ortum trahere ex ▽ ſeu ex ſucco puro & puriſſimo, ſive ex humore

ſui

ſui generis, ſive ex 🜃ra & 🜄a, ſive ab humido in 🜃ram mutato, ſive ex unione diaphanorum corpuſculorum per ſpiritum coagulativum, perinde eſt, cùm certum ſit, ut ſupra quoque docuimus, Cryſtallum æquè ac Gemmas è fluido prius oriri, quod dein in 🜃am mutatur, ſeu in lapideam & duram ſubſtantiam conſolidatur, tum à frigore poros conſtringente, tum calore humidum per evaporationem difflante; Cœterùm quia Cryſtalli præcipuè in *Saxorum* (ceu *laud. Hottingerus* ut oculatus teſtis refert, non effodi ⊟los ex ipſa glacie inveteratâ vel ſubglacialibus illis rupibus, niſi fortè raro, ſed è Saxis & cavernis inde haud longè diſtantibus, atque ibi nonniſi magnâ vi & ferro avelli) *Conchitarum*, *Cornuum Ammonis* cavitatibus, in 🜃ra item & collibus arenoſis reperiuntur, ex ⊟iſatione Chymicâ infert ſimilem eſſe naturalem ⊟lorum productionem, dum, ut illa non aliter quàm in fluido fieri ſolet, ope vel caloris vel frigoris, ita ſimiliter ⊟li naturales progignuntur & materia earum colligitur in fluido aqueo intra cavitates ſeu ſaxorum ſeu luti ſeu lapidum figuratorum contento; Quare ſicut in artificiali ⊖ præſens eſt, ita & præcipuè ⊖ in naturali dominium habebit, ſic ut dici poſſit ⊟*lum* eſſe concretum ex ⊖le puriſſimo 🜃am puriſſimam ſolvente (non ſecus ac Vitrum, cui ſimile eſt, exinde conflatur, ut *ſupra* diximus) reſultans, ſeu, quod eodem redit, ⊟lum ex ſucco lapidifico ſummè depurato, -∩-uque auſtero illum conſtringente ac fixante oriri; unde ſi Ꝗli, ut Vitrum, decenter tractetur, *Helmontio* teſte, ⊟us reduci poteſt in 🜄am inſtar glaciei, quare etiam pro ratione hujus ex ⊖le ⦶oſo partes 🜄æ fluidas in quietem reducente, videtur ⊟lum 🜄æ certæ (prout *Bononiæ in Muſæo elegantiſſ. D. Zannone* guttulas 🜄eas mobiles in ⊟lo conſpexi) natales attribuere, quæ particulis arenoſis diſſolutis prægnans à ⊖le quodam auſtero magis figitur & in tale corpus diaphanum abit, quod etſi calcinetur, ex dominio ⊖is ejusmodi auſteri non in 🜄am (ut glacies aliàs, ex qua, quia ubi hibernæ nives maximè rigent, reperitur, Veteres eum oriri ſtatuerunt) calore ſolvitur; Quia verò *figuram hexagonam* in mucronem abeuntem (quem *laud. Exc. D. Hottingerus* non immeritò à maſſæ ⊟linæ purioribus particulis ſurſum magis latis & ab 🜄â ambiente undique compreſſis, dum interea partes craſſiores fundum magis petunt, vel exemplo ignis, cujus non niſi baſis ſcintillat, deducit *præf. diſſert. p.* 27.) in concretione ſua tam conſtanter obſervat & lapidibus adeo tenaciter adhæret, ut ægrè inde divellatur, ſuſpicari poſſet, certam præcedere percolationem materiæ lapideſcentis, -∩-tumque ſalinum in motu certâ ratione & norma velut hîc operari, prout & materia ☉ris (☉li aliàs eum quoque attribuerunt Veteres) per poros ejus rectos liberè pertranſit, eumque *diaphanum* reddit, nim. ut *laud. Hottingerus in cit. Diſſert. p.* 29. ait; quia materia ipſa ⊟los conſtituens, per ipſos ſaxorum poros

 filtrata

filtrata quaſi & percolata duriſſima neceſſariò evadit, mirum non eſt eam in concretione adeò regulariter diſponi, ut materia ſecundi elementi liberè ſine ulla radiorum infractione, vel reflexione eam pertranſire poſſit: & hoc ipſum eſt ratiocinium *Anton. Le Grand, Princip. Phil. P. VI. p. 312.* qui de lapidibus pellucidis, & ſpeciatim *Cryſtallo*, hiſce verbis ſe exprimit: *Lapides pellucidi generantur, non ex multarum arenarum congerie, ut vulgares, ſed ex materia quadam fluida, quæ unum duntaxat granum conſtitueret, modò in tanta ſit copia, ut ad alicujus magnitudinis molem aſſurgat, & tale Corpus pellucidum fieri neceſſe eſt. Quia cùm exhalationes in* 🜃*æ rimis vel cavitatibus, in guttam collectæ, lubricis & fluidis illarum particulis abeuntibus, paulatim ſibi mutuò adhæreſcunt, globuli ſecundi elementi, luminis actionem transferentes, undique per earum meatus ſatis validè pertranſire poſſunt; Quod tamen non fieret, ſi ex multis granis hujusmodi lapides compingerentur, quia quamvis poſtmodum mollia redderentur, nunquam inter ſe ita conjungi poſſent, quin aliqua inter illa eſſet interruptio, quæ illorum transparentiam impediret. Ac proinde hujusmodi exhalationes ſecundum diverſos duritiei gradus, variamq́ partium ſuarum diſpoſitionem, in certos quosdam lapides abeunt, ut Cryſtallum, &c.* Quando nunc in Cryſtallis frequenter obſervatur *diaphaneitas corrupta & interrupta*, attribuendum id eſt craſſitiei & impuritati ipſius materiæ ⊟inæ, cui plurimæ vel *metallicæ*, vel *terreſtres particulæ* ſunt intermixtæ, quod autem in *una eademque Cryſtallo pyramis cum parte Columnæ aquæ adinſtar limpidiſſimæ ſit pellucida, inferior autem Columnæ pars cum baſi vel nebuloſa vel nivoſa, plurimisq́ fiſſuris inquinata*, uti id haud rarò obſervare licet, contingit id vel à violentâ ⊟orum ad fundum cavitatis detruſione, unde in ⊟o ad baſin percuſſa pororum ordo & diſpoſitio neceſſariò infringitur, radiique intercipiuntur, quò minùs rectâ viâ progredi queant, vel ab impuritate & 🜃ſtreitate materiæ, quæ vi gravitatis ſuæ fundum petit, & ſeſe purioribus partibus intimiùs permiſcet, vel etiam ob inæqualitatem fundi, quâ partes quædam extantiores ad baſin ⊟i ſeſe inſinuant, & partim mutatione pororum, partim ipſis 🜃ſtribus particulis Cryſtallum inquinant. Sic namque non mirum amplius obveniet, quod in Helvetiâ in minerâ quâ Cryſtalli reperiuntur in monte *Gottardo*, *Grimſulâ* & *Valeſiâ* reperiatur *Iris*, ein Regenbogen-Stein/ ita dictus, quòd Iridis colores angulorum repercuſſu imitetur, nimirum eſt *Cryſtalli ſpecies* ſed *nigrior*, ceu aliàs *duo Cryſtalli genera* in Helvetiâ noſtrâ frequentiora ſunt, *unum* clarum & pellucidum inſtar glaciei purioris, pretii hinc majoris, *alterum* verò nigricantius & ſubfuſcum, quod è ſummis *Alpibus* vel etiam ad radices montium è terra effoditur. Sic & nobis *Lucernâ* transmiſſa eſt *Cryſtallus talcoſa* ſeu *Cryſtallus Islandica rhomboidalis Eraſmi Bartholini* (de quo vid. ejus *Tract. pecul.*) in qua refractiones ſingulares notantur ob ſtructuram

ejus

ejus inæqualem quâ is non fruſtum unicum ſaltem aut abſolutè continuum refert, ſed compoſitus eſt ex diſtinctis laminis vel bracteis, diverſimodè contiguis, adeo ut in quibusdam locis diſtinctæ illæ laminæ ſaltem unam refractionem, in aliis duas vel plures efficiant, de quo *Muſ. Soc. Lond. p.* 310. ex qua deſcriptione non immeritò quoque infert cum *Muſ. Septal. Cl. Terzaga l.c.* §. 54. & *Stenon. de ſolid. intra ſolid. p.* 79. *cit. Hottingerus*, precariam ſaltem hujus Lapidis eſſe recenſionem inter Cryſtallos, & *Selenitæ Rhomboidalis* titulo melius inſigniri: Reperitur autem non ſaltem in *Islandiâ*, ſed & vicinis *Thermis Schintznachenſibus*, ditione *Bernenſi, Glaronenſi, vico ditionis Suitenſis ad Lacum Lachen* dicto, *Rhætiâ*. Cryſtallorum veriorum verò Differentias quo ad Figuras, Colores, Superficies, Magnitudinem, &c. ſiſtit eleganter *laud. Hottingerus*; Sic namque membrum virile repræſentat apud *Welſchium Hecatoſt. I. Obſerv.* 40. *pag.* 54. ubi & figuræ heptagonæ, tetragonæ, & trigonæ in monte Groß Albrig apud Suitenſes reperiri dicit, & quæ ſunt aliæ angulorum diverſitates; ceu præter olivarem utrinque in apicem terminantem, ut & dodecagonum rariſſima eſt trigona, Montisbeligardi non ſaltem ſed & circa Altorfium reperiunda, qualem Fig. 4. cit. *Hottingerus* ſiſtit, quæq; congruit cum *Fluore candido Geſneri apud Aldrovand. Muſ. Met. p.* 927. Quoad variationem in ſuperficie notabilis eſt Cryſtallus, in qua Maſſulæ *Marcaſitæ* aureæ angulares apparent, ceu talem ex Luſitania à *Joh. Rud. Battier. p. m.* allatum & ab ejus Fratre *Cl. & Doctiſſ. D. D. Sam. Battierio* nobis donatum poſſidemus. Quoad colores ſæpius niger eſt inſtar atramenti, ruber item, viridis, croceique coloris, ut tales ſiſtit *Wormius Muſ. p.* 100. Cauſam variationis ſiſtit *Steno de Solid. intra Solid. & Ingenioſiſſ. Scheuchzer. in cit. Diſſert. Hottingerianâ p.* 27. ubi varietas Cryſtalli in planis & angulis, à diverſa particularum collocatione & diſpoſitione rectè deducitur; nimirum juxta *cit. Stenonem & Hottingerum.* 1. *Creſcit Cryſtallus, dum Cryſtalli jam delineatæ planis externis apponitur nova materia Cryſtallina.* 2. *Nova hæc materia Cryſtallina non omnibus planis apponitur, ſed ut plurimum ſolis planis apicis, ſeu planis extremis.* 3. *Non eodem tempore, nec eadem quantitate omnibus planis extremis apponitur materia Cryſtallina.* 4. *Non ſemper totum planum materiâ Cryſtallinâ tegitur, ſed interdum versùs angulos, interdum versùs latera, interdum in medio plano loca nuda relinquuntur. Nimirum plana columnæ majora ſunt & oblonga, ubi Cryſtallus per appoſitionem continuam, ad plana pyramidis factam diu multumq; crevit; Minora, ubi parùm; Nulla, ubi materia nova Cryſtallis appoſita fluida nimis extitit, ut ab utroque latere baſes pyramidum in unam abierint. Plana intermedia, ſive columnæ, ut plurimùm non ſtriata, ad minimum unum vel duo, quando ſcilicet materia appoſita, propter craſſitiem aliqualem non potuit explanari, quin in confinio columnæ & pyramidis veſtigia relicta fuerint; Axis pyra-*

midum, ubi deviat à rectitudine cum axe columnæ, dicendum videtur, in prima Cryſtalli formatione hoc ita contigiſſe, ut preßio unius lateris prævaluerit, & apicem versùs oppoſitum latus detorſerit, vel uni præſertim plano pyramidis, ad quod nempe magis inclinat apex, appoſitam fuiſſe materiam, atque ob hanc cauſam ſit, ut plana pyramidis raro ſint æqualia inter ſe, cùm difficile ſit conceptu, materiam novam æqualiter omnibus planis ſeſe apponere vel appoſuiſſe, & ex eodem fonte derivanda eſt Varietas Figuræ, in planis tum pyramidis tum columnæ, ipſaq; reſolutio angulorum ſolidorum tum extremorum tum intermediorum in plures alios; Sic partes plani ejusdem ſeu pyramidalis ſiu columnaris non ſemper in eadem ſunt ſuperficie, licèt in alia parallela; ubi materia nova propter aliqualem craßitiem vel aliud impedimentum ſeſe non diffudit per totam plani planitiem; Gibbum in medio ſit planum, quando materia nova medio ipſius plani fuit appoſita, indeq; ſenſim versùs latera, ſive baſes extenuata. Tandem in planis intermediis inæqualitates obſervantur ſcalarum gradibus ſimiles, quando nempe materia nova planis pyramidalibus affuſa non tota illa occupavit, ſed nunc per has nunc per illas partes illorum defluxit, ſicq; nunc has nunc illas partes planorum columnarium adauxit. Et ſicut omne rectum eſt norma ſui curvi, ita non impoßibile, licèt operoſum erit ei, qui geneſin ⊟li hexagonæ conſideraverit, irregulares *quoque innumeras angulorum & planorum ab ordinaria deflectentes Cryſtallorum Figuras explicare, nimirum ſicuti conceptu eſt facile, materiam Cryſtallinam non eſſe ubique ejusdem conſtitutionis & texturæ, reſiſtentiæ vel ceßionis, craßitiei vel ſubtilitatis, extenſibilitatis, ſive tenacitatis & fragilitatis, ita in fluido ambiente, cui non minimam figurationis partem detulimus, magna omnino poteſt eſſe varietas, ut preßio ſit ſufficiens, non ubique æqualis, ſed ab uno latere major quam ab altero impedita vel libera. Facile quoque inde judicare licet, ex innumeris fortè modis, activi fluidi ad paßivam materiam Cryſtallinam applicatione, non poſſe non varias induci figuras. Ipſe quoque locus, prout eſt vel amplus vel anguſtus, oblongus, angularis vel rotundus, undique clauſus, vel alicubi apertus, non parùm quoque ad diverſitatem figuræ contribuit. Porrò Cryſtallus, licèt primigenia ſit hexagona, inſigniter poteſt variari à varia cohæſione, compreßione aliarum Cryſtallorum, à celeri vel tarda, ad fundum vel latera cavitatis detruſione & alliſione, præſertim etiam in ſui augmento, prout nova materia Cryſtallina apponitur, vel omnibus undique planis vel uni duntaxat aut duobus planis vel alterutrius vel utriusq; pyramidis.* Inæqualitates *verò quòd ſpectet, & heterogeneitates in planis Cryſtalli conſpicuas, debentur illæ cauſis externis, nimirum vel ſucco minerali & metallico, Cryſtallo jam formatæ accedenti, vel arenulis aliisq; 🜃ſtribus particulis è tabulato cavitatis ſuperioris in Cryſtalli præſertim pyramides delapſis. A' ſucco metallico ſit, ut Cryſtalli habeantur obductæ vel ipſo puro puto Auro vel Cæruleo & Chryſocolla, vel Spato, vel illis inſideant Pyritarum ſive Marcaſitarum cubi, de quarum generatione ſpeciatim*

videatur

videatur cit. Steno p. 75. & ſeq. Atque hac occaſione notari meretur, cryſtallum durante adhæſione extraneæ materiæ poſſe exiſtere vel adhuc parùm fluidam & quaſi mollem vel jam plenè induratam; Prius ſi ſtatuatur, poteſt formari conceptus probabilis de foveolis in ſuperficie lapidis conſpicuis, ut arenæ vel aliæ ▽ſtres particulæ delapſæ ſeſe in molliuſculam adhuc cryſtallinam maſſam inſinuaverint, poſtea autem duritie inducta & poris magis conſtrictis, fuerint vel ſponte elapſæ, vel, ſeu arte ſeu natura quaſi elotæ, remanentibus poſtea exiguis illis foveolis ſive cavitatibus, niſi malueris dicere, quòd cryſtalli ſuperficies, jam plenè indurata, à ſucco quodam acri ▽ti æmulo fuerit eroſa. Poſterius locum invenit, ubi materia cryſtallos obducens ſuperficiei externæ adhæret quidem, nulla tamen ſui veſtigia imprimit, quo caſu lentor quidam & viſciditas ipſius materiæ adhæreſcentis, vel ſaltem gluten aliquod interveniens poteſt admitti. Exigua tandem tubercula quòd attinet variolas æmulantia, oriri ea poſſunt, dum in fluido particulæ ſolidæ cryſtallinæ hinc inde errantes, in ipſo actu cryſtalliſationis ad priſma preſſæ ſuperficiei poſtea adhæſerunt, vel, ut Steno p. 62. autumat, à particulis minutis oleoſis, quæ fluido ſupernatârunt, ſeſe poris illis cryſtalli inſinuârunt. Cryſtalli in magnitudine variatio non aliunde ferè dependet quàm à materiæ ipſius cryſtallinæ in fluido exiſtentis abundantia vel defectu, ubi ſimul attendi debet textura & conſtitutio materiæ ſolidæ ambientis, ſive ea metallica fuerit ſive lapidea, inde enim arceſſi debet materia nova cryſtallis jam formatis apponenda, ita ut cryſtalli majores majoresq; evadant, ſi illius pori fuerint particulis cryſtallinis caloris ope in cavitatem expellendis repleti. Nec ſilentio involvenda eſt conditio loci ipſius ſive cavitatis, in qua formari debent Cryſtalli, prout enim illa magna fuerit vel parva, puto progigni etiam majores vel minores cryſtallos, ſicuti Chymici etiam obſervant, cryſtallos tantò majores fieri, quantò vas ipſum in quo cryſtalliſatio fit, majus eſt & ampliùs. Tandem ratio quoque habenda eſt ipſius fluidi, in quo cryſtalliſatio naturalis debet peragi, prout enim iſtud fuerit vel copioſum vel paucum, citæ vel tardæ, quietæ vel turbatæ evaporationi expoſitum, variabit quoque cryſtallorum magnitudo, & ipſa quoque in diaphaneitate perfectio, &c. Vires *Cryſtalli* quod ſpectat, quia mollis ejus eſt textura & ſpongioſior ratione aliarum gemmarum, nihilominus ejus particulæ ſatis duræ ad reſiſtendum, fit, ut egregium ſit *temperans humorum acrium* rodentium, præcipuè *bilis æruginoſæ*, cujus tincturam morbificam in corpore æquè ſuſcipere valet, ac aliàs per Alchymiam mineralibus certis colore vario tingitur, velutque lana nitida faciliùs imbui poteſt, hinc in *Torminibus atrocibus Infantum*, eorum *nocturnis pavoribus* inde obortis egregiè prodeſt, ac etiam ipſius *Arſenici* aſſumpti, ☿ti, ▽*tis antidotum* eſt, ſi in pulvere ad ℈j. cum *Ol. amygd. dulc.* exhibeatur, v. g. ℞. ▽ *roſ. cum album. ovi conquaſſ.* ℥ij. *Syr. viol.* ʒvj. *Cryſtall. mont. ppt.* ℈j. *Sacch.* ♄. *gr. j.* miſc. Vid. *Miſcell. Curioſ. Dec. II. Ann. IV. Obſ.* 12. & *Avicenn. L. IV. Fen. 6. tr. 1. c. 9.*

In *Cholerâ* hinc quoque *Dyſenteriâ* egregium eſt attemperans, ceu hoc experientiâ ſuâ confirmat *Exc. Dan. Crügerus in Miſc. Cur. Dec. II. An. IV. Obſ. XII. p. m. 37.* ubi & in motibus Epilepticis ſiſtendis ſe pulverem hunc præſentaneo auxilio exhibuiſſe pueris refert: ℞. *Cryſtall. foſſ. Smaragd. ppt. aa.* ℈ß. *Margar. ppt. gr. v. Corall. rubr. ppt. gr. iij.* M. Fluit autem hæc vis à vi acidum attemperante, ceu & quia ♉um coagulum domat, *Lac auget*, v. g. in hoc pulvere: ℞. ⊟*li ppt.* ℥j. *Sem. aniſ. fœnic. Croci ana* ʒij. *Margarit. ppt.* ʒj. *Sacchar.* ℥xij. M. f. *Tragea*: Sic & ingrediens eſt *Secreti ad Vertiginem Celeberr. D. D. Wepferi*, cujus præſtantiam ſæpius expertus ſum: ℞. *Rad. Valerian. & Pœon. menſe Auguſt. ante Solis ortum collect. ana* ℥ß. ⊟ *montan. ſæpius vel octies igniti & in* ▽ *betonic. extinct.* ʒij. *Nuc. moſch. in ſucco citri macerat. & exiccat.* ʒj. *cinnab. nativ.* ℈iiij. *Flor. euphraſ.* ʒj. *ſacchar. alb. ad pondus omn. Doſ.* ʒß. cum ▽ *beton. ſalv.* aut alia *cephal.* ſenibus aut valde phlegmaticis adde *cubebar.* ʒj. Ejusdem quoque *Pulvis* ⊟*lorum compoſitus* in *Arthritide vagâ* ſummopere laudari meretur, ceu qui ſæpius hîc Baſileæ tum à nobis tum aliis ſalutaris expertus (v. g. ab *Ampl. Senat. Solodur. DN. Mollondin*, qui nobis retulit ſe dum forte ſcatulam, in qua aſſervabatur, in hypocauſto aperiret, obſervaſſe Lumbricos è pulvere ejus ingrediente renatos fuiſſe) cujus compoſitio hæc eſt: ℞. *Nuc. moſchat. in ſucco citri & acetoſ. per 24. hor. macer.* ℥j. *Rad. aron. ppt.* ℥j. ʒiij. *Fecul. aron. bryon. ã.* ʒv. ⊟ *alb. ignit. ter vel quater & in* ▽ *betonic. extinct. pulveriſ. ſuccin. alb. ppt. Tabul. Manus Chriſt. ã.* ℥ij. M. f. Pulv. Dehinc ℞. *hujus Pulver.* ⊟*ſtal. compoſ.* ℥ij. *Lumbricor.* ▽*ſtr. ppt.* ℥iß. *Bezoar. orient.* ʒß. *ſacchar. alb.* ℥ij. M. f. Pulv. *Doſ. à* ℈j. *ad* ʒj. In *Leprâ* quoque è nimio Guajaci uſu inductâ utiliſſimum reperit *Henr. ab Heer in Obſ. p. m.* 202. cryſtallum mont. præparatam, dum ejus ʒß. quotidie mane cum *ſucc. fol. nymph. rub. & berber.* unà cum *ſero lactis*, poſtea hauſto in quo tantillum ⊖*is Prunellæ* ſolutum, aſſumeretur. In *Ictero* eum quoque uſurpavit *Mayerne in Prax. p. m.* 367. cum *lumbr. millep. ſtercor. anſer* aliisq; aperitivis. *Joh. Bapt. Soncinus* Cryſtallum puram bilem æruginoſam vacuare deprehendiſſe extat in *MS. Rhodianis in Act. Med. Hafn. Vol. IV. p. m.* 87. In *Dolore nephritico* & *calculo veſicæ* expellendo egregia ſequens Cryſtalli præparatio: ℞. ⊟*ſtall. mont. puriſſ.* ⊖ *comm. ã. q. ſ.* pulveriſ. ſubtiliſ. & inde Xbulo candefacto cum operculo, detineatur in calore vehementi per xij. horas, pòſt materiam calcina, diſſolve ▽*â pluviâ*, ſolutionem hanc filtra & coagula ad conſiſt. mellis, hujus ℞. ℥j. cui affund. *Vini Gall.* vel *Rhenan.* ℥xx. digere in arena ſpatio 3. dier. ſingulis diebus bis terve agita, filtra & uſui ſerva, *Doſis ab* ℥j. *ad* ℥iij. Alii ita procedunt: ℞. ⊟ *montan.* pulveriſ. & 6. horis integris reverberentur, ut flamma exeat, affunde dein tantùm ▽*æ urticæ*, ut ſupereminneat 6. digitos, pone per 6. dies in digeſtione, ∫\ la dein, cum maxima pars cryſtallorum ſuper∫\ buntur,

quibus

quibus affunde tandem ▽*am* ♌*tam urtic.* & procede ſicut prius, ≂pita cnm ▽ ⊖, tum ad fundum *oleum* deſcendet, remanente ▽â in ſuperiore parte, effunde in aliud vas, donec omne ⊖ edulcoratum eſt, *Doſ.* ℥ß. *ad* ℈ij. *Mollenbroeck de Var. p. m.* 75. cum ⊖ ♀ calcinat & demum ▽ *urticæ* injicit. Uſum Mechanicum quod attinet, varia de ⊟lo parantur ornamenta & vaſa, ut globuli, quibus thoraces clauduntur, item alii majores qui febricitantium pugnos egregiè refrigerant, Cochlearia, Patinæ, Pocula, Scyphi quales duos iratum fregiſſe Neronem ſeculum ſuum ita punientem, ne quis alius ex his biberet, *Plinius* refert *Hiſt. Nat. L. XXXVII. C. II.* Candelabrum inde paratum magnifice ſplendens poſſedit *Ampliſſ. Baſil. p. m. Conſul Joh. Ludov. Krugius.* Vid. *Guil. Stuckius L. III. Antiq. Conviv. cap.* 12. & *Simon. Majol. L. I. Canic. dier. colloq.* 18.

Cœterùm Cryſtalli occaſione mentio quoque nobis facienda eſt de *Fluoribus* (ita dictis quòd ignis calore ut glacies à ſole liqueſcant, Germ. Flüß/ Flußſtein) ſeu *Vitro foſſili Ferrant. Imperati Hiſtor. Nat. L. XXV. cap. VIII. p. m.* 605. quod & *Theophr. Parac.* Cacymias vocat, nimirum ſunt pellucidi & transparentes gemmis ſimiles, ſed minus duri, ita ut dentibus compreſſi aliquando cedant, adeoque inter gemmas & Lapides velut medium locum obtinent, eorumque velut rudimenta ſunt; Tales Fluores varii coloris *Muſæum Platerianum* monſtrat; nim. coloris *albi* reperiuntur Badæ Helvetiorum, ut notat *Aldrovandus*, in ſaxis juxta Limagum, ſaporis tam acris, ut ſtrangulationem inducere videantur, ceu & hujus coloris fluorem Adamanti vel cryſtallo perſimilem judicat illum Adamantem qui ipſi Adamantis Cyprii nomine miſſus eſt: *nigri* verò inſtar aſphalti propè Principale monaſterium Mure & Aroviæ effodiuntur: *rubei, flavi, virides, cœrulei, purpurei, phœnicei, cinerei* alibi reperiuntur, quos *Aldrov. Muſ. Met. p.* 933. ſiſtit; imprimis verò elegans eſt ille *Fluor cryſtallinus trigonus ſtriis lateribus pyramidis cujuſque parallelis pulchrè notatus*, in monte Legerio repertus, quem *Lithogr. Helv. Spec. fig.* 41. proponit *Exc. Scheuchzerus.* Cœterùm quoad *Uſum* horum Fluorum ex iis quandoque conficiuntur colores pictoribus utiles, ut refert *Charleton Onomaſt. Foſſil. p. m.* 274. Metallurgi verò dum metalla excoquunt, eos adhibent, materiam enim in igne fluidiorem reddunt ac Vitrifuſores ex albo uſto tuſo & cribrato cum arena vitra parant. Huc referunt nonnulli Lapidem illum (non à natura quidem ſed arte elaboratum, ut docet *cit. Charleton*) qui *Bezoar minerale* dicitur, cujus ſubſtantia quaſi vitrea eſt, coloris luteo rubentis, micis aureis, quæ oculos mirè perſtringunt, referat.

II. JASPIS ita dicitur quaſi in aſpide genitus, eò quòd ob coloris diverſitatem ad inſtar ſerpentis, Jaſpis variegatus appareat, licèt utplurimum color viridis & Smaragdo proximior in illo obſervetur; quare ex va-

rietate

rietate colorum (ceu Bohemia multas habet Jaſpidis ſpecies, rubeſcentes, purpureas, albas, conſpicuas variis coloribus mixtas) multarum quoque ſpecierum eſt, quales ex *Wormio* quinque recenſet *Charleton de Foſſil. p.m.269.* nimirum α *Orientalem*, quæ ſubcœruleo, viridique colore obſcura ſanguinis punctis conſperſa eſt & reliquis præfertur. β *Viridem* maximè ex parte paucis intercurrentibus venulis ſanguineis. γ *Grammatias* quæ aliquid purpurei admixtum habet, interjectâ lineâ albâ. δ *Terebinthizuſam Dioſcor.* quæ inſtar terebinthinæ coctæ colore flavo eſt; ε Purpuream croceis & cœruleis venulis interſperſam: præcipuè autem *nobiliores Jaſpidis ſpecies* cenſentur priores, nim. *Heliotropius, lapis Nephriticus, Malachites.*

§. 1. Heliotropius, Plinio & Iſidoro olim ita dictus, quòd ▽æ immerſus radios ſolares quos regerit in ſanguineum colorem quaſi mutet, nunc *Jaſpis Orientalis* vocatur, qui ſi ſubcœruleo viridique colore obſcurus ſanguineis punctis vel potius venulis conſperſus ſit, reliquis præfertur. Tali & aliis Jaſpidibus parietes columnasque ſacelli *D. Laurentii* magnificentiſſimè quotidie exornare curat *Sereniſſ. Magnus Hetruriæ Dux*, quas non ſine ſtupore, uti & menſas alias gemmis variis expolitas in Archivo ejusdem Florentiæ conſpeximus. *Vires Jaſpidis hujus*, ut aliorum, experientiâ *Boëtii*, egregiæ ſunt (uti & ſuprà jam allatum) in *ſiſtendo ſanguine* (*ſanguinalis* hinc dictus) *roborando fœtu* & *ſiſtendo vomitu*, quod confirmat ulterius *Encelius Lib. III. de Re Metall. cap. 11.* illâ Jaſpidis Germanorum ſpecie pulcherrimâ, quæ circa *Jenam in Thuringiâ, Altenburgi in Miſniâ* & aliis locis, *ſpadicei coloris*, quâque in quadam urbe pro ſilicibus ad ignem excutiendum utuntur, reperitur, quòd nimirum hæc Jaſpis *contra hæmorrhagiam* & *Fluxum menſtruorum* præſentiſſimè valeat, idque expertus ſit, eademque juvet & *partum* & tegat *conceptum*, ceu & hujus rei præclara experimenta ſe vidiſſe refert *Boëtius Tr. de Gemm.* Huic affinis eſt lapis ille ſpurius quidem ſed elegans, quem *Wormius* Jaſponichem id eſt, Onychem viridi colore cum Gemariis vocat, quæ in Inſulis Feroenſibus reperitur.

§. 2. Lapis Nephriticus ut plurimum viridis eſt & quaſi oleoſus nec adeo in coloribus variat ut Jaſpis; ceu & optimæ notæ cenſetur qui ex viriditate nigricat quaſi & opacus eſt. *Vires* ejus, ex nomine & plurimis experimentis, validiſſimæ ſunt ad *pellendum calculum*, quem ☽to incluſus & ad carpum vel lumborum regioni applicatus in corpore ita validè movet, ut eum deponere ſæpè coacti ſint geſtantes; unde quid verò de hoc Jaſpide antinephritico expertus ſit in proprio corpore, audiri meretur *Exc. D.D. Chriſt. Menzel. Dec. II. M. C. An. VII. Obſ. 2. p.m.4.* Allatus eſt, ait, Lapis quidam antinephriticus Electori p. m. An. 1675. Hagæ Comit. à Viro nobili de Achtenhowen (Legato olim confœderati Belgii ad Electorem noſtrum) cùm quereretur ibidem

Elector

Elector de nephritico dolore. Aſſerebat præfatus Vir Electori, ſi lapidem nudo corpori alligatum geſtaret ſine interruptione per integrum annum, fore, ut Elector ab omni calculo & renum & veſicæ penitùs liberetur, quòd lapis iſte experientiâ crebrâ hunc effectum plurimis è familia præluſtri de Pau, ad quam lapis ſpectat, præſtiterit. Elector aliis remediis à nephritide curatus, noluit corpori ſuo lapidem admoveri, ſed cubiculario ſuo N. Senniogio, Caſſellenſi, cuſtodiendum tradidit, eique libertatem dedit geſtandi lapidem, ſi vellet, corpore nudo experimenti causâ, quòd is quoque aliquoties nephritide vexaretur; cujus rei periculum quoque fecit laudatus cubicularius, ſingularis amicus meus, qui datis ad me literis ita ſcribit: Incepi lapidem alligare corpori meo nudo cùm diſcederemus Swinfurto cum exercitu noſtro, ubi duriter nephritide laborabam, ſed cùm poſtea per Magdeburgum iremus in Marchiam Brandeburgicam, ubi nobis cum hoſte circa Fehrbellinium erat conflictandum, religabam lapidem à corpore, eumque in ciſta Electorali cuſtoditum repoſui, metuens ne expeditione iſta bellica periret. Poſtea verò cùm re feliciter actâ eſſemus cum exercitu Svverinii in Megalopoli, lapidem nutu Sereniſſimi denuò corpori adaptavi, eumque geſtavi continuò ſine intermiſſione per quinque anni quadrantes & benè me habui. Modus autem geſtandi lapidem hic erat. Curabam mihi confici ligamentum ex ſerico paulò latum & craſſum, iis ſimile, quibus pallia corpori circa collum nexu firmamus (Germ. *Mantel-ſchlingen*) cum ſuo annexo globulo. Illud longitudine ſuâ corporis mei craſſitiem æquabat: huic alligatus erat lapis iſte, ſuo quoque per foramen ligamine parvo conſtans, ut ille per ligamentum corporis hinc indè, qua parte corporis placeret, moveri poſſet. Sic geſtavi lapidem circa regionem renum in dorſo per præſcriptum tempus. Inter geſtandum toto tempore perſenſi, cum maxima voluptate, refrigerationem dorſi & renum. Poſthæc affectus calculi renum ſenſim apud me decrevit, ſic ut per decennium nihil notabilius ſenſerim; per octo verò proximè præterlapſos annos nephritis penitùs me deſeruit, pro quo DEO laus ſit! Hæc cubicularius ille. Cæterùm lapis ille Jaſpis erat communis, maculis viridibus fuſis intermixtis ſanguineis infectus, qualiter Jaſpis apparere ſolet & diſtingui à lapide Nephritico vulgò ſic dicto, qui cum craſſus eſt, viriditatem fuſcam quoque exhibet, ſed abſque maculis eſt & transparens; Jaſpis autem maculis ſuis penitus obfuſcatus & opacus non diaphanus eſt. Quid autem de appenſis & eorum efficacia ſit ſtatuendnm, cuilibet integrum & liberum relinquitur. Ego lapidibus ejusmodi multam refrigerandi vim ineſſe arbitror, quâ calorem p. n. renum tanquam præcipuum agens coagulandi ♀um vel calculoſam materiam in renibus, retundere & ſic cauſam nephritidis continuò abarcere valent.

Mirum verò texturam ejus mox immutari vireſque imminui, ſi in decoctum herbarum incidat, referente *Wormio* & ex *Boyleo,* quatenus fortè pori ejus ita ſunt aperti & modificati, ut materia ſubtilis liberè eos perfluens obſtaculum reperiat, quò minus poſtea illum & hinc in corpus renum penetrare poſſit.

§. 3. *Malachites* nomen habet, eò quòd ſit foliorum malvæ inſtar viridis & mollis; magnus adeò lapis eſt, ut ſæpè pocula & manubria ex eo confici poſſint. *Vires* ejus dicuntur eſſe *hæmorrhagiam ſiſtere* in vulneribus, vel etiam intra corpus ad *gran.* vj. *purgare,* id quod fortè ex ⊖lica TRa procedit: volunt & nonnulli illum à *fulgure* & tonitru geſtantem præſervare & adverſus *ſpaſmum* facere.

III. Achates cum præcedente Jaſpide ratione varietatis colorum conveniens, & à flumine Siciliæ Tyrrheni maris Inſulæ ejusdem nominis, ubi primò inventus, ita dictus, itidem è cenſu illorum lapidum pretioſorum eſt qui non translucent ſed ſaltem relucent & variorum ſunt colorum, licet verò concolor hic ſit Jaſpidi, tamen *differentia* in eo eſt. quòd *Achates* ſit durior & minus opacus, ſicut ab *Oniche* differt in eo, quòd hæc circulis variorum colorum cingatur, illa verò quasdam gerat lineas diſcolores, figuræque variæ à natura ipſi ſint impreſſæ, unde & varia ejus nomina, *Cerachates,* cornei coloris, *Hæmachates* (ſanguineis venis inſignitus) *Leucachates,* (vel ob perſpicuitatem in candore pulcherrimam) *Corallachates,* item *Lagites,* in qua ſcilicet ludens Natura caput & partem colli Leporis delineavit, Bdellites hirudinem inſectum repræſentans, prout & *Aldrovandus Muſ. Met. p.* 907. refert ſe vidiſſe Achatem cum ſole radiato à tribus Lunæ iconibus circumdato. Plurimas ejus differentias aliquot tabellis ſiſtit *cit. Aldrovandus,* prout nimirum hæ lineæ ſuis ductibus arbores, fluvios & animalia pulchrè exprimant, prout & mirus eſt naturalis Achates in *Bibliothecâ Francofurt.* qui cor & pulmones ſimul venarum aliquo ductu egregiè repræſentat; item *Patina achatina Viennenſis* in *Muſæo Imperatoris* , ubi verba hæc ſunt B. XPISTO R. I. XXX. quæ dicitur è theſauro Caroli Audacis Ducis Burgundiæ deſcendiſſe; Sic quoque *Cardanus* Achatem ſe habere ſcribit, qui natura hemiſphærium referat cœli, diſtinctis orbibus cum ▽a, aquis ſupereminente. Item quosdam humanos oculos habere ſcribit & leucophthalmos dici, nonnullos capræ & ægophthalmos & lupi alios atque lycophthalmos vocari. Complures item mixtis coloribus dubiæ naturæ, quum alios lapides è vario genere ſibi intermixtos habeant. Horum verò omnium phenomenon cauſa forte deducenda ex rimis quæ intercurrunt ob ſiccitatem lapidis, quas rimas dein gypſeus aut alius vapor implet, ceu idem quis facere poteſt cum argilla molli craticulæ impoſitâ, infra quam Carbones poſiti,

poſiti, ſuper quos deinde ceruſſam exhalare quis facit. Omnium verò elegantiſſimus eſt *Achates Tiberianus* ſeu Gem̃a Cæſarea (nim. olim pretioſior & rarior erat Achates ac hodie, ubi nil carum niſi rarum) antiquitate, argumento, arte, hiſtoriâ prorſus incomparabilis, D. Auguſti Apotheoſin, Imp. Cæſ. Tiberii Auguſtæque Juliæ domus ſeriem & icones, genteſque bello captas repræſentans, notis hiſtoricis illuſtrata, auctore *Jacobo le Roy, Libero Barone S. R. I.* cujus Viri inſignem humanitatem profundamque eruditionemque cum morum gravitate conjunctam ſatis expertus ſum, dum Baſileæ nos inviſere dignaretur. Quoad *Vires Achatis*, dicitur prodeſſe contra *venena Viperarum & Scorpionum ictus* (ceu *Mylius in Baſil. Med.* pulverem hujus lapidis in aliquo *liquore* propinat & partibus venenatis inſpergit) & animadververſum eſt, quòd ore contentus *ſitim febricitantium* ſedet, & aquila nido ſuo illum ſupponat. *Marbodeus in Dactylothec.* alias præterea adſcribit *vires*:

Portanti munus viresq́ miniſtrat Achates,
Facundum facit, gratumq́ boniq́ coloris,
Et perſuaſorem mundoq́ DEOque placentem,
Hoc Anchiſiades comitante pericula vicit.

idque ob influxum ☿ii qui in hunc lapidem præ aliis ſit fortior.

IV. Onyx gemma eſt polita, albo & nigro zonis diſtinctis conſtans, unguem humanum referens: nimirum in eo ſummopere commendatur candor & varietas colorum, veluti color igneus, niger & corneus, candidis cingentibus venis, inſtar oculi; Quando cum *S rdo* componitur, dicitur *Sardonyx*, ejus coloris dum unguis hominis carnibus impoſitus & utcunque translucidus eſt, nimirum participat naturam *Sardii & Onychis*, cùm ab illo ruborem & ab hoc candorem acquirat. Quando autem cruſta ſuperior unius coloris cælata eſt, remanente cruſtâ inferiori alterius coloris inſculſculptâ tanquam baſi, vocatur *Camehæa & Cameus*, fortè quia colorem camelinum exhibet. Species ejus & varias differentias ultra triginta tabulis eleganter ſiſtit *Aldrovandus Muſ. Met. p. m.* 918. *Vires* eorum, *Alberto* teſte, ſunt illapſa in oculos depellere ſordeſque eorum abſtergere, idque præſtant globulis ſummè terſis & politis, quod & faciunt alia corpora lævia: quòd verò idem *Albertus M.* referat hanc gemmam *audaciam conciliare*, contrarium potius credit *Cerutus in Muſæo Calceol. p. m.* 210. ex ejus frigiditate quæ ſpiritus vitales conſtringere poteſt, unde & *Dioſcorides* refert quòd collo ſuſpenſus Onyx *triſtitiam mœroremq́ conciliet*, & exinde fortè eſt, quòd Onyx (ut & ſeq. *Carneolus*) inſertus ſit à Magno Prophetâ Moyſe, inſtitutione divinâ, Rationali Aaronis ſupra allato, quò Deum contrito corde nobis propitiemur. In *affectibus oculorum* hic Lapis ſine moleſtia illis imponitur, ut humores noxii excernantur, quæ virtus multis aliis Lapidibus ophthalmicis communis eſt.

V. Calcedonius ita dictus, quia è Chalcedonia civitate Bithyniæ afferatur juxta *Hier. Cardan. de Subtil. Onychis* eſt ſpecies, nimirum candida Onyx, gemma nim. ſemiperſpicua, levi & nebuloſo colore per totum corpus fuſo imbuta, ſcalpturæ, propter duritiem, contumax; Veteres, ait *Worm. Muſ. p. m.* 95. eum ad Onyches retuliſſe videntur, cujus etiam Species eſt, ut & *candida Onyx* dici mereatur: Præferuntur reliquis, notante & *Charletone de Foßil. p. m.* 272. qui aliquo colore ſunt diluti ac oculis grati, ut illi in quibus purpureus, cœruleus & rubicundus albo miſcetur, quique ſoli expoſiti, radiorum reflexu Iridem oſtentant; Si rubram adjunctam habeat venam, Sardonyx dicitur, ſi nigram Onyx; Ex *ſpeciebus Calcedonii* ſiſtit *laud. Wormius* 1. *Calcedonium grandinoſum* ex grandinibus quaſi margaritis conſtantem, guttulis ſucci lapideſcentis ita invicem concretis ut ova piſcium eſſe ſolent, Veterum ſcilicet *Chalazia* apud *Ferr. Imperat. L.* 24. *cap.* 2. deſcriptum. 2. *Maſſam agniformem* chalcedonium referentem trium digitorum longitudine duorum latitudine. 3. *Chalcedonium Islandicum cryſtalloidem* à nemine hactenus deſcriptum, maſſam ſcil. unciar. duarum longitudine, totidem latitudine quâ latior eſt; parte quâ cauti adhæſit, ſaxo conſtat albo, duro, cui nigredinis quidpiam permiſtum, ex quo effloreſcit cruſta quædam Calcedonica, craſſitie calami ſcriptorii. Hæc verò ex ſe papillaceas quasdam ſtirias protrudit ejusdem ſubſtantiæ, externâ ſuperficie aſperas inſtar ſacchari candi, granulis minutis micantes. Parte anteriore tres ſunt papillæ, quarum media reliquis longior, una reliquis minor, verſus latiorem partem una duplicata. Omnes hæ papillæ, ut & corporis ipſius tota ſuperficies ſuperior, quaſi conglaciata eſt & ſplendentibus granulis Cryſtallinis aſpera. 4. His addendus *Calcedonius Aldrovandi Muſ. Met. p.* 917. ubi refert ſe habuiſſe Lapidem, nomine *Calcedonii fuſibilis*, qui exterius erat coloris ferruginei interius candoris nivei, quaſi candicantis ad modum *eboris*, qui ferro percuſſus ſcintillas ediderit. *Vires* Calcedonii commendantur contra *timorem, triſtitiam & affectum melancholicum*, potiſſimum autem inſervit pro ſigillis, quia ceram non admittit.

VI. Carneolus (etiam *Sardus*, ab inſulâ Sardiniâ ubi reperitur) à carnis colore, quem refert cujuſque loturæ ſimilis eſt, ita dicitur, gemma itidem opacior eſt, obſcurâ quaſi nubeculâ perfuſa; melior cenſetur qui multùm rubet & perſpicuus nonnihil eſt. Matrix Amethyſti ſecundùm Alcaſarium eſt; *Cardanus Geſnero* donavit Carneolum dendritem cum figura Lunæ eclipſim patientis. *Vires* ejus dicuntur eſſe adſtringere, *menſes & ſanguinem undecunque fluentem prohibere*, juxta verſus:

(*Corneolum gemmam veteres dixere ſacratam,*
Quod fluxum quemvis ſanguinis ipſa fugat.

Quod

Quod diſceptantes concordat gemmula talis,
Quod dentes mundat, putridulosq́ levat.)

animum recreare & timorem pellere (quo fine & *Electuario de Gemmis* additus fuit) quin & litigantibus victoriam conciliare, geſtantesque eum divites reddere, ut aſſerit *Cardan. de ſubtil.* id quod tamen ridet *Aldrovandus Muſ. p.926.* qui & refert uſum ejus non eſſe novum in variis cælaturis, v. g. annulis ſignatoriis, cùm tum *Plinius* aſſerat, in frequenti uſu ſigillorum (quia ſcilicet nil ceræ in ſigno retinet, ut maximè obſervare eſt in profundius ſculpto annulo Eraſmi in Bibliotheca Baſil. viſendo) eum fuiſſe, tum *Beda* ſcribat Iſraëlitas in deſerto multos lapides hujus generis ſculpſiſſe.

VII. Amethystus ita dicitur, quòd ebrietati reſiſtat, idque colorem vini indicare ſuâ ſignaturâ quidam putant, eſt punicei dilutioris coloris ex rubro & cœruleo coloremque vini imitatur; Nimirum

Purpureus color ac violaceus eſt Amethyſto,
Quem dant Æthyopum fervida regna tibi.
Lethargum pellit, contrarius eſt temulentis
Umbilico adpoſitus, dicit Ariſtoteles.

Hinc teſtatur de ſe *Ranzovius de Conſerv. Valet. cap.* 47. *p. m.* 124. ſe hunc in finem ſemper geſtare ſolere in pectore magnum amethyſtum, ſibique videri illum nonnihil præſtare. Dicitur & magnatum gratiam conciliare, ingenium acuere & vigiles reddere. Sunt autem Species Amethyſti quinque magis notæ. Quarum *prima* Indica eſt, quæ abſolutum purpuræ colorem refert, & optima eſt. *Secunda* quæ ad Hyacinthum deſcendit, cujus colorem Indi Sacon & gemmam Sacodion appellitant. *Tertia* quæ Paranitis dicitur in contermino Arabiæ reperibilis. *Quarta* vini colorem oſtentat, ac etiam in Germania, Bohemia, Miſnia ſed mollior & vilior reperitur. Et *quinta* ab colorem cryſtalli accedit, albicante purpuræ dejectu, quæ minime probatur, *Plinius Lib.* 17. *Cap.* 9. tamen quasvis ſpecies probatas ait contra præſtigiatorum impoſturas & aëris tempeſtates; Contra item lethargum, ſi cynocephali pilo aut hirundinis pluma trajiciatur, ſolis aut ☽æ inſcripta nomenclatura. Quinta ſpecies apud Sedunos & Rhætos reperitur, docente *Agricolâ de Nat. Foſſil. L. VI. p.* 293. & juxta *Matheſ. in Sarept. Serm XV. p.267.b.* potius fluor eſt quàm Gemma, quæ ſcilicet etiam Conſtantinopoli habetur, qua Turcæ vittata capitis tegumenta exornant. Hinc in *Indice Rer. in Repoſitor. Joh. Ponæ Veronenſis* aſſervabatur *Amethyſtus* qui ad ad formam Cryſtalli deſcendit, & *Amethyſtus* unà cum Onyche ſeu Chalcedonio ex Bohemiâ.

CAPUT VII.

De Lapidibus minus pretioſis MINORIBUS*, MAGNETE, HÆMATITE, SCHISTO, SMIRIDE, LAZULI, ARMENO, LIPIS, GLOSSOPETRIS, ASTROITE, JUDAICO, BELEMNITE, MOROCHTO, LAPIDE HYBERNICO, ÆTITE GEODE, OSTRACITE, CORNU AMMONIS.*

LAPIDES VULGARES ſeu *minus pretioſi*, ut pretioſi, in *minores* & *magnos* dividuntur, qui ambo rurſus ſubdiviſionem, ex particularum componentium & quieſcentium ſtrictiori vel laxiori compage & nexu, admittunt in *Duros* & *Molles* ſeu *ſolidos* & *poroſos*. *Duri* ſunt, qui particulas magis invicem compactas habent & in quibus quies contactu immediato continetur. E *Lapidibus minus pretioſis minoribus* qui reſpectu aliorum adhuc pretioſiores, primum deferimus locum Magneti.

I. MAGNES (ita dictus à Magneſia regione ubi primùm inventus) ſtupendum naturæ opificium, aptè deſcribitur ab *Excell. Clariſſ.* D. *Collegâ Theodoro Zuingero, Phil. & Med. D. & Phyſ. Profeſſ. in Scrutin. Magnet. Cap. II. §. 3.* quòd ſit lapis *foſſilis, ponderoſus, ferrugineus, plus minus friabilis. in ferrifodinis plerumque ex 🜃ſtri copiosâ & ♀reo ♂li paucâ materiâ compoſitus qui certâ pororum ſui corporis configuratione tranſitum materiæ ſubtili magis minus copioſæ permittit, atque ab ejus impetu partim ad polos mundi conſtanti naturæ ordine dirigitur, partim ferrum ad ſe allicit vel à ſe propellit, partim tandem hanc adhærendi virtutem cum ferro ipſo communicat.* Nimirum quia *magnes in ferrum* tandem in 🜃æ gremio *maturatur* vel etiam *ferrum in aëre magneticum evadit*, ſtatuendum eſt, *virtutem* ejus oriri ab habitu *in ipſa minera* (maximè ſi juxta *Gilbertum* 🜃a nil aliud eſt quàm magnus magnes) longiſſimo tempore (ex continuo ſcil. ſtabilique materiæ ſubtilis tribus ſtriis cochlearum in modum contortæ ab uno polo in alterum fluxu) acquiſito propter ſitum in aliquo meridiano vel potiùs in aliquo circulo maximo eorum qui tranſeunt per polos Eclipticæ, qui poli iidem ſint cum polis motûs ſimilis, qui aliàs in 🜃a ſupponitur, & prout *declinatio* Magnetis præcipuè hoc monſtrat; Quia verò *minera* illa ♂*lis* eſt, ac in ipſo Magnete ferrei quid, etſi haud adeo apertè *calcinatione* monſtrari poſſit, latet, colligere eſt maximam eſſe *magnetis & ferri convenientiam* quoad poros recipiendę materiæ magneticæ effluviis nim. ſubtiliſſimis deſtinatos, hac tamen notabili differentia, quod exiguæ illæ particulæ in poris magnetis contentæ vel pororum latera ita ſint rigida, ut ſitum aliquem contrarium minimè acquirere poſſint, quò fit ut in Magnete

versùs

verſùs unam ſaltem partem materiæ magneticæ præbeant tranſitum : in *Ferro* autem quia particulæ ſunt molles & flexiles, fit etiam ut per alteram partem ingreſſum inveniat; Hinc & *attractio magnetica* fit, dum è magnete in ♂um vicinum maxima fertur materiæ magneticæ copia, quæ ♂ri poros ſubitò aperit, particulasque illas quibus obturabantur verſùs unam partem ita inflectit, ut poſtea eodem modo per ♂um ac per magnetem moveatur, ſicque ipſum ♂rum enim magnetem velut efficiat eique proprietates ſuas communicet, hoc verò dum fit materia magnetica quæ tum è ferro tum magnete egreditur ipſum disjicit aërem intermedium (uti eleganter *Auctor Scrutinii Verit. Tom. II. Lib. VI. cap.* 7. & ingenioſus Philoſophus Gallus *Regis in Philoſ. Nat.* id explicant) qui poſtea vel ♂rum verſùs magnetem vel magnetem verſùs ♂rum pellit, vel etiam utrunque ad ſe accedere cogit, præſente unione motuum; de quibus ut & aliis ſtupendis magnetis & phænomenis præ aliis quoque *Acutiſſ. Clericus in Phyſ.* diſſerit, qui quoque materiam illam inconſpicuam, quæ circa magnetem in orbem fertur, ejusque particulas comparat pennæ vel *ſagittæ pennatæ*, quæ adverſis pennarum fibris ægrè foramen ſubit, quod verò facilè ingreditur, ſi ex alterâ parte immittatur; ſtriis item cum *Carteſio* cochlearum, quas certo modo circumactæ ingredi, alio vero nullatenùs poſſunt; quanmvis ex hac hypotheſi aliis non conſtet, *quare magnes ſemper eundem polum terræ obvertat*, cùm materia magnetica ex ſeptentrione aut ex meridie veniens utrumque ex æquo ſubire poſſit, prætereaque taliter cùm admoventur duo magnetes incidens ab utroque in alterum materia magnetica & ſolidas partes plures quàm poros offendens, deberet utrumque dimovere, quia major vis eſt illius materiæ ſolido lapidi & vehementer & magnâ copiâ illiſæ, quàm poteſt eſſe aëris quem dimovet & ad exteriores magnetis polos circumagit, cùm præſertim tot poris ſcatere conſtet aërem, ut tranſitum ſatis liberum ei materiæ concedat. Vid. *Hartſœcker Princ. Phyſ.* Cœterùm quo pacto plurima Magiam quandam redolentia effecta ludicra in lucem protrahantur, prout in Italia *ſtatuæ* quædam incedere conſpicuuntur magnetico artificio eoque & ſcobe ferri *exercitus præliàns* exhibetur, etiam *arietes cornibus ſe impetentes*, *fluctus* item *maris*, ut & hiſtoriæ aliæ in *Operibus* ita dictis, *Venetiis* & *Pariſiis* repræſentari & ludi ſolitis, ſpecialius Magnus *Kircherus in Opere Magnetico* conſulatur, tacendo juxta *Wormium Muſ.* ejus ope ſecreta communicari poſſe, quale tamen Horologium rationale adhibendo ♂ ſi non magnetem, ſeq. modo confici poſſe Italus Sacerdos Principis Ord. Johannit. hic in viciniâ degentis nobis pro certo aſſeruit, quod, liberum Lectori judicium relinquendo, taliter ſiſtimus : Cùm ☽a benigno aſpectu reſpicit ♀ium, extrahe ſanguinem, qui in eodem cyatho vitreo in quem decidit, paulatim adſperſione aquæ lavetur, donec

donec in ipſo mumiæ ſeu filamenta nervea tantummodo reſtent: Has mumias ſerva in aliqua capſula ligneâ bene obturatâ & lancinolam ſeu gladiolum, quocum extractus eſt ſanguis, ſerva in alia capſulâ etiam bene obturatâ. Fiat inter amicos capſularum permutatio & horâ inter ipſos ſtatuta, amicus amici mumias cum lancinula pungat, nam ex hoc fiet, quòd alter amicus aliquam ſenſationem patietur, quamvis ſit diſtans & ex numero punctionum literas alphabeti comprehendere & conſequenter amici ſententiam poterit, & illi poſtea eodem modo reſpondere. *Vires Magnetis medicæ* non ſaltem *externè* ſed & *internè* corpori noſtro ob vim adſtringentem & ♂ congenerem laudantur, ſic enim *Mictionem involuntariam* Puellæ 16. annorum juxta Balneum adſtringens ſe ſanaſſe *laud. Exc. Zuingerus in Scrut. Magn. p. m.* 188. refert: ℞. *Magn. ppt.* ℥ß. *Unic. foſſ. Boli arm. ana* ʒij. *Nuc. M.* ʒiß. *Cinam.* ʒß. *Sacch. cand.* ℥j. miſc. f. Pulv. *Doſ.* ℈ij. in *Vin. rubr.* ceu & Magnetem pulveriſ. in *linteo lacte muliebri madido* utero immiſſum in *laxitate nimiâ & hiatu oris uteri ſterilitatem inferente* laudat *Gieſvvein Hodeg. Met. p.* 1405. Sic refert *Paræus in Oper. Chirurg. Lib. VII. cap.* 15. *p.* 244. de Chirurgo qui magnetem pulveriſ. *infantibus herniofis* cum *juſculo* feliciter exhibuerit, inungendo locum affectum *melle cum limat.* ♂ *ſubtili*, continuando 10. vel 12. diebus cum *ſubligaculo* convenienti; Quia etiam vis in eo eſt ♂lis, ad ♂i effectus, accedit; prout & rectè *Galenus* aſſerit eum hæmatitis vires habere, *adſtringit* enim, *exiccat* & *conſolidat*, & ob ⊖lum in eo latens (quale ex eo habet ſuprà laudatus *Exc. Zuingerus*) non mirum quòd *Dioſcorides* referat, illum trium obolorum pondere ad craſſos & melancholicos humores educendos valere ac etiam *hydropes*, in quo ♂lia aliàs ſummè utilia, curare: *Externè* à *Paracelſo* ejusque aſſeclis *Emplaſtris epiſpaſticis* non ſaltem ſed & aliis admiſcetur, uti ingrediens eſt *Empl. Opodeldoch, magnetici, &c.* Sic *Solenander in Conſil. p.* 358. ſub ſplenio ſeq. *Emplaſtrum* alutæ ad formam inguinis triquetræ induxit pro Hernioſis: ℞. *Empl. contr. ruptur.* ℥vj. *Lap. magnet. Raſur. ſuccin. ana* ʒij. *Ol. ovor.* ℥j. Mſ. ſ. a. f. Empl. tenax, addendo, ſi opus, *Maſtiches* & *Ceræ* parum. Notatu digniſſimum eſt, quod *Ampl. Præſes Schrökius Miſc. Cur. Dec. II. Ann. V. p.* 477. refert; Magnetis in nucha & ſacculorum ramentis ♂ repletorum ad binos oculos noctu præſertim applicationem Mulieri Auguſtanæ in *Oculorum hebetudine cum cæcitatis metu* ſalutarem fuiſſe. Hinc ſit

α *Magnes præparatus* juxta modum *dexterrimi Chirurgi Fel. Würtzii Chirurg. p. m.* 621. *ipſum ſcilicet minutiſſimè pulveriſ. in tigillo igniendo* & in *oleum* ♂*tis dulce* (unde non parum, quamvis id rideat *Zvvelferus*, confortari ipſum teſtatur *Hoffmannus*) *pari quantitate injiciendo* & *poſtea igne ſiccando*, cujus ℥ß. plus hinc itidem præſtat, quàm decem *vulgaris ſtiptici* in validè *conſo-*

conſolidando vulnere, illiusque *ab omni affluxu humorum defenſione*, nimirum hoc *Empl. Paracelſi* ex gummatibus & ♄nis, croco ♂, *magnet.* lap. calamin. rad. ariſtoloch. rot. ut balſamicis acidum corrigentibus conſtans egregiè ſanat vulnera ſeu punctim ſeu cæſim inflicta ſine omni pure; Et ſi ad ulcera corrodentia expetitur, addi poteſt *Croc. metall.* ☉ ♃*li*, ☿*t.*

β *Emplaſtrum magneticum* ex *magnete ipſo* (unde differt ab illo *Angeli Salæ*, quod ex ♂li magnete fit, qui tamen quia potius corrodit & aperit quàm trahit, nec analogicè quidem Magnetis nomen meretur, dicente *Schulzio Scrut. Cinn. p. m.* 180.) *uſto & ceræ* commiſto à quibusdam præparatur, ut ferrum in corpore alicubi latens inde meliùs educi poſſit, verùm alii hunc effectum magnetem vi ſua attrahendi non amplius præſtare colligunt ex eo, quòd oleoſis & viſcoſis ejusmodi textura magnetis immutetur, quamvis aliàs ex *Monconnys Voyages* colligere quis poſſit, non adeo reſpuere magnetem oleoſas & ramoſas particulas, ex analogia fortè illarum cum materia ſtriata, dum refert *Kircherum* ſibi narraſſe, quòd ſi conſtituatur magnes ad latus vitri *oleo anethi* repleti, ita ut poli magnetis ſint perpendiculariter ſupra horizontem, magnetem tracturum inſenſibiliter totum oleum ex vitro. Plura de Magnete eaque curioſiſſima ſiſtit *Excell. D. Zuingerus in cit. Scrut. Magnet.* quod videatur.

II. Hæmatites à virtute ſiſtendi ſanguinem (vel in amuleto ſaltem de collo geſtatus, experientiâ multiplici *Exc. D. Vit. Riedlini Lin. Med. An.* 1696. *p. m.* 626.) potiſſimùm dictus, cenſetur eſſe *lapis mediæ naturæ inter terram, lapidem & metallum*, participat enim multum de natura ferri, compactus in lapideam ſubſtantiam ex ramentis & ſedimento, quod aqua ex rubrica (ceu quam Hæmatitis parentem dicit *Agricola de Ort. & cauſ. ſubterr. L. IV. C.* 17.) vel minera ♂li rubra (adeo ut in ♂ excoqui poſſit, nihilque ferè aliud ſit quàm ♂i materia ſec. *Mathiol. Comm. in Dioſc. L. V. C.* 101.) abraſit, quâ de cauſa ad cotem attritus ſuccum reddit ſanguini ſimilem. Reperitur ut Magnes (cujus vis trahendi fortis, in Hæmatite verò obſcura ſaltem eſt ſec. *à Boodt de Gemm. L. II. cap.* 2.) in ferrifodinis, ceu ♂ aſtrum quoque appellatur. Differentiæ notabiliores deſumuntur ab ejus forma; habet ſtrias inſtar ♃ii, globoſus tamen ferè ſemper eſt & hic interdum *cavernulis plenus* eſt, ut is qui circa Hildeshemium (licèt is etiam in *Germaniæ ſylvâ Herciniâ* vel in *Cheruſcis Northuſiæ*, *Hartsgerodæ Miſniæ*, *Annebergio*, *Geuro*, *Zeblicio*, *Goslariæ*, *Haſſiæ Gladebacho*, *Thuringiæ Salveldiâ*, *Salburgiâ*, *Jenâ*, docente *Bauſchio eleganti de hoc Lap. Tr. C. III. p. m.* 93. reperiatur) occurrit, interdum *uvarum modo* concrevit, ut *Hercyniæ*, qui referente *Agric. de Nat. Foſſil. L. V. C. V.* obinde *Hæmatites botryites* dicitur, Metallicis der Glaß-Topff; interdum quoque *cerebri detecti formam præbet*, ut *Cheruſcus, Northuſiæ & Hatzgeroda*

roda, qualem figuris eleganter adumbrat *Aldrovand. Muſ. Met. p. m. 649.* (qui & alium ſiſtit nigrum figurâ Cupreſſi) *Muſ. Calceol. p. m. 273.* & *F. Imperat. Hiſt. nat. L. 26. C. 7.* Niger, turritus, ſtalacticus & erinacei modo aculeatus eſfoditur circa vallem Joachimicam; Niger quoque & turbinatus eſt Geurenſis, Annebergenſis, Salveldenſis. *Vires* lapidis *Hæmatitis* ob ♀ ♂le in eo minus arctè recluſum egregiæ omnino ſunt, ut etiam quibusdam nationibus pro *panacea* habeatur, uti legere eſt apud *Polemannum de ♀re Philoſ. cap. X. p. m. 153.* de *Scoto* quodam, qui *Hamburgi* ſolo *pulvere lap. hæmat.* cum *ol.* ♌. *fœniculi* imprægnato quàm plurimos morbos ſanârit, & de *Pruſſis*, quod hoc lapide cum pauco *aceti* aſſumpto mox morboſas incommoditates abegerit; imò prout ipſum ♂ in ſe aurei quid continet, ita & in hoc lapide TRam ☉rem latere probat ejus in 🜂R ſolutio, quæ minimè cedit ſolutioni ejusmodi ☉ri; præterquam verò taliter inſigne queat eſſe *anticachecticum*, (℞. *Pulv. lap. hæmat.* ℥ß. *nuc. moſch. q. ſ. ad imprægnat. Extr. croci* ʒj. M. f. *Pulv.*) virtus ejus principalis erit in *humoribus fluidis nimis condenſandis*, fibrillisque corporis laxis nimis corroborandis & firmandis, ceu hinc in *Fluxibus quibuscunque alvi* (v. g. in *Dyſenteriâ*, maximè *diaſcordio Fracaſtorii* commixtus, vel in *Pulv. ſtyptico D. Michaëlis Cap. de* ♁ *deſcript.* vel ſeq. *Frid. Hoffm.* ℞. *Lap. hæmat.* ʒiij. *Terr. ſigill. Unicorn. foſſil. ſuccin. ppt. Sang. dracon. ana* ʒj. *Camph. gr. x. Laud. opiat. gr. iiij. vel hujus loco Sem. hyoſcyam.* ℈ij. *vel* ʒj. miſc. F. *Pulv.*) *uteri*, *hæmorrhoidum* (ſi *Lapis hic* ulterius *in ollâ novâ in furno tegularum vel figuli combuſtus* & *cum croco martis adſtringente & telis aranearum itidem combuſtis mixtus* tum *intus* tum *extus* uſurpetur, de quo *Stocker. in Empiric. p. m. 145.*) *narium* (vel ex ſignaturâ ſi juxta *Mylium Antidot. Med. Chym. L. I. C. VI. p. m. 70.* manu detineatur, vel brachiis alligetur vel de collo ſuſpendatur, ceu præprimis hæmatitis cerebriformis virtutem ſe mirabilem expertum eſſe refert *Encel. de re met. L. III. C. 6.* licet *Paracelſ. Chir. Magn. L. I. Tr. II.* Carneolo hoc potius attribuat, ceu & nos Lateres coctos manu detentos hoc præſtare vidimus) egregiè exoptatoque cum ſucceſſu operatur, ac etiam *exulcerationes* tum *internas* tum *externas* ſanat, prout ad ſpeciales ejusmodi affectus ſe demittit *Excell. Bauſchius de Lap. Hæmat. Cap. V.* nimirum præterea conducit in *hæmoptyſi* & *phthiſi*, ceu *Trallian. L. VII. C. I.* refert ſe eum in pollinem tritum utiliſſimè dediſſe cum *ſucc. granat.* vel *plant. polygoni* vel etiam ex ſolâ *aquâ egelidâ*, & *Plater. Prax. T. III. L. II. C. V. p. m. 635.* cum *aquâ* decoctum, prout & nos cum *Vinis medicatis* ad cachexiam poſt febres relictam ſummo cum ſucceſſu immiſcuiſſe *Exper. D. D. Henr. Köferlinum* novimus; Sic & *Vomitum ſanguinis* ſedare expertus eſt *cit. Plater. p. 663.* & *mictionem ſanguinis p. 705.* ſi nimirum *ejus* ℈j. cum *ſacch. roſ.* ʒij. detur, prout ob hanc cauſam eum utiliſſimè immiſcuit *Minſichtus in Armam. Sect. V. p. m. 103.*

p. m. 103. ſuis *ſpeciebus diaPlantaginis*, quibus Chirurgum quendam *incontinentiam* ⊡*næ poſt partum* feliciter ſanâſſe novimus, item *ſpec. diaMartis* ad *dyſenteriam*, in quâ etiam *cit. Plater. cit. Tom. p.* 734. *ſuccum* ejus *rubeum* cum *aq. roſ.* vel *plant.* elicitum *Clyſteribus* utiliſſimè immiſcuit; haud ſecus ac *Trochiſcis alkekengi* in *renum ulceribus* utiliſſimis quoque immiſcetur hic Lapis, ac in *cancroſis uteri affectibus Paracelſus* eum *ſali* (ad *hujus* ℔ß. immiſcendo *Hæmatit. Thur. Mum. ā.* ℥ij.) miſcuit ad condiendos cibos. Sic in *Epiphorâ* & *ſugillatione oculorum* mirè convenit cum *lacte muliebri* inſtillatus, *aliisq́; eorum affectibus*, de quo *cit. Bauſchius* conſuli poteſt; Quin & minimè reticendum, quod *Doct. Anglus Colbath in Tr. de Podagr.* ex remediis quæ poſt *V. Sect.* in plethoricis huic malo opponuntur, præprimis laudet *Lap. hæmat. ſubtiliter pulv. cum crem.* ♀. hauſtum in *Infuſ. rad. Eryngii, ſem. bardan.* & *fraxini*, nimi jam olim *D. Langeloth. Schrödero in Pharm. L. III. C.* 8. communicavit pollinem hæmatitis cum *Aq. diaph.* maximo cum fructu exhiberi. Nos hîc elegantiſſimum proceſſum adnectimus ſequentem, ex cujus titulo de re ipſa cujus ſit æſtimationis, judicare eſt. Eſt is *Elixir Arboris Vitæ* ſeu *TRa* ♂*tis* △*lis* & *adſtringens*: ℞. *Lap. hæmat. ſubtil. trit.* ℔ß. ⊖ ✱ *ci* ℔ß. Terantur exacteque inter ſe miſceantur, committantur cucurbitæ ▽eæ, cui alembicum vitreum adaptato, & inſtituatur ♎tio ex △e nudo, ſucceſſive gradus augendo (NB.) ita enim adſcendet primò ⏜ ⊡ ✱*ci* aliquali flavedine tinctus, hunc ſubſequuntur *Flores lutei* & tandem extrema ignis violentia *Flores aurantii TRâ* ♂*tis* egregiè exornati: Hos flores concomitari ſolet ⏜ quidam ☿*dus* qui nullus alius quàm ⊖is communis extremâ ignis violentiâ colliquati; ubi Alembicus inclaruit, ſignum eſt, omne △le eſſe expulſum ac proinde ab ulteriori opere eſt abſtinendum: ubi vaſa & furnus refriguerint, ex unica hac operatione ſequentia ſibi obtinebit medicamina Chymiatricus: 1. Spiritum obtinebit in recipiente *urinoſum* △*lem* aureo colore tinctum; cujus vires explorare licet in *obſtructis menſibus*, *paſſione hyſtericâ*: *Exterius in morbis ſoporibus* naribus offerri ſolet, acerrimus enim eſt & △lis in ſummo gradu: *Doſ. à guttis iij. ad viij. vel x.* 2. *Flores aurantii* in alembico collecti diaphoretici ſunt, potenter obſtructiones reſolventes, qualiter teſte *Frider. Hoffmann.* (qui hos flores ♀ magneticum meteoriſatum *Poterii* credit, nos autem ⅙niale quid hoc eſſe judicamus) *in Not. Poter. p. m.* 464. dati humorum tenacem ſaburram non tantum incidunt, ſed & ſæpius feliciſſimo cum ſucceſſu educunt; commodiſſimè, ait porrò, flores hi adjiciuntur purgantium extractis, nam latitat in his etiam ſingularis virtus corrigendi acre illud principium, quod nonnunquam in diſpoſitis ſævos ſpaſmos torminaque ciet; quare etiam Extractum catholicum purgans ſeq. ipſi uſu: ℞. *Extr. Aloës opt.* ℥j. *colocynth. Reſ. jalap. ſcam. Gum. gutt. ā.* ʒiij. *Flor. mart. ſeu hæmat.* ʒij. M.

Doſ. ℈ß. *ad* ℈j. addendo in *aſthmate & malo hypochondriaco, Gumm. ammon. Myrrh. croc. Hyſterico Caſtor. ol. ſuccin. ſabin. nephritico ſal ſuccini, in lymphæ maligno & benigno coagulo* ☿ *dulc.* qui etiam obinde *Pilulis catholicis Poterii*, quas *arthritidem* ſæpiſſime ſedare comperit, & in omni morbo intemperantiæ feliciter exhibentur, utiliſſime immiſceri poteſt cum ♀*e aurato* ♁*nii*: ℞. *Aloës opt.* ℥ß. *myrrh.* ʒij. *maſtich.* ʒj. *croc.* ʒß. *magn. ſaturnin. meteoriſ. ſeu Fl. lap. hæmat. vel potiùs* ☿ *dulc. croci metall. ana* ʒß. *cum ſyr. roſ.* f. Maſſa. *Doſ. à gr. xv. ad xxv. Doſis à gr. viij.* ℈ß. *ad* ℈j. His verò floribus ſi affuderis *alcohol vini* ad eminentiam 3. digitorum transverſor. & reliqueris per aliquot ſeptimanas in digeſtione obtinebis *TRam aurei coloris*, qualem ex ipſo ☉o vix arte Chymica elicere licet præſtantiorem, eſtque vocatum *Elixir Arboris vitæ*, reverâ *TRa* ♂*tis* △*lis* ⊖*le* ✱*co* △*li* nobilitata, potenter *obſtructiones* reſerans, *lienis* ſcil. *hepatis, pancreatis, uteri, renum*, quia & *antiſcorbuticum* & *antiſpleneticum* vel *antimelancholicum* inſigne eſt, dum *ſanguinis craſſam diatheſin* ſummopere attenuat ac *lienis viſcus* roborat, *ſive is ſanguinem magis volatiliſſet, vel, ut Guil. Covvper in Anat. nov. vult, diverticulum ſaltem ſit, quo ſanguis ſero imprægnatus ſecedat, per venas ſplenicas in venâ portæ denuò ſanguini à ventriculo inteſtinis, pancreate, &c. remeanti craßiori, motûs hujus circulatorii gratiâ per hepar neceſſariò promovendi, affundendus*: *TRæ* hujus *vis* quoque inſigniter elucet, vel *ex ſignaturâ, in Ictero* (maxime ſi unà pulvis ex *diaphoretico* ♂*tiato* & *Lumbricis terreſtribus* aſſumatur, & per tres dies *Potio Genuenſis* ſeq. à *Boccone Muſ. Fiſ. p.* 127. laudata uſurpetur; ℞. *Aq. cich. cap.* ♀. *aa.* ℥vj. *card. Mar. calcatr. ana* ℥iij. *Album. ovor. rec. num.* 2. agitentur ſimul exacte, dein add. *Succ. limon.* ℥ij. *Sacch. cand.* ℥iij. M. pro 3. *doſ.*) *Hydrope* cum ſumma atropia ex obſtructione glandularum meſenterii, *Tabe infantum*, in omnibus *febribus intermittentibus* præſertim *Quartanâ, menſium pertinaci obſtructione, paßione hyſtericâ, vermibus necandis, cephalalgiâ, palpitatione cordis, &c. Doſ.* ℞ eſt *à gr. x. ad xxx.* in vehiculo convenienti. 3. ☉aëri humido exponito, ita enim ſolvetur in Liquorem, quem filtrato, & obtinebis ſtypticum & adſtringens potiſſimum & præſtantiſſimum, aurei coloris, in ſe abſcondens nobiliſſimum puriſſimi ♂*tis* ⊕*lum*: Hujus *adſtringentis TRæ guttæ à* v. *ad* x. in conveniente liquore propinatæ, potenter compeſcunt *Hæmorrhagias* quasvis, *Uteri, Narium, Pulmonum, Diarrhæas* & *Dyſenterias*, uti & *Fluxum album mulierum*, adhibitis generalibus, potenter curant; *Exterius* ubi rami majores arteriarum ſunt abſciſſi *liquor* hîc ſacram præbet anchoram, ſpongiâ enim exceptus & plagæ applicatus illud præſtat, quod à ſtyptico ſperari poteſt; inſuper in *Lienteriâ* ubi fibræ orbiculares ventriculi per nimium potum ſunt nimium relaxatæ, hæc *TRa* ♂*tis adſtringens* blandè ventriculum ad officium reducit: 4. vel *Ultimò* quod remanet, illud in Xbulo forti igne reverbe-

verberationis cremato ſtrenue, & obtinebis *Crocum ♂tis adſtringentem*, magnâ copia, abluendum *aquâ roſac.* De his vid. ulterius *Notas Hoffmanni in Schröderum cap. de Hæmat.* item *Kreuchner.* & *Frondeckium in Tr. de Elix. Arbor. Vit.* Quia verò curioſa quoque eſt *☿um* ex *lap. hæmatite* eliciendi methodus *Exc. Joh. Lud. Hannemanni*, eum ex *Miſc. Cur. Dec. II. An. I. Obſ. LXXV. p. m.* 179. ſiſtere placet: *Hæmatitem*, ait, *primò in alcohol terimus, deniq; calcinamus cum ⊖e ♀ri in furno figulino vel vitriario in vaſe ad illud aptato: furno iſti exempto, ſicq; calcinato affundatur -∩- ⊡ ad ſummum rectificatus, inditur retortæ bene lutatæ ad fortiſſimum ignem, -∩-tum ſic abſtrahendo, novum ſemper reaffundendo, idq; novies, accipimus hoc labore ⊖em Λlem ſaturatâ rubedine tinctum, ex quo paramus TRam cum -∩-u Vini alcoholiſato; quâ TRâ tota medicina nihil præſtantius habet. -∩-tus ⊡æ abſtractus confunditur & ⊖e ♀ri imprægnatus exponitur ♌ioni, donec hæc duo bene ſint unita. Iſte liquor ⊡æ ſic ♀ ⊖is vi vel animâ animatus affunditur reſiduo hæmatiti, & digeritur vitro hermeticè clauſo in cinere calido per menſes duos, rurſum abſtrahitur ad ſiccitatem; ſiccum hæmatitem tunc ſublimamus, ♎tum ♄ri admiſcemus, & tunc obtinemus ☿, ♄aris verò in pondere ſuo augetur, & quando hic reducitur ad ☿ vivum, & hæmatitis ☿ adeſt, hic ab alio ☿ ♄rino colore rutilante diſtinguitur.*

III. Schistus dicitur lapis hæmatiti conſimilis, quòd videatur quodammodo fiſſus, fere ad inſtar ✱ci, cujus more in longas rectasque particulas vel laminas findi poteſt, easque ſplendentes & perſpicuas, per quas ſi ſol inſpiciatur, croceus apparet, quamvis reſpectu hæmatitis color magis pallidus ſit, prout & hinc *Vires Schiſti* ſecundùm proportionem ſunt debiliores (ut ut nihilominus quid aurei in eo latitet) nihilominus ſatis traumaticæ, non ſaltem *extus* ſed & *intus*; v. g. in *Phthiſi* cùm *hæmoptyſi*: ℞. *Lap. Schiſti rubicundior. vel Lap. hæmatit.* ʒj. *trito ſubtil.* add. *Ol.* ♌. *fænic. cort. aur. ana gut. iij.* affund. *Aq. fænic. biſtort. pulmonar.* ā. ℥j. *Lil. alb.* ʒvj. ✳ ʒj. *Corall. rub. Matr. perl. ſubtil. ppt.* ā. ℈ij. *Syr. fl. pap. rh.* ℥ß. M. Detur omni bihorio hinc cochleare. Ex Schiſto quidam Colorem puniceum Keſſelbraun parant, nimirum illo qui in *Platta Bohemiæ* naſcitur. Vid. *cit. Bauſchius.*

IV. Smiris lapis eſt itidem ferrugineus, nigricans, magis adhuc durus quàm nodi in ſchiſto Miſeno enaſcentes, ceu hinc optimè artificibus, Gemmariisque inſervit ad polienda arma; nimirum Smiris tanquam duriſſimus hæmatites conſpicitur & ad cotem aquariam aliquem ſuccum ſanguineum reddit, *Plinio* hinc *tertium hæmatitis genus* dictus. Quia verò ſumme aſper & indomitus eſt, omnia atterens, tantæque duritiei ut etiam Adamanti comparetur, non ſaltem *Gemmariis* inſervit ad gemmas ſuas licet duras purgandas & detergendas, ſed & *Vitrariis*, ceu qui vitreas laminas eo dividunt, *G. Agricola* cum in *metallis Miſenorum argentariis*, *Annebergi* alibique

produci aſſerit. Juxtà *Wecker. noſtrum de Secret. L. X.* ad fingendos typos pro formandis numiſmatibus, Smyris valde probatur, nimirum ei optimè trito igneque candefacto aqua adſpergitur ad modum paſtæ, ſicque typi per ſpatium multorum annorum duraturi formantur; quin imò ſi frangantur, rurſus conterunt & iterum finguntur & meliores evadunt.

V. Lapis Lazuli cœruleus (cœruleum montanum, German. Bergblaw inde quoq; dictus) eſt punctisque aureis flamulisque velut exornatur, *Armenus* verò maculis relucet viridibus, cœruleis & ſubnigris. Talem *lapidem Lazuli* cum Chryſocolla diſtinctè adhærente in venâ argenti repertum, ex *Alpibus Rhæticis* obtinuit *Clariſſ. Wagnerus.* Ex quo quid de viribus ſit ſentiendum, conſtabit; nimirum ambo inter fortiora purgantia recenſentur, imò etiam ſi virulentiâ ⚯li decenter haud liberentur, inter venena: *Uſus* ſcil. ejus tum *externus* tum *internus*; *Externum* quod ſpectat *Lapis Lazuli* pro periapto uſurpatus, experientiâ *Illuſtris Viri Gondacheni à Liechtenſtein*, referente *Spigelio de Hemitrit. p.*104. ad *febres arcendas* quibus is erat valde obnoxius, præcipuè *tertianas* laudatur, neque enim interea ſe dum illum geſtaret *collo* ſuſpenſum à *febre affectum* dicebat; Quoad *internum* verò horum *Lapidum virtus purgativa* ſec. *Grevv Experim. Curioſ. pag. m.* 36. conſiſtit in quodam Ꝗ*li*, quo & ♉*dum hypochondriacum* extinguunt, ceu hinc *Pilulas de lapide Lazuli* officinales *Martinius Hebdomad. Med. p. m.* 419. pro unico remedio demoliendo *hypochondriaco malo* habet; Nos ⊕*lo vim* ſuam tum *purgantem* tum *antihypochondriacam* adſcribendam eſſe judicamus, quin & ▽æ ♂li vel ♀eæ quam copiosè fovet, ut ejus Calcinatio nos docuit; Quare & *Liſterus in Exerc. de Hydrop. p.*24. ex iis *flores* ✳*ci cœruleos* ſeu *Ens* ♀*ris* ita fecit: ℞. *Lap. armen. vel cujuslibet boni metalli cuprei &* ♁*ii crud. aa. q. v.* funde *cum* ⦶*ro* ut moris eſt, f. *Regulus* ♁*ii* ♀*reus*, hujus ℞. *p. j.* ⊖ ✳ *p. ij.* ſtent per menſem in loco humido, dein ♎matur in *flores cœruleos* collo 🝭æ adhærentes. Cœterùm quia hi *lapides* extinctâ proprietate purgandi, longè nobiliores poſſident *virtutes*, ſtatuendum videtur, quicquid boni hi *lapides* in *Maniâ*, *Quartanâ*, *Apoplexiâ*, *Epilepſiâ*, *affectu hypochondriaco* præſtant, id à 🜍*re* eorum ⊕*lico* quin & ☉*ro* ritè extracto, depurato, præparato & ad maturitatem redacto eſſe referendum, ceu & hinc *lapis* de *collo* geſtatus, ſingularem proprietatem à 🜍*re* ſuo irradiativo poſſidet puerorum terriculamenta abortumque præcavendi; nimirum ☉ro divitem eſſe hunc *lapidem* aureæ prædictæ micæ oſtendunt, ceu etiam ☉ri ex eo extractionem proponit *Athan. Kircherus Mund. ſubterr. Tom. II. lib. X. ſect. IV. cap.* 3. & *lib. XII. ſect. V. part. III. cap.* 4. *propoſ.* 12. Duplicis tamen generis lapidem hunc eſſe, unum, cujus micantes illæ particulæ revera aureæ ſint, alterum in quo marcaſita potiùs ☉um ſaltem mentiatur, quam differentiam dijudicare docuit *Gabr.*

Fallopius

Fallopius lib. de foſſil. cap. 33. lapidis ſcil. in ignem immiſſione, in verè aureo ſcintillas iſtas pulchriores redditurâ, contrarium autem in altero productürâ. Cui tamen contrariatur *Joh. Steph. Strobelbergerus cap.* 9. *de confect. alkerm.* nunquam tale quid in plurimis *Lazuli lapidibus* à ſe deprehenſum eſſe, omnes nempe, qui ignis vim perſenſerant, ſcintillas ſuas aureas amiſiſſe, adfirmans, ut ita omnes in pharmacopolis proſtantes lapides hoſce *Marcaſitæ* potiùs plurimis portiunculis refertos eſſe concludat, quæ ⊙um quidem primo adſpectu æmulantur, verùm ubi ignis vim ſubierunt, ſplendorem ejus penitus derelinquunt. Cujus etiam ſententiæ videtur eſſe *Nob. D. Joh. Nic. Pechlinus cap.* 22. *de Purgantib.* æs purgativi ♀is plenum ex *lapide Lazuli* elici, ex *pyrotechnia* notum eſſe, quin & eundem maximè in æris fodinis & in metalli hujus ſinu enaſci, matremque ſuam colore manifeſtè teſtari adſerens. Cœterùm ob ⊕*lum* ♀*eum* rite excoctum ex *orientali lapide Lazuli* Color habetur *Ultramarinus* auro pretioſior; qui cum ætate haud immutatur, uti color aliàs ♁*ris nativæ* à pluvia aliisque injuriis aëris immunis perſtat. Vid. *Bauſchius de Cœrul. & Chryſocoll. Mazotta de Miner. p. m.* 257. ex illo compoſitionem Ultramarini ſeq. docet: ℞. *Lap. Lazuli, venulis* ⊙ *dotati ignit. & extinct.* ▽ *commun. ſubtiliter piſta in mortario æneo, unitim tenens pulverem, deinde pone in olla ad ignem* maſticis ℥ij. picis græc. ℥iij. olei lini ℥j. olei abiet. ℥iij. cer. flav. ℥iij. *quæ per quartam partem horæ coquantur, quod cognoſcitur, ſi trahendo cum baculo filum ex ipſo, filum ipſius materiæ frangitur, vel ſi poſita una gutta ipſius intra* ▽ *frigidam concreſcit, & non expanditur, quo cocto ſtatim, paulatim pone pulverem tui lazuli, ſemper miſcendo cum ſpatula lignea ſicca (& doſis pulveris cum prædictis ingredientibus ſit lib.* 1.) *& mixta ſimul omnia projice intra* ▽ *frigidam, & ibi manet per* 15. *aut* 20. *dies, mutando* ▽*am ſingulis diebus, poſtea intra* ▽*m tepidam incipias illam maſſam manibus benè contrectare, & exiet Azurum, namque* ▽ *colorabitur, decanta* ▽*m in catino & ſerva, iterùm pone novam* ▽, *commove ſæpè materiam & contrecta manibus & coloratam iterum* ▽*m ſerva, & hoc fac toties apponendo novam* ▽*m, uſque dum non amplius colorentur. Permitte aquas reſidere per* δ ρ, *& in fundum deſcendet azurum, quoniam iſta non omnia ſunt æqualis coloris, idcirco prima, quæ exierunt, & quæ ejusdem ſunt coloris intenſi miſceantur, namq; iſtud æſtimatur multum, per ordinem poſtea miſce ſecunda convenientia in colore remiſſiori, deinde ultima ultimarum aquarum quæ ſunt minores. Laves iſta tria diviſim pluries cum* ▽*a frigida & purgabuntur, & illis utere: opus enim eſt hoc pluries expertum à me & aliis.*

VI. Lipis à civitate provinciæ Jontoſe Novi orbis, ubi eruitur ita dictus, de ♀re, ut de ⊙ *lapis lazuli* & ☽*to Armenus*, participare videtur, colore enim eſt cœruleo ſaphirino cum duritie inſigni, cujus ſi *grana aliquot* in

aq. plan-

aq. plantag. macerentur, aqua fit cœrulea, cujus *Vires* ſunt *ulcera mundificare*, & eorum *virulentiam domare*, idque ob *vim* ⊕*cam*, quâ dotatur.

VII. De Glossopetris (ita dictis quòd in modum linguæ ex matrice ſua creſcant, idque quia fibras habent in longum diſpoſitas ut truncus arboris) ſententiam noſtram diximus in *Regn. Anim. Sect. III. Art. V. §. IV.* pleroſque lapides potius eſſe ſui generis quàm canis Carchariæ dentes petrificatos, ut *Steno*, *Conringius*, *Borellus*, *Fabius Columna*, aliique voluerunt, licèt non negaverim tales quoque reperiri, ut docuit inſpectio earum, quas exhibet *Muſeum Platerianum*, quâ in re quoque aſſentientem habemus *Ol. Wormium*, qui C. X. *p. m.* 67. refert duum generum *Gloſſopetras* dari, unum quod ex Lamiæ dentibus petrificatis ortum trahit, quod etiam exactè ea refert & alterum quod figurâ & colore aliquantulum diſcrepat & non ſaltem in memediterraneis ſed & aliis locis repetitur, v. g. in *Liberis Provinciis in Helvetiâ* noſtrâ prope pagum Megenwylen *è comiſſuris ſaxorum diverſæ magnitudinis*, linguam pici avis, non hominis, ut quidam volunt, exacte referentes. *Veſlingius* hinc *in epiſt. ad Bartholin.* (*Epiſt. Med. Cent. I. p. m.* 240.) mineralibus *Gloſſopetras* quoque potius accenſet quàm animalibus. De *Viribus Gloſſopetrarum* judicium meritò fertur ex 🜃a, in quâ in *Inſulâ Maltâ* illæ reperiuntur, hæc enim quia *vi alexipharmacâ* pollet & cruda utiliſſime *Tarantulæ morſibus* aliisq; *venenis* applicatur, nullatenus ridendos illos æſtimamus, qui *Gloſſopetras majoris* æſtimant *lapide Bezoar*. In *febribus* certè ferocia ⊖ia egregiè domant & præcipitant; nec malè etiam in *Amuleto* uſurpantur pro *juvandâ dentitione*, *præcavendâ epilepſiâ*; è 🜃â enim puriſſimâ ſcatent, unde & leves ſunt & facilè linguæ adhærent, quales pro optimis aliàs habentur.

VIII. Astroites vel melius Astrites ſeu lapis ſtellaris (de quo forte intelligendus eſt locus Philonis Byblii de Aſtarte Phœnicum Deâ, juxta correctionem *Colomeſii* ita habens: εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα ὃν καὶ ἀνελομένη ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσε: reperit ſtellam ex aëre delapſam, quam capiens, in ſacrâ Inſulâ apud Tyrum dicavit) à ſtellulis nigricantibus, quibus undiquaque inſignitur, dictus, id præ reliquis lapidibus ſingulare habet, quod in 🜊*tum poſitus* vertatur nonnihil in orbem & *moveatur* de loco, idque ob ſtellas ejus raras, intermediumque denſum, quo fit ut dum illæ 🜊tum combibunt, èque ſuis foraminibus & poris aërem expellunt, lapis commoveatur. Circa modum productionis judicat *Boccone Muſ. di Fiſic. p.* 286. eum oriri, dum tubulis coralloideis in medio ſtellatis & in ſuperficie ſtriatis plurimis invicem eo adunatis (quæ ſcil. *Madrepora* dicuntur) argilla in medio vel 🜃a aut arena immiſcetur, adeo ut poſtea indurata Lapidem exhibeant Aſtriatem, velut ſtellas repræſentantem, ceu Chirurgus quidam Hagæ Comitis habuit *Aſtroitem* corallinis productionibus adnatum, isque potiſſimum ex Mari obti-

obtineatur; Quare etiam non mirum illum ob argillam bolumque (qui ſcil. ex -⌒- Ⓓ affuſionem itidem ſummopere effervéſcit & aërem incluſum elaſticum reddit) non ſaltem ex ▽æ affuſione in orbem moveri ſed & Virium eſſe traumaticarum, acidoque acri morborum internorum, v. g. *Colicæ, mali hypochondriaci, febr. malign. Diarrhœæ, Hæmorrhagiæ* (ſcilicet inſtar *Corallor. Oc.* ♋. *Terr. ſig. Perlar. C. C. Unic. foſſ. Gloſſopetr. &c.*) *Phthiſeos* præprimis reſiſtere, ceu *intus præparatus* decenter ingrediens eſt *Morſulorum* vel *Tabellarum antiphthiſicarum Paul. Boccone Muſ. Fiſic. p.* 15. ℞. *Lap. ſtellar. ppt. Ebor. ppt. aa.* ℥ß. *Fl. Samb. bellid. prat. exicc. aa.* ℥ij. *Fol. Caryophyll. mont. plant. anguſtif. mont. ana* ʒij. *Cattar. & Geran. Rob. ſicc.* (cujus Vires etiam deprædicat in hoc modo *Excell. DN. Colleg. Theod. Zuingerus in Theatr. Miſer. hum.* proximè edendo) *aa.* ʒj. *Fl. alb. nymph. ſicc.* ʒiß. *Sacch. cand.* ℥iij. *ſacch. alb. in aq. conv. ſol. q. ſ.* M. f. ſ. a. *Morſ.* Doſ. ℥ß. ter in die. Aliàs creditur is *victoriam conciliare*, unde & Germanicè Sigſtein vocatur, item geſtatus *apoplexiam* præcavere: *Araneos* verò illum abigere falſum deprehendit *Ol. Wormius.* Præter hunc *Aſtroitem* qui *mas* dicitur *Kentmanno de Foſſil. p. m.* 51. datur & *Aſtroites fœmina* in *Muſæo Plateriano* hîc viſendus, in quo maculæ non ſtellis, ſed erucis vermibus ſimiles viſuntur, prout & *Exper. DN. J. Jac. Scheuchzerus M. D Tigur. diligentiſſimus Mineralium & Lapidum ruſpator in Spec. Lithogr. Helv. p. m.* 38. refert faciei illi vel planitiei quæ *aſtroitem* ipſum ſeu ſtellarum icones ſiſtit, oppoſitam eſſe in eodem ſæpe lapide aliam, nunc priori parallelam, nunc in conicam abientem figuram, quæ præter tubulos ſeu vermiculos nivei lapideos ſtrias exhibet cometiformes à lapidis medio verſus peripheriam expanſas ſcoparum in modum. Cœterùm *Lapides ſtellares fiſſiles* in *Helvetiâ* noſtrâ in *monte Legerio & Randio* reperiuntur non ſaltem figurâ *cylindriacâ* ſed & *pentagonâ*; & juxta *laud. Scheuchzerum* in *flumine Birsâ Baſileæ noſtrâ vicinâ* non ſaltem *Aſtroites majoribus ſtellis* (qualem inter rariora noſtra ſiliceæ marmoreæque duritiei, vortices cœleſtes *Carteſii* exprimentem, juxta alia tum inibi tum aliis locis, montanis & aquaticis reperta poſſidemus) ſed & *minoribus minimisq;* ſtellis juxta *Cometitem, Ammitem, Siliculum ſtrombitem, Nucem moſchatam lapideam, Branchiali congenerem Columellum ſtriatum, Belemnitem truncatum polymitum, Nucem vomicam lapideam, Silicem reniformem ſtricturâ per medium diviſum, Tubulum foſſilem album, Siliculum rariorem cruciferum, Cranioidem, Strigoſulam majorem raſtellatam, Entrochum verrucoſum, Silicem carditem, Lepadem lapideam* reperiuntur.

IX. Lapis Judaicus à Judæa in qua reperitur, item *Tecolithus Aëtio lib. II. Tetrab. c.* 19. velut lapidem liquefaciens dictus, pro *antinephritico* præprimis habetur, ceu cum *ſaccharo cando* commixtus Infantibus *calculoſis* ſummo cum fructu exhibetur, *urinam* enim *movet* ac *lapides comminuit*,

non parum hoc innuente ejus *ſignaturâ*, ob quam etiam in *Palæſtinâ* adhuc hodie *Oliva lapidea* dicitur, ob formam quam obtinet cum ſtriis eminentibus & æqualibus elegantibus ab obtuſiore ejus parte ad acutiorem procedentibus, quales etiam in iis, quos mons *Randius* & *Legerius* exhibet, notantur. Paratur ex eo *Magiſterium* in *calculo, &c.* v. g. ℞. *Magiſt. lap. Judaic. lyncis ana* ʒiß. *Ocul.* ♋ *ppt.* ʒij. *Nuc. moſch.* ℈j. ⊕ *ppt.* ʒß. *Troch. alkekeng.* ʒij. *Sacchar. alb.* ℥j. M. f. Pulv. Ex eo autem quod dicitur arte ſignatâ colligi poſſe hunc *Lapidem*, ut & *Lyncis* ⊟*lum, &c.* concretum diſſolvere lapidem, infert *Frid. Hoffm. in Not. Poter. p. m.* 21. hoc non niſi exinde fieri, quod hi lapides *calcinatione* & *pulveriſatione ſal* quoddam *alcalinum* abſterſivum acquirant acidum deſtruens & mucum colliquans: aſſumitur autem omnium optimè in *decoctione ſem. aniſi* ℥ß. *in Cereviſ.* ℔j. cum *butyro* calidè, ſeu cujus *uſum* in *doloribus nephriticis* in ſeipſo ſalutarem repetit *Dan. Crugerus Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. IV. p. m.* 43.

X. Belemnites lapis à figura ſagittæ (βέλεμνον enim *Sagittam* Latini vocant, deſinit enim lapis hic oblongus coloris ferrei ex ampla radice in obtuſum apicem, poſtquam ubique radios è centro diffudit) quam refert, ita dicitur, aliàs etiam Incubi ſagitta (eò quod contra Incubum valeat) & *Lyncurius* ſeu *Lapis Lyncis*, eo quod ex ⊡a Lyncis ortum trahat, quòd adeo abſurdum haud eſſe experientiâ confirmat *Encelius* in apro, porcoque domeſtico caſtrato, in quorum exitu veſicæ lapis nonnunquam reperitur, coagulatus ex ⊡a, isque flavus & ſubpallidus, magnitudine fabæ, uti venator & coquus Principis ipſi monſtravit, quique ſit præſentiſſimum remedium contra *calculum*; hinc namque forte ſuſpicari quis poſſit, unde tam graviter oleat inſtar oſſium aut cornuum uſtorum ſi uratur, niſi *marcaſitæ* nos docerent à ♀e potius minerali quàm ⊡noſitate animali hæc deduci poſſe, ceu & exinde fit, quod ex fungis edulibus ex Lapide Lydio enatis extracta Aqua oleum è guajaco prolectum nonnihil redoleat, ceu de *fungis* hiſce *lycuriis* hoc refert, eorumque figuram ſiſtit *Exp.* p. m. *Joh. Georg. Volkamerus Miſc. Cur. Dec. II. Ann. III. obſ. CCXVI. p. m.* 414. Differentias ejus elegantibus figuris ſiſtit *Joh. Bauhinus de Font. Boll. p. m.* 33. nimirum præter vulgares dantur *Belemnitæ in acumen eleganter faſtigiati, quorum baſin ex* ▽ *a argilloſa cinerea enatam ambit pyrites auricolor: ſubſtantia pleraque ſolidiſſima ſtriis rubris in centrum vergentibus radiata, ad baſin & ſuprà paulo intus fluor albus infarcit. Datur item Belemnites radiatus cum armatura lucidiſſima viridanti cujus ſubſtantiam pyrites ſubinde penitus opplet. Fragmentum belemnitæ hoplitæ armatura orichalcea. Belemnites cinereus alatus. Belemnitæ parvi. Belemnitæ canaliculati. Belemnites fuſi inſtar, ventre craſſiore in acumen utrinque deſinente. Belemnites cinereus dentis canini modo triplici ſulco exaratus.* Nec pigebit illas

adducere

adducere *Varietates* notabiles utpote à figurâ & magnitudine petitas, quas ſiſtit *Lachmund.* ὀρυκτογρ. *p.26.* ut eſt I. *Belemnites magnus cinereus, plenus, cruſtâ ſubcandidâ tectus, cum ſtriis, quæ à centro uſque ad extremitatem tendunt, figura ferè eſt cylindri parùm compreſſi, fricatus olet cornu uſtum.* II. *Subcinereus ex ampla radice ſtriata in tenuem aciem deſinens.* III. *Ex nigro cinereus cum radice rotunda non ſtriata.* IV. *Parvus, niger & ferè pellucidus abſque rima.* V. *Fragmentum candidi quaſi uſti.* VI. *Magnus ex nigro cinereus, paſſim cruſtâ tectus, ▽ram luteam in ſe continens.* VII. *Cinereus totus pervius, ut ſtylus poſſit transmitti.* VIII. *Cinereus ſemi concavus, carie plenus, nihil in ſe continens.* IX. *Cinereus formâ cylindri, alium lapidem ſplendentem, qui ex eadem materia conſtat, in ſe continens.* X. *Parvus ex nigro cinereus, ▽am luteam in ſe continens.* XI. *Cinereus ſemiconcavus, nihil in ſe continens, in longitudinem diffiſſus, cum ſtriis transverſis.* XII. *Cinereus fortiter compreſſus, terram candidam & duram in ſe continens.* XIII. *Lapis cinereus, continens belemnitas duos minimos & nigros, & fragmentum mediocris, quod lapidem ex rufo cinereum in ſe continet.* Nec reticendus *Belemnita truncatus polymitus variis figurarum tractibus in ſuperficie exornatus,* ex vicino fluvio *Byrsâ* habendus, quem figura ſiſtit *Scheuchzer. Lith.p.44.* Vires *Belemnitis* ſunt *calculum* frangere, ſpiritumque figentem auſterum non ſolùm in *renibus* ſed & circa *dentes* necare, unde pulveribus lithontripticis (vid. *præced.*) & dentifriciis, uſtus præſertim, admiſcetur; Ob vim præcipitantem & ſeminarcoticam à ♀e minerali *febres intermittentes* abigit, ſi ʒß. *vel* ℈ij. *in* ✛*to* horâ una ante paroxyſmum detur, teſte *Frid. Hoffman. in Clav. Schröd. lib. III. cap. VIII.* §. 152. Mulo-Medici *cicatrices equorum* eo conſolidant. In ditione Baſilienſi prope Liechſtall copiosè reperitur, ut & *Legerio* monte & *Randio.* Falſum plerumque eſt quod nonnulli credunt hos Lapides cum fulmine de cœlo cadere, licèt aliàs quod de *Lapide fulmineo* dicitur, non judicemus ejus in nubibus generationem plane impoſſibilem, circumlatâ quippe fumosâ variæ imò contrariæ naturæ materiâ in nubibus, poteſt vi flammæ in lapideum corpus liquari & concreſcere, ſed tamen probabile videtur pleroſque lapides, qui ſub fulmineorum nomine venditantur & in Muſeis commonſtrantur, nil minus quàm fulmineos eſſe, ſed potius cuneos ejusmodi jam prius in iis locis extitiſſe & ex partibus ▽æ extuſos, in quas fulmen evibrabatur, imò *pyrites* ſaltem eſſe vel *mineras metallicas,* ut de lapide illo qui *Enſisheimii* monſtratur & cœlo cum fulmine delapſus creditur, ſummè credibile eſt, cujus particulam forti mallei ictu deciſam in Muſeo noſtro poſſidemus, aliam verò tranſmiſimus *Eminentiſſ. Cardinali Cœleſtino Sfondrati.* Vid. *Urſtiſii Chron. Baſil. Geſner. de Lapid.* præcipue autem circa hanc rem quoque audiendus *Excell. D. D. Georg. Eberh. Rumpſius in Miſc. Curioſ. Dec. II. Ann. VII. Obſ. 3. p. m. 5.* De Cerranniâ,

ait, metallica res obſcurior & intricatior eſt, cui & ipſe fidem adhibere diu nolui, donec multis & exploratis teſtibus convictus, paulatim manus dedi, metallum aliquod in nube fulminea poſſe generari. Illis notum eſſe poteſt, qui experientiam & probatos Autores callent. Hîc in *India* ejusmodi incredibilia ab incolis oſtenduntur Habent *Balienſes* in ſua Inſula rotam ſolidam ex ære cum ſuo modiolo, quam ajunt eſſe *rotam de curru* ☽*æ* magnâ tempeſtate delapſam in illum locum, ubi adhuc cuſtoditur. Inſula Serou 60. milliaribus hinc verſus Euronotſum diſtans & è ſolo fere monte conſtans, qui ante hos duos menſes valido ▽æ motu & igne ſubterraneo, cum tota fere Inſula diſruptus eſt. In illius montis vertice ante 50. annos ingens & monſtroſum vas æreum ſtetit, ambiguam habens figuram inter tympanum, dolium & ahenum, ab incolis *Tifa gontor*, h. e. *tympanum tonitus*, appellatum, quod unanimi voce incolæ narrant, patrûm ſuorum tempore ingente tempeſtate & tonitru illuc projectum eſſe, poſtea *Ternatani Prætores* magnâ vi vas illud fregerunt & plurimum æris abſtulerunt. *Præfectus* tamen quidam *Batavus* teſtatus eſt, ſe reliquias ejus vidiſſe, & ex iis conjeciſſe, tam vaſtum illud vas fuiſſe, ut ab hominibus in aſperum & præcipitem illum locum portatum fuiſſe, incredibile ſit. De *forma Ceraunia* difficilior eſt quæſtio, habet illa figuram inſtrumenti operâ humanâ confecti, venas in lateribus eminentes & ordinatas, cavum capulum, cui manubrium ligneum indi poteſt, & ita ad aliquod opus, ſive ruſticum, ſive bellicum hominibus ſervire potuit: at hujus rei cauſam exactam reddere, meum ingenium non ſufficere fateor. Noti ſunt abſque dubio *Ceraunei lapides*, qui ſemper habent figuram alicujus inſtrumenti fabrilis, quo cæditur aut cuditur, puta *ſecuris*, *mallei*, *cunei*, *mucronis ſagittalis*, &c. & multi reperiuntur, qui habent formam in medio. Quis effingit omnes iſtas figuras? niſi Archæus ſive ſpiritus fulmineus, qui in igne fulmineo materiam ſive lapideam, ſive metallicam per vapores è ▽a in nube evehit, fundit, cudit, & pro ſuo lubitu in figuram ♂ali ingenio competentem efformat. Sed quia nova Philoſophia iſtas formas ſpecificas & Archæos exſibilat, videat, quomodo per fortuitum concurſum ſuarum minimarum particularum cauſam manifeſtiorem nobis dare poſſit. Quid miramur naturam in nube fulminea maſſam aliquam efformare ad ſimilitudinem inſtrumenti cædentis & ferientis, cùm idem per ludum faciat in *Achate* & aliis *gemmis*, in quibus ſupellectilem & imagines noſtras domeſticas ſæpe videmus depictas, idque eadem figura in diverſis locis & temporibus, quod ſane refellit dogma de particularum concurſu & materiæ fortuitu fluxu. Ea autem natura, quæ in Achate potis eſt, quid mirum, ſi è maſſa fulminea inſtrumentum aliquod ſculpere aut fabricare poteſt? Fateor, ſunt multi, qui negant lapides Cerauneos in nubibus ipſis generari, ſed potiùs *in*

terra,

terra, ubi fulmen decidit, igne fulmineo, ut volunt, repente arenulas liquante, ut lapis inde fiat: Inter quos videtur eſſe *Georgius Agricola l. 5. de Ortu ſubterraneo*, ubi ſalſe ridet credulitatem *Avicennæ*, quòd ſcripſerit in Perſia, decidere, cùm coruſcat, corpora ærea, ſimilia ſagittis hamatis, quæ in fornacibus non liqueſcunt, &c. Ego potiùs miror incredulitatem, & pertinacem negationem *Agricolæ*, ſolertiſſimi cæteroquin naturæ ſcrutatoris, qui paulò ante in *cit. libro* ipſe teſtatur, ſe ▽as & ejuſmodi res cœlo delapſas vidiſſe. Modus quem ille oſtendit, quo talia corpora in aëra evehuntur, particularis eſt, competens procellæ & turbini, imò recte dixiſſet, ſi Typhonem appellaſſet, Meteoron nautis inviſum & navium velis ſatis periculoſum, quale *Imperator Carolus V.* in excidio ſceleratæ urbis *Algairæ* expertus eſt, (Belgæ vocant *Een Hooſ.*) Nihil autem commune habet modus is cum rebus illis, quæ cum fulmine decidunt. Quomodo enim opinio iſta de procellis locum habebit in alia ſpatula ærea parva & foramine pertuſa, quam fulmen impegit in ſummum faſtigium *Palmæ Indicæ*, quam vulgo *Calappam* ſive *cocciferam* vocamus, & apud me ſervo? aut quis turbo impegit alium lapidem Ceraunium obſcure viridem & cœlo fabrili ſimilem, quam ſimiliter mecum ſervo, quamque Europæus quidam Civis, Vir honeſtæ famæ & fidei, ſuis extrahi vidit oculis ex imo caudice vaſtæ arboris (*metroſideros* ſive ligneum ferreum dictæ) quam fulmen à ſummo uſque ad imum valido ictu diffiderat, quem Lapidem priùs à Regulo iſtius loci poſt multas preces impetratum porrò mihi donavit. Abſcindatur, quæſo, de tranſmiſſæ Ceraunex capulo fruſtulum, & in igne vel arte chemica examinetur, & abſque dubio diſcrimen invenietur inter *æs vulgare* & *fulmineum*, ſicut ego feci cum tali Ceraunia metallica, quam inter reliquas exoticas res ad *Sereniſſ. Magnum Ducem Hetruriæ, Coſmum IV. An.* 1682. tranſmiſi. Habemus his in locis *Ceraunios lapides*, qui in una parte lapis, in altera æs vel ♂um ſunt: habemus æs & ☉um tam impurum, ut vix fundi poſſint, niſi admixtione veri metalli, unde incolæ *annulos* faciunt, ſecundum eorum fidem iis fortunatos, qui bella gerunt, quod & de omnibus Ceraunniis credunt: addunt, aliquid de Ceraunia ſive lapidea ſive metallica inter *glandes plumbeas* mixtum facere illas *omnia arma perforare*, nempe quia fulmini nihil reſiſtit.

XI. Morochtus lapis eſt mollis, tener, lineas albas faciens; *Leucographida* Mathematicis imprimis hinc dictus: ortus ſcilicet ex albis ſaxis iiſque calcariis, eorumque ramentis, uti hæmatites, ceu hinc & lubricus eſt fere inſtar ſaponum, ſuccumque emittit lacti & ſaponi in candore ſimilem. *Uſus* ejuſmodi ſucci eſt ophthalmicus in collyriis, exiccat enim ſine mordacitate. Quia verò *Lapidis Hybernici* dicti Uſus quoque eſt pro inſcribendis rebus memoriæ cauſa de eo ex *Dale Pharmacolog, p. m.* 84. dicendum,

 quòd

quod is ſit Lapis Hybernicus *Offic.* Irrländiſch Stein. Lapis eſt foſſilis, ex nigro ſubcœruleus, ſapore terreo. In fodinis Angliæ & Hyberniæ reperitur. Quoad *Vires* cum *Spermate Ceti* viribus convenire creditur, & in *contuſionibus* non infrequenter uſurpatur, ſanguinem enim coagulatum reſolvit: Alii in *Febribus quartanis* valere ajunt. *Uſus* ejus *Mechanicus* eſt pro inſcribendis rebus memoriæ cauſa, &c.

XII. Aetites (ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ Aquila nomen habet ceu & *Herodialis* ab Herodio aquilarum maxima dicitur) non equidem in aquilarum nidis ſed in fluminibus, rivis, oceano ejusque littore, agris, montibus, (ut ſunt illi qui non procul Baſileâ circa celebre *Cœnobium Benedictum ad Petram Mariæ* quoque reperiuntur) ſaxorumque commiſſuris, teſte ejus ſcrutatore *Bauſchio*, invenitur, *prægnans*que dicitur lapis, vel quòd intus, velut in utero, lapillum alterum aut aliud quid, nim. arenam, margam ſeu argillam, etiam aquam, oleum, tanquam embryonem vel fœtum incluſum habeat, vel quod hinc, velut ex ſignatura, *prægnantibus* & *parturientibus* proſit. Quod ſi verò ſaltem 🜃am ſeu argillam colore variantem contineat, dicitur *Grodes*, qui tamen nil aliud eſt quàm Aëtites immaturus; nim. Aëtites juxta accuratum ratiocinium *Paul. Bocconi Muſ. Fiſiq. p. m.* 240. producuntur, dum corpori ſolido ex particulis homogeneis formato per additionem partis ad partem, denuo nova incruſtatio à particulis heterogeneis ſuperaccedit, hincque denuo ſuperinducitur nova tunica ex particulis homogeneis, ſicque ſucceſſive; adeo ut reſultet inde *Aëtites* ſonitum auribus admotus edens, quatenus ſcil. progreſſu temporis reſolutio fit & ſeceſſus particularum heterogenearum, ſic ut ex lapidis interioris alliſione ad tunicam ſuperiorem ſonitus inde reſultet. Ex variâ hac accretione particularum variæ dantur Figuræ Aetitis, quales *Beslerus in Faſcic. Rar.* ſiſtit. Nimirum juxta *Lachmund* Lapides *Aëtites* variant *figurâ*, *colore*, *ſuperficie*, *magnitudine* & *conſiſtentiâ*. *Figurâ* alii ſunt *rotundi*, *oblongi*, triangulares; alii *ſeparatas habent cavitates*: *Colore* alii ſunt *lutei*. &c. Alii *terram* vel *luteam* vel *cineream* vel *ſubpurpuream* in alvo habent: *ſuperficie* alii ſunt *glabri*, alii verò ex arena craſſiore ſunt *parvi*, *mediocres*, *magni*, ita ut capitis magnitudinem adæquent; *Conſiſtentiâ* alii *duri*, alii *molles* & *friabiles*, qui interdum calore ſolis diſſipantur; præprimis *laud. Lachmund de Foſſ. Hildeſ. p.* 30, ſeq. *Aëtitis differentias in* ſabuleto propè Hildeshemium reperit, ut eſt I. *Aëtites ſilicem pellucidum candidum & terram luteam in ſe continens.* II. *In ſuperficie cerebro ſimilis.* III. *Callimus apud Hildesh. in Lap. Aetite repertus colore & lævore lapidi bezoardico ſimilis.* IV. *Cordis figurâ cum terra lutea.* V. *Duas ſeparatas habens cavitates.* VI. *Terram cineream in ſe continens, ex qua piloſella enata. An.* 1667. *d.* 19. *Junii.* VII. *Terram cineream in ſe continet, ad latus verò habet elegantem impreſſionem matricis*

cochlitis

cochlitis ſtriati & tuberculoſi. VIII. *Parvus, cui ineſt terra lutea, cum cavitate exactè refert calceum ligneum Weſtphalicum, quem* Holſchen (*quaſi* Holtz-Schuh) *vocant.* IX. *Fuſcus, mitram Polonicam referens.* Et tales *Differentias Aetitis à loco natali, colore, odore, magnitudine & figurâ* deſumptas præprimis ſiſtit cit. *Exc. Bauſchius in Sched. de Aetite*, præter quas etiam alias varietates proponit *Menzelius Miſc. Cur. Dec. II. An. VI. Obſ. 46.* in Clivia & Marchia repertus, ut eſt *Aetites prægrandis, qui in cavitate ſuâ inſigni lapillos reſonantes continet*, effractus autem per tota cavitatis latera ferri flores ſplendentes, ſtriatos oſtendit, præter quem quoq; eſt *Aetitis Clivenſis duplex putamine* ex *ferro & ochrâ*, & alius ejusmodi ex *merâ ochrâ* conſtans. *Aetites triangularis Furſtenvvaldenſis arenas continens. Geodes Cliv. ex meris putaminibus ferreis ochra continentibus. Geodes putamine arenoſo intus ochra repletus. Geodes Cliv. repletus terrâ Cinnabarinâ. Geodes Cliv. repletus bolo rubro*; præprimis & rarus eſt ille, quem *cit. lib. obſ. I.* ſiſtit *Aetitem* nimirum *ſiliceum* qui eſt coloris obſcuri parum diaphanus inſtar pyritis, teſta nimirum ejus ex mero pyritide ſiliceo conſtat & intus ad latera cavitatis materiam candidiſſimam cum ſuo nucleo exhibet. Sic *Imperat. in Hiſt. Nat. p. m. 737.* deſcribit *Aetitem Garganicum, pallidum, arenoſum, melleum*, nim. præcipuè Species *Aetitis* variant pro *varietate* non ſaltem *figuris* ſed maxime *contentorum*, dum vel calculis, 🜃â, arenâ vel etiam 🜄â prægnans eſt, qualiter tum *Enhydros* dicitur, lapis ſcil. qui motus 🜄am reſonat ex humore intus latitante & clauſo, qualem An. 1666. è Cliviâ *Sereniſſ. Electori Brandeburgico* ſe attuliſſe *Menzelius Miſc. Cur. cit. An. p.* 127. refert, qui eum clave percutiens & frangens proſilientem liquorem luteum, aquam nempe multâ ochrâ dilutam, inde experiebatur. Apparet itaque initio, cùm Aetites generatur, materiam liquidam ferream circumvenire alium humorem heterogenium qui ab aëre non tam cito induratur, quàm circumveniens & ambiens ille humor ferreus & glutinoſus, qui cùm induruerit & obriguerit, humorem liquidum tam diu *Enhydros* continet, donec is quoque ſucceſſu longi temporis exſiccatus vel cavitatem lapidis totam repleat & *Geodes* fiat, vel à cavitate ſecedat, & in lapillum durum concretus ad motum quemlibet ſonitum reddat *Aetites*. Huc ſpectare videtur ſcopulus circa Mindam repertus, qui ex meris ſtratis ♂eis, interclusâ ſubinde arenâ, conſtat, ſic ut materia ♂ea & ∴ nil niſi ſtratum ſuper ſtratum exiſtat. *Vires lapis Aetites* juxta *Amm. Man. ad Mat. Med.* mutuatur potiſſimum ex 🜃 ſigil. ceu inde ab ipſo in *morbis malignis & venenis* adſumptis laudatur; Integer verò ſi adhuc ſit, præprimis dicitur *fœtum retinere* & ab *abortu præcavere*, ſi femori, internâ parte non procul à pube adhibeatur; ubi certè magna erit effluviorum aëtiticarum ♀rearum cum fœtu ejusque placenta conſenſus, ut nunc illi ſurſum verſus conatum concilient, nunc deorſum. Verùm autem hoc

eſſe

eſſe obſervationibus aliquot ſiſtit *Exc. D. Joh. Petr. Albrecht Phyſ. Hildeſ. Miſc. Cur. Dec. II. An. IX. obſ. 80. p. m. 136.* Uxor Præfecti cujusdam D. B. cum aliquot vicibus abortum, non obſtantibus contra hunc datis remediis, perpeſſa fuiſſet, de novo imprægnata, ac valde metuens, ne ante conſuetum & lege naturæ confirmatum tempus fœtum iterum abjiceret, remedia idonea ex me quærebat, quibus auxiliantibus longius ſpatium omnimodamque ſui in utero maturationem exſpectare illa poſſet. Promptè ipſi adfui, venæſectione aliisque efficacibus remediis intempeſtivi excluſionem maſculè aliàs declinantibus ejusdem conſervationem tentans: Aſt incaſſum omnia facta ſunt ſicque infelix Matrona ſpe ſuâ dejecta eſt, ut quarto geſtationis menſe, fœtum è gremio ſuo elabi mœſta iterùm videret. Septimâ igitur vice, cùm ſe rurſus gravidam ſentiret, loco aliorum medicaminum lapidem Aetiten ſindoni rubræ incluſum meo juſſu de collo ſuſpendit, ſic, ut nudam pectoris partem inter mammillas attingeret: Geſtavit hunc in nonum uſque ingravidationis menſem, de omni abortionis periculo ſecura. Sed quid fit? Abſoluto ordinario partus naturalis termino, ingruentibusque doloribus fœtus in lucem emiſſionem præcedentibus, per aliquot dies omnis labor omnisque pariendi conatus erat fruſtraneus, ſit ut miſera in vitæ diſcrimine poſita meum iterùm imploraret auxilium. Citò igitur cùm me ad ipſam contuliſſem, omnibus circumſtantiis bene examinatis alligatum adhuc amuleti ratione lapidem Aetiten deque collo ſuſpenſum deprehendi, hinc juſſi, ut obſtetrix eundem extemplò, ſoluto ejus filo cruri parturientis in alterutro latere alligaret; unde factum ut finito vix unius horæ ſpatio mater laborioſi nixus puerperio admodum enervata fœtum maſculum optimâ ſanitate in hoc uſque tempus fruentem ederet in lucem, adque paucos redactam familiam ab interitu ſic vindicaret. Lubet aliam ſimilis farinæ hiſce annectere Obſervatiunculam. Vix tempus bimeſtre præteriit, cùm generoſa ac illuſtri ſtirpe orta Matrona de L. utero gravis huc loci appelleret ipſoque adventûs die, quo ſcil. in curru iter ſex milliarium confecerat, ſtillicidium ſanguinis ex utero cum doloribus in regione lumbari ſentiret. Ego in conſilium vocatus non neglectis aliis, lapidis Aetitis, quem à memorata Præfecti fœmina haud infructuosè geſtatum ſciebam, appenſionem commendavi; quo facto à ſanguinis ſtillicidio in 14. tum diem libera permanſit, quo demum ſanguis de novo in conſpectum veniens intolerabilesque dolores parturientibus familiares imminentem abortum indicabant, qui tamen factus non eſt, donec die ſequenti, cùm fœtum nullo modo conſervari poſſe viderem, prædictum abjiceret amuletum; Ubi verum deprehendi, abortum à cauſa violenta, ut ictu, caſu, corporis immodica concuſſione, per hunc lapidem vix præcaveri poſſe, ſicuti beatus *D. Bauſchius Schediaſm. de Aetit. cap. 5.*

doctiſſimè

doctiſſimè innuit, ubi, quid de hiſce Aetitis viribus porrò ſit ſentiendum, pluribus oſtendit.

Quia verò dantur *Geodes violam redolentes*, non pigebit adducere, quæ occaſione *Lapidis Sileſiaci violacei odoris*, de aliis hujus odoris Lapidibus proponit *Ampl. D. Præſes Schröckius in Miſc. Cur. Dec. II. An. VIII. p. 83.* Cornu Ammonis fragrantiſſimum violæ odorem ſpirans, ▽â potiſſimùm humectatum aut aeri humido expoſitum, in Randino monte ditionis Scaphuſianæ reperiundum, memorat in *Hiſtor. Natur. Helvet. Curioſ. Sect. 6. art. 1. Exc. D. Collega Joh. Jac. Wagnerus.* Et ſimiles odore iſto præditos lapides, triplicis ſortis, recenſet in ſua *Nomenclatura rer. foßil.* quæ in Miſnia præcipuè inveniuntur, *Joh. Kentmannus*, nempe lapidem Aldebergium cinereum, alterum rubeum, & tertium Lauenſteinium, qui madefactus, & Soli vel fornaci expoſitus violam oleat, quos etiam ſuo *Lexico Alchemiæ* verbotenus inſeruit *Martinus Rulandus.* Pariter juxta Dresdam Saxum ſe eruiſſe ſcribit in *Epiſt. ad Joh Chriſt. Eiſenmengerum*, quæ *in fine tract. Reſolut. caſ. Muſsipont. Laurent. Straußii* legitur, *D. Joh. Dan. Horſtius*, qui inſtar florum cheiri redoluit. De *Geode Miſeno*, Aldebergi reperiundo, quem rutilo-nigrum eſſe, *Lib. 5. de Nat. Foßil. p. 263.* indicat, refert *Georg. Agricola de ortu & cauſ. ſubterran. lib. 4. p. 57.* quòd violam vel Ireos Illyricæ radicem oleat: verùm non hos ſolos ita olere, ſed etiam tum Saxi in Calebergo ad idem Aldeburgum reperti fragmenta, tum ſilices in Berningero monte in confiniis Miſenæ & Bohemiæ ſito; hos tamen ob muſcum ita olere, qui ipſis adhæreſcet, *l. c. de Nat. Foßil.* addit, quo abraſo odor etiam abeat. Simile in *d. l ſubter.* habet, & *Geodem* iſtum tali odore pollere à ▽a, quam in ſinu ſuo complectitur, qui per occultos meatus exſpiret, ſed in confracto poſt aliquot dies, ut violæ marceſcentis, abire odorem aut debilitari; cùm econtra nonnulli ſilices non ſuapte natura oleant violam, ſed propter lutei coloris muſcum, qui ad eos accrevit, quia eo abraſo amplius non oleant. Habuiſſe ſe etiam ſaxa, memorat *Anſ. Boëtius de Boodt Hiſt. gemm. & lap. Lib. 2. cap. 292.* qui violas olebant, & albos & cinereos; verùm deprehendiſſe ſe è lapide illum odorem non provenire, ſed è muco quodam ex luteo viridi, tanqaum pellis affixus erat, cùm pars lapidis obverſa nullo muco tecta, nihil prorſus odoris habuerit; unde ſuſpicabatur Ireos odoriferæ radices his Saxis fortè inſtitiſſe, niſi hoc muci genus à natura ita oleat, quo etiam ablato, non oleat amplius ſaxum: verùm providè ſatis ſubjungit: *num in cæteris olentibus idem contingat, hactenus expertus non ſum.* Mihi ſanè etiam eſt ſaxum cinerei coloris, interſperſis ⊟linis lapillis gravidum, quod ex vicinia collectum *Excell. noſter Collega D. D. Chriſt. Mackius Schneebergenſium Archiater*, cùm olim metallifodinas Miſenas luſtrans illic tranſirem, benevolè obtulit, idque revera ſuaveolentes

ejusmodi violaceas particulas, licet minus arctè cuſtoditum, etiamnum, præſertim ſi incaleſcat aut teratur, exhalat, quas non muſco vel muco alicui cohærenti, quem in eo non invenio, ſed ſulphureo connato principio deberi, certum eſſe arbitror. Hucuſque *Ampliſſ. Schrökius.*

XIII. Ostracites cum Lapide Aëtite affinitatem habet, lapis nim. eſt ſciſſilis, cruſtoſus, coloris fulvi, prout teſtâ ejus ſuperiori ablatâ, alius continetur lapis in plures ſciſſilis, intercedente ſemper cruſtâ non laminâ, ita ut plures lapides Aetites uno lapide contineri videantur; Aliàs *Oſtracitæ* ſimilitudinem teſtæ habent, ut vel maximè hoc patet ex *Oſtracite*, cujus generatio conchas marinas imitatur, quem *Imperat. Hiſt. Nat. p.m.* 731. ſiſtit. *Cl. Menzel. Dec. II. Miſc. Cur. An. VII. p. m.* 3. ſiſtit *Oſtream ferream* vel ex minera ♂ materiâ nempe Aetitarum ita fortuito fabrefactam, quam reperit Clivis prope fontem, quæ conſtabat ex utraque teſta, cùm eam reperit, verùm cùm experiri vellet interiora per crebras contuſiones, rupta & fracta fuit altera & quidem meliorem formam Oſtreæ exprimens teſta, unde viliori contentus; Nucleus in ea erat Ochracoloris obſcuri Umbra dicta. *Vires* ejus ſunt adſtringentes, quem in finem ad menſium fluxum ſiſtendum, mammarumque inflammationes ſupprimendas *Dioſcorides* eum laudant, ſi ad ʒj. in *Vino* aſſumatur; Mulieres eo utuntur quoque pro pumice ad *auferendos pilos.*

XIV. Brontia vel Ombria item Ovum Anguinum dicta, juxta accuratam *Wormii in Muſ. p. m.* 76. deſcriptionem, lapis eſt hæmiſphæricus dimidii ovi gallinacei magnitudine per medium diſſecti, colore cinereo, fulvo, nigricante, materiâ vel ſaxeâ vel gypſeâ vel ſiliceâ, ab apice in baſin per ejus convexum, quinque ſtrias ſeu lineas æqualiter in quinque quaſi triangula eum dividentes, habens; quæ lineæ ſemper duplicatæ ſunt & ex minutiſſimis conſtant punctis, qui in plana ejus baſi terminantur; Reperitur circa *Badam Helvetiorum, Glaronæ* item & in *Legerio* & *Randio* monte. *Muſeum Platerianum* elegantes inſtar rapi minoris commonſtrat. Hujus alia ſpecies datur, *Brontia* ſcilicet *natiformis Wagnero,* & *Echinites Spatagoides* vel *Briſſoides bullatus & ſtriatus Celeb. J. Jac. Scheuchzero in Spec. Lithograph. Helvet. Carioſ. p.* 61. (nim. σπάταγγοι apud *Ariſt. Hiſt. Anim. L. IV.* quædam echinorum ſpecies magno foramine) dictus, qui lapis eſt coloris cinerei, magnitudinis mediocris; ex altera parte paululum gibbus; ex altera, ſcilicet baſi, planior eſt: gibboſa ejus pars quatuor aliquando quinque faſciis ſeu radiis ab apice inæqualiter procedentibus, & quadruplicis vel quintuplicis ſeriei transverſarum punctatarum lineolarum conflatis eſt inſignita: neque etiam æqualiter rotundatur, ſed ex una parte ſinu quodam, velut inter binas nates deducitur. Lapis hic ſiliceus eſt, haud procul Novocaſtro ad fluvium *Sionem* in rupe ſubcœrulea fragili reperitur, nec non ad pagum *Suchie* & loco

Priſe

Priſe dicto, in eodem Comitatu; Huic Lapidi ſubjungit *Scheuchzerus* novum foſſilis genus ſcilicet Echinometræ digitum ſtellulis undique exornatum *Fig.85.* Alias *Differentias* ſiſtit *Aldrovand. Muſ. Met. p 456.* ut & *Curioſ. Menzelius Miſc. Cur. Dec. II. An. IX. Obſ. 72. p. 118.* Vires ſec. *Worm.* ſunt Cornu Am̃on. ſeq.

XV. Cornu Ammonis (ita dictum quia cornu in ſe revolutum refert & Ammon epitheton Jovis eſt, ceu qui ſpecie arietis colebatur, prout & *Alexander*, *Attila*, *Lyſimachus* ad ſuperbiam & potentiam ſuam indicandam his cornubus pingi ſe voluerunt) quale circa pagum *Gelterkinden* & *Oltingen* ditionis *Baſil.* copiosè reperimus, ac hinc inde in *Helvetiâ* ſatis frequens eſt duorum utplurimum orbium vel trium, maximum, medioximum, minimum, cum lineamentis extremis articulorum, quibus quædam horum Cornuum per totam ſæpe circumvolutionem diſtinguuntur, ut depingit *Worm. Muſ. p. m. 86.* vocatque *Lapidem ſceleton ſerpentis referentem*, cùm tamen ex attento hujus rei ſcrutinio *Excell. D. Scheuchzeri in Epiſt. ad Periandr. laud. p. m. 65.* vel in orbe extimo vel omnibus ad umbilicum uſque foliaceis Cardui impreſſionibus ſit exornatum, ceu & *cit. loc.* refert eſſe ſibi tale *Cornu Ammonis fruſtum quod ornamenta hæc foliacea eo modo impreſſa gerit*, quo ferè folia trina Liliorum, Gallici Regni inſignia pingi ſolent, *Encrinon* inde dicendum. Nimirum *Differentiæ horum Cornuum variæ* ſunt quoad *magnitudinem* & *miram Figuræ differentiam*, ſunt enim *lævia*, *tuberculoſa*, *nodoſa* velut juncturis cohærentia. Nonnulla etiam *armaturâ ſunt veſtita* & quandoque ☉, ♄ ac ♂ mentiuntur, quæ tamen *Excell. Patris Muralti* judicio, nil aliud eſt quàm *Marcaſita* & immaturum metallum, id quod in *Ovo Anguino* vel *Echinite* in monte *Glaronenſi* reperto patet, cujus ſcilicet exterior cortex admodum lucens Lapis ſpecularis erat & puriſſimo vitro ☽tei coloris politurâ haud cedebat, ſub cujus cortice durior ſilex ſubcœruleus latitabat; Siſtit autem nobis *Muraltus* Cornu hujus varietates in Helvetia obſervatas ſeq. nim. *Cornu Ammonis* Montis *Randii* 12. ℔. ponderans, cui nim. vix cedunt illa, quæ hinc inde in viis Lapidibus magnis innata conſpiciuntur *Gelterkindæ*; *Cornu Ammonis* ex pago Tägerfelden item quod in ſuperficie undulatum eſt; *Cornu Ammonis* montis *Legerii* bifurcatis ſtriis & aliud montis *Randii* odoriferum; *Cornu Ammonis* verrucoſum *Randii* montis, in quo articulationes notantur; item *Cornu Ammonis ſtriatum minus* & alia *plana minora, plana & pertuſa, ſtriata & pertuſa. Joh. Bauhinus de Fonte Boll. p. m. 15.* ſeq. varietates ſiſtit: *Ammonis cornu majuſculum, alicubi hoplites. Cornu Ammonis è lapide cinereo, cum tuberibus pyritæ. Ammonis cornu ex lapide cinereo, in cujus medio extuberat pyrites æroſus. Ammonis cornu, inæqualibus pyritæ æroſi tuberibus aſperatum. Ammonis cornu hærens pyritæ. Pyrites globoſus, cui primæ cornu Ammonis ſpiræ adhærent. Ammonis cornu majuſculi fragmentum*

[Ii] 2 *lapi-*

lapidum. Cornu Ammonis è lapide cinereo, & circa medium muricatum. Cornu Ammonis lapideum ſpiculis circa umbilicum donatum. Cornu Ammonis hoplite criſtatum cum micis pyritæ. Cornu Ammonis criſtatum pertuſum. Cornu Ammonis ſpinulis centrum ambientibus. Cornu Ammonis ſimplici ſpirâ, umbone prominulo. Cornu Ammonis densè ſtriatum armatura lurida. Cornu Ammonis perpuſillum lucida ænea armatura obductum. Cornu Ammonis puſillum aliud cum armatura ferruginea. Cornu Ammonis parvum. Cornu ammonites minimum. Cornu ammonis puſillum, læve, armatura ænea lucente. Cornu ammonis læve, armatura ænea lucente. Ammonis cornu parvum. Annulus coloris orichalcei cum pyrite granulato. Cornu ammonis cum armatura orichalcea læve. Matrix fuſoria cornu Ammonis. Cornu ammonis criſtatum cum pyrite minimis micis conſtante. Arcus cornu ammonis impreſſi in lapide cinereo. Cornu ammonis fragmentum tribus dimidiatis annulis conſtans. Annelli ſeu cornu ammonis fragmentum, ſpiris æneo colore ſplendentibus. Cornu ammonis fragmen duobus dimidiatis annulis conſtans. Cornu ammonis hoplitæ fragmentum. Cornu ammonis veluti ex topho aduſto campoides granulatum cinereum. Vid. de hoc Cornu *Exercit. hiſtorico-phyſica*, quam *M. Joh. Reiskius in M. . Dec. II. Ann. VII.* ſiſtit; ubi & non de nihilo eſſe docetur, quid de maleficiis abigendis fertur, ſi lapis hic in mulctram injiciatur; illud enim in agro Brunshuſano, ubi & copiosè hic lapis reperitur, eventum multiplicem comprobaſſe, totiesque conſtitiſſe, nimirum hoc ipſo Lapide in mulctrum conjecto Vaccis lac purius reſtitui, & de ſanguineo ad album redigi colorem, uti *cit. Diſſert. p. m.* 219. apertè ſcribit, licèt *pag.* 225. ἀναπολόγητον hunc eventum γαλακτοκλεψίας Magicæ dicat. *Cauſam Figuræ* hujus Lapidis *Athan. Kircherus* ſpecialius attribuit vi actinobolicæ, i. e. radiorum jaculatrici, quæ reperitur in ſalinis corporibus, quæ in eo conſiſtat, quod ſpiritus in ſalis corpore abditus appetitu quodam naturali ex centro prodiens in circumferentia protruſione ſuâ paulatim in radios quosdam ea diſpeſcat. Huc verò etiam ſpectat CORNU ARIETIS (item *Capræ*, cujus fragmentum ad montem Eichelberg reperit *Bauhin. de Boll. p. m.* 15.) quia inſtar Cornu Arietini in ſe retortum & involutum eſt, rugisque transverſim ductis exornatum. In *Angliâ* haud ratum eſt, utpote quod in multis agris *Somerſetenſis* locis, potiſſimùm prope Thermas ſulphureas, *Aquas Solis* vocatas, lapidicinis effoditur. Ad hoc Cornu Arietis accedit illud *Lachmund de Foſſil. Hildesh. pag. m.* 34. *Cornu ammonis cinereum & læve. Lapis cinereus continens cornu ammonis tuberculoſum. Fragmentum cinerei, quod articulatim diſtinctum eſt, & quaſi juncturis cohæret. Aliud rugis per transverſum ornatum, conſtans ex materia lapidis aëtitæ fulvi, cujus etiam eſt coloris, pars interior cava & ſtriata eſt, quæ excipit in revolutione dorſum, & eſt quaſi matrix ejus.* Elegans ejuſmodi Cornu Arietinum è Malta allatum pond. ℥j. & ʒvj. ſiſtit *Worm. Muſ. p.* 91.

CAPUT

CAPUT VIII.

De Lapidibus FIGURATIS aliis, formam Rerum Naturalium & Artificialium referentibus eorumq́; Generationis modo.

QUùm verò nulla Naturæ pars ſit vel in *Cœlo* vel in *Elementis* vel in *Vegetabilibus* vel *Animalibus* (*Natura, ait Kircherus Dial. Itin. Submar. Ecſtat.* Cap. I. *p.*141. *in mediis Achatibus Lapideis, Marmoribus, aliisq́; in perfundiſſimis terræ reconditis Saxis tum Hominis, tum Animalium, tum Vegetabilium figuras inſculpſit; Gaudet enim hujuſmodi rerum ludibriis & uti omnia in omnibus eſſe oſtendit, ita pro conditione ſingulis entium gradibus laborat quantum poteſt, ut ſi non Senſum, ſaltem Vitam, ſi non Vitam, ſaltem Figuram nudam iis ad ſuam in Univerſi decoris majeſtatem atteſtandam, imprimat*) quam illa non in Lapidibus exprimat, quin & rerum Artificialium ab Hominis ingenio effictarum plurimæ figuræ in iis reluceant; adeoque & tantùm non omnium rerum imitatione ludat, de reliquis Lapidibus Figuratis quoque juxta ſeriem rerum quas repræſentant agemus, præſertim quia Majeſtas, Omnipotentia & Sapientia DEI ex iis egregiè notari poteſt, prout & *Myſterioſus ille Theologus* Bőhm *in Myſter. Magn. p.m.*10. ſcribit: Wañ ich einen Stein oder Erdklumpen auffhebend anſehe/ ſo ſehe ich das obere und undere/ ja die gantze Welt darinn/ nur daß einem jeden Ding etwa eine Eigenſchafft die gröſte iſt/ darnach es auch genennet wird/ die anderen Eigenſchafften ligen alle miteinander auch darinn/ allein in underſchiedlichen Graden und Centris, und ſind doch alle Grad und Centra nur ein eintzig Weſen; Es iſt nur ein eintzige Wurtzel/ darauß alles herſtammet (oder wie er *p.* 29. *§.*7. redet: Es iſt alles Weſen anders nichts/ als der geoffenbahrte GOtt) es ſcheidet ſich nur in der compaction, da es coagulirt wird/ ſein Urſtand iſt als wie ein Rauch oder Brodem / von groſſem Myſterio des außgeſprochenen Worts/*&c.* & Jacobus Patriarcha à ſomno expergefactus, *Geneſ. cap. XXVIII.* ℣.18. *& ſeq.* de dormitorio & pulvinari ſuo, Saxo ſcil. dixit; *Certè hoc in loco Jehova eſt, id quod ego neſciebam; At quàm terribilis eſt hic locus? Nil aliud quàm DEI domus & porta cœli* (ut habet verſio *Seb. Caſtalionis Prædeceſſoris quondam noſtri*) *Deinde manè ubi ſurrexit, quòd ſaxum capiti ſuo ſuppoſuerat, id in cippum erexit, oleoq́; caput ejus ſaxi perfudit, & locum Bethel nomine vocavit;* Et ab hoc lapide locoque Βαθὴλ dicto, docente *Voſſio Idololatr. L. VI. cap. XXXIX.* & in *Etymolog.* Βαιτύλους & Βαιτύλια Iſraelitæ vocarunt lapides rudes, quos ſive ſymbola Numinis crederent divini ſive etiam animatos & verè DEOS; Nim. & juxta *Plinium* & *Solinum* Cornu Ammonis vetus ex Ammochryſi genere vim mirificam in prædivinis ſomniis repræſentandis obtinuit, maximè

quùm incubantium capiti ſubjiceretur, unde fortè quis ſuſpicari poſſet, ſaxum illud ejusmodi lapidum figuratorum fuiſſe genus ut eſt Cornu Ammonis, cujus *prægrandes* dantur *ſpecies*, ut in *Cap. præc.* §. *ult.* audivimus, ceu & *Doctiſſ. M. Joh. Reiskius in Exerc. de Corn. Hammon. in Miſc. Cur. Dec. II. An. VII. App. p. m.* 187. credit Jovem Hammonem ſuis cultoribus inſpiraſſe ſomnia, iis maximè qui fano incubuerant ſuo, Cornuque Ammonis capiti ſubjecerant, non ſecus ac Jovi Capitolino inter Romanos, Paſiphaæ inter Lacedæmonios, Amphiarao apud Oropios; ad Canopum in templo Serapidis; in Narpatâ apud Hyrcanos; ad aram Ardali apud Trœzenios; ad Pergamum Æſculapio incubabatur. In enarrandis autem prædictis Lapidibus ante omnia noſcendum nomen ſuum figuratos hos Lapides deſumere à rebus quarum figuram referunt, prout ab Echino marino *Echinites*, à cochleis aquaticis *Strombites*, à concha *Conchites*, à Tellinis *Tellinites*, ab oſtreis *Oſtreites*, à pectine *Ctenites*, *Doliolus*, *Biretiformis* nomen ſuum mutuantur.

I. Ex Naturalibus *Figuris* quædam ſunt *Cœleſtium*, quædam *Sublunarium*: Nonnullæ *Plantas*, *partes Animalium*, *Hominisq; ipſius* præ ſe ferunt. Figuras autem haſce *Gaffarell. in Curioſit. inaudit. de Fig. Taliſm. cap. V. p. m.* 72. aptè diſtinguit in *depictas*, *elevatas* & *inciſas*. *Depictas* rurſus diſtinguit vel in *coloratas* vel *non coloratas*; *Coloratarum* exemplum fuiſſe Achatem Regis Pyrrhi qui exhibuit IX. Muſas cum Apolline ſaltantes, & Marmoris fruſtulum duos homines botrum baculo portantes ſiſtens in ſumptuoſiſſimo S. Laurentii fano Florentiæ à *Sacchſio* & nobis viſum, ut refert *Gammarol p.* 152. *Non coloratarum*, ut ſunt variæ figuræ lineamentorum ductum oſtentantes, ut eſt v. g. Imago B. Mariæ Virginis cum filiolo in Minerâ ferri expreſſa in *Miſc. Cur. Dec. I. An. I. Obſ.* 113. item, *B. Lutheri* quam poſſedit *cit. Sacchſ. p.* 153. effigiesque aliæ apud *Geſner. in Lib. de Foßil. figur.* Vid. *Kircher. Mund. ſubt. L. VIII. p. m.* 29. *Elevatas* vocat Saxa hominum, camelorum, pecorumque in Tartaria Occidentali viſa naturaliter *juxta ejus mentem* ex terra producta, juxta *Ortelium* autem ſtupendâ metamorphoſi repente in ſaxa converſa, ceu tale quid An. 1634. in pago quodam Africæ Mediterraneæ contigiſſe *cit. Kircher. pag.* 50. refert. *Inciſas* tandem figuras vocat, v. g. *Palmitem aureum gemmas protrudentem*, *Florem* ♂ *ſtyriacum in Miſc. Cur.* ☽ *trichites*, *Manus ſaxeas* ab *Illuſtr. Comite ab Hazveld Sacchſio donatas*, *&c.* Specialius hos Lapides, ad confuſionem in tanto numero evitandam, ita dividimus:

A. COELESTIUM oſtentatores ſunt

1. Astroites tum *majoribus* tum *minoribus* tum & *minimis ſtellis Scheuchzeri Lithograph. Helvet. Specim. p.* 39. ſupra *cap. VII.* §. *VIII.* deſcriptæ, ut & *Aſtroitæ varii majores, minores, concinnè alii radiati, alii minus* apud *Joh. Bauhin. noſtrum de Font. Boll. p. m.* 31. præprimis illi qui propè Rotwilam ad

Cimme-

Cimmeriam arcem reperiuntur & *Geſnerus de fig. Lap. p. m.*37. ſub nomine *Sphragiſaſteros* ſiſtit. Aliàs *Joh. de Laet* & *Bootius de Boot de Lap. p.*298. *Aſtroitis* ſeu Lapidis Victorialis 4. tantùm *genera* recenſent; *unum* quod exactè formatas ſtellulas refert; *alterum* quod roſas; *tertium* quod undatim fluxus aut vermium gyros; *ultimum* quod confusè & obſcurè maculas potiùs quàm prædictas figuras oſtendit; quibus tamen *quintum* genus addit *Curioſ. D. David Reichius in Diſſ. de Med. Univ. annex. Miſc. Cur. Dec. II. An. X. p. m.*74. prout & *Boëtius de Gemm. L. II. cap.* 149. pro nugis habet, quod de Bufonio lapide ejusque origine traditur, eumque ad *Lapides ſtellares obſcuriores* reduci poſſe & qui in agris reperiatur, ſtatuit.

2. SELENITES ſeu GLACIES MARIÆ, quia juxta *Geſner. de Fig. Lap. p. m.* 96. quocunque tempore Lunæ lucentis imaginem velut in ſpeculo reddit, ampliſſimam verò cum plena eſt, ideoque tum facilius invenitur & creſcit aut decreſcit in eo repercuſſa ☽ris imaginis lux. Vid. *infra cap. IX. §. X.* Hîc verò præprimis recenſeri meretur *Lapis novæ Lunæ*, à lunæ creſcentis & corniculatæ forma, quam repræſentat, vocatus, de quo ita *Agric. lib. V. foſſil.* In toto, inquit, *Hildesheimio* tractu, qui longiſſimi collis ſpeciem præ ſe ferens à *Mariæburgo* arce per inferiorem urbis partem pertinet ad *Haſdam* pagum, invenitur lapis *novæ lunæ* ſpeciem habens curvatæ in cornua, aurei coloris armatura veſtitus, modò parvus: mediocriter autem durus & interdum ſtriatus. Sed eundem aliquando ferrei coloris armatura tegit: aut adamanti ſimilis. Etenim ubi in 🜃a ◯nosa reperitur, aut atramentoſa, aureo colore ſplendet: ubi in alterius generis 🜃a, ferro aut ſimili. Nam ◯ & ⊖ permutant ferrum in orichalci colorem qui aſſimilis ☉o. Ibidem effoditur lapis ejusdem figuræ, ſed omni vacuus armaturâ & cinerei coloris, qui eſt *Tephrites* apud *Plinium*. De *Selenite Rhomboidali* vid. *VI. cap. de* ⊟*lo*, tum *Cap. ſeq.*

3. COMETITES SCHEUCHZERIANUS quem *Lithogr. cit. p.*39. ita deſcribit: Radios habet non tam in circulum diſpoſitos, quàm in longitudinem à capite ſtellæ, veluti cometæ nucleo protenſos, ſicque caudam quoque referentes. Conferri poteſt *Cometites Velſchii*, quem ita nominat *Hecatoſt. I. Obſ.* 44. & depingit *pag.* 16.

B. SUBLUNARIUM ſpecie ſunt, STALACTITES & STALAGMITES, de quibus *cap. IX. §. VII.* plenius; Hic ſaltem ſiſtimus Concretionem lapideam Tyrolenſem Cyaneam inſtar lapidis Turcoidis, quæ in montibus prope Jnß-bruck reperitur, corpus nimirum cruſtoſum ſpiſſitudinis 4. punctorum geometricorum inſtar ♀ vini, quod *DN. Fabriani Medico Regin. & Duciſſ. Lotharing.* apud *Bocone Muſ. di Fiſic. p.* 280. ſedimentum eſt ▽ mineralium percolatarum ad ſuperficiem lapidum, vel quoque productum mineralium (quibus

bus ſcilicet *Tyrolis* ſcatet, ☉, ☽, ♂ & ♀) præcipuè ☽ti vel ⊕, à quorum particulis cruſta illa lapidea colore cyaneo inſtar Turcoidis tingitur, & ex qua monilia & annuli fiunt; Invenitur à tribus milliaribus *Oeniponto*. De aliis ejusmodi Lapidibus ♀reis vid. *Imperat. Hiſt. Nat. p. m.* 784.

c. PLANTAS *repræſentant*

1. Corallium (de quo infra) non ſaltem *fruticis & arbuſcularum*, ſed & *Braſſicæ Cyprinæ effigie*, ut refert *Piſo Hiſt. Nat. & Med. Braſil. L. IV. cap. LXVIII. p. m.* 263. inibique figuris exprimit, quæ ſcilicet pro diverſitate vel *algæ* vel *fungorum plantarumq́ maritimarum* (quibus ⊟li more paulatim ſingulis acceſſibus aqua ſalſa vi ſolis agglutinetur) vario & miro naturæ luſu creſcunt atque è fundo erutæ mox duriſſimæ, ſi inſolentur in littore ſiccæ, niveique coloris fiunt; A'Magnatibus in *Hiſpania & Belgio* expetitæ, ut ædes & ſubterraneas cavernas illis exornent. Maris accolæ & piſcatores in uſum Medicum potius hoc qualecunque coralli genus adhibent & *raſuram* ejus contra *fluxus ventris & ruentes humores* exhibent. Illuſtrat Coralli non ſaltem figuram ſed & ortum *Hippuris ſaxea Cluſ. Exot.* quam *Dn. Colart in Muſeo ſuo Amſtelodamenſi* ex *Veſicariâ Marina Chabr. Ic. Stirp. p.* 580. enatam ex ſucceſſiva juxtapoſitione particularum Coralli albi, poſſedit, de quo vid. *Boccon. Muſ. Fiſiq. p.* 254. Huc ſpectat *Pſeudocorallum verrucarium*, cui ſuperficies lineis inſcripta, verrucæ frequentes, quæ veſiculas habent. *Corallium foſſile cortice reticulato obductum* digiti ſcil. craſſitie incruſtatum ♀o in monte *Legerio* reperit Cl. *Scheuchz. Lithogr. p.* 14. ut & *Surculum lapideum* Adarce ſeu ♀o incruſtatũ, *Id. p.* 20. *Lithophyton* ſeu ſpinoſũ Lapidem *Wagneri Helv. C. p.* 313.

2. Lapis Judaicus (*Syriacus Ætio*, *Phœnicites*, *Pyrene*, *Thecolithos*, *Eurhæus*, *Ciſteolithos*) olivæ eſt ſpecie, ſtriis velut torno ſecundùm longitudinem ductus, albus & ſubcinereus, de quo *Cap. præced.*

3. Fungites Wormii, quem *Muſ. p.* 81. ex *Gotlandia* ſe habere ſcribit, duritieque reſpondere Lapidi Judaico, nimirum ſunt illi ſtriæ partim profundæ, partim echinatæ, quæ in modulum terminantur, figurâ fungi, ceu & *Patella lapidea*, de qua infra, *Fungi foſſilis* nomen potius meretur.

4. Nuciformis, qui nucem myriſticam ſubſtantiâ refert, pulpâ intus ex luteo variegata. Talis *Nux moſchata lapidea* ut ſilex ſubſphæricus albicans ab uno apice ad alterum ſtriatus in Birsâ fluvio vicino reperitur. *Nucem* verò *juglandem* vel *Avellanam* refert *Bezoar mineralis foſſilis* Siculus, Occidentalis quoque dictus, quem *Aldrovandus* inter ſpecies Geodes refert, & in cujus centro nunc arena, nunc lapis niger inſtar carbonis foſſilis reperitur, referente *Boccone in Muſ. Fiſiq p.* 55. qui & docet Lapidem hunc ▽ *â pimpinellæ* vel *ſcorzoner.* aliisque *pptum* à Medicis Siculis utiliſſimè exhiberi in *Febr. malignis*, *Variolis*, *Vermibus*, &c. ſi à *gran.* 45. *ad* 60. in vehiculo conveniente

veniente propinetur, ceu *p.* 58. exemplum ſiſtit Infantum *febre malignâ* cum *magnâ pectoris oppreſſione* laborantium hoc lapide reſtitutorum. Ad hanc figuram quoque ſpectat *Nux juglans ferrea Menzel. Miſc. Cur. Dec. II. An. V. p. m.* 3. itidem *Geodis* ſpecies. Præcipuè autem *Nux vomica lapidea*, quæ Lapis eſt compreſſæ rotunditatis utrinque convexus, à centro verſus peripheriam ſubtiliter & densè ſtriatus: Reperitur in vicina Birsâ & Muſeum Civicum Tigurinum ornat, referente *Scheuchzero Lithogr. p. m.* 44. qui & *cit. Librum* claudit *fructum quendam exprimente Lapide metallico fig.* 89.

5. Lapilli Albi Caryophyllos Aromaticos referentes, quales ad nos transmiſit *Doctiſſ. p. m. Wagnerus*; licèt *Clar. Scheuchzerus* illas ob 4. ſaltem in extremo calyce hujus fructûs prominentias melius vocari Modiolum ſtellatum pentagonum *Luidii* aſſerat. De iſtis Lapillis ita diſſerit *Wagner. Miſc. Cur. Dec. II. Ann. III. Obſ.* 189. *p. m.* 370. *Caryophyllum aromaticum officinarum vulgarem* rudimentum ſaltem eſſe fructus cujusdam arboris, veros autem fructus baccas, triplo & quadruplo majores eſſe, quas vulgò *Antophyllos* vocant, ramuſculi quibus fructus hi adhæſerunt, & ex Inſula Banda ad nos allati ſunt, jam aliquoties me docuerunt. Quis autem non miretur in monte *Legerio*, ditionis Tigurinæ, lapillos albos perelegantes, inſigniter duros, qui *Caryophyllos aromaticos vulgares Officinarum* prorſus referunt, à me repertos eſſe, adeoque Helvetiam quoque fructum hunc exoticum aſt lapideum ſaltem proferre? Quam autem quæſo ſententiam de generatione horum lapillorum illi ferent qui putant *Gloſſopetras* (quales etiam in Helvetia intra duriſſima ſaxa, diverſarum ſpecierum reperiuntur) *Canum Carchariarum* dentes eſſe petrificatos, inde à Diluvio Noëtico ſuperſtites? Numquid & fructus Caryophyllorum ab eo tempore ex remotiſſimis regionibus ad nos delatos, in lapides converſos, & à calore Solis non infuſcatos, ſed dealbatos eſſe, dicent? Scholium Nostrum & Sententia circa Figur. hujus & aliorum ejuſmodi Lapidum. ſeq. eſt. *DEum ſemper γεωμετρεῖν veteris Philoſphi effatum eſt, cujus veritas præprimis ex admirandis Figuris Lapidum patet, cujus intuitu qui cum Ingenioſiſſ. Petro Fabro Naturam ſpiritum luminis vocant, cuncta hæc inferiora Geometricè tractantem, à vero minimè aberrare videntur; Geometrici ejusmodi proceſſus in animalibus & vegetabilibus ſpecioſiùs quidem ſe exerunt, aſt etiam in mineralibus Artificis ſummi ſapientiſſima manus nobis admiranda ſiſtitur, unde & figuræ ab eâ iis impreſſæ multorum torſerunt ingenia, ex iisq; maximè illorum qui ad gradualem ſaltem trium Regnorum differentiam, vegetationemq; Mineralium ut ut obſcuriorem haud attenderunt. Naturam haud facere ſaltum, veriſſimum, unde nec vegetatio adeo plantis ſolùm addicta eſt, quin ea Mineralibus, eas in ordine corporum naturalium ſequentibus, in totum deneganda ſit, cùm tot vegetationis ſpecimina in iis natura expreſſerit, uti nôrunt*

illi qui Archiva Curioſorum in quibus rara mineralium aſſervantur, luſtrarunt; exemplum etiam Excellentiſſ. DN. Auctoris de Caryophyllis lapideis à ſe repertis id nobis innuit; horum enim uti aliorum plurimorum figura non niſi ex vegetatione quadam *deduci poſſe videtur, quare & perplacet quòd eos* fructus *appellet* lapideos, *fructus ſcilicet ſunt terræ, quæ velut tricorporea arbor, cujus radix aër, ſe habet, tres ramos principales de ſe diffundens. Cæterum quo pacto natura in excludendo vel excudendo ejusmodi fructu procedat, is ſolùm exactiſſimè explicare poſſet qui naturæ in tali opere adſtitiſſet; unde ſolis ferè conjecturis locus datur. Conjecturari igitur quis poſſet materiam mundi ſubtiliſſimam ac fluidiſſimam ceu ignem cœleſtem Seminium horum Lapillorum offendiſſe & protruſione certâ illud expandiſſe, ſcil. terræ quandam purioris portionem ita comminuiſſe, ſalibusq; imprægnaſſe, ut ſuccus in lapidem, ex auſtero præſenti à materiæ ruditate & compactione fixandus inde emerſerit, qui mox à ſpiritu illo corporeo ſic ſpecificato talem directionem obtinuit, ut eo cuncta pervadente apteq; diſponente ex Creatoris mandato, loci habitudine, ipſiusq; ſpiritûs modificatione (prout diverſi generis aranei diverſas telas texunt) talis figura rem aliam repræſentans emerſerit. Quare etiam Judicioſiſſ.* Wagnerus *noſter Lapides ejusmodi non pro ſpoliis antediluvianis habet, uti cum* Sim. Majol. Dier. Canic. Coll. XVII. Fabio Columnâ, Muſcardo, Dan. Majore *quidam Modernorum circa figurarum ejusmodi explicationem tantò facilius ſe extricare poſſe credunt, ejusq; ſententiæ generari adhuc hodie ejusmodi Lapides nec omnes reliquias eſſe diluvii ſubſcribunt Authores alii, ut eſt* Melch. Guiland. de Papyr. p. 12. *Parum illuſtria,* inquit, *hæc illuvionis ſunt ſigna; Conſtat enim non ſolùm in mari Conchas & Oſtrea, ſed etiam in montibus & terræ Viſceribus pro loci Naturâ inter Calculos gigni, etſi aquæ copioſiores adſint. Pernegat Exc.* Jonſton. Thaumat. Claſſ. IV. 32. *Veriſimile poſſe eſſe, Conchulas in altiſſimis montium verticibus ſabuloſis, marga & marmore putrefacto repertas, reliquias eſſe Diluvii univerſalis, quod tot annis mundi, tot injuriis expoſitæ durare potuerint, cùm & marmora ipſa tandem ſolvantur. Sane*

Mors etiam Saxis Marmoribusque venit.

Opinatur Libavius de mol. mineral. *§. 9. madefacta pluviis materia (marga ſcilicet & marmore putrefacto) cùm per ſe ſit apta ad talia, concipi principium Concharum, motu ſuo perfici. Idem confirmat* Sylveſt. Rattray Scotus de Sympath. Rer. p. 30. *Conchylia marina & teſtacea in petroſis locis (tanquam fermento locoq; conveniente) arte produci poſſe, dum conchylia contrita in arena ſeminata, aqua ſalſa irrigantur.* Kircher. L. XII. Mund. Subt. S. 2. C. 8. p. 373. modum *aperit, quomodo juxta Pharum in* Sicilia Conchyliorum proventus *inſtituatur, qui ſatis docet, Conchilia non eſſe reliquias Diluvii. Siculi namque conchylia conterunt, dein ad littus lacus ſalſi 60. pedibus à freto diſtantis non ſecus ac agricolæ frumentum, ita hi cruſtulas conchyliorum diſſeminant, & ita relinquunt,*

donec

donec aqua lacus vel vi ventorum, vel æſtu ſubterraneo agitata littus offendat, quæ cruſtulæ una cum arenâ confuſæ maximum proferunt conchyliorum proventum. Similem Conchyliorum *oſtreorumq; generationem arte peragi in* China Martin. Martinius *narrat in* Atlante Sinico. *Præprimis autem Seminium Lapidem inſuper probat, conſtans eorum figura, dum ſemper & omni tempore eædem figuræ exprimuntur, ceu ad hoc maximè attendit* du Hamel de Foſſil. p. m. *366. dicens*: Fateor mineralia omni vitâ deſtitui; ſpiritu tamen æthereo perfundi & ſuis rationibus ſeminariis inſtrui jure contenderim; cùm iisdem ubique viribus, Figuris & coloribus donentur. *Vid. Gammarolog.* doct. *cit. Sachſii* p. 162. *Confirmat hoc, quod* Conchites, *v. g.* bivalves foſſiles *juxta* Curioſ. Obſerv. Griff Hatleji M. D. in Act. Angl. & Lipſ. Ann. 1685. Aug. p. 371. *in* Comitatu *Cantii propè Hautonienſe oppidum effoſſæ multæ imperfectæ, vel in fieri obſervatæ fuerint, non quidem quantum ad figuram ſed quantum ad craſſitiem & duritiem, & in aliquibus velut prima ſtamina, in aliis quaſi gradus & profectus varii ad perfectam figurationem; Ex quâ ipsâ jam imperfectâ formatione, ut & in completis valvarum ſingularitate arguit* Hatlejus, *Conchas iſtas nunquam exuvias fuiſſe, præſertim cùm non auditum fuerit, exundans flumen ad iſtum locum unquam pertigiſſe, aut locum iſtum antea fuiſſe detectum, quin potius putat eas eſſe lapides ſui generis, tales ſcilicet ex quibus* Conchites, *ut vocari ſolet, conſtet; confirmatq; hoc ulterius ex eo, quod fruſta hujus concreti diſſimilaris, ubi marga induruit, perquam ſimiles appareant vulgari iſti Marmori, quod circa* Pluckley in Cantio *adhiberi ſolet viis ſternendis, nam & hoc non aliud eſſe credit quàm coagmentationem ejusmodi lapidum conchiformium, quibus interfuſa marga duritiem adquiſiverit.*

6. Ficoides Scheuchzeri, à tenui baſi ſenſim creſſeſcens ficum non obſcurè refert, ſtrias habet in baſi à peripheriâ ad centrum undique protenſas & ſecundùm totam longitudinem ſuperficiei decurrentes & intimam etiam ſubſtantiam penetrantes. Variat magnitudine & craſſitie. Talem Lapidem caricoeideum ſiſtit *Exc. Muralt. Miſc. Cur. Dec. III. An. V. p. 45.*

7. Cenchrites milii grana velut ſparſa exhibet; ceu & ſunt qui *Agalochi, ſantali, caudicum, cucurbitularum, melopeponum, conorum, malorum Perſicorum, caſtanearum, anacardii, tritici, Piſi, piperis, ſeminis lentis, & raporum* figurâ ludunt apud *Aldrovand. p. 509.* Nec prætereundus *Flos ferri Stiriacus* à *Cl. D. Car. Oehmb in Miſc.* Cur. *Dec. II. Ann VI. p. m. 295.* deſcriptus, lapis ſcil. nive candidior in ramulos diverſi generis expanſus, dum ſcilicet nunc rudi formâ diverſimodè inter ſe reflexi conſpiciuntur, nunc corallii albi ſurculos aut foliorum lacinias aut molarium dentium protuberantias aut retis tenuiſſimi fibrillas mentiuntur; nimirum aquæ cujusdam petrificantis fœtus eſt, & ex eadem per cavernarum parietes tranſudante coagulatur, dum

nempe Venæ ♂ dilatatæ teguntur à lapide calcario comite per totum montis pagum inſeparabili & hinc inde ad cacumen uſque extenſo; aqua verò pluvialis & nivalis à cortice terreno abſorpta in tectum hoc calcarium ruit, & receptâ in ſinum ſuum ſolubiliore calcis parte apta redditur, ut ſubjacentes ♂ venas penetrare & in cavernas quaſcunque aëre libero pervias deſtillata concreſcere poſſit. Quoad *Uſum*, quia lapis eſt calcarius ex ▽a in aëre libero petrefactus valet is *intus* in *ſanguinis fluxu, dyſenteriâ ad* ℈j. teſte *Welſch. Hecatoſt. l. obſ. 37.* & *Höfer. in Herc. Med. p. m. 169.*

D. ANIMALIUM *partes* plurimi referunt,

Et 1. *AVIUM* quidem HIERACITES, qui milvinis nigriſque plumis alternatur: Hunc dextro femori alligatum ſiſtere ſanguinem per ora venarum effuſum refert *Agric. L. V. Föſſil. p. m 573.* Differentias ejus tres ſiſtit *Aldrovand. Muſ. p. 445. Geranites*, qui oculum gruis mentitur. *Perdicites*, qui ſtriis & colore perdicum pennas exprimit. *Aetites* (alius à priore) qui colorem aquilæ candicante caudâ. *Periſterites*, qui capite, roſtro, pedibus, pectore, caudâ columbam ſolis alarum lineamentis deficientibus refert.

2. *PISCIUM*, quales varii generis in minerâ ♀ fiſſili Comitum Mansfeldiorum reperiuntur; ceu præprimis hac de re audiendus *Münſter Coſmograph. p. m. 809.* Es haben die Graffen von Manßfeld in ihrem Land ein Schyfer-Bergwerck / deßgleichen man keins in der Welt weißt: dann auß dem Schyfer / nach dem er durch etliche Feur gelaſſen / macht man Kupffer / welches halt der Centner von 20. biß in die 24. Loht Silber / daß dann darauß geſeygert und gezogen wird / ſo eine groſſe Summa von Silber und Kupffer / das ſchier unglåublich / und iſt ein ewig Bergwerck. Dann allenthalben / wo man im Land einſchleicht / findet man den Schyfer. Die Knappen / ſo den Schyfer hauen / heißt man Krum̃hålß / oder Schyfer-hauer; dann dieweil der Schyfer-gang ſo flach ligt / und ſie zu ihrer Arbeit in der Gruben auff der Seiten ligen müſſen / werden ihnen die Hålß ſo krum̃ / ſind ſelten tauglich auff andere Bergwerck. Ein wunderbarlich Ding hab ich daſelbſt geſehen. Es iſt ein See etliche Meil wegs lang und breit im Land / und ſo mancherley Fiſch / Fröſch oder ſonſt lebendige Thier im ſelbigen See / die gebiert der Schyfer ein Gleichnuß in ihm mit gedigenem angeflogenem Kupffer / daß man es klårlich erkennen kan / was jedes für ein Fiſch-Bildnuß oder Figur iſt. Ich ſchick euch hie derſelben eins / das iſt ein Olrupp oder Rifolck / oder Triſt / wie mans hie zu Land nennet / daſelbſt wird das Waſſer / ſo dem Bergwerck zugeht / mit Küſten und vielen Pferden erhalten / ꝛc. Ex piſcibus autem dicitur *Aldrovando Muſ. Met. p. 103.* v. g. *Herengites* figuram *herengi* exprimens, ſicut anguillæ Encheliomorphos, prout & dicitur *Lepidotes*, qui ſquammas variis coloribus imitatur. *Rhombites*, caſtaneæ magnitudine candidus,

didus, qui ſquamis parvis obliquis, eminentibus undique plenus eſt. Hujus aliam ſpeciem Cylindri inſtar compreſſi facie ſiſtunt *Agricola* & *Lachmund. p.* 39. *Pſetitem* verò paſſerem piſcem referentem ſiſtit quoq; *Aldrovandus.* De *Echinite* verò echinum marinum referente, nos ſupra.

3. Astrobolus ſec. *Agric.L.VI,p.621.* oculis piſcium ſimilis eſt, relictus candido in ſolo. *Ammonites* ſeu *Amites*, qui ex arenis componitur, nucis juglandis eſt magnitudine, ovis piſcium ſimilis. Talem grandem figurâ ſiſtit *Lachm. L. cit. p.* 34. & ovulis aſperſum Saxum *Scheuchzer. Lithogr. p.* 12. Vid. *infra cap. IX. §. VIII.* Qui ex lapillis piſi aut orobi magnitudine conſtat, *Piſolithos*; qui milii, *Cenchrites*, qui ſeminis papaveris, *Meconites* dicitur; ſtigmate notatus *Stigmites*, & *Ratepora* ſeu *Eſchara marina Imperati lapidea* ad radices Caſtelli Badenſis à *laud. Scheuchzero* reperta & *Fig.16. Tab.1.* depicta; quin & *Rajæ Cauda foßilis Lith. Helv. curioſiſſ. ſpec. p.29.* ex materia ſelenitica.

3. *EXANGUIUM* etiam

1. Ostracites, (λιθόστρεος) qui oſtreis ſimilis, cruſtoſus & ſciſſilis, ſonitumque ollæ percuſſus reddit; qui & *Ceramites* vocatur, quia colorem teſtæ habet, item *Cheramites* cùm cœruleis bullis cingitur.

2. Nautilites, ein Schiffkuttel-ſtein/ cinerei eſt coloris, Concham Nautili animantis marini referens, Cl. *Wagnero p.m.* ex monte *Legerio* allatus. *Majores* magnitudine manum excedunt; *minores* nucem juglandem æquant.

3. Conchites, qui lineis incurvis ad ſcapulas redeuntibus, & aurei coloris armaturâ quandoq; ſuperbit, longus eſſe ſolet palmos duos, latus palmum; Hujus varias ſpecies ſiſtit *Bauhin. de Font. Bol. p.* 24. *& ſeq.* *Conchula ſtriata lapidea, qualem Lörachi quoq; in monte Hünerberg copioſè reperimus.* *Conchites lævis punctatus.* *Conchites bivalvis ſtriatus cinereus Mompelgardi repertus.* *Conchites duplex lævis cinereus lapidem fuſcum ſinu ſuo complexus.* *Conchites cinereus rugoſus laminæ inſtar tenuis ſilicem ſinu continens.* *Conchites ſtriatus boplites bivalvis, &c.* *Chamarum lævium & rugatarum ſpecies alias l. c. ſiſtit.* *Exc. Schelhamerus Miſc. Cur. Dec. II. An. VI. p.* 213. *& ſeq.* *ex aquis extraxit infinitam multitudinem Concharum & Cochlearum, ſed quia in iis animalia vivunt, non ſunt hujus loci.* *Exc.* Muraltus M.Cur. *Dec. III. An. V. p.* 44. proponit ſeq. nim. *Concham lapideam montanam planam univalvem*; *Conchitem ſtriatum bivalvem in matrice*; *Conchitem mont. plan. bivalvem, &c.* *Laud. Lachmund rariores* ſeq. figuris ſiſtit: 1. 2. *Conchites cinereus ſtriatus major & minor.* 3. 4. *Rotundus ſubflavus minimus & lævis, & paulo major.* 5. 6. *Myites cinereus tum oblongus tum rotundus, lævis alium ſinu ſuo fovens.* 7. *Lapis ſubcinereus cum conchite rotundo, qui partim exſtat, partim in eo latet.* 8. *Conchites cinereus & lævis, cum medulla lapidea, quæ pro lubitu poteſt eximi & iterum imponi.* 9. *Conchites fuſcus, ſtriatus & tenuis teſta, fractus terram nigram in ſe continet, hic à veris conchis parùm differt,*

fert. 10. *Oſtracites cinereus & lævis.* 11. *Myites Rhomboides ſubflavus, uuſculo ſtriato* Rondelet. *ſimilis.* 12. *Conchites rotundus & lævis.* 13. *Conchites longus & lævis.* 14. *Alius minor ejusdem coloris & figuræ.* 15. *Ctenites parvus cinereus, tenuis teſtæ, non multum differens à vero pectine.* 16. *Conchites magnus, ſubflavus, rugatus, per transverſum enim ſtrias à latere ad latus habet.* Omnium accuratiſſimè dividit *Liſterus in Tract. de Cochlitis Angliæ P. II. Cochlitas ſuos bivalves,* qui Conchitæ nobis audiunt, *in Læves & ſtriatos. Læves ſubdividit in eos, qui utraq; teſtâ ſunt æqualiter concavâ, & eos qui Teſtis conſtant inæqualibus & diſſimilibus: Illorum alii vel figurâ ſunt ex alterâ cardinis parte diffuſiore vel ex utraque cardinis parte æqualiter ſunt diffuſi, minusq; profundè à cardine ad oram demiſſi, vel à cardine ad unum marginem productiores, vel ventricoſi, quibusdam Bucarditæ dicti: Hi, qui Teſtis ſunt inæqualibus, ſunt vel* Oſtracitæ, *vel* Conchitæ roſtrati. Conchitæ bivalves ſtriati *ſunt vel Auriti,* Pectinitæ, *vel ſine auribus,* Pectunculitæ dictæ. Hæc Diviſio meritò arridet *Exc. Scheuchzero M.C. Dec. III. Ann. IV. App. p.* 155. ubi & interſerit aliam eamque vulgatam diviſionem in *univalves & bivalves,* item in *Solitarios* & *Lapidi incluſos*, qui *lapis Megaricus* ſunt §. *ſeq.* Tales utriusque generis Conchitas, eosque & figurâ, materiâque differentes, *Altorfium,* præſertim agri poſt Collegium producunt, quales ex communicatione *Exc. Dn. J.G. Beuttelii Ratisbon. Diſcipuli quondam noſtri* poſſidemus. Lubeat porrò nobis Conchites rariores Helveticos ſiſtere, ut eſt *Concha foſſilis Tellinoides poroſa levis* quam ſiſtit *Scheuchzerus Lith. p.* 21. quin & *Strigoſula major raſtellata conchula profundioribus ſulcis,* & *raro ordine diſpoſitis*, qualem è fluvio *Birsâ* collegit *Scheuchzerus* & *Strigoſula minor vulgaris Luid. in Lithograph. n.* 551. dicitur. Nec reticendæ *Concharum ſpecies* in monte *Randio* Territorii Scaphuſiani repertæ, ut ex illius montis figuratis Lapidibus ante omnia ſiſtit *laud. Scheuchzer. fig.* 70. *Conchulam foſſilem echinatam* ſeu *Limnoſtritam* Scaphuſienſibus dictam, quia ſcilicet oſtreo parvo ſimilis eſt, plerumque univalvis, cava, raro bivalvis, rugata & echinata, aculeis depreſſis, non abſimilis *Conchæ Hiſtricinæ Boccone Recherch. natur. p.* 304. Item illas quæ in *Comitatu Neocomenſi* copioſè præ aliis reperiuntur, ut ſunt præter *Conchitas* tam *planos* quàm *ſtriatos*, *univalves & bivalves* (tacendo jam de Cochlitis, Nautiloidibus, Echinitis) præprimis ſequentes; v. g. *Conchites ab uno cardinis latere breviſſimus, ab altero longiſſimè excurrens ſtriatus* (ſimilis Conchæ veræ *Plinii* depict. apud *Jonſthon. Exang. aquat. Tab. XIII.*) *Chama foſſilis, Conchæ margaritiferæ foſſilis fragmenta*, ut & *Concha lapidea curviroſtra rugoſa & tuberculis quandoque munita dorſo elatiori,* ſimilis carinæ *Nautili* oblatæ ab *Ampliſſ. p. m. Præſide Fehrio* Auguſtiſſimo Imperatori Leopoldo, & ex Inſulâ Amboina Indiæ Orient. ab *Exc. Rumphio* transmiſſæ, qualis ſiſtitur *Miſc. Cur. Dec. II. Ann. IV. p. m.* 211. item *Conchites curviroſter mi-*

nor

nor lævis, Conchita bivalvis curviroſtra ſtriis obliquis craſſioribus veluti coſtis donata; *Concha Veneris* ſeu *Auris marina foſſilis*. Vid. *Scheuchzer. fig.* 78. 79. 80.

4. Lapis Megaricus ſeu *Conchites maſſæ lapideæ informi* incluſus lapis eſt, in cujus toto corpore conchæ marinæ ſparſæ ſunt. Ita dicitur, quia ſimiles Lapides olim Megaræ fuerunt effoſſi, ex quibus, teſte *Pauſaniâ*, fuit monumentum Phoronei, aliaque opera, teſte *Agric. L. VII. Foſſil.* Talis Lapis mirandus in Muſeo noſtro quoque aſſervatur, repertus prope arcem Mönchenſtein haud procul Baſileâ, nobis ſub nomine *Silex rubeſcens pectinitis ſubtiliter ſtriatis turgidus* à Cl. *D. Pitſchnino Rhæto* allatus; nimirum Congeneres ſunt hi Lapides, ut quoque eſt *Oſtracomorphos Aldrovandi Muſ. pag.* 464. oſtreas & chamas multas habens, ut & ille cujus mentionem facit *Gorop. Becan. Niloſcop. p.* 237. ſilicis ſcilicet duriſſimi Bethunis advecti, quo viæ ſternantur, qui conchulas totas lapideas & concluſis valvulis integris, ut cœmento quaſi aliquo compactæ judicarentur, exhibet. Et huc quoque ſpectant Lapides *Gravidi*, *Bauſchio de Aetit. p. m.* 09. ita dicti, quia ſcilicet intra ſe velut in alvo continent, vel alium lapidum, vel terram, vel ſuccum liquidum; Ex his prægnantes ſunt *Conchites* illi, quos ſupra *Bufonios* Lapides intra ſe habere ex *Bauſchio* diximus, qui circa Suinfurtum reperiuntur & Wackenſtein dicuntur, præſertim autem illi *Lapides Conchites prægnantes* qui in vicinâ Alſatiâ prope Buxovillam à *Celeb. Sal. Reiſelio* repertæ & *Dn. Sachſio* transmiſſæ ſunt, uti hic refert *Gammarolog. p. m.* 145. ubi & refert ad ejuſmodi Lapides referri debere eos, qui prægnantes ſunt animalibus mortuis & vivis v. g. bufonibus, ranis, (de quo *Kircher. Mund. ſubt. L. VIII. S. IV. cap. I.* & *cit. Sachſius* pluribus) horumque Figuras repræſentant. Vid. *Agricola de Nat. Foſſil. lib. X. cap.* 22. & *de Ort. & Cauſ. ſubterr. lib. IV. cap. ult.*

5. Ctenites, qui pectines refert, unde & *Pectinites* vocatur, qualem utrinque auritam extrinſecus ſtrias habentem & lineis multis inſignitam è montibus Bononienſibus effoſſam ſiſtit *Aldrovandus Muſ. Met. p.* 474. cui ſcil. non abſimilis *Pectinites densè ſtriatus Scheuchzeri Lithogr. Helv. p.* 23. qui bivalvis ſemper eſt, pulchrè rotundo margine & ſubinde faſciatus circellis quibuſdam ſubtilibus. Reperit eum in monte Legerio cum *Pectunculite parvo capillaribus ſtriis notato Liſter. cochl. Angl. Tit.* 50.

6. Myites, qui imitatur muſculos, vel ſublongus vel pectinis modo rotundus, colore cinereus circa *Hildeshemium* frequens. Vid. *Heyd. Anat. Myt.*

7. Strombus ſeu *Strombites*, qui cochleæ aquatili ſimilis ex amplo in tenue turbinis inſtar deficit, in ſpiram à dextrâ tortus. Hujus diverſitates notabiles quoad magnitudinem (erhabener oder zuſammengedruckter Schneckenſtein) ſeq. ſiſtunt *Kentmannus de lapid. p. m.* 33. & *Lachm. de Foſſ. Hild. p. m.* 46. 1. *Strombites cinereus, longus, conſtans ex materia lapidis ſatis duri, quo viæ ſternuntur.*

nuntur. 2. *Alius parvus ejuſdem coloris. Strombitæ* verò *majoris ſec. longitudinem ſtriati ſpiram* in Comitatu Neocaſtrenſi repertum ſiſtit *Scheuchzerus Lithogr. p.*81. (nimirum prout maturitas vel major vel minor eſt, magnitudo quoque variat, ut vel Gloſſopetrarum exemplo hoc ſiſtit *Illuſtr. Baro Valvaſor in Glor. Duc. Carniol. T. I. p. m.* 467. dum plerique pondere ʒj. ad ℥x. tandem excreſcunt.) 3. *Fulvus ex materia lapidis calcarii non ſatis duri.* 4. *Flavus ſatis durus, ex materia lapidis calcarii.* 5. *Ex rubro flaveſcente lævis & elegans, non aliter ac ſi à tornatore factus eſſet.* 6. *Ab illo ſub fig. IV. magnitudine ſaltem differt,* noſtro judicio *Siliculus Strombites Scheuchzerianus Lith. p.*42. lapillus ſcilicet candidus ſubfuſcis atque ſpiralibus zonarum tractibus à baſi ad apicem tendentibus Strombum pulchrè referens in Birsâ fluvio à nobis quoque repertus. 7. *Idem materiâ* Lapidis *calcarii.* 8. *Strombites brevis* (Cochlites) *eſt lapis ſubflavus, cochleæ terreſtri ſimilis, conſtans ex materia calcaria ſatis dura.* 9. *Cochlites fuſcus non ita durus.* 10. *Cochlites parvus ejuſdem coloris.* 11. Tubulites, *eſt lapis tubulum vermium exactè referens.* 12. *Conchites fuſcus, longus & lævis cum vermium* tubulis. 13. *Cochlites fuſcus, cum vermium* tubulis. *Lapis fuſcus per medium in duas partes diffiſſus cujus altera pars* (1.) *exhibet cochleam eleganter ſtriatam & exſtantem, altera verò* (2.) *matricem ejus, cui in conjunctione cochlea inſtar formæ includitur.* Repertus in ſabuleto. Huc referendus videtur rarus ille lapis, quem *Magnificus Dn. D. Sebaſtianus Feſchius Jur. in Acad. noſtrâ Anteceſſ. Ampliſſ. Polyhiſtor Celeberr. in Cimeliarchio ab Ampliſſ. D. D. Remigio Feſchio Patruo ſuo p. m.* inchoato poſſidet, in quo lapis inſtar cochleæ ſtriatus alteri lapidi ſimili modo excavato à Natura infixus conſpicitur, eximi & reponi facilis, cujus quoque meminit *Exc. Zuingerus p.* 37. Sic & apud cit. *Lachmund* depingitur *Maſſa lapidea fuſci coloris, in qua paſſim matrices & cochleæ ſtriatæ, quarum partes partim in ea latent, partim verò exſtant, ſatis eleganter conſpiciuntur, adeò ut peritiſſimi ſculptoris manu meliùs non poſſit exſculpi.*

8. Cancrinites, qui pectus cancri in lapidem verſi refert, lineæ albæ juncturas coſtarum æmulantur, & totum corpus pervadunt. Tales Cancrinos lapides ſiſtit *Worm. Muſ. p. m.* 90. coloris lutei; Alios quoque cancrinos lapides producit Exc. *D. Herm. Nic. Grimm in* Miſc. Cur. Dec. II. An. I. p. 366. qui Luſitanis *Pedro de Kameron* dicuntur, & magni ab iis æſtimantur; *Uſus* nim. eorum in *Febribus, Pleuritide, Calculo, Eryſipelate internè* & etiam *externè* inunctus: præter hunc Lapidem cancriformem ſiſtit quoque *Aldrovandus Pagurum lapideum* & *Aſtrocopodium Scheuchzerus p.* 27. qui & *Cancri Moluccani fragmentum* circa Neocaſtrum repertum ſiſtit Fig. 87. Mirum quoque, ait *Sachſ. Gammarol. p. m.* 163. Cancros ſaxeos in ſaxis inventos fuiſſe; ita namque *Jul. Cæſ. Scalig. Exerc.* 196. *§.* 9. In ſaxis Janarum, qui

tractus

tractus eſt agri Veſatenſis, ad pagum qui Cohors dicitur, *Cancres ſaxeos* multos vidimus procul à mari plurimum, à Garaumna 30. mill. paſſuum. *Torellus Sarayna* qui bellum Veronenſe cum Germanis actum deſcripſit *L.II. Hiſt. Veron.* refert, intra Veronenſium montium viſcera *Cancros Saxeos* repertos fuiſſe, citante *Pflaumero Mercur. Ital. Part. I. p.*21. & *Fabius Columnæ cap.III. Obſ. de Aquatil. & Terreſtr. p.*9. viſam ſibi notat in *Lapidem verſam Aſtaci* ſuperiorem partem in Campoclarenſi arce exciſam cum aliis ſaxeis maritimis rarioribus. Qualia *Idem cap. XXI. p.*48. repetit.

9. Scolopendrites lapis eſt, in quo lineæ undarum penè ductu diſcurrunt, breviſſimis petiolis tranſverſis plenæ, ut vermes Scolopendræ marinæ, qualem tum planum tum rotundum ſiſtit *Aldrovandus Muſ. Metall. p.*475. Prout & non negligendi Lapides Inſectorum, v.g. Vermium excrementa depoſita referentes (Germ. Wurmſtein) *Alcyonium*, v. g. *vermiculare Imp. Hiſt Nat. p.m.*835. quod hîc in viciniâ in Birsâ paſſim eſt obvium; à quo abludit nonnihil *Tubulus marinus foſſilis parvus*, *Cornu Ammonis inſtar in ſeipſum revolutus Scheuchzeri fig.*86. à *Hauterive* & *Lacum Neocaſtrenſem* repertus, qui ſcil. eſt Lapillus exiguus, albidus, vel cinereus, ſubtiliter ſtriatus, nunc ex utraque, nunc ex altera tantùm parte ad umbilicum cavus, nunc etiam in centro perforatus; quiq; *magnitudine* variat, à Lenticulari tamen figurâ non ultra Phaſeoli magnitudinem aſſurgit; ſpiræ per totam circumvolutionem ſunt vel actu excavatæ, vel aliâ materiâ tanquam medullâ ſuffarctæ. Variat quoque *orbium figurâ & diſpoſitione*, dum alii *teretes* ſunt, *anguloſi* alii, alii *recto ductu* in ſe contorquentur, dum alii *obliquo* feruntur tractu, & ab ipſo umbilico aberrant, atq; tunc propius accedunt ad Cochlitas. Alia vid. ap. *Imp. l.c.*

4. QUADRUPEDUM partes Lapides ſeq. referunt;

1. Oculus Cati ſeu Felis, de quo *Cap. V. § ult.*

2. Oculus Beli, qui albicans pupillam pingit nigram è medio aureo fulgore lucentem. *Worm. Muſ. p m.*109. hunc Beli oculum cum *Plinio* ita vocatum ad *Aſterias* referri poſſe cenſet, nimir. lapis eſt exiguus dimidii piſi magnitudine hæmiſphæricus, in cujus centro pupilla nigricat, quam ambit circulus latus margaritæ inſtar ſplendens, corneam referens; hinc ſequitur alter circulus tenuis atro-purpureus, quem excipit ejuſdem magnitudinis flavus, ex quibus duobus *Iris* quaſi conſtituitur.

3. Lycophthalmus prædicto affinis eſt, qui ex rutilo ſanguineus, in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi.

4. Leucophthalmos rutilus aliàs oculi ſpeciem candidam nigramque continet. Vid. *Aldrov. Muſ. met. p.* 468. & *Siliculum ommatias* in Silâ fluvio prope Tigurum repertum. Vid. Cl. *Scheuchz. Lithogr. p.m.*28. & *Welſch. Hecatoſt. I. Obſ.* 22.

5. Triophtalmos, qui cum Onyche naſcitur, tres oculos ſimul exprimens.

6. Glossopetra, de qua *cap. anteced.*

7. Lapis Renalis (qualem præ aliis figurâ eleganter exprimit *Curioſiſſ. Dav. Reichius in Tr. de Med. Univ. annex. Miſc. Cur. Dec. II. An. X. p. 62.*) qui renis formam exhibet, ſubruber, cruſtâ ferreâ tectus. Talis Silex reniformis, ſtricturâ per medium diviſus, phaſeoli etiam fructum grandiorem referens in Byrſa repertus à *Cl. Scheuchzer. p.* 44. Curioſum quoque eſt, quod de figuris Calculorum in Rene & Veſicâ natorum referunt Auctores; ſic namque Calculum Renis cordiformem *Nob. D. Reiſelius in Ephem. noſtr. Dec. I. Ann. III. Obſ.* 191. depingit; alium veſicæ calculum cordis formam penitùs repræſentantem vidit *Sebaſt. Scarabizius*, atque à *Benedicto Sylvatico* renalem canis figuram exprimentem fuiſſe repertum, teſtatur in *libell. de lapid. concret. in Hom. C.* 3. Veſicæ lapidem à vidua extractum, partium in viro genitalium formam exhibentem *dict. Ephemer. Dec. I. An. II. Obſ.* 139. & alium phaſeolo in omnibus ſimilem *Ann. III. Obſ.* 61. nec non pulli anſerini figurâ *Obſ.* 19. ſiſtunt; ubi & Corallii trunci ac ſurculi æmulus, muris, felini capitis, cochleæ, crucis, fragariæ, & pyri figurâ alii, ex *Barthol. Euſtachio, Joh. Theod. Schenckio, Petr. Borello* & *Th. Bartholino* memorantur. Per urinarios meatus expulſos lapides, qui abſolutè figurâ, ſubſtantiâ, colore Carbones referebant, recenſet *Dom. Panarolus Pent.* 5. *obſ. med.* 6. Amygdalini nuclei formâ & magnitudine poſt mortem è Mercatore extractum, cum D. Parente ſuo vidiſſe ſe refert *Ampl. Præſes Schröckius Miſc. Cur. Dec. II. An. VI. Obſ.* 75. *Schol. p. m.* 164.

8. Ceratites ſeu cornu foſſile quia cornu ſpecie tam magnus aliquando, ut nulli animali tribui poſſit, intus mollis, albus, levis, friabilis, margæ ſucco lapideſcente irroratæ ſoboles eſt, de quo *Cap. ſeq.* §. 9. Rarus eſt *Ceratoides articulatus ſtriis transverſis undatus & ornamentis foliaceis inſignitus* in Comitatu Neocomenſi repertus, quem ita nominat *Scheuchzerus*, quia à baſi latiori ſenſim coni ad inſtar anguſtatur & in cuſpidem deſinit. Quò & ſpectat ejuſdem Lapis caudæ vel ſpinæ dorſalis ſimile fragmentum Fig. 88.

9. Purpurites cumulum & maſſam purpurarum referens cum quadam materia cretoſa & gypſea, qualem in agro Bononienſi repertum eſſe eſſe *Aldrovandus Muſ. p.* 842. refert, quò & ſpectat *Cochlea petrificata*, in quâ cornua extenſa animadverti potuêre, qualem hîc poſſedit *Clar. & Exc. D. Joh. Henr. Stehelinus Ph. & Med. D.* quemque *Illuſtriſſ. & Excell. Franciſco Honorio S. R. I. Comiti de Trautmansdorf, &c.* ſe transmiſiſſe nobis retulit.

10. Dentales Lapidei formam dentium longiorum canis cum foramine referentes quales *cit. Aldrovand. p.* 847. *Muſ. met.* ſiſtit.

11. Ossifragus, item *Oſteocolla, ſtelechites, lapis ſabuloſus* dictus, qui

offis

oſſis ſpeciem refert, concavus, medullâ friabili in liquorem ſolubilis. Pullulat aliquando è terra & ſtipitis ramis mutilati figuram exhibet. Species *Enoſtios* eſt, fracti oſſis ſimilitudine, ſolidus non concavus & variarum figurarum, colore cinereo & ex fuſco flaveſcente, ceu in Lapidicinâ Galgenbergicâ tales reperit *cit. Lachmund. p. 67.* & *Libav. lib. I. Singul. p.* 261. notanter refert Naturam ex petroſo ſemine in terra *Dentes, Ebur, Cornua foſſilia, Crania, Crura*, pluſculis in locis oſſa putatitia Gigantum & Manus ſaxeas elaborare; ceu & tales *Manus ſaxeas humanas* exactè referentes nec non brachia humana in ipſius territorio creberrimè effoſſas propè arcem *Blankenſtein Gener. Comes Herm. de Hazveld Sachſio* communicavit, ut hic refert *Gammaralog. p. m.* 159. ceu & talia Oſſa ſub terra inventâ *Enoſtos*, Germ. Knochenſtein dicta, ſub *formâ dentium, coſtæ tibiarum, pedum* depictos, & quomodo hæc ex marga ſeu terrâ limoſa cum nitroſo fluore in matricem irruente fiunt, deſcribit *Kircher. Mund. ſubl. L. VIII. S. 2. p. 60.* Vid. *Cap. ſeq.*

12. Enorchis lapis eſt, vel ex vi vocis, cui teſticulus ineſt, nim. lapis eſt obſcuris coloribus ſordeſcens, rotundus ut Geodes, ovi columbini magnitudine, in quo interior lapis ita adhæret exteriori concavo, ut vitellum ovi cocti ſuo albumini, diviſusque fragmentis teſtium effigiem repræſentat. Talem ſe prope Pragam Bohemiæ reperiſſe *Boëtius* ſcribit.

13. Geodes candidus, figurâ oblongâ utrinque acuminatâ ſpecie ſtercoris canini, huc referri meretur, prout eum deſcribit *Cæſalpin. de Metall. p. m.* 140. & circa Aretium in collibus ſabuloſis & argilloſis propè Levanem reperiri refert; nimirum videtur is conſtare ex argilla parùm addenſata, ſi frangatur, & plenus reperitur ex eadem ſubſtantia per cruſtas aggregatâ, friabili inſtar Bezaar. *Plinius* Ætitem fœminam non abſimilem tradidit in Africa naſcentem, quia ſcil. quoque partum accelerat & conceptum cuſtodit. *Dioſcorides* ei tribuit vim adſtringendi, ſiccandi; caligines oculorum diſcutiendi.

14. Chelonites, nuper excluſæ ex ovis teſtudinis, cui cameratum & variis quadrangulis diſtinctum operimentum, ſimulachrum eſt, ſæpèq; totam teſtudinem pronè & ſupinè refert. Qui cum tonitrubus decidiſſe creditur, & magnas eminentias habet, *Brontias* eſt, qui cum pluvia & exiguus, *Ombrias*: qui nullas & hæmiſphæricæ formæ eſt, *Ceraunias* dicitur. Cœterùm Chelonitem *Sereniſſ. Electori Brandeburg.* allatum accuratè deſcribit *Exc. Menzelius Miſc. Cur. Dec. II. An. VI. obſ. 2. p. m. 4.* Chelonites noſter, ait, magnitudine caſtaneam nucem mediocrem non excedit, nonnihil eſt rotundus ex altera parte, vel gibboſus; ex altera verò planior inſtar teſtudinis animalis. Gibboſa pars rimas quaſdam & in ejus ſummo & in medio corpore habet: ſuperiores, duas alas ab utroque latere formant, in quarum medio capitu-

lum prominet, duobus foraminulis narium inſtar formatis, inſignitum, ſic ut aliquis ſibi teſtudinis capitulum ex teſta prominens inde imaginari poſſet. Ab his aliæ procedunt ſtriæ, quarum una per dorſum ſive gibboſam eminentiam rectà tendit, inque cavitatem aliquam, ſtriis quoque præditam, deſinit. Averſa vel inferior lapidis pars muſculi marini carnem, vel animalculum id in concha rotunda latens, cùm concha aperitur, refert. Cœterùm Color lapidis nigricans eſt, veluti cotis vel lapidis lydii: nam & metallum attritum æquè ut Lydius colore & ſplendore præſentat. Apparent quoque in noſtro Chelonitide punctula aurea in inferiori parte, licet obſcuriùs, quæ etiam in eo quandoque dari, *Plinius* teſtatur, inquiens: Eâ (Chelonitide) verò, quæ ſit aureis guttis, cum ſcarabæo dejectâ in aquam ferventem, tempeſtates averti.

15. Bucardia, petra cordi bubulo ſimilis circa Babylonem & Neapolim provenit, ut & *Bononiam*, ubi Ruſtici *Tortellos* vocant, quia torti & flexuoſi ſunt, ceu hoc in triplici Bucardite ſiſtit *Aldrovand. Muſ. p.* 479. quin & in *Bucarditibus duplicibus reticulato* uno *lævi* altero: Sic & *Silicem carditem cum binis ventriculis* ſiſtit *Scheuchzer. Fig.* 68. & *D. David Reich. Miſc. Cur. App. An. X. Dec. II. p. m.* 72.

16. Buglossus, lapis eſt ſimilis linguæ bubulæ, pondere ferri, & cui duo craſſiore parte foramina inſunt. Meminit ejus *Jonſth. Not. Regn. M. p.* 69.

17. Ophiomorphites, ſerpentis in ſpiram convoluti facie eſt, caudâ centrum occupante. Ophites, ait *Ruland. in Lex. Alchem. p.* 355. lapis eſt cruſtaceus inſtar ſerpentis, quia ſquammas habet ut ſerpens; ſordet omnino ut cornu: *Aldrovandus* Spiritem vocat, eumque *Geſnerus* in montibus Helvetiæ reperit, adeo ut malè *Muſ. Calceol. p. m.* 423. pro ſerpente in lapidem verſo habeat inibi depictum ad inſtar Cornuum Hammonis, licèt aliàs non ignota nobis ſit hiſtoria de Serpente petrefacto in transfoſſi Cervi ventriculo ab Illuſtriſſ. Comite Hanovienſi reperto, de quo vid. *Major in Diſſ. pecul.* præcipuè autem *D. Cranzii & Burrhi* judicium apud *Sachſ. Gamar. p.* 179. *& ſeq.*

E. Ad HOMINEM tum totum tum partes ejus quinam Lapides figurâ accedant, præprimis *cit. Ampl.* quondam *Soc. Leop. Præſes D. Phil. Jac. Sachſ. à Lewenheimb Miſc. Cur. Dec. I. An. I. obſ.* 48. *p. m.* 139. ex variis Authoribus collegit; nim. Rupem in Sylva Hercynia memorat *Zeiler. in Topograph. Ducatus Brunſvig. p.* 33. quarum à figura monachi æmula altera Hans Münch/ altera Hennig Münch vocatur: Et in Inſula Melita *Rupes* maritima à monte ſeorſim dependens Monachum ſuſpenſum exprimens, vulgo *Il Frate impiccato* vocatur, *Kircher. l.* 8. *mund. ſubt. ſ.* 2. *c.* 2. *p.* 37. In monte S. Catharinæ vidit *DN. de Monconnys in Itinerar. Ægypt. p.* 248. Rupem elevatam, quam incolæ ferunt habere formam corporis fœminini cum ſtomacho & mammil-

lis; quanquam multum ab Imaginatione adhuc ſit fingendum, ut exactè talem figuram exhibeat. *Hominem* totum *ſiliceum* mammas tenus in Muſeo ſuo poſſedit *Olaus Wormius Muſ. L.1.S.2.c.13.* exactè caput, collum, humeros, pectoris ſumma, oculos, naſi protuberantiam, ſcapulas, ac colli muſculos referentem: Silices in externam hominis figuram quaſi arte tornatos obſervavit *Th. Bartholinus cent. III. ep. 8. p. 31.* Sic ex *partibus humanis* æmulos, *Dentes molares* & inciſorios ſpecus *Baumanni* exhibet apud *Deuſing. de fœtu Muſſipont. §. 124.* Carpathus mons calvarias minerales, *Laz. Erkerus de mineral.* In itinere ex Monte Sinai verſus Cairum *Lapides* plurimos invenit *DN. de Monconnys in Itiner. Ægypt. p. 250.* quorum alii optimè repræſentant *Corda Magna*; ex illis unus habuit cicatricem, qui apertus monſtravit in utroque latere depictum Cor vulneratum: alii ex Lapidibus iſtis *caput mortuum*, alii pampinos viteſque. *Oſſa* ſub terra inventa, à metallurgis *Enoſti* lapides dicti, *coſtas, pedes, tibias* exhibent, de quibus *cit. Kircher. in Mundo ſubt. l. 8. ſ. 2. p. 60.* *Manum ſaxeam* affabrè à natura quamvis paulum rudiore ſcalpro paratam ex liberalitate Generoſ. Comitis *Hermanni de Hazveld* in Muſeo poſſedit *Sacch.* Vid. *Gammarol. p. 159.* ære inciſam exhibitam, non minus ex *ſuperiore Sileſiâ os femoris* giganteum quaſi, è terra effoſſum ipſi quondam transmiſſum eſt, quod eleganter in ſuprema & infima parte *oſſis femoris* capita æmulatur, non minus quàm ſpatia iſta paululum in medio excavata, quæ in naturalibus femoribus propter ſitum muſculorum Natura effecit. Sic An. *1665.* 8. Nov. *Dn. Henricus Sturmius* ex *Oppolio urbe Sileſiæ ſuperioris* (ubi *Unicornu foſſile* crebrò reperitur) *cit. Sachſio* videndum transmiſit os femoris, pro Elephantino oſſe femoris habito, quod in pago klein Schemnitz à Piſcatore cum rete ex Viadro fluv. extractum fuit circa Anno 1632. & *Dn. de Proſcoffsky* oblatum, cujus pondus fuit librar. X. longitudo unius ulnæ, diameter latitudinis dimidiæ ulnæ circa caput: & in medio oſſe ubi minor latitudo & craſſities, circumferentia quarta pars ulnæ: & quæ plura adduci poſſent. Nim. ex Lapidibus ſpecialius hominis partes accedunt

1. Cranioides in agro noſtro Baſilienſi repertus, qui cranii ſupernam partem vel etiam cerebrum, meninge dura adhuc *inveſtitum* apprimè refert; Eſt namque convexus, ſubrotundus, ex antica tamen parte anguſtior, lævis, coloris ſubflavi, linea nigra, (quæ ab antica parte ad poſticam, à fronte ad occiput rectà excurrit, ſicque ſuturam ſagittalem, vel ſinum longitudinalem exprimit) in duas præcisè partes interſtinctus, inſuper lineolis quibuſdam nigricantibus veluti totidem venulis notatus, & ſinus lateralis dextri non obſcura veſtigia ſiſtens; verbo, Calvariam diceres, vel cerebrum ex ſumma parte reſectum, ut conſtat ex *figurâ Scheuchzerianâ 64.*

2. Onychites unguibus odoratis quos Græci nominant onychas, ut

Dioſcorides lib. 2. *c.* 20. Operculo conchyliorum ferè ſimilis eſt tam colore quàm figura; Naſcitur ad Hildeshemium in Lapidicinis, teſte *Agricola de Nat. Foſſil. p. m.* 611.

3. Umbilici humani ſimilitudinem gerunt nonnulli lapilli rotundi excavati in littore maris inventi, læves & perpoliti, colore candido, maculis flavis & juxta alteram partem plani & minus nitentes cum lineis nigricantibus ad imaginem cochleæ circumductis; Horum meminit *Cicero lib.* 2. *de Orat.* dicens: *Lælium & Scipionem cum ruri degerent, Conchas & Umbilicos ad Cajetam & Lucrinum legere conſueviſſe. Figuras variantes* ſiſtit *Aldrovand.* M*uſ.* M*et. p. m.* 800. Talem *Umbilicum marinum lapideum* maſſæ lapideæ immerſum repertum in monte Legerio ſiſtit *Scheuchzer. Lithogr. fig.* 31. Tales quoque in M*iſc. Cur. Dec. II. Ann. III. Tab. V.* ſiſtit *Exc.* M*enzelius*; præſertim verò elegantiſſimum *Umbilicum Veneris* (ita enim quoque dicitur, ut *Oculus marinus, Faba marina*) videſis apud *Beslerum in Gazophylac. rer. nat.*

4. Hysterolithus, ſeu *Hyſterapetra Cardani*, qui muliebrem naturam exhibet, inter divaricata quaſi femora, ceu *Georg. Agricola* narrat *in Diœceſi Trevirenſi* inventos eſſe lapides nigricantes & duros, qui muliebre pudendum exprimebant: cujus figuram exhibet *citat. Beslerus Faſcic. rar.* quin & juxta *Aldrovandum* M*uſ.* M*etall. pag. m.* 597. dantur Lapides, qui perbellè pudendorum humanorum cum ſua mentula & teſtibus figuram referunt, imò concubitui venereo apti eſſe viderentur, niſi eſſent lapides, Vid. *Cryſtallum* ἀνδρειοδῆν ex *Welſchio Hecatoſt.* 1. *obſ.* 40. *p. m.* 54.

5. Diphyes duplex, candida & nigra, mas & fœmina, genitale utriuſque ſexûs, diſtinguente linea, refert. Curioſum eſt, quod de *Priapolithis* hiſce refert *Borellus Obſ. Cent.* III. 85. eos non ſolùm augeri, , ſed & ſimiles ſibi fœtus procreare; quidam enim eorum parvis priapolithis pleni ſint intus, ut videantur matres fœtibus prægnantes, non ſecus ac de Adamantibus hoc *Sect.* I. *ſub fin.* diximus.


6. Variolatus, qui variolarum rudimenta præ ſe fert, unus fuſcus ad viriditatem tendit, alter flaveſcens, tertius leucophæus. *Uſus* ejus vel ex ſignatura in ichore variolarum ad cutim evocando, ſi de collo ſuſpendatur, teſte *Aldrovando* M*uſ. p. m.* 883. ubi & refert Jeſuitam ſibi narraſſe morbum epidemicum gregium eo fugari. Reperitur in territorio Lucenſi.

7. Glossoeides, qui ad radicem ſpiſſior, ad apicem arcuatus, humanam linguam apprimè exprimit, ut Cerebrum *Encephalites*; manum *Chirites*; teſticulos *Orchites* major & minor; crus *Scelites*. Triorchidem talem vireſcentem ſiſtit M*erret. Pin. Brit. p.* 213.

II. ARTIFICIALIA in Lapidibus intelliguntur non illa, quæ artificialiter ex iis elaborantur (ut erat Menſa ex Jaſpide & aliis gemmis compoſita

Rudolfi

Rudolfi II. Imperat. quæ nemorum, arborum & florum imagines pulchrè à natura inſculptas redderet, quale opus meritò inter miracula mundi recenſere non dubitavit *Anſ. Boëtius* illius laudatiſſimi Imperatoris & Mineralium naturæ ſpeculatoris, teſte *Meyer. in Symb. Aur. Menſ.* ſolertiſſimi Archiater) nec quoque ſigna illa conſecrata, quæ Arabico nomine *Taliſman* appellant, quam vocem à Græco τέλεσμα ortam ab Arabibus receptam eſſe *Salmaſius ad Flav. Vopiſc. p.* 360. docet; nimirum ſunt Taliſman icunculæ aliæque figuræ gemmis inſculptæ, aut ex ☉, ☽, ♀, ♂ conflatæ cuſæque aut è ligno vel lapide cæſæ, conſecrationibus carminibusque myſticis aliisque certis artibus, inprimis obſervato ſyderum motu, ad mala everruncanda v. g. epilepſiam *Fig. ſeq. triangularis* & podagram *ſeq. duplex rotunda ex Paracelſ. Archidox. Mag. Oper. Vol. II. p.* 708. conferendæ cum *Sigill. Planet. ſupr. allat.*





aut proſpera conferenda factæ, de quibus conſuli poteſt *Agrippa in Philoſ. Occult.* & *P. Molinet dans le Cabinet de St. Genevieſe à Paris*, aliique. Horum *Inventores Ægyptios* fuiſſe & ab his ad *Iſraëlitas* (prout & *Simon Magus*, referente *Beveregio in P. II. Synodic. Magni ad Concil. Laodic. p.* 195. ex Sabiorum, nullum eſſe Deum præter ſtellas ſtatuentium, & in quorum fide Abrahamum patrem educatum fuiſſe *Moſ. Maimonides Part. III. More Nevoch. cap.* 39. & *L. Coſri Part. II. n.* 33. *p.* 109. *Buxtorfii* referunt, doctrinâ, in Eccleſiam Laodiceam introduxit harum taliſmanicarum figurarum uſum, adeo ut *Paulus Coloſſ. II.* 18. prohibuerit, ne quis ſeducatur ex hominum inſtitutione mundique rudimentis, per quæ ſcil. ϛοιχεῖα doctrinam de Principiis intelligit, nim. in CHriſto ſaltem totam divinitatis plenitudinem corporaliter habitare, non verò in Planetis, ut in τελεστικῇ eorum traditur;) hanc artem derivatam, arcanâ quadam naturæ vi, cujus ratio non niſi ex ſyderum influxu perveſtigari poſſit, tot admiranda effeciſſe, ut *Galenus, Alex. Aphrodiſæus, Paracelſus aliiq; ſummi Viri* ejus uſum approbarint, *Cl. Baudelotius de Dairval de l'Utilitè des Voyages. p.* 394. cenſet, ubi & è *Gaffarello, Petro Petito, Chiffletio* ac aliis Scriptoribus multa de his *Taliſmanis, annulis Samothracis* affert; ſed per *artificialia*

ficialia hîc intelligimus Lapides qui nunc rotundum nunc anguloſum quid, aliamve figuram repræſentant, ut eſt v. g. Rotula ſclopetulorum veterum ferrea, pro igne cum pyritide excitando naturâ fabrefacta, qualem in mineris Comitatûs Marcæ reperiri *Exc. Menzel. Ann. VII. Dec. II. Miſc. Cur. p.* 3. refert.

1. *Rotundi* ſunt GEODES ſeu *Ætites*, de quo *ſupra*, ut & Lapilli in Anienis Aquis ad Tibur variorum rotundiorum fructuum figuras exprimentes, qui jocosè *Confetti di Tivoli* appellantur, de quibus *Steph. Pighius in Hercul. prodic. p. m.* 484.

2. HÆMISPHÆRICI, præter Chelidonium, Cheloniten, jam dictos, ſunt, v. g. *Oculi cancri*, qui in gamaris exuvias depoſituris, inveniuntur, quos referunt quoque Gammarolithi lapidei ſeu Scyphoides lapillus pedunculo carens *Scheuchzer. Lithograph. pag. m.* 9. Illi verò nominati *Chelidonii*, potiùs PSEUDO CHELIDONII dicendi, ſunt Lapilli albidi, ſubalbidi, lutei, cinerei, atque cœrulei, diverſarum figurarum, oblongi, quadrati, triangulares, &c. ſplendentes & quaſi politi, qui in *Præfecturâ Sanenſi ditionis Bernenſis*, in monte ſaxoſo, vulgò *Doronaz* dicto, inter ſabulum reperiuntur, quos Agyrtæ à ſordibus lutóve aquâ purgant, eosque pro Chelidoniis venundant, atque ignavis imponunt: quibus, præterquam quòd vim habeant, oculis immiſſis eos à quiſquiliis in eos illapſis, expurgandis, admirandos effectus affingunt. Lapillos hos inter rariora Helvetiæ *J. Bapt. Plantinus Helvet. antiq. & nov. cap.* 7. *p.* 42. recenſet. Atque procul dubio hi ipſi ſunt, quorum quoque mentionem *Guil. Fabricius Hildanus Centur. II. Obſ.* 13. hunc in modum facit: *Non ita pridem*, inquit, *venit ad me impoſtor quidam, qui ſe ad aliquot millia* (intellige Chelidonios) *invenire poſſe, gloriabatur, mihiq; plus quàm centum monſtraverat, quos veros etiam & legitimos aſſeveraverat, an verò ex hirundinibus exempti fuerint, affirmare noluerat.* Curioſa quoque ſunt, quæ de *Lapidibus Serpentum* rotundis profert in *Miſc. Cur. Dec. II. An. IX. Obſ.* 74. *p.* 123. proponit *Menzelius*, nim. eos *factitios* eſſe & à Jeſuitis in China degentibus parari ex aromaticis & alcalicis, utpote cum acidis efferveſcentibus, cujus ſcil. ratione hinc venenum acidum acre enervare poſſint, ac etiam febres malignas ſanare, ut extat in ſchedulâ, quæ emptoribus hujus Lapidis in Italia traditur; Experimentum hujus rei ab Illuſtr. Comite à Schvvartzenburg inſtitutum ſiſtit *Exc. D. D. Joh. Georg. Sommer. Miſc. Cur. Dec. II. Ann. IX. obſ.* 162. *p. m.* 271.

3. CYLINDRIFORMIS ſed compreſſus parùm eſt *Agricolæ Rhombites* in Galgebergo ſtriis ſe ita interſecantibus, ut plures in medio eminentiæ fiant. Alium *Cylindricum Lapillum ſiliceum* in monte *Legerio* repertũ ſiſtit *Scheuchz. Lithogr. p.* 4. item *Dolioli figurâ lapillum* ſeu *Volvolam doliatam Luidii Lithogr.*

num.

num. 1163. ſeu *Entrochum in medio tumentem Lachmund.* de quo mox: item *Bireti-formem Lapillum*, præcipuè autem *cylindricum*, *lævigatum* per totam axeos longitudinem nigricante medullâ repletum, nunc in rectum protenſum, nunc plerumque veriè inflexum ſub nomine *Tubuli foſſilis albi.*

4. Cuneiformis eſt *Ceraunea* in albo fuſcus vel niger, duritie ſiliceâ, foramine rotundo, aliquando pertuſus. Rotundi & nigri *Betuli* vocantur; longi *Ceraunia*; perforati, *Diſci*; ſunt & ſecuribus ſimiles. Nos *Cerauniam colore viridi* cuneiformem poſſidemus egregiè cultros acuentem, cujus meminit *Geſner. de Fig. Lap. p. 66. & Aldrovand. Muſ. Met. p. 609.* qui & *p. 611.* varias alias Differentias ſiſtit, ut & à *Geſnero* memoratos, ſed non delineatos, quos è cœlo cecidiſſe prodidit. Primus fuit forma perfecti cunei, in parte latiori perforatus, longitudinis digitorum novem, latitudinis quatuor, ponderis librarum trium cum dimidia, qui, anno quadrageſimo quarto poſt ſeſquimilleſimum, Viennæ in domum per cellam vinariam impetu fulminis, duodecim ulnas in terram adactus fuit. Alius pariter forma mallei in nigro cæruleus, quinque digitos longus, duos latus, in latere anguſtiori perforatus, anno ſexageſimo poſt ſeſquimilleſimum, Torgæ cecidit, ut recitavit *Geſnerus*, qui pariter alium cuneiformem in nigro viridem, in medio perforatum, & in magnitudine, ſuperiori ſimilem eſſe retulit: quandoquidem propè Ileburgum, violentiſſimo impetu, annoſam quercum diviſit.

5. Trochites ita dictus à rotunditate (τρέχω enim curro & τρόχος rotam notat) quia ex ampla baſi certæ lineæ ſeu radii diſcurrunt cum lævore medium lapidem, ut ſtriatus appareat & quandoque æmulatur puerile ligneum inſtrumentum, quod in turbinem deſinit, Germ. Topff dictum. Entrochos verò (quaſi intus habens rotam) dein dicitur, quando trochitæ modo bini, terni, quaterni, quini, ſeni (ceu talem ex ſenis candidis conſtantem, cujus pars media tumet, ſiſtit *Lachmund in Foſſil. Hil. p. 55.* & ad quem referri meretur *Entrochus verrucoſus*, ſex itidem conſtans Trochitis, cinerei coloris, in vicina Birſa repertus, quem ſiſtit Fig. 67. *Lithograph. Exc. Scheuchzerus*) octo, imò 20. concurrunt; Multùm enim variat quantitate, ait *Lachmund*, ſed *minimus* adeo parvus eſt, ut *maximus* decuplo major fiat; *maximus* verò eſt latus digitum tranſverſum; craſſus tertiam ejus partem aut amplius: Differt *colore*, nam aut *cinereus* eſt aut *nigricat* aut *luteus* eſt, prout in terra reperitur. Fractus hic lapis nitet, & lævis eſt, ut Lapis Judaicus, & inſtar illius in partes quaſvis frangitur. *Virium* hinc quoque ut ille, teſte *Agricolâ de Nat. Foſſil. l. V. p. m. 609.* antinephriticarum. Trochites rariores circa *Hildesheimium* mole & figurâ variantes ſiſtit *Lachmund de Foſſil. p. m. 53.*

6. Sagittæ ſpecie eſt *Belemnites*, *Sagetta* dictus apud *Besler. Gazophyl. rar.* de quo *ſupra*. Notamus ſaltem illic omiſſum *Belemnitem mino-*

rem cinereum ari piſtillum referentem, quem in monte Legerio reperit *Clar. Scheuchzerus Lithogr. p. m.* 25.

7. Patinæ inſtar cavatur *Patina Hildesheimienſis*, quæ nigra, & aureâ armaturâ rutilans De hac *cit. Lachmund Orygtograph. p. m.* 36. *Hephæſtites* in Coryco natus, ſpeculi naturam habet in reddendis imaginibus, quanquam rutilus. Nomen ex eo invenit, quòd ſoli expoſitus, aridam materiam accendat, non aliter ac ſpeculum concavum, ſulphurata, ſtramina, ſarmenta. Id genus lapides in rubro nigri coloris reperiuntur *Hildesheimii* in *foſſa mœniorum*, quà ſpectat Septentrionem. In modum verò patinæ excavati ſunt, & aureâ armaturâ rutilant: quare & reddunt imaginem, & ob ſolis radios obverſi aridam materiam accendunt. Vid. *Agric.* Huc & ſpectat *Patella lapidea* circa Liechtſtal in viciniâ reperta *Scheuchzeri*, potius tamen Fungus foſſilis dicenda, ut & *Lepas* ſeu *Patella lapidea foßilis* ſeu fragmentum Lapidis in Birſa repertum, ſtriis à vertice (violenter compreſſo) ad baſin circularem undique deſcendentibus inſtructum, patellarum in modum. Vid. *Scheuchzer. Fig.* 69.

8. Huic jungimus Artolithon ſeu *panem lapideum* (*Dæmonum* etiam dictum) ejus quippe figuram referentem, ceu talis in noſtra Bibliotheca publica conſpiciendus ſiſtitur, quique malè à quibuſdam pro pane petrefacto habetur, cùm tales Lapides prope Rotwilam Sueviæ & circa Bononiam reperiantur, ceu & inibi Tyromorphites, lapis ſcil. affabrè caſeum recentem oſtendens, reperiatur: cui ſi quis bellaria jungere velit, petere illa poterit è monte Vocetio, ſupra *Sect.* 2. *Cap.* 4. inter mineras ♂ deſcripta.

9. Crucis *Lapis* eſt tum coloris nigri aut purpurei, quem *Septal. in Epiſt. ad Chioccum*, tum cinerei, crucem oſtentans candidam, qualem *Laur. Pignorius in Muſ. Calceol. Sect.* 3. *p. m.* 374. pro *aſteriæ genere* cum crucis figurâ utrimque expreſsâ ſiſtit cum verſu *D. Gregor. Nazianzeni*:

Θυμὲ βλέψων ἄνω, χθονιῶν τ' ἐπιλήθεο πάντων.

Sic & *Clar. Scheuchzer. Lithogr. fig.* 63. ſiſtit *Siliculum rariorem cruciferum*, lapillum ſcil. candidum, in quo conſpicitur linea obſoleta ferè nigricans, quam interſecant aliæ ſex gradatim minores.

10. Clavem referens Lapis Zwergen-Nagel dictus, ſaxeâ eſt duritie, colore ad luteum inclinante inſtar clavis in una parte in acutum apicem deſinentis, in alrera verò quadratam appendicem ſinubus & eminentiis præditam habentis, qualem è *Norvegiæ Nidroſiâ Paſtor quidam Wormio* tranſmiſit, ut refert *Muſ. p.* 83. ubi & refert de Silice venabuli ferreum cuſpidem exactè referente ſub Haſtæ mineralis nomine itidem ipſi tranſmiſſo.

11. Tesseræ Lusoriæ Lapideæ in Helvetia circa *Badam* foſſiles, de quibus vid. *Wagner. Hiſt. Nat. Helv. cur. p. m.* 329. huc referri etiam poſſent, niſi nobis

nobis attentius eaſdem rimantibus conſtaret, arte eaſdem effictas eſſe & ex oſſeâ potius quàm lapidea materiâ efformatas, & hominibus illic olim degentibus in uſum ceſſiſſe; licèt aliàs *Silices quadratos* in *Comitatu Blanckenberg* inveniri teſtis ſit *Zeiler. in Duc. Brunſuic. p.* 31. & *Kircherus Mund. ſubt. L. VIII. S. I. cap. 6. p. m.* 29. referat in Calabriâ fodinam eſſe, in qua quotquot *Lapides* reperiuntur, etiam minimi, *cubiformes* ſint.

12. Pilei, quo nautæ in Dania utuntur alius, ponderoſus, colore cinereo, nec cavus, cujus Iconem ſiſtit *Worm. Muſ. p.* 88. Calopodium verò quoddam minutum refert Muſtricula apud *Scheuchzer. Lithogr. p.* 28. Huc ſpectat porrò ex *Jonſtono* & *Aldrovando*

12. Clavatus tubercula clavorum capitibus ſimilia habens, fuſcus & ſalis Ammoniaci inſtar ſciſſus. Item *Tymorphites*, qui caſeum (ceu quoq; eſt Lithotyron ſeu Caſeus integer in lapideam duritiem converſus, quem *Monſpelii in Catelani Pinacothecâ* ſe vidiſſe *Exc. Sponius Pater* ad *Sacchſium* ſcripſit, ut hîc refert *Gammarolog. pag.* 175.) *Laganites*, qui lagenam; *Ephippites*, qui ephippium; *Phialites*, qui phialam repræſentat. Sic *Kircherus Mund. ſubt. lib. VIII. S. I. cap. 9. p. m.* 29. in Lapidibus à Natura depicta exhibet *Elementa p.* 30. *Cœlum ſtellatum p.* 31. *Arbores cum depictis Urbibus, Montes, Nubes p.* 28. *Varios Flores Narciſſi, Hyacinthi, Tuliparum, Pœoniæ p.* 32. *Figuram Ciconiæ, Noctuæ caput, Motacillam & Avium imagines Lapidi delineatas Templi S. Georgii Venetiis p.* 33. *Caput Canis Moloſſi, Caput Equi, figuram felis p.* 34. *Piſces effigiatos, ſcari formam intra ſaxum p.* 35. *Auratam* & ex *Muſeo Aldrovandino duos Piſces velut natantes in aquâ p.* 31. *depictam figuram heroinæ, hominis palliati p.* 36. *Idoli Ægyptii Averrunci, palliati puerum geſtantis, Hieronymi & figuram Crucifixi in Monaſterio Ticini Carthuſianorum*; ceu & *Jul. Cæſ. Vaninus de Admir. Natur. Dial. XXIV. p.* 139. memorat, *Pomponatium* Præceptorem ſuum vidiſſe fruſtum marmoris *Paulum Eremitam* repræſentans; & *Joh. Prætorius* in der neuen Welt-Beſchr. *p.* 224. narrat Imperatorem Rom. An. 1565. pretio aliquot mille Imperalium emiſſe Cimelia & cum his Margaritam concinnè à Natura elaboratam, ut puerulum Jesum repræſentet, quin & à Legatis Perſicis ipſi dono datum eſſe Achatem aureæ cruci infixum cum effigie B. Virginis Mariæ & pueruli Jesu. Quin & non ſaltem Pictoriam & Sculptoriam (quæ quantum artem ſuperet, vel ex eo perſpici poteſt, quod vel minimæ Lapidum ejuſmodi figuratorum portiones ſemen papaveris vix æquantes totâ ſua ſubſtantiâ Cochlearum, v. g. concharumque rudimenta oculis præprimis microſcopio armatis apertè oſtendant, referente *D. Joh. Luc.* Schirm *in Diſſ. de Ebor. foſſ. §. 6.*) artem exercet Natura *Lithogonetica*, ſed & Opticam, flumina, ſylvas, prata, Montes, Maria ad exactam Proſpectivæ amuſſim in Lapidibus depingendo, ut nobis marmora ejuſmodi oſtendit

 dit

dit *Prud. Dn. Conr. Wieland, Præfectus olim Waldenburgenſis ditionis Baſil.* & elegantes marmoreæ tabellæ ſiſtuntur apud *Besler. in Gazophyl. rer. nat. fig. ult.* in quibus rudera Urbium unà cum nubeculis conſpiciuntur. Adeò ſæpè picturis ludit natura, & omnium capax ingenium exercet. Videmus quoque ad amuſſim expreſſa, *pentaphyllum*, *ſabinam*, *flores lilii*, *roſas*, *galeas*, *ſoleas equinas*, *retia*, *veſpeta*, *aves*, *paſſeres*, *rhombos*, *echinos marinos*, *formicas*, *ſcarabæos*, *viperas*, *ſcorpiones*, *ſcaros*, *mullos*, *pavones*, *&c.* hincque varia lapidibus indita nomina. Sic namque *Exp. Scheuchzerus in Miſc. Cur. Dec. III. An. V. & VI. App. p. 59.* propriè *Dendritem* vocat Germ. ein Baumſtein/ arborum effigiem exhibentem, ut præprimis eſt *Sabinites*, Sabinam referens *Aldrovand. Muſ. met. p.* 498. *Rhoditem* verò qui roſas ſtellarum loco exhibet, ut eſt Lapis fiſſilis cinereus haud procul *Lithopoli ex Lapidicinâ Oetingenſi* extractus, odore cornu uſtum redolens; quin *Phycitem* fucum marinum referentem, filicem *Filicitem*, *Lonchitem* ceterach, ericam *Ericitem*, equiſetum *Hippuritem*, quales omnes elegantibus Figuris ſiſtit *cit. Cl. Scheuchzerus*, qui quoque *Salicitem*, quem *Clar. & Exper. D. Joh. Henr. Stehelinus Phil. & Med. Curioſiſſ.* hîc poſſidet, & in *Muſ. Calc. p. m.* 316. quoque depingitur, eleganter deſcribit, tum *cit. Differt. p.* 63. tum maximè in *Curioſiſſ. Specim. Lithogr. Helvet. p.* 31. ſub nomine *Lentes lapideæ ſtriatæ utrinque convexæ, vitreas figurâ ſimiles in maſſâ lapideâ vario ſub ſchemate conſpicuæ.* Nos ad *Ætiologiam* harum figurarum accedemus, nimirum, Unde ſit harum figurarum Lapidum Origo, & tum pulchra configuratio, res ut digniſſima eſt contemplatione, ſic maximè abſtruſa (ceu Deitas vel Iſis in Inſcriptione ſupra templum in Sais apud *Plutarchum* loquitur: Ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς καὶ τὸ ὂν καὶ ἐσόμενον, καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδεὶς θνητὸς ἀνεκάλυψεν, ex quibus verbis etiam elici poteſt, unde Græcorum Minervæ peplum) cùm enim tales figuræ eædem in multis Lapidibus non ſaltem in uno ſed pluribus locis reperiantur, non caſu ſed aliquâ ratione configurationem hujuſmodi factam eſſe, putandum eſt. Nos in anteced. occaſione *Scholii ad Lapillos caryophyllos aromaticos referentes* in eam ſententiam inclinavimus, quòd præexiſtat Lapidum horum figuratorum, v. g. Concharum, Cochlearum &c. *ſemen* vel quædam *analoga ſeminalis vis* à Creatore, ut in aliis perfectioribus mundanis corporibus, mox ab initio producta, & per efficax illud verbum, *Creſcite & multiplicamini*, etiam hanc in diem uſque continuata, præſertim in matricibus aptis & convenientibus ſucco lapidifico (quem *terreo* - vel *ſaxo* - ☿*ſum* ratione & experientiâ ſuffultus *Kircherus Mund. ſubt. Tom. II. lib. 8. Sect. 2. p. m.* 46. ſtatuit, *Clariſſ. Scheuchzerus* verò, ut poſtea audiemus, *fluidum terreum* vocat, nos autem *terram ſale ſolutam*) imprægnatis & turgentibus; ceu hinc inde in Helvetia alibique (v. g. *Specus Cadurcenſis in Galliâ, S. Roſaliæ in monte Peregrino Panormi in Siciliâ,*

Specus

Specus Baumanniana in ſylvâ Herciniâ, Mons excavatus in Moraviâ non longè à territorio Abbatis Obbrovicenſis, cujus meminit *Croll. de Signat. p.m.* 10. *&c.*) cryptis obſervantur, in quibus ▽ per ſaxa tranſudans & guttatim deſtillans jam petreſcens cernitur; Unde ſuſpicari datur Vim hanc analogam ſeminalem in viſcoſa materia hoſpitantem ſale turgidam dilutioriqve ▽æ, quæ à ſale illo variè ſolvitur, permixtam, turgeſcentiam & fermentationem peculiarem inchoare & pro ſeminii ſpecifici ratione impreſſiones varias delineare, quantum equidem rudis materia aër locique ratio permittit. Verùm Doctiorum judicio libentius nos hac in re ſubjiciemus, ſententiam eorum proin circa hæc prolaturi. Ex his prodeat primùm *Doctiſſ. Peireſcius in Vitâ à Gaſſendo* edita *lib. IV. p. m.* 346. *Qui in eâ non fuit ſententia, ut exiſtimaret omneis lapides ab initio* Mundi *formatos, ſed voluit temporis progreſſu pleroſque ita fieri, ut ſinguli originem debeant ſuæ materiei, propriisq; ſeminibus*; configurationem *verò partim ad* naturam, *partim ad* caſum *referant acceptam. Nam cùm omnium materies ſit aqua, ſeu liquor, aut ſuccus; exiſtimavit variis in locis contineri varia rerum ſemina, ac ſpeciatim lapideum, quod liquori immiſtum, lactis inſtar ipſum coagulet, ſpecialemq; imprimat formam. Hinc* Cryſtallum, Adamantem, Amethyſtum, *ſimilesq; lapides fieri, cùm illorum ſemina limpidum liquorem, cujusmodi ſolùm perficere poſſunt, nacta fuerint; cæteros verò, cum ſemina eorum magis turbidum & obſcurum. Et quoniam liquor tunc contineri, conquieſcereq; in cavitate quadam, & quaſi vaſe ſeu conceptaculo debet; inde effici, ut pretioſi etiam illi lapides fundum habeant craſſum obſcurumq;, tum quia quicquid eſt in liquore craſſum, ſubſidet, coagulationemq; proinde in fundo facit hebetiorem. Cœterùm ipſos, dum coagulantur, diffindi, & multiplicari, ut grana ſpicæ, intra vaginam: ſubire autem* Cryſtallum *figuram oblongam hexahedricam:* Smaragdum *dodecahedricam:* Adamantem *&* Rubinum *octahedricam: & ita de aliis, propter ſpecialia ſemina, quæ lapides non minùs conſtantes, regulariterq;, quàm ſtirpes, atque animalia ſuarum ſunt configurationum. Quod ſpectat verò ad* figuras Concharum, Cochlearum, Strombylorum, Oſtreorum, & innumeras alias; *id eſſe* ex caſu (prout & *Kircher. Mund. ſubt. L. VIII. S. I. C. 9, p.m.* 37. Figuras lapidum oriri fortuitò docet ex fluore ſalini liquoris in appropriatam ſubſtantiam mollem & ſiccitate in rimas fatiſcentem, donec omnia accedente ſpiritu lapidifico coaleſcant & prout fluor inſinuatus, ſic effigies repræſententur) *quo, animalibus demortuis, contingit teſtas, corticésve conceptacula fieri excipiendo, continendoq; lapideſcenti illi humori, qui coagulatus induratusq;, continentis figuram induat; quo etiam modo* lapides Stellati *ex ſpolio atque inciſuris quorundam vermium formari poſſunt. Quin etiam partem humoris ſubtiliorem penetrare in ipſam teſtam; adeo ut ipſa quoque lapideſcat; licèt evadat friabilior (unde in multis non cohæret) & remaneat tamen candidior*

interiore nucleo; qui aliunde, præter craſsiorem humorem, immiſtam habere corrupti animalis ſubſtantiam poſsit. Mirum eam ob cauſam non eſſe, ſi non modò intra hos nucleos, ſed etiam interdum intra Cryſtallum *&* lapides *alios transparentes obſerventur* paleæ, muſcæ, *& id genus ſimilia; has enim res caſu repertas, aut in conceptaculo, aut in fluore illo, cùm induruit in lapidem. Folia autem illa plantarum lapideſcere, eo modo, quò dictum eſt teſtas; ſcilicet ſubeunte puriore humore, qui, ſi impurior fuerit, lapidem craſſum circumformet; uti conſtitit in lapide quodam intra Muſæum aſſervato, qui diffiſſus florem contentum, petrificatumq́ exhibuit. Sic etiam* Oſteolitha *fieri ſeu oſſa humana, & alia lapideſcere cenſuit. Et ad generationem quidem illorum* Lapidum polyhedricorum, *argumentabatur ex conformatione ſalis, aluminisq́ in ſuas figuras. Circa* alios *verò, meminerat primùm, quod primis pubertatis annis obſervaſſe illum memoravimus, dum ad minorem Rhodani alveum, in quem Sorga fluviolus ſeſe exonerat, nataret. Nimirum ſimul adnotârat turbatiorem tum fuiſſe Sorgam, ex terræmotu ad illius ſcaturiginem excitato; &, propter intumeſcentem ea tempeſtate Rhodanum, aliquot diebus reſtagnâſſe. Unde & ratiocinabatur, potuiſſe ex ea concuſsione germen lapideum ex ipſis uſque viſceribus terræ excerni, & cùm aqua ſic devehi, ut limo ex illa reſtagnatione ſubſidenti ſenſimq́ concreto commiſtum, lapides illos efformârit. Deinde, quod ad indurationem; meminerat* trium calculorum, *quos Joannes Brunus Chirurgus ſibi dederat, recens* ex veſica infantis *eductos. Siquidem cùm is, qui primò emerſerat, eſſet planè durus, qui ſecundò mollis, qui tertiò penè fluidus; omnes tamen paucis pòſt diebus ejusdem fuêre duritiei. Quod autem morantes diutiùs in veſica calculi ex accedente nova materia pluribus cruſtis ſuperveſtiantur; dicebat id eſſe, quod in variis cryptis obſervamus fieri, ubi aqua lapidoſa ſupernè diſtillans tophos aliosve lapides creat. Et quòd* granula ſabuloſa, *quæ intra veſicam compingantur ſæpe à viſcido illo, & calculoſo humore, qui defluit ex renibus; declarabat id ipſum eſſe, quod in montibus ac fluminibus plerumque contingit. Siquidem plureis* Rupes *videmus, quæ ex pluribus minutioribus lapidibus conſtant, intertexente illos communi materiâ, quam neceſſe ſit, fuiſſe poſteriùs* ſaxeam *effectam. Habuit & ipſe intra Muſæum eductam ex Druentia* equinam ſoleam ferream, *quæ ita eſt circumdata lapillis fluviatilibus, ut lapidoſa alia ſubſtantia illos inter ſe, & cum ferro adglutinet. Idem viſitur & in* enſe, *& in* circulo ferreo, *eductis ex Rhodano; idem in magno* clavo æneo, *quem eductum ex Sequana Lomenius ad ipſum transmiſit. Argumentum inde ducebat, tum de germine lapidifico ex montibus uſque, & aquarum ſcaturiginibus deraſo; & de lapidibus, qui in ſingulos dies in mediis fluviorum alveis generantur; qui ipſi quoque ſuapte natura ad rotundam vel ovalem figuram accedunt, niſi quòd pro conditione conceptaculi, aut ex volutatione, detritione, confractione, degenerare ab ea poſſunt. Ut de* ſabulo *autem illo* calculoſo *obſervationem adjiciam, animadvertit ille primus,*

ipſum

ipſum à natura ita conformari in figuram rhomboicam, ut microſcopio inſpectum, appareat veluti rhomborum lateritiorum congeſta moles. Ex quo difficile non eſt cauſam explicare illius doloris, quem ſabulum ejusmodi cum urina egeſtum creat; nempe ſingulorum granorum acutiores anguli canalem ita vellicant, ut ſui ſenſum acerrimum faciant. Ex his, rogatus aliquando de flexilitate illius Cotis, *quam à Jacobo Hallæo Pariſienſi Rationum Magiſtro communicatam habuit; illam ad Talchum retulit; opinatus nempe fluorem talcho gignendo comparatum ſic fuiſſe commiſtum arenæ, ſeu iis granulis, ex quibus cos pertexitur, ut craſſitudo coticularis talchi pelluciditati, lævoriq; obſtiterit, & talchica flexilitas obſtiterit cotis rigori. Sic rogatus de* Lapidibus Crautiæ, Herculeorumve camporum; *cenſuit totam illam planitiem potuiſſe olim reſtagnare exundante potiſſimum ſeu Druentia, ſeu Rhodano, & lapidifico germine ſimul devecto, coagulante. Argumento fuit, quòd in ſalium concretione obſervamus. Quippe, ut in vaſe, ex quo aqua ſali commiſta evaporatur, teſſellæ majores in fundo quàm ad latera relinquuntur; quòd illic ſalſedo uberiùs diutiusq; reſideat: ſic in medio Crautiæ, quod depreſſius eſt, majores longè lapides, quàm ad oras obſervantur, & ad maritimas quidem, paludoſasq; præſertim, ubi lapilli vix attingunt nuculæ magnitudinem; cùm in medio lapides ſint capiti humano plerumque æquales. Quod difficultatem auxit, fuit* multitudo *incredibilis* piſcium, concharum, *aliorumq; marinorum animalium, quæ in* ſummis *etiam* montibus ſaxificata *viſuntur. Attamen, quoniam obſervavit in benè longa montium ſerie à Belgenſerienſibus uſque, quandam quaſi zonam exſtare, editam quidem, ſed libellatam tamen & horizonti planoq; maris parallelam, quæ ejusmodi animalibus ſaxeis effectis referta ſit: nullus penè dubitavit, quin mare eò uſque pridem occupaverit, & ſaltem ad diluvii tempus (niſi ad mundi uſque initium, priuſquam aquæ diffluerent) recurri poſſe exiſtimavit. Nam mare quidem paulatim aliquas deſerere oras, invadere alias, duxit compertiſſimum, uti Ariſtoteles comprobavit de Ægyptiaca, Polybius de Euxina, ipſe de Arelatenſi: quippe Nilo, Danubio, Rhodano, aliisq; Fluminibus ex terra continuo delata producentibus continenteis, adeò ut temporis progreſſu, & loca humilia evadant excelſa, & littoralia mediterranea. Quam etiam ob cauſam ſcripſit aliquando ſe credere fore, ut Veneta urbs continenti adjungeretur, quòd ex tempore neſcio quo, promota foret continens paſſibus mille & quingentis. Exinde præterea conjecturam duxit de* formatione Rupium, *quas mundi præſertim initio cenſuit genitas ex copioſiſſimo humore univerſam terram obruente, & ſemine ſaxifico eidem terræ interſperſo. Hinc evenire certè potuiſſe, ut molli adhuc concretione, quæ flumina tunc erupêre, cœpereq; decurrere, rupeis paſſim perfregerint, neque enim alveos profundiſſimos, quibus ad utramque ripam rupes eminent, uniformis contexturæ atque altitudinis, excavari ita potuiſſe ex detritione inſenſili, ſi durities perpetua fuiſſet. Fortè etiam inde effectum, ut aqua ab ortu in occaſum diffluente, & quâ Mediterraneum jam eſt,*

eſt, locum excavante, pleraque convalles ita apertæ fuerint, ut rupes, atque adeò montes eundem ſitum ab oriente in occidentem ſervaverint; cujusmodi ſunt non præcipui modò, qui in hac Provincia, ſed & Pyrenæi, Appenninus, Rhætica Alpes in Europa, Taurus in Aſia, Atlas in Africa, ac noſtratibus etiam plerumque oſtentantibus faciem præruptam verſum mare. Quòd autem maritimæ Alpes, & minores quædam montium, conſequenterq́ vallium ſeries alium ſitum obtineant; id eſſe potuiſſe ex ſpeciali aquæ defluxu; ad eum modum, quo obſervamus poſt fluminis exundationem, recurrentem ex ripis aquam limum congeſtum exarare ſeu creare foſſulas, atq; adeò protuberationes, ſitu verſus alveum fluminis transverſo. Hæc *Peireſcius. Cel. Wagnerus* occaſione Lapidum ferreorum *ſupr. S. II. C. IV.* de ♂ propoſitorum ſequentia ad nos exaravit, *Miſc. Cur. Dec. II. Ann. VIII. p. m. 326.* inſerta; DEUS, ait, Panſpermiam quandam per Globum Terraqueum diffudit, quam pro multijuga diverſitate ſuarum particularum, & ſoli natura determinavit: ſemina hæc in ſe peculiarem habent craſin ſeu texturam, quæ in eo conſiſtit, ut particulæ eorum minimæ ſeu corpuſcula certâ ac ſibi tantùm propriâ figurâ conſtent, prout hoc imprimis in diverſis *Salibus*, eorum etiam micis, oculis patet; idem etiam videre eſt in nonnullis Lapidibus, ut in *Cryſtallo*, quæ in matrice ſua æque minimos hexaëdros & cuſpidales lapillos, caput aciculæ æquantes, ac cryſtallos ſpithamæas, ejusdem figuræ, protrudit; item in *Belemnite*, cujus vel minimi lapilli, figuram ſuam pyramidatam habent; aliisque: ita quoque in corporibus mineralium, diverſæ illæ particulæ terreſtres, craſſæ, ſolidæ ac determinatæ, ab Igne ſubterraneo fluidæ redditæ, & pro majori vel minori acceſſione talium corpuſculorum terreſtrium ac ſolidorum in intima tellure ibi contentorum, diverſimodè agitatæ, tandem determinatam, ſuique generis figuram Mineræ obtinent, & per quietem, debitam quoque conſiſtentiam ſeu duritiem acquirunt. Vid. quoque hac de re ex veteribus *Cæſalpinum de Metallic. L. II. cap. 44. Excell. Dn. D. Joh. Muraltus Phyſ. Prof. Tigur. Celeber. Coll. honoratiſſ. in Dec. II. Miſc. Cur. Ann. V. & VI. Obſ. XV. p. m.* 41. in hac re dilucidandâ ſtatuit *modulum* duplicem vel *internum* vel *externum*: Externus *eſt tum ambiens* aër *vi elaſtica ſingula premens cum moderato quodam calore, vel ſal quoddam minerale ſolutum foris glebam tangens.* Internus *verò, ſpiritus ſalis & ſulphuris ſeu archæus vel materia ſubtilis eſt, maſſulæ primitivæ concluſus, qui fermentatur, & poſt rudimenta ſenſim ſine ſenſu, applicatione novæ materiæ, augmentum capit, ſeſe expandit, juxta dimenſiones omnes ad integram uſque perfectionem, propaginis verò incurius deliteſcit hic ſpiritus, toto quo irretitur, & repagulis vincitur, tempore; ſed ſubſequente tempore per mollitiem materiæ particulæ ejus extenſibiles juxta ſe invicem juſte collocantur per fermentationem, ſolutionem & coagulationem gradatim diſtinctam: Ubi notandum, alia corpora ratione principii prædominantis,*

minantis, legitimè & rectè operantis ad motum & figuram certam inclinare, & ita ſpecioſiora, coloratiora, gratiora & temperatiora eſſe, ſicq; perfectiores figuras deſcribere: In quo autem in ſpecie motus talium particularum conſiſtat, & qua proportione cuilibet parti inſit, dimetiri nondum valui. Nam cum particulæ ſingulæ propriam habeant figuram, neceſſe eſt, ut coëuntes obnoxiæ reddantur conditionibus neceſſariis corporum figuratorum. Corpora autem ad determinandas ſuperficies figuram poſſident lateribus & angulis conſpicuam, quare exactiſſimè pingi non poſſunt nullo interjecto ſpatio niſi angulis & lateribus figura eorum conveniat, id quòd regularibus corporibus tantum datum ſit, naturâ reliqua tam accuratè coaleſcere nequeunt, quia interſtitia quædam relinquunt, & ſicuti diverſas figuras ita diverſos quoque poros efficiunt. Ut verò, quid ſibi modulus meus externus & internus velit, clarius declarem, hæc addere lubet: Aër cum corpora naturalia figuranda æqualiter undique premat, ceu externus modulus, neceſſariò materiæ mollitiem vel duritiem ſequetur, molle magis premetur, durum reſiſtet magis, hinc ſulci & protuberantiæ variæ orientur. Archæus ſeu modulus internus, ⏜ ⊖ & 🜍 maſſulæ primitivæ concluſus dum ſuſcitatus ad operandum inſurgit, virtutem ſuam jaculatricem (quæ ſingulis actionibus perfectioribus tribui poteſt, & quam in cryſtalliſationibus chymicis videmus) exercebit quantum valet, ſecumq; per ordinatos poros ſibi agglutinata & adhærentia corpora vehet quaquaverſum, uſque dum dimenſionem & perfectionem debitam nactus ſit, non aliter ac punctum ſaliens in canum catulis primis ab imprægnatione diebus conſpicitur radiis ſanguineis in circumferentiam æqualiter miſſis ſeſe extendere, vel nucleus aut ſemen plantæ terræ mandatum incrementa ſumere, poſtquam ⏜ Λlis intus latens expergefactus repagula operculorum ſolvit, radicem figere, caulem ſiſtere, folia pandere, ramos fructumq; protrudere incipit: ita regulus ♁ ſuam ſtellam huic vi jaculatrici acceptam refert. Non minus ac in operatione inſtaurantium medicamentorum vis quædam irradians è centro ventriculi per totam corporis humani peripheriam diffunditur: prolicit aër ambiens innumeris rerum ſeminibus refertus intus latentia principia, particulæ igneæ ſepultæ ad Solem properant, aëreæ & æthereæ ſub Lunam ſedem affectant, aqueæ & terreæ quoque ſuum centrum petunt, motum ſibi invicem communicando per appulſum regularem, è quo diverſitas figurarum menſuranda eſt. Hactenus Exc. Muraltus. Clariſſ. Dn. D. Scheuchzerus in Miſc. Cur. Dec. III. An. IV. App. p m. 361. de Figuris horum Lapidum præcipuè Conchitarum ita judicioſè diſſerit: Cùm Lapides omnes & figurati, & nullâ certâ figurâ præditi, & Conchites maſſæ lapideæ incluſus, & terra ambiens, ante fuerunt fluidi, quàm induruerunt, at imprægnati ſucco lapideſcente ac corpuſculis Salinis, quæ, poſtquam ſeſe concentrârunt in medio maſſæ, vel in alio convenienti loco, ſeſe quaquaverſum radiorum inſtar protendere occipiunt; hæc linearum rectarum à centro fixo verſus

circumferentiam excurſio, ſi æqualibus fiat in omnes partes viribus, concipio generatam figuram perfectè ſphæricam, quæ non facilè ſeſe commiſceet materiæ contiguæ, quum hæc impurior ſit, illa purior, hæc craſſior, illa ſubtilior, hæc premit quidem, illa verò totis reſiſtit preſſioni viribus, corporibus hiſce, tam continenti externo quàm contento interiori, à petrifico quopiam penetrantique ſucco correptis atque ita congelatis, repræſentabit corpuſculum concluſum *ſphæram* perfectè rotundam eamque undique lævem; *rotunditas ubi deficit* atque aſperitas quæpiam in exteriori ſuperficie conſpicitur, cauſam facilè tribuo inæquali radiorum vel linearum expanſioni, vel haud proportionatæ ambientis materiæ preſſioni, ſubjacentisque contra preſſioni vel etiam materiarum confuſioni. Quòd ſi igitur contingat, preſſionem omnium vel ſingularum materiæ ambientis partium non eſſe proportionatam reſiſtentiæ omnium vel ſingulorum corpuſculi ſphærici, ſed hîc vel illîc illis ceu fortioribus has cedere, imprimentur puriori ſeu contentæ materiæ ſtriatæ excavationes, at inſimul orientur *eminentes ſtriarum partes*, preſſus enim per vices, & introcedentibus debilioribus particulis, eodem momento in interſtitiis aliæ ſeſe erigant neceſſe eſt, atque hâc ratione progigni concipio tam *planam ſuperficiem* vel lævitatem *Conchitarum planorum* quàm *aſperitatem* & ſtrias *Conchitarum ſtriatorum*. Corpuſculum hoc ſeu planum ſeu ſtriatum à copioſo quo imbuitur ⊖e △li obrigeſcens, formam ſuam imprimit & in ambientem atque fluidiorem materiam, vel potiùs eodem momento formabitur & Ectypum & Archetypum, ut adeò hoc concipiendi modo ſublata foret intricata inter Lithographos lis, *num ſcilicet ante vel poſt productionem lapidis figurati formata ſit Matrix?* Enimverò cum motus extenſivus, vel vis radiorum expanſiva, partim ob nimiam circumfuſæ materiæ preſſionem, partim ob raritatem materiæ contentæ, reſiſtendo diutius par non ſit, atque de impetu ſuo aliquantum remittat, & verò partes, ſeu diametri à ſupremo & imo puncto, ſeu à Zenith & Nadir remotiores citiùs coëant ac cedant, quàm iiſdem propiores, ita ut licet diameter illa à Zenith ad Nadir ſeſe extendens, de longitudine ſua aliquid amittat, alterâ illâ, quæ priorem ad rectos angulos ſecat, longiori prodeunte, illa interim maneat fortior, hæc tenuior ac debilior, formabitur ita lentiformis, utrinque concava, ac in ambitu ſuo extenſata Figura, eaque pro re nata vel lævis & plana, vel ſtriata & inæqualis. Produxit hactenus applicata utrinque, ſupernè ac infernè potentia premens, *Corpus lentiforme convexum*, cujus diametri cum media per centrum à Zenith ad Nadir protenſæ parallelæ eò minores fiunt, quò magis verſus peripheriam ſeu oram extremam abeunt, donec tandem in unicum quaſi coëant punctum: ſi concipiam nunc, potentiæ memoratæ ſociam aliam lateri orbicularis vel lenti-

formis

formis figuræ applicitam, quæ circularem lineam mutet in *parabolicam* vel *hyperbolicam*, prodibit *roſtrum* vel *cardo Conchitæ*, atque inſimul pateſcet, cur eæ, quæ ſuper roſtrum ſeſe extendunt ſtriæ, propius ſemper ſibi invicem ſint junctæ, illis interim ſtriis quæ ad oram ſeu marginem rotundiorem excurrunt, aut priſtinam ab invicem diſtantiam ſervantibus aut etiam tantò magis ab invicem ſecedentibus, quò fortior fuerit vis lateralis in oppoſito premens, vel materia in rotundiore ambitu fluidior, id quod in omnibus *Conchitis ſtriatis* videre eſt. Hucuſque producta figura, ſi in hoc ſtatu poſteà maneat, vel, quod ad rem præſentem magis facit, à miaſmatibus petrificis correpta obrigeſcat, offeret nobis, poſt diffractum exteriorem corticem, maſſæ rudi incluſum, perfectum *Conchitam bivalvem*. *Diſtinctionem* quod attinet *Conchitarum* in *læves* & *ſtriatos*, ea, ni fallor, pateſcet ex ante dictis, uti quoque *diſcrimen* illud *ſtriarum* in uno eodemque Cochita, cur ſcilicet illæ conjunctiores ſint ac *preſſiores* prope cardinem, *diffuſiores* & latiores verſus marginem. Quod ſtriæ aliquorum Conchitarum *ſubtiliores* ac *preſſiores* quàm aliorum, cauſam puto materiam puriorem vel craſſiorem, vel etiam differentiam potentiarum prementium particularium. Magna in multis obſervatur *Concharum* & *Conchitarum ſimilitudo*; ſunt illæ quandoque involutæ vel ſubtili quadam membranula tectæ, ita & hi ſæpe obteguntur tunicâ quadam, ☽to, matri perlarum imò ipſi auro æmulâ, quæ *nihil aliud eſt*, quàm ſubtilis quædam materia, quæ durante efferveſcentia (ſi ita loqui mihi liceat) vel expanſivâ radiatione à reliqua materia ſeſe ſeparat, ſpumæ ad inſtar ſupernatat, ac poſtea, ut paries intergerrinus, Conchitam ab ambiente materia ſegregat. Obſervatur etiam *congruentia Conchitarum bivalvium*, ac id *genus Concharum marinarum in eo*, quod in illorum margine, ubi ſcil. conjunguntur valvæ, vel ſibi invicem quaſi inarticulantur, exigua obſervetur apertura vel ſulcus quidam, quo certè conchas æmulantur hiſcentes ac ſeſe aperientes, ut eas in hoc aperturæ ſtatu petrefactas jures; hoc autem phænomenon abſque labore derivo ex fragilitate materiæ, quæ à vi ſuperna infernaque compreſſa, at non ampliùs fluida, ſed aliquantum jam fixata, atque parum congelatâ, in extremis oris frangitur, ac fiſſuras concipit, quòd ibi preſſio maxima ſit, atque effectus ejus, ſeu quod idem eſt, ruptio per imum ſeſe exerat. Sunt Conchitæ externâ ſpecie integri ac ſolidi, intus autem ſi diffringantur, *cavi, cryſtallis parietibus affixis*; accidit hoc, quoties rara vel ſpumeſcens materia poſt figuræ productionem illicò obrigeſcit, ac in ſaxum mutatur, contenta interim materia de extenſionis ſuæ vi ſenſim remittit, concidit, ac ⊟lorum ad inſtar parietibus ſeſe affigit, manente interim, poſt conſolidatum ſemel fornicem, cavitate vel dimidiâ vel integrâ. Quodſi contingat, ut figuratus quidem, at nondum ſat firmus fornix hîc vel illîc corruat,

ruat, prodeunt *Conchitæ*, uti vocamus, *compreſſi* vel *contorti*. Quòd *ſuperficies externa conchitarum* ſeu *planorum* ſeu *ſtriatorum*, à cavernulis quibusdam aliquando ſit inæqualis reddita, vel quaſi à vermibus corroſa, id rurſus ex hypotheſi mea attribuo cruditati, impuritati & aſperitati materiæ circumfuſæ, lapillis quibusdam parvis vel arenulis grandioribus referta, quæ ſuperficiem externam Conchitæ nondum plenè conſolidati attingentes facillimè ſua veſtigia inibi imprimunt ac relinquunt, teſtes hujus rei certiſſimi ſunt, quos in pago Winckelhaid horam Altdorffio diſtante inveni, *Conchitæ concavi univalves*, *ſaxo arenoſo duriori*, *crudiori* & *valde impuro inhærentes*, quique cavernulas dictas ſemper ferè oſtentant. Minimè verò aſſentior iis, qui cavernulas iſtas, aut *ab inſectis nidos fabricantibus è luto formatas*, aut *à vermibus exeſas*, aut *à conchis factas*, aut *denique conchyliorum ovis à mari expulſis receptaculum præbere*, aut *à ſucco lapideſcente circa certa corpora concreto productas* exiſtimant. Vid. *Stenon. de Solid. p. m. 90.* *Cavos* quod attinet & rariores Conchitas, qui rarò ſunt, vel inveniuntur, *biferes* ſeu *bivalves*, haud difficulter & hos concipio, materiam concentratam ſtatuendo non ejusdem in ſingulis ſuis particulis puritatis, harum enim puriores & ſubtiliores, licet leviores, non tamen tam ſponte ſua ſuperiora ac exteriora corpuſculi Conchiformis petunt, quam preſſæ ac ſurſum protruſæ à graviori & expanſioni minus idonea materia; hæ nunc in eodem conchiformi corpuſculo ratione puritatis atque craſſitiei differentes materiæ, quia non facilè poſtea confunduntur, ſed interioris convexa ſuperficies, facilè excidit exterioris concava parte, ut hæc exterior ſeu purior pars ſeu Conchita concavus referat *Concham* fluviatilem vel *marinam*; accidit tamen interdum ut cruſta tantum conchitæ alicujus exterior vel oſtendatur vel venditetur pro vero Conchita concavo, qualis tamen non eſt. De iis Conchitis ſi ſententiam dicere cogar, de quibus loquitur *Liſterus Tr. de Cochlit. Angl. Tit. 33. p. m. 230.* *Quemadmodum verò externâ facie, ita & internâ & concavâ ſui parte ſatis benè animalium Conchas referunt, adeo ut ſummum Naturæ artificium nunquam ſatis admirari poſſimus, ſcilicet, quum nihil ibidem deſideretur, quod uſpiam in Viventium teſtis obſervamus, nim. eædem hîc ad cardinem apophyſes, etiam vinculorum ſive muſculorum veſtigia inſignia & illîc ſunt.* Ingenuè equidem fateor, perſuaderi me facilè poſſe, eſſe hoc Conchitarum genus ſpolia & reliquias maris vel fluviorum, locum dans effato *Stenonis lib. cit. p. m. 25.* *Si corpus ſolidum alii corpori ſolido non modò quoad ſuperficiei conditiones, ſed etiam quoad intrinſecam partium particularumq; ordinationem, per omnia ſimile fuerit, etiam qua modum & locum productionis illi ſimile erit.* Donec & has ſpecialiores particulas in terra ſecundum Leges Motus produci poſſe quis demonſtraverit. Sic & curioſa ſunt quæ de DENDRITIS *aliisq; Lapidibus quæ in ſuperficie* PLANTARUM. *Foliorum, Florum*

Figuras

Figuras exprimunt ſiſtit *laud.* SCHEUCHZERUS *in M. C. Dec.III. A.V.VI. App.* PHÆNOMENA primùm dein CAUSAS horum proponens ſequentib. I. *Si ſec.Imper.H.N.L.XXIV.p.578.igniatur Dentrites mox abit TRa, relicto lapide calcinato & vitrificato.* II. *Solent Dentritæ ſemper ſola arborum & fruticum folia, eaq; prout è longinquo ſpectantur, & à Pictoribus miniato opere exprimuntur, repræſentare, nunquam flores vel ſemina, nec etiam folia, prout viſui propius admota ſeſe offerunt.* III. *Ita juxta invicem exurgunt arbuſculæ, ut nulla aliam impediat, una alteri cedat, nullus etiam ramus alium permeet & interſecet.* IV. *Contingit haud rarò, ut ſuper arbuſculas origine priores & emarcidas quaſi proindeq; flaveſcentes aliæ exurgant recentes nigricantes.* V. *Radices arbuſcularum in Dendritis ſunt in ipſis lapidum commiſſuris, ſive incipiunt ſeſe expandere frutices hi à Natura depicti, ibi, ubi fiſſiles lapides alios contiguos in ſua craſſitie tangunt.* VI. *In ſingulis lapidum fiſſuris novæ obſervantur picturæ, novæ conſpiciuntur fruticum & arborum icones, & quidem eædem in duabus ſibi contiguis ſuperficiebus.* VII. *Sunt Dentritæ quorum TRa arborifica totam ipſius lapidis craſſitiem penetrat, ita tamen, ut in ſola ſuperficie extrema diſtinctas arborum icones repræſentet, quales ſunt* Pappenheimenſes; *hi enim ſi poliantur, ſenſim ſenſimq; obſcuriores evadunt, atque ſic eam, quâ ſuperbiebant antea, pulchram effigiem, in maculoſum neſcio quid commutant, vel prorſus tandem amittunt.* VIII. *Alii è contra ut* Dentritæ Hetruriæ, *quò plus poliuntur, eò prodeunt in figuris arbuſcularum diſtinctiores, atque hinc politi capſulis vel ciſtulis exornandis egregiè conducunt.* IX. *Alii tandem lapides in ſuperficie duntaxat figuras oſtentant, quibus ab illa abraſis nè veſtigium quidem ullum effigiei arboreæ comparet.* Ut verò his *Phænomenis* ex rationibus ſatisfaceret *Exc. Scheuchzerus* ſtatuit, quoad I. TRæ illius nigræ, quâ lapides cæterà albidi vel cinerei pinguntur, materiam aliam eſſe à materia lapidis ipſius, & quidem illam hac eſſe ſubtiliorem, mobiliorem, fluidiorem, quia poris ſolidi corporis ab igne reſeratis illa, ſive particulæ magis volatiles, ſpirituoſæ, ſulphureæ avolant, relicta maſſa TRæ experte: & eſſe quidem TRam hancce 🜍eæ naturæ, patet tum ex odore bituminoſo & fumo, quem igni injectus lapis de ſe ſpargit, tum ex loco natali, venâ ſc. proximâ *carbon. foſſil.* Quoad II. ſtatuit productas eſſe has figuras ex motu fluidi alicujus inter duo vel plura ſolida incluſi, compreſſi, & ſeſe inter illa diffundentis. Quoad III. ſtatuit fluxum perennem materiæ ſubtilis, per ſingulos corporis porulos, quæ jugi ſuo per corpus etiam ſolidiſſimum tranſitu non ſolum confluxum, atque miſcelam rivulorum prohibet, ſed & ipſam fluidi tingentis ramificationem determinat, & latitudini æquè ac longitudini ſingulorum rivulorum leges quaſi & terminos figit, quos transgredi non poteſt. *Phænomeni* IV. Phyſica ratio ut aliqualis detur, ſtatuenda eſt temporis ratione prioris & poſterioris diverſitas, & adſcribenda

illi geneſis foliorum flaveſcentium, & quaſi marceſcentium, quia ſitu ſunt inferiora, huic productio foliorum recentium illis ſuperinductorum. Ut autem hæc diſtinctiùs intelligantur, ſupponendum, fluidum arborificum inextitiſſe ipſis lapidum poris, atque exudare, vel potiùs exprimi à conſtrictione pororum, quæ conſolidationem lapidis neceſſariò comitatur, ex ipſo lapidis fiſſilis corpore: quando nunc poſt aliqualem & primam pororum conſtrictionem, ab expreſſione prima fluidi, fuit producta prior ſeu inferior arbuſcularum ſeries (ita ut etiam hæc pictura exiccata fuerit) nova fit à frigore vehementiori vel alia cauſa ejusdem lapidis nondum plenè compacti ſeu conſolidati conſtrictio, tunc materia tingens fluida in poris corporis reſidua, de novo exprimitur, atque pro ratione ſitus, vel priſtinarum arbuſcularem faciem denuo inundat, vel ſuper nudam quampiam, nec dum tinctam faciem ſeſe effundit; quòd autem TRa prior coloris ſit flaveſcentis, non atri & vividi, ſicut poſterior, ejus ratio conjici facilè poteſt ad ♀ magis vel minus exaltatum, atque ipſius TRæ primæ (quam nigram quoque ſupponere licet) ratione texturæ à cauſa quapiam, ut colorificis exhalationibus vel fumis ♀eis aliùnde ſurgentibus &c. imutatione. Ex *Phænomeni* V. circumſtantia notabili clarum eſt. 1. fieri Dendritas per expreſſionem fluidi cujusdam, ex ipſius lapidis ſubſtantia, quod poſtea amplius quærens ſpatium ſuper extremam lapidis ſuperficiem ſeſe diffundat, & vi actinobolica partium ſalinarum ipſi TRæ immixtarum, in effuſione ſui & exiccatione formam arbuſcularum imitetur, eo ferè modo, quo videmus in mucilaginoſo gummi Guttæ concreto, ſimiles ipſis Dendritis figuras progigni. 2. Fieri exundationem illam fluidæ TRæ per craſſiorem & breviorem lapidis Diametrum, non per longiorem ſeu ſuperficiem lapidis fiſſilis ampliorem, qua in figuris ſe invicem tangunt, ſive in planitiebus ſuis ſtratorum adinſtar ſuperimponuntur, atque hinc colligère facile eſt, fieri expreſſionem illam fluidi tingentis ex poris lapidis per conſtrictionem pororum in duabus maximis, & invicem parallelis ſuperficiebus à frigore, pondere ſuperincumbentium ſtratorum, vel alia cauſa inductam. *Phænomeni* VI. conſideratio attentior, anſam dat cogitandi, quòd 1. à cauſa conſtrictoria pluribus vicinis ſtratis inducta, è ſingulis exudet fluidum tingens. 2. Fluida duo ex duobus contiguis ſtratis expreſſa, & ad idem interſtitium effuſa ſeſe conjungere & eandem ſimul viam inire. 3. Si vel ex unico contiguorum ſtratorum ſeu vicinorum lapidum fiſſilium exudaret fluidum, hoc inter binarum ſuperficierum anguſtias compreſſum, utrique ex dictis ſuperficiebus TRam eandem impertiet. Sicuti videmus poſt diſruptionem duarum tabularum è lapide fiſſili nigro politarum, atque oleo vel aquâ priùs illitarum & ſuper invicem probè tritarum, easdem arbuſcularum effigies in utriuſque

tabulæ

tabulæ ſuperficie exprimi. Reliquorum Phænomenorum attentior paulò conſideratio anſam dat cogitandi de *æqualitate* vel *inæqualitate materiæ*, qua Dendritatum lapides conſtant, uti & de *tempore* ac *gradibus conſolidationis*: notum quippe eſt ex Mineralogia generali, lapides etiam ſolidiſſimos, ſi ſecundum Naturæ leges producti ſint, è fluido productos eſſe, uti etiam hanc *doctiſſimis ſuis de ſolido intra ſolidum* cogitationibus *in prodr. Diſſ.* præmittit *Stenonius*. Et ſanè niſi hoc effatum verum foret, nemo unquam ſibi poſſet concipere Dendritarum effigies ſolidum marmoris corpus penetrantes & permeantes, ut vel ex hoc ſolo Dendritarum aſpectu veritas propoſitionis Stenonianæ abunde pateat. Prout nunc materia ſolidi lapidis ſive arenulæ ſunt craſſiores & rudiores, uti pro ſolutione *Phænomeni VII.* ſupponendum eſt, poterit TRa arborifica non eodem totam maſſam lapideam permeare ordine, quin à jugi arenarum craſſiorum objectu à recta pororum via deflectere, ſique inordinatam & maculoſam quamvis figuram inordinato ſuo motu deſcribere debeat: imò propter prohibitum, per poros rectos materiæ fluidæ motum, & ad latera nullo ordine deflectentem fit, ut tandem ſeſe perdat, antequam ad mediam uſque lapidis materiam penetret, ſicque clarè ut puto concipi poteſt, quomodo in politura Dendritarum Pappenheimenſium ſenſim magis ac magis non ſolùm diſtincta arborum facies, ſed ipſa etiam TRa evaneſcat? In Dendritis verò Hetruriæ ponenda neceſſariò eſt, uti in cunctis marmoribus, materia fluida ſive arenulæ, è quarum compactione conſtant, æquales, ſubtiles, & pluviſculorum ad inſtar tenues, ut ita propter æqualitatem materiæ fluidum tingens, poſtquam ſeſe per ſuperficiem ſtrati exteriorem effudit, ſeſe etiam inſinuando in poros fluidæ adhuc lapidis maſſæ, perpendiculari ſemper & recto tramite incedat, abſque quòd à particularum craſſiorum objectu avia quærere cogatur, & hinc fit, ut conſolidata hæc maſſa, quò plus poliatur, eò nitidiores & expreſſiores reddat arbuſcularum imagines, quod *Phænomeno VIII.* indicare volui. Pro *Phænomeni IX.* & *ultimi* ſolutione ſtatuendum facilè eſt, fuiſſe productas arbuſcularum in ſuperficie exteriori effigies, vel ex fluido tingente, juſto craſſiori, adque ulteriorem inſinuationem inepto, vel conſtrictâ jam & nimium conſolidatâ lapidis ſubſtantiâ: dum enim fluidum tingens à poris lateralibus fuit expreſſum, ut ſuper externam effunderetur ſuperficiem, potuit eodem tempore ita à cauſa externa conſtrictus fuiſſe lapis, ut ulteriori TRæ reſorptioni factus fuerit ineptus. Reliquos quòd attinet initio recenſitos *Lapides* qui in *ſuperficie ſua plantæ cognitæ*, vel *ignotæ effigiem exhibent*, eorum geneſis vel ex præmiſſa de Dendritis Diſſertatione concipi, aut ſaltem facilitari poteſt, vel ſub tam obſcuro latet tegmine, ut ad plenam detectionem nulla appareat ſpes, vel confugiendum tandem ad plantæ alicujus inter bina ſtrata nondum plenè

conſo-

conſolidata caſu creſcentis, aut per ruinam eò delatæ, compreſſionem & factam impreſſionem. Et ſanè ab hujus opinionis amplexu vix detinere me poſſum, quoties aſpicio *Scolopendritæ* vel *Filicitæ* potiùs in Muſeo *Tigurino* civico ita ad naturæ leges expreſſam effigiem, ut non adſit duntaxat foliorum è caule exeuntium ad ipſius caulis craſſitiem proportio, ſed in ipſo caule lignoſo corticis aſperioris & rimoſi manifeſtiſſima proſtent veſtigia, folia è caule alternatim exeuntia, imò, quod magis mirum, in ipſis etiam foliis nigrè coloratis nigriora, id eſt atra copioſiſſima conſpiciantur puncta, ſeminum in parte averſa foliorum in his epiphylloſpermis conſpicuorum clariſſima indicia. *Dendritas illos* vel *Rhoditas Oeningenſes* aut *Lithopolitanos*, quod concernit, qui arbuſcularum vel roſarum, ſtellarumve figuras mediæ planitiei impreſſas, nec à commiſſura lapidum, ut in aliis incipientes gerunt, illos facilè conceſſero pingi non à fluido ipſis lapidis poris expreſſo, ſed effluviis bituminoſis vel oleoſo-ſalinis, ab imo lithantracinarum fodinarum, vel ♀eis mineralibus aliis aſcendentibus, lapidibus hiſce fiſſilibus impingentibus, ibi conſiſtentibus & in exiccatione ſuâ picturas dictas delineantibus. De *Lapide Frumentario Imper.* vel *Salicita*, ſeu *Iteitâ* (ob ſalicis folia ſic dicto, & quia maſſæ lapideæ vinculis liberatus Lentem exhibet utrinque convexam vitreis ſimilem, quæ lentes ſi dimidientur horizontaliter, exhibent duas lentes convexo-planas, ortas ex una convexo-convexa, comparentque in planâ ſuperficie ſerpentiformes tractus, ceu figuris hoc eleganter ſiſtit *laud. Scheuchzerus Lithogr. p.* 33.) id porrò monendum habeo, non eſſe, ut primo aſpectu videtur, folia ipſa vel ſalicis vel oleæ, vel lauri arboribus delapſa, & una cum maſſa lapidea tunc molli adhuc petrefacta, ſed materiam quandam calcariam ſpatia lapidis adhuc mollis, ſed ob ſiccitatem intervenientem rimas in ſuperficie agentis replentem, ſicuti *Alphabeti literas* lapidibus à Natura impreſſas aliasque figuras Geometricas explicat *Kircher. Mund. ſubt. lit.* 8. *p.* 24. & *p.* 24. experimento argillæ confirmat. Non etenim ſunt figuræ hæ foſiorum in ſilicis duntaxat ſuperficie, ſed ad digitum unum vel duos in ipſam lapidis ſubſtantiam penetrant; & ſi ipſe hic ſilex calcinetur (variis namque calcinationis gradibus ſalicitas hoſce qui alias ad calcem conficiendam fornacibus calcariis ingeruntur expoſui) ad medietatem e. g. apparebit materia hæc foliorum icones exprimens ochracea quaſi & mollior altera duriori & magis rubicunda, quâ ſilices ipſi conſtant, & quorum interſtitia illa ſuffarcinat. Ipſa autem illa materia ſuffarcinans, ſi in exiccatione ſui, vel unam rimam agat, vel plures centro contentricas, prodibunt veſtigia, aut venarum per medium foliorum excurrentium, aut truncorum arboreorum horizontaliter reſectorum, aut circulorum linearumve Ellipticarum invicem concentricarum, *Phyllitas* tandem quod ſpectat *Tofaceos*, ſeu folia illa quorum

veſtigia

veſtigia in Tofis ſunt conſpicua, venis ſuis exactè diſtincta, non exiſtimaverim, eſſe hæc in ipſis Tofis ita progenita, vel à Spiritibus quibuſdam ſubterraneis elaborata, ſed ut ocularis inſpectio docuit, folia hæc arborum ſunt delapſa petrificata & viſciditate materiæ adhuc mollis liquidiuſculæ in talem figuram eamq; permanentem coagulata, v.g. Fol. Quercus ad radices Quercus. Hactenus *Exper. Scheuchzerus.*

CAPUT IX.

De Lapidibus minùs pretioſis MAJORIBUS DURIS, SAXO, SILICE, PYRITE, COTE, MARMORE

POST Lapides pretioſos meritò locamus *ignobiliores* vel *minùs pretioſos, magnos & duros,* ex iisque

I. SAXUM omnibus notum, integrosque nonnunquam montes & rupes (quales & hinc inde in Helvetia Nagel-felſen dicuntur) conſtituens, quale eſt vel *arenarium,* velut ex arenis compoſitum, unde ædificia conſtruuntur; vel *limoſum,* quale rudimentum futurorum ſaxorum maxime conſtituit, ac etiam in limum calci concolorem à pluvia reſolvitur, ⊕ri hinc maxime ſcatens & fœcunditatem agris conciliare valens, ceu in Belgio his uſibus cedit; vel *cruſtoſum* ſeu *Fiſsile,* Ardeſia aliàs & Marmor Menſarium nigrum *Cordo* dictum, cujus Lapidis ingens minera apud *Glaronenſes in Helvetiâ* reperitur pro menſis & tabulis deletilibus inſerviens, præterquam datur etiam *Ardeſia cinerea,* cujus tabulæ ſibi impoſitæ, facilè à ſe invicem ſeparari poſſunt: illud verò mirum Ardeſiam hanc fricatam odorem cornuum arietinorum aduſtorum de ſe ſpargere ſeu Belemnitem raſum olere, non ſecus ac hoc de Saxo Suillo, Schwein-ſtein/ refert *Wormius Muſ. p.m.* 38. & hæc ex Lapidicinis haud procul ab urbe Lithopolitana ad Rhenum ſita eruitur. *Sylv. Boccone in Muſ. rar. Plant. p.* 157. meminit *Terræ foliatæ Bituminoſæ mineralis, foſſilis ex Siciliâ,* quæ ſcil. in coadunatione particularum ♀rearum laminatim ſucceſſivè concreſcit, ita ut poſtquam una concretio lamellæ contigit, relinquantur particulæ cineritiæ, quæ diviſibilem vel ſciſſilem relinquant illam ▽am, & exinde dilucidat *Ortum* hujus *Arteſiæ cinereæ* (*Pietra è Laſtra di Genova* Italis dictæ) *Lapidis & Saxi fiſsilis & Lapidis Gagatis Bituminoſi*: Huc & ſpectat illud Saxi genus ingentis molis, quod *Lapis molaris* dicitur, quales circa *Lauffenburgum & montem Vocetium* probæ notæ eruuntur, ſine quibus vitam incommodè duceremus, ut eſt in *Pantopol. de Gemm. p.* 262. adeo ut uſu vel ipſas ſuperet gemmas. Tales autem Lapides molares, quia ſpongioſi ſunt, ſed ſubſtantiæ ſiliceæ, duri non ſaltem, ſed & fragiles ſunt, præprimis autem ſpongioſæ ſunt *Molæ Sclavoniæ* à regione quâ

naſcuntur dictæ, ideoque rarò admodum integro reperiuntur fruſto, ſed ut *Imperat. Hiſt. Nat. p. m.* 785. notat, glutino colophonii plura committuntur fruſta in amplo circulo, prout mola requirit, atque ita operi adhibentur; ceu & conſolidari eas fractas docet, maris undis eas exponendo, ubi à ſucculentia à repercuſſione rupium vicinarum perfectæ conſolidantur. Sic & *Geſnerus de Fig. Lap. p. m.* 111. refert è Saxis excavatis *Ollares Lapides* ſeu *Lebetes lapideos* excavari cædendo à lapidicidis ſeu Latomis, ſic ut ex ejusmodi vaſibus ſubviridis coloris, qualia adhuc videntur in *Muſeo Plateriano*, Plurienſes olim quotannis ultra 60000. coronatos lucrati ſint, teſte *Gulero Annal. Rhæt. L. XIII.* ſed deplorando cum lucro, dum mons inde nimium excavatus, ruinâ totam urbem oppreſſit. Veneno verò reſiſtere hæc vaſa credibile eſt, dum ⊖ acidum acre venenoſum cum ▽â quam ſolvit & adgreditur, fermentationem init, hincque bullæ emergunt.

II. Silex duriſſimus lapis eſt (unde ob duritiem elaſticam valide reſilit projectus) variorum colorum, in ſuperficie maxime lævis, hincque minus aptus ad muros exſtruendos. Silices ejusmodi *nigri* duriſſimi in *præfecturâ Sanenſi* in *territorio Bernenſi* in magnâ quâdam rupe reperiuntur, pro ſuſcitandis non ſaltem ignibus in *uſu domeſtico*, ſed & *militari* ad catapultas rotatas; reperiuntur & *rubri*, *flavi*, *virides*, *fuſci* mixtisque coloribus, prout de hac vel illa TRâ metallicâ participant, ut vel in plateis noſtris obſervare datur, quamvis ii quibus plateæ ſternuntur lapides potius quàm ſilices ſint nominandi; Ex his *Gummertus in pecul. Epiſt.* ſe facili negotio per ſe, abſque ullo addito, Vitrum fundere poſſe docet varii coloris: nimirum non male referunt *Alchymici*, in uno quoque latere partes certas metallicas, nunc ☉res, nunc ♀reas, nunc ♂les, &c. ceu maxime hoc probat Silicis illud genus in *Galliâ in Vivarets* reperiri ſolitum in medio balſamum ⊕licum ſanativum continens, cujus meminit *Acxtelmeyer in Lum. Nat. pag. m.* 25. Silex autem ille quem *Helmontius* LUDUM *Paracelſi* vocat & ad calculum tam inſigniter collaudat, juxta deſcriptionem *Wormii in Muſ. pag. m.* 39. parvus eſt, teſſelatus, coloris flavi & ſubfuſci, vix unciam quoque latere attingens. Præparationem ejus calcinati & ſale ſoluti ſiſtit ex *Helmont. de Lith. C. VII. num.* 22. *Charletonus de Lithiaſ. Diatr. p. m.* 331. nimirum ſpecificum ad Calculum eſt Eſſentia non ſaltem hujus ſed & aliorum *Silicum*, quin & *muſci* iis *adnaſcentis*, præſertim verò *majorum* in *aquis fluentibus repertorum*; ceu muſcus capillaris cum cochleis nigris oblongis in Majo in muſcoſis locis reperiri ſolitis cum ※ *to* & ⊖*e petræ* digeſtus & in *Eſſentiam* arte redactus *antinephriticum* ſummum præbet, teſte *Acxtelmeier. in Lum. Nat. p.* 130. prout & *Cnöphel. apud Bonnet, Med. Sept. L. VIII. P. IV. C. VI. p. m.* 934. expreſſè affirmat, ſe è *Silice nigro, quo ad ignem excutiendum utimur*, æquè obtinuiſſe

Oleum

Oleum ac è *Ludo* ad ripam Scaldis, prope Antuerpiam, ubi lateres coquuntur, aliàs reperto, quod nunquam medentis intenrionem fefellit, teſte *Helmont. de Lith. §. 22. C. VII. & §. 23.* nim. *Lapis* hic ignitus & injectione in aquam frigidam friabilis factus calcinatur *cum triplo nitri*, maſſæque adhuc calenti ſuperfunditur ♒ *Vini*, ſic ſubſidet tum *Oleum Silicum*, tum elicitur *TRa alcalina* è ⦶ quam aromaticam excellentiſſimi odoris, magnarum virium, ſaporis urinoſi vocat *cit. Cnöphelius*, cujus ʒß. per vices in *Vino* vel *Cereviſiâ tepidâ* propinata *Infantes calculoſos* egregiè juvet. Sic & *usûs* in Calculis pellendis egregii eſt *Tinctura* ☉*ris lithontriptica Amelungi Pract. Lipſienſis*: ℞. *Silic.* ☉*ar.* ♁ *Hungar.* ♀. ⦶ *ana*, ⦶ ſolvatur in *Aq. pluv.* & ſuperfundatur reliquis ſpeciebus, reponatur materia donec ſal imbiberit, exiccata ♌ ur. De hac TRa teſtatur *Bartholinus Cent. III. Epiſt. 98.* quòd magnam in *pellendis calculis* efficaciam habeat, eſtque hinc Lipſiæ adhuc dum multùm uſitata. Nec reticendum Silicum ope ex Gummatibus omnium optimè Olea deſtinata obtineri, v. g. ℞. *Silic. calcin.* ℔iß. *Galban.* ℔j. *ſal. comm.* ℥vj. ♌ tur per arenam ex ♉ vitrea, ſic prodit liquor albus cum oleo flavo, ſuccedit tandem rubicundum quod poſtea rectificandum. Circa *uſum Silicum* notabile eſt, quod refert *Riverius in Obſerv. communic. VIII. p. m. 369.* eos candefactos in *Vino albo* extinctos indies aſſumptos intra menſem *hydropem* perfecte curare, tollendo duritiem, ſæpius pluſquam ſiliceam, glandularum meſentericarum; Quare & ingrediens ſunt *Spiritûs aperitivi Penoti* in *hydrope* egregii, de quo vid. *Etmüll. in Schröd. Oper. T. I. p. m. 921. & C. de* ⊕. Huc verò & ſpectant Silices ignitione & ſubita extinctione pulveriſati, pro uſu *dentrificio*. Cœterùm ex variis Silicum ſpeciebus mirus eſt ille *Silex perforatus* Tiguri ad Silam reperibilis pro faciliori lactatione Vaccarum uberibus admotus inſerviens.

III. Pyrites *metallaris* Germ. Feurſtein / Kiß / Kupfferſtein ita dicitur ſilicis quoddam genus è quo ex ferri aut alterius duri lapidis conflictu ignis excutitur; durus hinc eſt & de variis metallis participans, unde & dum radicalis ejus humiditas quâ ſcatet igne in vitrum colliquatur, varios colores exhibet, quare juxta nonnullos non immeritò *Pyrites* & *Marcaſita* idem ſunt, & tot ſunt *marcaſitæ*, quot metalla, unde & quo ſpiſſior & gravior eò plus metalli in ſe fovet; ſunt tamen & qui ſint *læves*, qui *ſtriati*, qui molliores, ex quibus tamen non facilè ignis excutitur; *Figuræ*, ut *coloris*, ratione *varii* quoq; ſunt, ut maximè animadvertere eſt in iis, qui circa *Altorfium Noricorum* reperiuntur, varie in hiſce naturâ ludente: *Pyrites*, ait *Menzelius Miſc. Cur. Dec. II. An. III. p. m. 73.* lapis varius eſt, omnis autem ♀ris particeps (quale & per liquores ⊖is ♀ri inde extrahi poſſe refert *Nicols de Gemm. C. LXXXVIII. p. m. 247.*) & inprimis aliquid ♀ ob ♀ continet. In *tractu Bnoonienſi Pyrites formâ Androdamantis*, ſed penitus cupreâ colligitur; alibi aliter

inveniuntur variis terris mixti ; Si mineralibus adjuncti & inſperſi ſunt, Germanis Kiß vocantur, & ♀ & 🜍 habent : ceu & ex varii generis marcaſitis inprimis laudandus *lapis* ille *rotundus* vel oblongus quantitatis ovi, externe *niger*, interne verò ſi frangatur micas aureas commonſtrans, qualem in fluvio *Arve* circa *Genevam* repertum mihi transmiſit *Nobiliſſ. & Clariſſ. Philoſ. & Medicus Dn. Dominicus Beddevole*, qui convenit omnino cum deſcriptione illius lapidis, quem *Glauberus Furn. Philoſ. Part. II. p. m.* 21. pro unica & optima ⊕li minerâ habet, Metallorumque ſemen per naturam, inſtar ſeminis vegetabilis rotundum in 🜃a ſeminatum ingenioſè vocat, & ex eo medicinam egregiam, *Oleum* nimirum ⊕*li dulce* parare docet, expoſitione ſcil. mineræ hujus aëri, ad efflorescentiam ⊕li, quod dein ſolvitur ▽*â pluv.* filtratur & ⊟liſatur, idque repetitur, donec remaneat Liquor viridis dulcis nim. Oleum ⊕li, ſanans *epilepſiam*, *vermes pellens*, & M. S. purificans, ſanans etiam mala *externa*, utpote *ulcera fiſtuloſa fœtida* totius corporis undicunque profecta, citò & tutò, ſi non ſolùm *extrinſecè* ſed etiam *intrinſecè* adminiſtretur. *Doſis* eſt à *gut. j.* ad *x.* pro *ratione ætatis*. Nec verò mirum Virtutes hujus Lapidis fluere ex ⊕lo, quùm & *Pyrites friabilis Agricolæ* ita dictus *viridis coloris* & facilè in pulverem redigi aptus *Vitriolum* de ſe prodat ; Is verò circa *Brugas in Argoviâ* ubi Thermæ 🜍reæ ad arcem antiquam *Habsburgum* (Archiducum Auſtriæ naralem ſedem) in Arari ſcaturiunt, reperitur ; Deſcripſit verò has Thermas jam ſuo tempore copioſè ſe prodentes *Thurneiſerus de Aq. Miner. p. m.* 172. Ætiologiam verò horum ſiſtit *Liſter. de Font. medicat. p. m.* 57. Cœterùm *Pyritem uſtum* addidit *Julius Scaliger caſeo putrido in jure pernæ ſuillæ cocto* pro *ſolvendis tophis* in articulis podagricorum, & *Solenander in Conſil. p.* 104. pro *Ganglio* aliisque *tumoribus duris* emolliendis ſuadet, ut affundatur *pyritidi* vel lapidum molarium fruſtis candentibus 🜊*tum acerrimum*, cui *Satureia* vel *Origanum* incoctum fuerit, mirum enim quantum commodum hoc præſtet & expeditum ſit in his morbis remedium ; incidit enim, attenuat, diſcutit, roborat & firmat ; ſuperimpoſitâ dein laminâ plumbeâ. Quoad verò prædictas *Marcaſitarum* ſeu *Pyritum varietates*, non ſaltem qnoad varios Colores, ☉reum, ☽teum, ♂um, ♀um, ſed & figuras innumeras, præ aliis elegantibus ligneis figuris eas ſiſtit *Magnus noſter Joh. Bauhinus in Deſcr. Font. Boll. p. m.* 37. nimirum quod detur *Pyrites anthropomorphos*, *Caput galeatum è pyrite*. *Tiaram Turcicam exprimens pyrites*. *Pyrites leviter turbinatus baſi latiore*. *Pyrites luto cinereo alternatim miſto ferruminatus, pilei æmulus, oris teſſelatis reflexis, cujus latus ornant teſſellæ copioſiores auricolores, quæ pro criſtis ſunt*. *Pyrites gibboſus, quem cornu Ammonis ſuſtentat*. Quò & referri poterit *Cornu Ammonis* ex *Æthiopiâ elegans aurei coloris* apud *Besler. in Gazoph. Pyrites ovalis cum teſſellari alterius*

fragmento.

fragmento. Tiaram referens pyrites. Pyrites inæqualiter globoſus, lacuna in medio veluti oculum exprimente. Pyrites ærosus globoſus teſſellatus umbilicatus (qualem ſcil. etiam dono accepit, dum *Iter* ſuum *Alpinum* faceret *Cl. Scheuchzerus*, ut refert in *It. deſcript. p.* 2. erat autem is ſuperficietenus aſper & inæqualis, ferrugineo habitu plerumque veſtitus, confractus autem exhibuit ſtrias à peripheriâ ad centrum undique tendentes & argenteo aureoq; nitore ſplendentes, qualem ſcil. non ſaltem *Luidius Lithoph. Brit. p.* 99. ſed & *Salmaſius Exerc. in Solin. p.* 773. nomine *Sideritis* deſcribit, quique manu detentus *hæmatitis* inſtar *hæmorrhagias* ſiſtit.) *Truncum humani corporis referens pyrites. Pyrit. meroides. Pyr. veſicam referens. Pyr. phalloides cum annexa veſica ex teſſellis minutioribus. Pyrit. ærosus cyſtoides. Pyrit. membrum genitale exprimens. Pyrit. ærosus ſcrotum referens raphe ſeu tauro ſuo ſulcatum. Pyr. phalloides. Pyrites oblongus phalloides glandem annulo cum armatura ænea infibulatus. Pyrites ærosus phalloeides. Alius ærosus phalloides. Pyr. cinereus cadmiam factitiam botryten referens, annellis lucentibus aurei coloris circa medium umbilicum convolutis. Pyr. ærosus annulo reflexo caudam implicante. Pyrites tuberoſus inæqualis ani mariſcas imitatus. Pyrit. ani condylomata inæqualibus tuberibus referens. Pyr. condylomata referens alius, lapide cinereo remixtus. Pyr. ærosus calceum exprimens. Chenopoides pyrites ærosus. Pyrit. ærosus carycoides. Pyr. fuſcus marmori metallico remiſtus cum annulis lucentibus. Pyrites conchæ ſimilis. Pyrit. ærosus botrytes criſtatus. Pyrit. botryoides compreſſus. Pyr. bötryoides. Pyr. pyriformis. Pyr. cucurbitæ lagenariæ facie. Pyrit. ærosus balanoeides. Pyr. urnulam referens, fundum teſſellis è pyrite æroſo cinctus. Pyrit. ærosus teſſellatus. Pyr. ærosus cum rupe teſſellata minorum pyritarum, & ovis piſcium. Pyr. globoſus teſſellis minutioribus exaſperatus. Pyrites globoſus alter teſſellis innitens, in medio umbilicum habens protuberantem. Pyrites globoſus in teſſellas protuberans, lacunam altera parte impreſſam habens. Pyrites globoſus minutis teſſellis conſtans, in quo lacuna inſculpta. Pyrit. globoſus puſillus, hinc inde punctis prominulis micans. Pyrites parvus rotundus anguloſus. Pyrit. globoſus, lapide cinereo altera parte protuberante. Pyr. teſſellatus tuberoſus umbilicatus. Pyrit. globoſus compreſſior, utrinque umbilicatus, minimis teſſellis conſtans. Pyrit. globoſus prominente tubere. Pyr. maſtoides. Pyr. globoſus cujus ſummo cacumini inſidet cornu Ammonis nonnihil echinatum. Pyr. ærosus cornu Ammonis criſtatus. Pyrites conum pini ferè exprimens. Pyrit. ſcintillans, altera parte gibboſus, inter nitellas auricolores paſſim interveniente cinereo lapide molliori, adverſa parte planus, diffractus, umbilicum obſidente livida ceu galena nitida, quam ambit lapis cinereus. Pyrit. è granulis minutis compactus. Pyr. ærosus teſſellatus cum corniculo lapideo cinereo quiq; ad teſtudinem accedit. Pyrit. cum magna teſſella pyramidalali ex lacuna prodiente. Pyr. inæquali cuborum ſerie confragoſus. Pyrit. teſſellatus. Pyrit. utrinque turbinatus cum columnellis. Pyritæ parvi anguloſi*

loſi cum columnulis. Pyrit. æroſus turbinatus quadruplici coſta è teſſellis ſibi mutuò impoſitis. Pyritæ quaterno columnellarum concurſu conſtantes. Pyrites turbinatus acutior incurvus. Pyrit. teſſellat. anguloſ. turbinat. Pyr. ex quatuor columnellis ad angulos rectos ſe interſecantibus compoſitus. Turbo minimus ſcintillans. Pyrit. turbinat. magnus muricatus. Pyr. æroſus ſubrotundus echinatus. Pyrit. teſſellat. echinatus. Pyrit. globoſus & anguloſus. Pyrit. æroſus obſcurus rugoſus, cornu cervini radices referens. Pyrit. æroſus obſcurus compoeides cum annulo lucido. Pyrites æroſus cadmoides. Lapis cum pyrite mixtus biſtortæ radicem referens. Pyrit. cadmoides lucens ova piſcium exhibens. Ammonis cornu fragmentum criſtatum, cui adnati globuli pyritæ. Tam variè cùm ♀ris vario motu ludente Naturâ.

IV. Cos lapis durior eſt, acutum reddere ferrum ſolens (Germanicè Wetſtein dictus, cujus occaſione recordamur elegantis Symboli quod libris ſuis nitidiſſimè impreſſis præfigit *Celeberr. Bibliopola Amſtelod. Joh. Henr. Wetſtenius, Baſil. Terar, dum proſim*) non adeo aſper nec nimis mollis; Nigra eſt Cos ob particulas ſtriatas & duras: aſperitas autem ejus conſiſtit in denticulis velut, quibus rodit & atterit metalla, quod tamen ne nimis fiat, complanantur hi denticuli aquâ vel oleo: Dum verò atteritur aquâ, materiam præbet refrigerantem, abſorbentem, acrimoniam mitigantem, ut hinc *podagrico loco* illita dolorem mitiget, & mammarum excreſcentias prohibeat. Alias ejus dotes ſiſtit *Pantopolion de Gemm. p. 65.* ubi Gemmarum decus vocatur, tumeſcentesq; mammas reprimere, veneno reſiſtere, &c. dicitur. Ejus *ſpeciem* quidam conſtituunt *Ardeſiam*, (de quâ §. 1.) quæ *Grevv Experim. Curioſ. p. 33.* bolus eſt ⊖licus, quia affuſione ♒*ûs C. C.* leviter ebullit, unde & ejus nigredo, quâ particulis anguloſis aſperâque ſua ſuperficie Cretâ facilè inficitur, ejusque candorem conſervat; cur is cruſtatim è *Glaronenſibus* montibus educatur, ratio eſt, quia ſuccus illius per varias ſuperfuſiones acceſſit, prout & in aliis Lapidibus ex laminis compactis hoc fit, nimirum prima concretio fit velut in magis vel minus ſubtilem cruſtam, exudante ſupra infraque humore, mox novus ſuccus lapidificus expanditur & accreſcit primæ cruſtæ, & ſic conſequenter.

V. Marmor ſplendidus (παρὰ τὸ μαρμαίρειν inde dictus) pulcher, durusque lapis eſt, pro materiæ etiam & loci percolationisque varietate varius, hinc in *Muſeo Bononienſi Dn. Zanone* vidi alium *Bretonicum, Valentinum, Orientalem diverſi coloris, Ægyptium, Berſomatem, Hiſpanicum.* Sic in *Helvetiâ* apud *Suitenſes* & *Subſylvanos* elegantiſſimum *Marmor nigrum venis albis intermixtum* habetur, è quo ſtatuæ & monumenta ſplendiſſima elaborantur, adeo ut meritò referat *Wormius Muſ. p. 43.* tale cum *Obſidiano* certare ex Belgio allato, quod *Lapides Lydios* pro auro examinando præbet, licet & hos in *territorio Bernenſi entre Aigle* & *Oulon* alibiq; in *Helvetiâ* repertos obtineamus. Ex nigro

gro marmore eminet quoq: *Baſaltes*, limis reſiſtens, ſummè durus, variis in locis Germaniæ repertus. Quamvis autem Marmor durus ſit lapis, pororumque arcta in eo detur compreſſio, nihilominus *Parium* v. g. *marmor* ſeu *album* coloribus profundius quoque pingi poteſt, ut coram *Car. II. Rege Angliæ Boyleus* detexit, manifeſto argumento inſignem eſſe corporum ſolidorum poroſitatem, de quo *Tentam. porolog. p. m. 92.* Modus hic eſt: ℞. ▽F. ℥ij. ▽R ℥ij. ✱ ℥j. ∽ *Vin. rectif. ſol.* ʒij. ☉*i* ʒß. ☽. hoc calcinetur *cum* 🜍. ſolvaturque in ▽F. abſtrahe ad nigredinem: ☉ cum ☿ *amalgamatur*, ut exhalato ☿ ☉ in calcem abeat, ſolvatur *calx hæc in aq. reg. abſtrahe ad dimidias* ſcil. ad flavedinem rubeam: Poſteà ſuper ∽ *Vini* affunde ✱ *cum*, & exhalet *ſpir. Vini* ad *remanent. Aquæ aureæ inſtar Olei*: Cum his duobus liquoribus pinge *marmor album* & profundè penetrabit ob ☉ ſubtiliatũ. Cœterùm & ipſos naturales Marmoris aliorumq; Lapidum colores extranei quid eſſe & non ex intima Lapidis naturâ probatur ex eo, quod ignis vi plerique Lapides ſuis coloribus exuantur: Quoad haſce verò *Colorum diverſitates* Marmora ſunt *Alba*, *Nigra*, *Viridia*, *Cinerea*, *Flava*, *Varia*, quæ omnia minutioribus moleculis ▽ eis velut ſphærulis (ceu contritum omne marmor album eſt) & paucioribus poris conſtant. Præ aliis autem *Nigrum Marmor* exquiſitius lævigatur, quia minoribus ſphærulis conſtat, quæ ſectæ minores item cavitates medias relinquunt, & quia nigredo eſt à particulis ſtriatis, ideo in illo ſtriæ ex ſerie ſphærularum conflantur. Juxta *Lanam in Magiſt. Nat. & Art.* Marmor tingitur *purpureo-eleganti* vivido inſtar coralli colore, ſerpentis alati lacrymâ, & ſi tantillum ceræ vel maſticis addideris, colorem habebis carneum venuſtiſſimum; ſi nimium marmor incaleſcat, degenerat in *atrum* ſanguinis *colorem*, ac tandem *nigreſcit*. (Not. *Lana* imponit tabulas reti ex filis ferreis contexto, cui ſubſternuntur carbones, ita ut rete modò altius modò humilius ad carbones magis vel minus accedat) *Flavo eleganti colore* quoq; tingitur gummi illo quod Septentrionis incolis *Succinum* dicitur, hoc autem ut liqueſcat ac penetret calorem aliquanto majorem in marmore expoſtulat. Quod ſi autem *Cera*, *Maſtix*, *Vernix* aliaque penetrantia coloribus imbuantur, ut penetrent, valde ſpirituoſi illi eſſe debent, ſic enim intensè *vireſcenti* colore, *viridi cœruleo*, *viridi ſubflavo*, *&c.* tinxit marmor, *cit. Lana*. Cœterum minus dura marmoris viridis ſpecies eſt *Ophites*, ſeu *Alebaſtrum Zeiblicium in Miſniâ* ſerpentis formas & maculas diſtinctas exhibens, cujus *uſus* eſt tum Medicus, v. g. in *Unguento* contra *Epilepſiam* & *morbos malignos* apud *Schultz. Scrut.* ♁ *p. m.* 98. ℞. *Lap. Ophit.* ℥iß. ♁ *nat.* ℥ß. *Magnet.* ʒij. *Ol. corylin. guajac. N. M. mac. aa. gut.* iij. *Conf. alk.* ʒß. *Ung. alabaſtr. q. ſ.* M. f. *Ung.* ad bregma, frontem, tempora: tum maxime Mechanicus, dum ex eo Saxones *mortaria*, *pocula*, item *laminas incurvas* fabrefactas habent, illa quidem

dem ad venena repulſanda; has verò ad *ventriculum confortandum*. *Parium marmor* ſeu *Album* differt à molliori *Alabaſtro* (διὰ τὸ μὴ λαβὰς ἔχειν, vaſa inde confecta anſas non habentia ita dicto) marmoris item genere, ex quo vaſa Alabaſtrina conficiuntur, vaſis ſcil. unguentarii genera longitudine faſtigiata in pleniorem orbem deſinentia, vel formâ turbinata ſine anſulis: ſic habetur *Ung. de alabaſtro* temporibus in *febribus* applicari ſolitum ad *dolores capitis aliosq; calidos affectus*. Ex Marmore *Cinereo* maculis itidem inſignito in Italia reperto *Globi* illi parvi conficiuntur, qui à febricitantibus ob frigiditatem (quæ tamen quia repellit, noxia eſt) in manibus detinentur; Et tales globi elegantes quoque confici poſſunt ex *Marmore calcario vario* ex variis lapillis calcariis diverſorum colorum compacto ac mediante ſucco lapideſcente in magnæ molis lapidem concreto, quod in *monte Uetliaco* eruitur & ad *Silum torrentem ditionis Tigurinæ* reperitur, è quo *Statua* perelegans & artificioſa Tiguri fabrefacta eſt. Notabilis autem maximè eſt & elegans illa *Statua* ſeu *Columna* quæ *Romæ in templo S. Mariæ in porticu* ſpectatur *è flavo marmore* confecta, qui *Phengites* dici ſolet & venis flavis & transparentibus ita micat, ut ſole radios ſuos in hanc Columnam jaculante, ardere videatur. Frequens Marmoris ſpecies eſt *Porphyrites* rubri coloris, è quo mortaria aliaque vaſa ob duritiem formantur, unde & quia injuriis aëris ſumme reſiſtit *Obeliſci Romanorum* inde formabantur, ceu hodie ex *marmore variegato* monumenta ſibi erigunt *Florentini*. Cæterum *VIII.* hujus *ſpecies* ex *Rulando* recenſet *Nicols Tr. de Lap. C. LXXVI.* ut eſt Porphyrites *uniformis*: *ruber candidis punctis diſtinctus*: *Ratisbonenſis*: *etiam cum candidis maculis*: *ruber Bohemicus*: *ruber candidus Belgicus*: *Annebergicus*: *ruber in candido è metallis*.

CAPUT X.

De Lapidibus minus pretioſis MAJORIBUS MOLLIBUS, SAXO CALCARIO, GYPSO, LAPIDE BONONIENSI, PUMICE, STALACTITE, & STALAGMITE, OSTEOCOLLA, UNICORNU FOSSILI, AMIANTHO, LAPIDE SPECULARI & GLACIE MARIÆ, TALCO.

MOLLIORES friabilioresque Lapides ſunt ſeq.

I. SAXUM CALCARIUM albicans fuſcum optimam *Calcem* uſtione præbet, quæ ob ♌li ▽um fortiſſimum ♉da quæque mox enervat, deſtruit & abſorbet, ceu patet ex affuſione ▽æ cui oleum 🜖li admiſcetur, quæ 🜊 ſuperfuſa, mox aciditate illâ privatur; Neque verò ſaltem ♌li in 🜊 eſt præſens, ſed & judicio *Mayovv Oper. p. m.* 197. ♉um, particulæ-

ticulæque nitro-aëreæ & igneæ non ſimpliciter & per ſe, ſed cum 🜔e quodam ſtrictè combinatæ in ea detinentur, unde etiam calor, qui affuſione vel aſperſione 🜄æ excitatur, ſit deducendus, ac etiam præcipitatio ſi aquæ ♆ 🜔lis cujusvis 🜉i ſolutio commiſceatur, unde ſalia repugnantia in calce recondita jacebant & calx ipſa extincta nil aliud erit quàm magiſterium quoddam à ſalibus contrariis unà cum 🜃a lapidea invicem combinatis conſtitutum, quæ ſententia quoque eſt *Tachenii Hipp. Chym. p. m.* 15. qui moſcaicum aut vermiculatum *D. Marci Venetiis* ædificium non alio quàm ex *calcis illa contrarietate & mucilagine ſeminis lini compoſito luto* in tale conſtans & perenne *cœmentum* colligatum eſſe docet; ſimiliter ex *calcis contrarietate & caſeo toties lavato*, donec 🜄 defluat limpida, unà celeriter contritis, fit *gluten* adeo *tenax*, ut etiam rupta vitrea vaſa uniri poſſint. Aliàs *Perrault Eſſays de Phyſiq. Tom. I. Indurationem* calcis & gypſi, quatenus ad ædificia extruenda uſurpantur, *mediam* eſſe dicit inter eam quæ eſt 🜃æ ſimpliciter induratæ & ejus quæ 🜂e excoquitur, ſcilicet concretiones ſaltem ſunt mediocres, *calx* nempe *fit* ex lapide qui 🜂is vi ferè omne 🜔is 🜁lis & 🜍rei (partes ſcilicet quæ in generatione ad concretionem & duritiem multùm fecerunt) deperdidit, remanentibus ſaltem 🜉is, quibus dum 🜄a affunditur, calore 🜔ia 🜁lia in ſabulo eliciuntur, aſſocianturque calci in locum deperditarum, beneficio maximè 🜄æ, hincque durities ex talium particularum introductione emergit, vel ut in *Not. Gall. ad Vitruvium p. m.* 37. loquitur, 🜔 🜁le & 🜍 calcinatione ex lapidibus abacta calcem velut magneticam reddunt, ut denuo è ſabulo attrahat fiatque ſolidior cum tempore; Exinde quoque eſt, quod 🜔 acidum promptè in ſe ſuſcipiat, deſtruat & liget, ut in corporibus 🜔 🜁le promptè ſecedere poſſit, ceu inde *calce viva* addita *lumbricis ſiccatis, ſanguini* aut *partibus animalium ſiccatis* 🜔 🜁le obtinetur, etiam ex *formicis* urinoſum, licet præter hoc etiam acidum penetrantiſſimum exhibeant: imò & *axungiæ, olea expreſſa*, v. g. *hyoſcyam* ſuper calcem vivam deſtillata ſumme penetrantia evadunt, adeò ut in hoc ſi ſolvatur *camphora* inſtar incantamenti *dolores podagrici* ſiſtantur, teſte *Frid. Hoffm. in Not. Poter. p. m.* 483. Uſus *Calcis medicus* ex vi ♉dum enervandi non poteſt non eſſe peramplus, ſi maxima morborum ſeges ex ♉do p. n. emergit, isque tum *externus*, tum etiam *internus*. *Externè* 🜄â ♆ (parata ſec. *Tachenium* ex calcis fruſto parvi ovi magnitudine, in ℥xx. plus minus 🜄 bullientis projecto) contra *hydropem* uſus eſt *Aquapendens P. II. Oper. Chirurg. C.* 51. linteis abdomini applicatâ, quæ inſimul promovet omnium ferè *ulcerum*, etiam in ſecretis locis, præſertim *Gallicorum* celerrimam incarnationem, ſi tepidè & frequenter in *petiis lineis* applicetur: Ejusmodi *Aqua mirabilis* quoque ad *Ambuſtionem, Fiſtulas, Cancrum, maculas & rubedines oculorum*, ut & *maculas* veſtium eluendas ita fit:

℞. *Calc.* ℥iij. ▽ *pluv.* ℔iß. miſc. ſtent triduo in vaſe, poſtea agita, quieſcant inde 24. horis in vaſe obturato, coletur per linteum, & adde ⊖✳*ci albiſſ. bene triti* ℔x. miſc. optimè, ♌ la per filtrum; quæ ſi cœrulea expetatur, in vaſe ♀. ſaphirinum colorem acquirit; *Uſus* ejus, uti dictum, maximè ad *rubedinem oculorum* ſi quotidie oculis tres guttæ inſtillentur. Sic ad *vulnera ingentia* egregia *Aqua* ſeq. ℞. *Aq. calcis viv. congios.* 2. ⊖✳*ci* ℥j. *Sacchar.* ℥j. ⊕*is* ʒvj. Diger. Ad *ambuſta* quoque ſpecialiter valet *calx lota cum oleo hypericonis*, vel ſi extinguatur cum ✢*to* & ter lavetur, cumque *oleo roſaceo* ad *linimenti* formam redigatur, ſic namque *ambuſta ſine cicatrice ſanat*, nec bullas elevari patitur: Sic & ad *Eryſipelas* optimum ▽*a* vel *lixivium calcis* cum *oleo* mixtum & formâ linimenti applic. Pro ſpecifico & euporiſto in *Podagrâ calx viva* trita *aceto* ſubacta, illita cum *oleo* aut cerato vitandæ exulcerationis causâ laudatur à *Fiſchero in Corp. Med. Reg. p.* 685. Ad *Lupum* domandum quoque valet, ceu apud *Chirurgien des pauvres Tr. I. Cap. III. p.* 31. laudatur ſeq. ℞. *Calc. viv.* ℥iß. *Axung. anſer.* ℥j. *Terebinth.* ℥ij. M. Præprimis & in *humidis ulceribus* admirabilis eſt *Cremor. calc. viv.* ſequens: ℞. *Calc.* ℔j. ☿-ʌ- ʒij. *Minii* ℔ß. contere optimè in pulv. dein coque in vaſe cupreo, & inter coquendum collige *ſpumam rubram* ſuperficiei inhærentem, quàm poſtea exiccatam & in pulverem redactam inſperge *humidis ulceribus*; hujus admirandam vim in exiccandis *humidis ulceribus* ex tempore videbis; prout & nota eſt *Aqua Phagædenica* ſeu *Ulceraria* ex *Calcis* ℔j. ſolut. in ℔viij. *Aq. font.* cui colatæ additur ad quamvis *Aquæ* hujus ℔j. ☿-ʌ-*ti gr.* 15. *vel* 20; quali ▽â Chirurgi utuntur ad *Ulcera inveterata mundificanda, ſuperfluas exedendas carnes*, quin & ipſam *Gangrænam*, ſi addatur *Sp. Vin.* & quandoque -ʌ-*us* ⊕*li*; ſic namque *Exc. D. D. Theod. Zuingerus Aquâ calcis vivæ* ſimplici, cujus menſuræ ☿-ʌ-*ti* ℥j. incocta erat, commixtâ cum alia *Aquâ calc.* cui prius itidem *Scordium, Abſynthium, Myrrha, Crocus* incoquebantur, tumorem pedis ulceroſo-œdematoſum, cum diureſi inde motâ, curavit. Sic in *Ulceribus rebellibus* præſertim *narium & faucium* Fotum juvare ſequent. refert *Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 51. ℞. *Aq. calc. viv.* -ʌ- *Vini Camph. ana* ℥j. *Sacch.* ♄. ʒß. ☿-ʌ-*ti alb. gr. xv.* M. Uſus ejus præterea in *Herpete, Serpigine, Guttâ roſaceâ, Scabie, &c.* Sic & notum *Pyrapyrum Theodori* primi *Zuingeri* ex *albo nil paſſo, rubro* ac *nigro unctuoſo* paratum, quod jam ante centum annos *Tenzelius* per *Calcis vivæ p.* ij. *Minii p.* j. & *Saponis nigri q. ſ.* pro ſubactione explicuit. *Internè* è *calce vivâ præparata* ad *rebelles morbos* adhibere quidam minime verentur, vel ductu *Sylvii Prax. L. I. C. VI.* ubi *calcem vivam* ex *ſilicibus* vel *conchis paratam* nulli Medico prudenti amplius metuendam; ſed ſub forma *lixivii* in *diverſis affectibus* ab *acrimoniâ ſalsâ* oriundis uſurpandam commendat; ſic ex illa fit remedium ad *abſceſſus internos*, quod optime abſtergit & mira præſtat diu continuatum & repetitum; ceu *Fr. Loſſius*

Medicus

Medicus Anglus Obſerv. L. I. Obſ. XI. & L. II. Obſ. IX. hanc *Aquam* cum vegetabilibus *vulnerariis* & *balſamicis* medicatam Potum præſtantiſſimum in omnibus *ulceribus internis* v. g. *pulmonum* exiccandis, dixit, queḿque ſequutus *Clariſſ. Meibomius in Colleg. pract. Ms.* ℞. *Calc. viv.* ℔j. *Aq. fervent.* ℔ij. move diligenter per aliquot dies, quotidie tamen bis agitando, tandem ſubſidente calce aquam limpidam decanta & cola, in hanc infunde *Rad. chinæ, glycirhiz. raſ. L. ſaſſafr. ana* ℥ß. *H. ſcabioſ. heder. terr. ana m. ij.* ſtent per noctem, manè coq. Colat. add. *Syr. de ſymphyt.* ℥ij. *Aq. cinamom.* ℥iij. M. de hoc decocto ſumantur manè horâ octavâ *cochl. viij.* & iterùm horâ 4. veſpertina totidem. Ejusmodi *aquam calcis* quoque habet *Benedictus Theatr. Tabidor. p. m.* 157. quæ in *hæmoptyſi* vix fefellit ad ℥vj. ℞. *Symphyt. major. Polygon. plantag. pimpinell. ana m. j.* marceſcant in *calce vivâ*, hinc affunde *Aquam font.* & *liquor* hinc ſeparetur per inclinationem. Ex eadem in *Phthiſi* TRam extrahit *Williſius Pharm. rat. P. II. p. 68.* ℞. *Picis liquat.* ℥j. ▽ *calcis vivæ ter cohobat.* ℔ij. ♌tur in baln. ad medietat. Liquor filtretur, abſtrahatur ad conſiſtent. mellis, cui affundatur *TRæ* ♀ri ℔ß. digerantur. *Doſis gutt. xx. ad xxx.* In *Calculo veſicæ* multum quoque extollit *Lovverus* in Artzney-Mitt. *p. 16.* *Aquam Calcis* compoſitam ſeq. dum nim. in *Aq. calcis menſ. xvj.* infundit *Lign. ſaſſafr. Rad. liquir. aa.* ℥iiij. *paſſul. major. enucleat.* ℔j. *minor.* ℔ß. *ſem. aniſ. fœnic. coriandr. ana* ℥j. f. Infuſ. per 9. dies, dein exprimatur, & clarum dein Vitris infundatur pro uſu. *Doſ.* ℥iij. *vel vj.* & *ſi manè bibatur*, addi poterit *Alkekeng. pulv.* ʒj. Quia verò ſum̃um ſanguinis mundificativum eſt, experientia quoq; docuit, perutilem eam eſſe in *Scorbuto, Scrophulis, Catarrhis, Hydrope, Tympanite, Tabe, Aſthmate, Scabie, Hæmorrhoidibus, Ulceribus antiquis, Fiſtulis, Appetitu dejecto.* Operatur præcipue per ⊡*nam* diu uſurpata. *Doſis manè, veſperi & ſub introitum lecti* danda, v. g. in *ſcrophulis* per menſem, *tempore verno & autumnali.* In *ſcabie* per *6. ſeptim.* Ad gratiam addi poteſt *Syr. de rub. cochl. j.* & pro affectus ratione *Milleped. ppt.* ℈j. *vel* ʒß. Sanat & *diabetem* & ⊡*æ incontinentiam*. *Infantibus* pro *potu ordinario* dari poteſt, *omittendo paſſulas.* In *Scrophulis* applicetur unà *Empl. ex Oleo* cui *cynogloſſ.* incoct. & *Min.* præmiſsâ lotione *decoct. cynogloſſ.* Præter *Aquam calcis vivæ* habetur ex ea

α *Spiritus calcis viv. Dan. Ludov.* dum ⏜tus ⊖*is* aut ⊕*li philoſ. calcis vivæ recentis* ā. in cucurbita arenæ calidæ impoſitâ, ſuperaffunditur, ſicq; per alembicum de ſubito applicatum ſubtilis & copioſus ⏜tus compendioſè elicitur, vel etiam *calx viva* cum *aa.* ○*nis* ſubito miſcetur, ac per ☍ ♌tur. Vid. *Pharm. pag. 196.* *Uſus* ejus egregius in *Calculo renum* & *veſicæ*, ſi juxta Eckards Ungerr. Apotheck. *p. m.* 592. *aliquot guttæ in Vino intùs* exhibeantur, *extus* verò unà uſurpetur *Balneum* ex *herbis emollientibus* & *ſapone Veneto*, quin & *Oleum leniens* & *carminativum* juxta ductum ureterum inungatur,

ceu ſolum *Butyrum* ita inunctum utiliſſimum comperimus. In *Arthritide vagâ* eum laudat *cit. Ludov. p. 186. & de* △ 🜔 ♀ *p. 72. 74.* ut expertum remedium.

β *Eſſentia calcis vivæ* : ℞. *Calc. rec. è fornace extr.* ne humiditas aëris attrahatur, impone illam ſtatim cucurbitæ vitr. vel veſicæ, luta capitellum, affund. 🜈 *rectif.* ad eminent. cohobetur ad minimum vigeſies vel plus. *Menſtruum* eſt ad ſolvendos *ocul.* ♋, ⊟*los, lap. lyncis, &c. Internè* datur ad *calculum & podagram* ad *gut. x. xx.* in 🜄*â petroſel.* vel *per ſe* vel cum *TRâ* ♀*ri*, vel *Liquore præcipitante*, vel melius *Eſſ. Alexipharm. Claud. Extus* illa prodeſt in *dolore podagr. ejusque nodis*, v. g. *fomentum ſiccum* ex *pulvere ejus* vel *cinere calido in ſacculo*, vel *fotu ex* 🜔*e*, ⊡*a*, ♰*to, pulvere pyrio*; Illinito ſub finem *Unguento* 🜍*at.* de quo *vid. Solenander Conſil. p. 400. & Heinſ. de Remed. ſecret.*

γ *Ol. calc. vivæ ſeu inextinguibile Mazottæ* ita fit : ℞. *Calc. viv.* 🜔 *alkali*, 🜔*lis comm.* ○ *plum. prius per* ⦶ ♀ *uſt. aa.* ℥*iij. Olei comm.* ℔*j.* M. ſpatulâ per horam, dein deſtilla, ♌atum denuo cum fecibus miſceatur, & ♌letur, & hoc fiat ſaltem *ſepties*, & quo *magis deſtillatur*, ſemper feces piſtando cum ipſis & ♌ando, eò *melius* & Oleum inconſumptibile evadit. *In hoc ſi* ☿, ∝c, 🜍 *diu ebulliant, fixantur pro medicinis, pariter* ☽ *ſic fixatur ad pondus auri.*

II. Gypsum ex lapide albo, molli alabaſtri inſtar, ſemicocto vel leviter ſaltem uſto præparatur, cujus *tres ſpecies* in *Helvetiâ in Argoviâ* effodiuntur; *prima* eſt nigricans rari usûs, *ſecunda* mollis & alba quæ frequentioris & *tandem* dura & candida ad alabaſtrum ejusque duritiem ac lapideam naturam proximè accedens. Ex his præſertim *ſecunda ſpecies* (quam tamen *Marſilius* refert rurſus triplicem eſſe in *agro Bononienſi*, nim. præter gypſum commune poſitum habens horizonti parallelum, duas alias ſitum habentes ad horizontem vel perpendicularem vel obliquam, quarum illa Talci imperfecti quædam ſpecies eſt, fortaſſis *lapis ſpecularis* à *Plinio* celebrata, hæc verò ad ○ plumoſum accedat, & forſan hujus ſit ſpecies impurior & imperfectior) *Calci affines* habet partes, nim. partes perfectè coctas, & alias crudiores ſabulum æmulantes, unde & fit ut *cum gypſo coagulatio promptior emergat*, quatenus forte partes △liores, quæ in parte crudiore reſtitant, ſimiles nonnihil ſunt illis, quæ ignis actione, coctione ſcilicet deperditæ ſunt, promptiusque ſic perfectè coctis partibus communicantur, quàm verò ſe habet cum *ſabulo*, quod non habet ejusdem ſpeciei particulas, quales Saxum calcarium in coctione deperdidit. *Uſus* Gypſi *mechanicus* magis quàm *medicus* eſt, dum ex eo calcinato ſtatuæ variæ conficiuntur, parietes quinetiam à plaſtis ac ſculptoribus variis imaginibus ſpecioſis obducuntur ac incruſtantur; & ex *Gypſo & plumbo uſto* cum *Terebinthinâ ſpiritu Vini dilutâ* fit *Bitumen*, quod pluviis perennibus reſiſtit, velut marmor quoddam eſſet, imprimis verò *artificium elegans* eo fit, dum in maſſulam ex *eo* & 🜄*â tepidâ* formatam

inſecta

inſecta ſæpiùs immerguntur, ut cruſta dehinc exiccetur & *inſectum* intus latitans calcinatione novâ comburi poſſit, quò poſtea ſtannum liquatum vel aliud metallum infundi poſſit, ſicq; exactiſſime partes omnes inſecti repræſentari. *Uſum Medicum* quod concernit Gypſum ob vim alkalinam egregie abſorbentem, ſi calcinatum ſit, *Cancrum exulceratum* mitigat & exiccat, ceu in *cervicis uteri ulceribus* optime quoque Gypſum plantis traumaticis *Balneo* vel *Semicupio* incoquendis immiſcetur, & *ſanguinis fluxum* cum *albumine ovi* illitum ſiſtit; imò & *internè* (cautè tamen quia inter Venena quæ ſtrangulant, recenſetur) ad *ſcrophularum* gypſeum coagulum demendum feliciter uſurpari poteſt: ℞. *Gypſi* ℥j. *Fragm. ſpong. Lap. ſpongiæ, Rad. pimpinell. ana* ℥ß. *Herb. artemiſ. m. j.* M. f. Pulv.

III. Lapis Bononiensis in *montibus Paderno* & *Piedalbino Bononienſibus* repertus à *Medico Bonon. Poterio Pharmacop. Spagyr. L. II. C. 27. p. m.* 498. deſcribitur lapis pellucidus, gypſo valde ſimilis, ſale & 🜍re cauſtico mordaci & adurente conſtans; vel *ſec. Kircherum* eſt maſſa foſſilis, gypſo 🜍reo-ſelenitica multum ∞*ci*, ♄*nii* & ⦶*li* admiſtum habens, nim. præter varii coloris ▽as, quibus prædicti montes integuntur, hinc inde effloreſcit ad altitudinem digiti ſal quidam mixtus flammulis gypſi atque talci, cujus ſolutio concreſcit in lamellas ſaporis ſalſi, ſed craſſioris nec multùm penetrantis, ut inde conjiciat *Excell. Illuſtr. Lud. Ferd. Comes Marſiglius* (cujus frater *Ant. Fel. Marſiglius Archidiac.* me Bononiæ ſumma humanitate affecit, rhedaque ſecum & *Clar. Lælio Triumphetti* ad *Celeb. Malpighium* in prædium vexit) eum non prolem eſſe ⊖is ✳i, ſed potius principium gypſi dum laminis ▽eis miſcetur easque conjungit, vel, ut calcinatio & ſublimatio Lapidis docet, ad ſubalternam *talci* ſpeciem eſſe referendum, prætereaque continere miſturam variorum mineralium ⦶*li*, 🜍*ris*, certæ ſpeciei ⦶*tri* & fortaſſis etiam ☿*rii* & ∞*ci*. Vocatur aliàs *ſpongia ſolis, phoſphorus*, Lapis illuminabilis, quia legitime calcinatus (*limâ ſcil. raſus &* 🜄 *immerſus conſperſusq; pulvere ejusdem lapidis probè ignitur, hinc cruſta externa liberatus in ſcatula, ob* 🜁*tatem, reponitur*) aërique expoſitus ob 🜍 recluſum 🜁tatemque elicitam (lumen enim in 🜁li conſiſtere doctè innuit *Kunckelius*) ſalque ✳cali æmulum luminoſus etiam in obſcuro apparet, fere ad inſtar *carnium lucentium*, de quibus *Puerar.* & *Naſonum piſc. cum* ⊖ ✳ *fix.* de quo in *Regn. Anim.* hoc verò *odor ſulphureus* gypſeus calcinatione innuit, quale tamen 🜍 non adeo fugax eſt, ut in ♈co, dum ∨um manet in igne, ad quod contribuit ⊖ ∨um cui permiſcetur. *Uſus* hujus Lapidis, præter oblectamentum quod viſui præſtat, eſt in *philothris*, ad *barbam* & *pilos excidendos*, ſi ex eo calcinatio *lixivium* fiat; quia verò etiam *vomitum movet*, patet multùm ⦶*li* vel etiam ♄*ii*, quod ipſum *Vitriolo* quodam imbutum eſt, in eo latere. Vid. *Menzelius in Tr. pecul.*

de hoc Lapide in Append. ad Ann. IV. & V. Ephemer. Curioſ. præprimis autem *Epiſt. de eodem laud. Comitis Marſiglii* ut & *Obſ. de IV. Phoſphoris ad Natur. Cur. Joh. Sig. Esholzii in Miſc. Cur.*

IV. Pumex lapis eſt eroſus, ſpongioſus, exiguis cavernis refertus, & ut ſeq. *Tophus* ex certa percolatione concreſcens, dum defluente aquâ relinquuntur particulæ lapideæ nunc arctius nunc laxius concretæ: Alterius *generis Pumicem* quod attinet, ſtatuit *Curioſ. Boccone Muſ. Fiſiq. p.m.* 260. illum ortum ſuum Vulcano vel Igni debere, apparereque in eo primum vitrificationis gradum, ut rectè quoque ſtatuit *Ferrant. Imper. Hiſt. Nat. L. XXVI. C.* 8. *p. m.* 784. nimirum eſt excrementum ejectum è montibus ignivomis *Ætnæ*, *Veſuvii* in mare, in quo dein ejusmodi poroſitatem acquirit, ceu *cit. Bocone* experientiâ edoctus hoc obſervavit, & *Connorum* Anglum ♄ unà ejici obſervaſſe diximus ſupra *S. I. C. IX. p.* 108. adeo ut inde non mirum ſit eum ut ♄ crudum Decoctis immiſceri, ut mox audiemus. *Franciſcus* filius *Ferrant. Imperati in Tr. pecul. de Pumice*, hunc ita deſcribet & ejus differentias notat: *Pumex* tophi eſt ſpecies exiguis concavitatibus & foraminibus plenus. In littore maris reperitur; *aliud* genus ex venis Puteolanæ 🜃æ rubicundum effoditur; *aliud* verò ex locis exuſtis igne, quo vitreæ fere conſiſtentiæ initium acquirit, tandem coloribus, duritie ac pondere varius eſt. *Uſus Pumicis* eſt tum in *dentifriciis* (v.g. ℞. *Lap. pumic.* ℨiij. ◯ *uſt.* ℨj. ⊟ ♀ ℨij. *ſp. ſal. comm. gut. x. ol. cinam. gt. ij. lign. rhod. gt. j.* M. f. Pulv.) tum vel ex ſignatura, ad humiditates ♉das coagulantes & corrodentes in *glandulis* & *ſanguine* imbibendas, *ſtrumas*que hinc & *ſcrophulas abſumendas* inſervire poterit, ceu pro arcano habetur ſequens: ℞. *Sal. gemm.* ⊖ ♀ *aa.* ℈ij. *pumicis* ℈j. M. f. *pulv.* quotidie *in Vino, urinâ propriâ*, vel *aquâ ſcrophulariæ* ſumendus à ☽ decreſcente ad novilunium, ſic enim melius operatur. Imò in *lue* ♀*reâ* uſus ejus egregius; ceu ut infallibile remedium laudatur Aqua antivenerea *Car. Muſitani in Trut. Chir. Phyſ. T. IV. p.* 120. ℞. *Petræ Pumicis*, ♄ *crud. minutim inciſ. ana* ℥iij. *Salſæparill. minutim inciſ.* ℥ij. *Ligni Viſci quern.* ℥iß. *Limat.* C. C. *Raſ. ebor. ana* ℥iß. priora duo ligentur in nodul. & ſimul cum aliis infundantur in *Aq. font.* ℔viij. ſtent per 24. hor. in infuſ. demum bulliant lento igne ad medietatis conſumptionem, add. *Cinam. ac.* ℨij. Cola & ad uſum ſerva. In *hypercartharſi* quid valeat Pumex ſæpius ſe expertum eſſe refert *Röslerus in Miſc. C. Dec. I. An. III. Obſ.* 303.

V. Tophus ſeu *Porus* lapis eſt aſper, ſcaber, poroſus, inſtar ſpongiæ rarus ac fiſtuloſus (ceu inde concameratæ plerumque ſpecus ſunt, ex quibus aqua deſtillat) & facilè in pulverem ſolubilis, unde etiam ſumme levis eſt, concretus ex materia 🜃ea in limoſos halitus reſolutâ, quam ſal ⏀ſum-♌-uſque auſterus coagulat, ceu à ſale marino & ſpumâ luteâ circa littora maris concreſcunt maſſæ *Alcionia* dictæ, in quibus aves Alcyones nidos faciunt,

quæ

quæ duorum generum facit *Wormius*, *unum* enim ſit mollius, quod ſpongioſam & vegetabilem habeat conſiſtentiam, aliud *durius* & *lapideum*, figuræ vel ramoſæ vel globoſæ, ut in iis quæ in *Muſæo Plateriano* aſſervantur, notavimus. *Quinque* ejus *differentias cit.* ſiſtit *Wormius Muſ. p.m.*48. cujus *Alcionium Mileſium*, *Alcionium tertium Dioſcoridis* apud *Ferrantem Imperatum Hiſt. Nat. L.* 27. *cap.*8. *p.m.*639. in monte Legerio provenit. Tophi verò quibus figura frondium arborum à natura impreſſa eſt, quoque reperiuntur, ceu Piſis in Muſæo ejusmodi arbuſculam vidimus, ut *Sect.* I. diximus. Circumforaneus quidam hîc ante 20. annos famuli ſui pectori magnum ejusmodi tophum, (qui à plurimis adſtantibus pro ſaxo adſpiciebatur) impoſuit, & mallei percuſſione in aliquot fruſta ſine noxâ famuli diviſit.

VI. Asius lapis Iuxta *Val. Cord. in Annot. in Dioſcor. L. V cap.* 88. *p.m.*386. in Aſſo Troadis promontorio invenitur, indeq; nomen invenit; hodie verò ignotus eſt. *Mathiolus* tamen *circa Tridentum* in vitrioli minis & *Cæſalpinus* in *Ilvâ* hodie extare referunt; Juxta *Wormium Muſ. p.* 49. poroſus eſt lapis (unde dubitat, an ille quem in Gallia vidit, verus ſit Aſius) eſt ſimilis pumici ruffo, guſtu ſalſus, de quo ferunt, omnia *crurum ulcera* in ejus lapidicinis ſanari, prout aliàs è contrario in metallorum fodinis crura vitiantur.

VII. Stalactites & & Stalagmites ſunt concretiones lapideæ ex particulis nitroſis & 🜃ibus ſubtilibus, nunc in *pyramidis* nunc *globi formam* factæ, prout ▽a 🜃am & ſalem occultum vehens per 🜃æ canales effluit aut ex alto decidit aut lateribus alveorum adglutinatur; adeo ut hinc *ſtiriformis*, *tubulatus*, *botritis*, *cruſtaceus Wormio* audiat, quo ſpectant & *i confetti di Tibuli Cap. VIII.* allati; item *Piſa Carolina* in Thermis inibi reperiri ſolita, ova piſcium *majora* referentia aut *minora* (Rogen⸗ſtein inde dictus) *Ammonites Agricolæ de Nat. Foſſil. L. V. p. m.* 610. ubi *diverſis coloribus* lapillos hos reperiri refert in *Saxoniâ* & *Pruſſiâ*, non ſecus ac hoc etiam in iis obſervare eſt, qui in *ditione Bernenſi* reperiuntur, quorum alii *ſubalbidi* ſint, alii *ruſi & ferruginei*, ceu venas illas ferri divites pagi Wölflinsweil in Raurica valle (Frick⸗thal) conſtituentes, & juxta *Scheuchzer. Lith. p.* 42. *Meconitæ* vel *Cenchritæ* nomen potius quàm *Hammitæ* merentur, quia è granulis componuntur non ſphæricæ ſed compreſſæ rotunditatis. Vidimus talem *Ammonitem* in *Muſeo Plateriano*, in icone vero ſiſtitur apud *Wormium p.m.*52. *Vi* verò dictos lapides pollere *diaphoreticâ* & *diureticâ* quidam referunt, ſi ʒj. pondere aſſumantur. Vid. *Geſner. de Fig. Lap. p.* 73. & *Boëtius de Gemm. cap.* 237. Vid. & *Cap. VIII.*

VIII. Osteocolla lapis eſt albi & cinerei coloris, durus, ponderoſus, figuram oſſis exhibens, concavus, intus quandoque margâ quadam prægnans. Obſervata circa illam (præter *Eraſtum in Tr. pecul.* operibus ejus adjuncto) candidè perſcripſit *Cl. Joh. Chriſt. Becmann. ad Oldenburgicum in*

Act.

Act. Phil. Angl. p. m. 646. 1. *Comperiſſe ſe,* ait, *eam creſcere non in glebâ pingui, ſed ſaltem in ſolo arenoſo quidem ſed non ſabuloſo.* 2. *Tam altas agere radices ut ad duplam hominis altitudinem radicetur.* 3. *Ramos diverſæ eſſe craßitiei.* 4. *Locum ubi creſcit. dignoſci ex albicanti eâq; pinguiori arenâ; ſub quâ eſt humida & putrida materia inſtar putridi ligni, indicium ſc. fermentationis pro tali vegetatione.* 5. *Oſteocollam ita totam cum ramis, mollem, friabilem tamen extrahi.* 6. *Sic ergo videri eam eſſe ſpeciem Margæ vel ipſi affinem admodum.* 7. *Requiri etiam tempus ad maturitatem, dum poſt annum, quæ denuo extrahitur, mollior eſt priori extractâ.* 8. *Cauſam diviſionis Oſteocollæ in tot ramos eſſe ex radicibus ſub terrâ paßim ſe diffundentibus, adeò ut materia colligatur circa eas iisq; hæreat, & poſtea ſec. diviſionem radicum acquirat figuram & ſpeciem plantæ. Nim. ex parte radicis quoque eſt, quod per eam ſemper porrigatur media linea obſcura.* Uſus *ejus,* vel ex *ſignatura,* ad *fracturas oßium* & *hernias* ad ℥j. in *decocto vincæ pervincæ* in *Vino intra dies* 4. *vel* 5. verùm in junioribus qui ſucculento liquore balſamico turgent non ita ſæpe ea exhibenda, ne callus craſſior inde informisque emergat, ceu hoc ſibi in fracturâ amborum focilium contigiſſe refert *Fabritius Hildanus Obſ. Chir. Cent.* I. *obſ.* 91. *p. m.* 70. *Hayne de Morb. Aſtr. p. m.* 82. refert quendam Lithotomum hujus *Oſteocoll. p. iij.* & *Calcul. è renibus hum. excr.* ſeu *Ludi p. j. pulverem lithontripticum* paraſſe & in *Calculo renum & veſicæ* mira eo præſtitiſſe; *Extus* quoque cum argillâ & ♀to *tumores calidos* ſanat.

IX. Cornu Fossile (etiam *Lithomarga alba* dictum, ut & *Unicornu minerale* & ob figuram veri eboris æmulam *Ebur foßile*, quin & *Cæſalpino de Metall. Lib. II. Cap.* 40. *pag. m.* 141. *Lapis Arabicus Dioſcoridis*, quem *Hildeshemii* in *montibus* inveniri partim candidiſſimo partim maculoſo ebori ſimilem *Cordus in Dioſc. L. V. p. m.* 389. refert) extus in cortice durum eſt, flaveſcens, intus verò medullâ molli, alba, cretacea, levi, friabili, compactâ, adſtringente repletum, quæ dum ▽æ imittitur, poſt bullas emiſſas in pollinem ſolvitur; Oritur ex marga ab aqua & ⊖ reſoluta, quæ dein in terræ cavitate denuo abſumpta craſſius relinquit, & in lapidis formam compingit. *Rudimenta* ejus conſpeximus in ſpelunca, quâ Lac Lunæ reperitur hîc in vicinia prope *pagum Ettingen*, adeo ut nullus dubitem materiam eandem eſſe hujus Unicornu foſſilis ac Lactis Lunæ, dum utraque marga quædam eſt ſaxatilis, friabilis & levis, & non niſi differentia ſit niſi in figura; Tale Anno 1685. poſt magnam inundationem *circa Birſam propè noſtram Baſileam* repertum longitudinis & rotunditatis fere brachii pond. 8. librarum, & An. 1665. in *Comitatu Badenſi* ſimile *D. D. Legatis* oblatum fuit, & haud ita pridem *Arthæ in ditione Suitenſium*, imò *oſſa* illa *humanis ſimilia ingentis magnitudinis*, quæ non procul à *cœnobio Reyden* in *ditione Lucernenſium An.* 1584. reperta fuêre, & tum *Lucernæ* tum hîc *Baſileæ* in *Muſeo Plateriano* monſtrantur, ex nulla alia materiâ ita

riâ ita figurata fuiſſe credibile eſt, quàm eſt hæc, ex qua Cornua ejuſmodi foſſilia ſub 🜃a ex percolatione exquiſitiſſimâ fiunt, licèt *Plater. Obſ. Med. L. III. cap. 586.* aliter judicet; ejuſdem quoque conditionis noſtro judicio ſunt illa *oſſa humanis ſimilia*, magnitudinis propè incredibilis, quæ noſtro tempore ad *arcem Uticonam agri Tigurini* ex rupibus tophaceis (in quibus ſcil. percolatio margæ hujus fit) inciſis eruta fuere, ut & illa *ſceleton Elephantis referentia Tonnæ in Thuringiâ An. 1695. effoſa*; quin & *Cornua & Oſſa foßilia Canſtadienſia* haud ita pridem *ſub finem Octobris An.* 1700. juſſu *Sereniſſ. Ducis Wirtenberg. DN. Eberhardi Ludovici* inibi ex luto ad num. 60. uſque, à pede uno uſque pedes decem & amplius longa & incurvata, effoſſa, quibusque, ut *Exc. D. Sal. Reiſelius Archiater Wirtenberg. ad Exp. D. D. Dav. Spleißium Math. Scaphuſ.* (ut refert in *OEdip. Oſteolitholog.*) perſcripſit, *immixta fuere innumera oſſa, primo* grandia, *ut maxillæ, dentes molares maxillis infixi & ſingulares, ſcapulæ, coxendices, femora, craniorum ſcuta, vertebræ, & hæc omnia elephantinis ſimilia, nec non magnitudine æqualia*: *deinde* mediocria, *velut beſtiarum domeſticarum, ſylveſtrium, rapacium & ignotarum, nempe craniorum quoque partes, maxillæ, dentes molares, inciſorii & canini, coſtæ, oſſa anteriora & poſteriora, vertebræ, ſcapulæ, tarſi oſſa, pedum digiti, & ungularum atque unguium nuclei*: *porro parva, quaſi minorum beſtiarum, domeſticarum æque ac ſylveſtrium*: *denique* minima *velut murium & glirium, eaq́ fere omnia, non figurata tantum, ſed & organica ipſa, quoad conformationem externam & internam, quod ex collatione genuinorum appareat, ſed non amplius oſſea, ſi dentes plures ſaxeos excipias, margâ tectos & repletos, verum partim quaſi calcinata, partim petrefieri incipientia, illaq́ utplurimum fracta & diſtracta, neque ſibi cohærentia; inter quæ tamen nulla humanis poſſunt comparari, niſi pro giganteis grandia illa aliquot ſumantur. Adſunt verò & informia quædam, ut globi ſeu maſſæ ex marga aut bolo, ſilices margæ tecti, lapides quidam digitati, fruſta multa magna primo intuitu informia apparentia, corticem tamen, laminas & ſpongioſos tubulos atque canales organicorum oſtendentia. Inventa quoque ſunt intra rupes pulvere pyrio ruptas, oſſa organica petrefacta & fuſca, rupibus includentibus colore ſimilia: cochleæ etiam parvæ in ſaxeo illo, ex luto, arena, ſale, ſilicibus & ♂li minera concreto, ut in luto ipſo: margæ etiam grana & ſtriæ ſeu radii & tabellulæ, quaſi ſemina, ex quibus reliqua informia, forte & cornua, concreverunt. Hic denique notandum, ubi ad 20. pedes effoſſa eſſet 🜃a ſeu lutum, ſtratum illud cornuum & oßium ceſſavit, hinc ſola 🜃a ſine oßibus reperta, deinde inferius rufa & lutea 🜃a mixta lapideis & ♂libus particulis, qualis circa Salſulam balneis ſalutaribus celebratam & transfluentem Canſtadienſem, coagulata reperitur.* Quia verò Unicornu foſſile ſæpius in exteriori cortice lignum oſtendit, fieri etiam poteſt ut *Lignum* (quale *Foßile, petræum* ſeu *lapideſcens* colore ſubluteo apud Toggios è terra eruitur, *Dryi-*

tes vel *Phegites* dictum, prout vel è quercu vel è fago eſſe videtur. Vid. tamen *Gaſſend. de Vit. Peiresk. p. m.* 479. ubi de *foſſili ligno ad Aquam Spartam* refertur, extare duntaxat quædam velut caudicum ſegmenta; nulla verò veſtigia ramorum nodorum, radicum; quaſi hoc foret argumentum Ligna ejus formæ nata concretaque, non verò ex vulgaribus obruta & ſaxificata) quin & oſſa animalium, juxta *Anſelmi Boëtii* ſententiam, vetuſtate areſacta prædicto lacteo è marga humore hoſpitium præbeant, hæcque intra poros ſuos ita tranſmutentur, ut penitus tranſmutata videantur, ceu & inde quandoque lignum olet è quo ortum eſt, & quæcunque in elephanto ſunt oſſa concava & fiſtuloſa medullisque referta ea in *Tonnenſi ſceleto* paria facere obſervavit *Cl. Tenzel. in Epiſt. pecul.* licet *Kircherus in Mund. ſubt.* quoad hoc referat manifeſtum aliàs haberi diſcrimen, nim. vera oſſa ſemper tibiarum canales fiſtuloſosque meatus olim medullâ refertos retinere; talia verò ſolidum lapidem ſine ulla tibiarum concavitate mentiti. Vid. *Exc. Bauſchius in Tr. peculiari.* *Uſus Unicornu foſſilis* itidem ut aliarum margarum, bolorum & ▽rum ſigillarum eſt *alexipharmacus*, in *peſte*, *febribus malignis*, *variolis* & *morbillis* (præprimis ſi *Cervinis* maritetur) *Venenis infringendis* & *expellendis*, dum abſorbet venenum △lè acre & ſudoriferum egregium eſt, ceu & nobilitat *Pulverem bezoardicum album Dan. Ludov. Pharm. p. m.* 280. ℞. C. C. *philoſ. ppt. p. ij.* ▽ *ſigill. ſel. Unicornu foſſil. ana p. j.* M. f. Pulvis, pro re natâ ♁*libus*, ♂*libus*, ♀*reis*, ♁*nis*, *pulvere viperarum*, *Laudano opiato exaltandus*. Sic & ingreditur *Pulverem bezoardicum Exc. Wedelii*: ℞. C. C. *phil. ppt.* ℥*ij. Unicorn. foſſil.* ▽ *Lemn. Corall. rubr. ppt. Rad. contrayerv. ana* ℥*j. ſuccin. alb.* ʒvj. *Lap. bezoar. occid.* ʒß. *Ol.* ♌. *citri* ℈ß. M. f. Pulv. dandus vel *per ſe*, in *malignis*, *Variolis*, *Morbillis*, confortandi & alterandi fine, vel cum ♁ *diaphor.* cum ♁*ri nat.* & *Anodyno*, unde fit *Pulvis* ejus *Anodynus Confortans*, eſt enim ſimul roborans & leviter adſtringens à ℈ß. ad gr. xv. *anodynus* verò in *diarrhæa*, *dyſenteria maligna* locum habet; ſic namque & alios fluxus ſiſtit, (adeo ut eo *Spodii* loco convenientiſſimè uti poſſimus, adſtringit enim ut ▽ *a Lemnia*, abſorbet, exiccat *fibris ventriculi* aliorumque viſcerum robur conciliat) *alvi*, *uteri*, *narium*, *hæmorrhoidum*, valet & ad *ſyncopen* ex acido-auſteris vaporibus, *cordis tremorem*, *paſſionem cardiacam*, *vermes necandos*: commendatur item ad *oculos lachrymantes*, ſi cum *lacte* in pollinem tenuiſſimum redactum inſtilletur, item ad *ulcera ad cicatricem perducenda*, ac *intertrigines* & *ambuſta* ſananda; maxime autem experientiâ *Bauſchii* valet in *Variolis*, *ubi cum metu epilepſiæ*, *convulſionum* (nimirum acidum △le acre nervos infeſtans abſorbet atque ita figendo impetum elaſticum ſpirituum malum vel tolerabilius reddit vel planè tollit) *aliorumq; graviſſimorum ſymptomatum inſignis in principio calor*, *funeſtus in augmento fluxus extrema omnia minantur*, vel alia *febris malignæ indicia ſe produnt*

dunt aut *diuturnâ diarrhœâ vomituq́ vires nimium labaſcunt*, refertque unica ſæpe doſi quibusdam erupiſſe *variolas*, *morbillos*, *petechias*, id quod de ejus ſuccedaneo *Lacte* ☽ nos ſæpius obſervavimus, de quo *infrà*. Hinc *Globuli Bezoardici* & *Pulvis bezoardicus* laudati *Bauſchii* inde quoque habentur, optimum in *malignis* præſidium: ℞. *Unicorn. miner.* 🜃 *ſigill. Siles alb. C. C. phil. ppt. ana* ℥iij. ♁ *diaphor.* ℥j. *ex ſubtiliſſimè tritis cum mucilag. tragacant. alb. ex* 🜄 *ſcord.* f. *Globuli* in forma 🜃 æ ſigill. Turc. *Doſis à* ℈j. *ad* ℈ij. *Pulvis bezoardicus confortans* hic eſt: ℞. *C. C. gr.* xij. *Bezoard. miner. ſimpl. gr.* xv. *Rad. contrayerv. Lap. bezoar. or. ana gr.* xvj. *Mag. perlar.* ℈j. trita inebrientur *TRâ bezoard.* & lentè iterum ſiccentur, addendo *Rotul. ex confect. alkerm.* Quin & *Excell. D. D. Screta Pilulis* ſuis *anodynis Regiis* illud immiſcuit, de quo *ſup. Cap. de* ♁.

X. Amianthus juxta *Agricol. de Nat. Foſſil. p. m.* 607. ab ◯ne ſciſſili differt, eò quòd hic lapis parùm linguam pungat & non adſtringat, candidus eſt & candidior redditur, quò magis igni violentiori exponitur; eſt autem lapis fibroſus, lentâ & craſsâ viſciditate ſeu lentâ & viſcida craſſitie conſtans; & ob omnium partium homogeneum contextum in vaporem reſolvi neſcius, quin & incombuſtibilis; hinc verò lini inſtar pecti, neri & præparari pro lubitu poteſt, prout *Genuæ* à *Carmelitâ* dextrè filationem ejuſmodi inſtitutam ſe vidiſſe refert *Boccone Muſ. rar. plant. p. m.* 160. Hoc & *Ol. Wormius* alcalium ope tentavit, macerando in *lixivio* per menſem, quouſque lanæ carptæ inſtar mollis fiat. *Besler. in Gazoph. rer. rar.* refert obinde Veteres ex hoc lapide filoſo Induſia confeciſſe, quæ conſpurcata ab igne ceu ſmegmate purgabantur, imò inde in combuſtione cadaverum cautum fuiſſe, ne cineres buſti cum lignorum cinere confunderentur; ceu & curioſum quoq; eſt, quod *Kircher. Mund. ſubt.* de eo notat, nim. *Papyrum incombuſtibilem* eo fieri poſſe, ſi decenter tritus & in tenuiſſimos floccos redactus papyri modulo excipiatur: verùm ad hunc partes Amianthi breviores ad nendum ineptæ ſaltem aſſumendæ, ut hoc *Joh. Ciampinus Rom. in Diſſ. pec. recenſitâ in Act. Lipſ. An.* 1691. *Sept. p. m.* 481. docet, in qua quoque Amianthi repetitam ablutionem & à calce ope 🜄 expurgationem, hincque lini communis cum filamentis asbeſti commixtionem pro obtinendis filis tenacioribus cum omnibus circumſtantiis ſiſtit; Sed merito Eruditi addunt *Lipſienſes*: *Num verò tela ex talibus filis parata poſt exuſtum lini fulcimentum, eam retentura ſint firmitatem ut uſibus queis olim linteum incombuſtibile adhibitum fuiſſe conſtat, inſervire valeat, viderint alii.* Uſus *Medicus* ejus eſt in *fluxu Mulierum albo*, ſi in ⏜ *Vini* ſolvatur & *ſaccharum* ei permiſceatur. Lapis hic reperitur in *Valeſiâ inter Viſpiam & Stalden*, inſervitque ad fornaces.

XI. Lapis Specularis & Glacies Mariæ, dicente *Sam. Dale in Pharmacolog. p. m.* 86. male confunduntur invicem in *Catalogo ſimpl. Phar-*

macop. Londinenſis, eſt enim *Glacies Mariæ* ſeu *Selenites* lapis foſſilis, rhomboides, pellucidus ac in tenuiſſimas bracteas ſciſſilis; *Lapis ſpecularis* verò *vulgaris* (veterum enim nobis ignotus, de quo P*ancirollus de Veter. deperdit. tit. 6.*) Lapis eſt foſſilis, cruſtoſus, albus, pellucidus, in bracteas tenuiſſimas ſciſſilis, mollis, ex materia mucoſa, ſeu gur ☿iali peculiari fermentatione reſultante, in leviſſimam ſubſtantiam expanſa, ferè ut ☽ti folia, exortus, ob pororum in ea rectitudinem perſpicuus; ceu & hinc *Vitrum Ruthenicum* (dum nempe lamellæ invicem ſepurantur, nam ſimul conjunctæ opacæ ſunt, prout aqua in profundo obſcura eſt, nempe ob inordinationem pororum unius lamellæ cum lamellæ alterius poris) dicitur, ceu is pro *ſpecularibus* & *fabricandis laternis incombuſtibilibus* inſervit. *Vires* ejus *coſmeticæ* ſunt, ob mucoſam enim ☿ ſubſtantiam, ramoſasq; particulas albas *cutim teneram reddit, dealbat & derugat*; Fertur etiam ſi uratur & inſpergatur *fiſtuloſis ulceribus, ſarcoticum* eſſe. Ruſtici juvencas ſuas mictione cruentâ laborantes eo ſanant. Quòd ſi in *Liquorem* redigatur, Talci vires habere, abſonum minimè videtur, 🜍urque ☽teum album ▽ius præ ſe ferre: prout in *Epilepſiâ* cum *cranio humano Glaciem Mariæ Waldſchmidius* miſcuit. *Glaronæ* reperitur & *Tiguri* quoque è cella vinaria effoſſus eſt.

XII. Talcum ſaxatile candidum; *Talcum ☽teum, Scaligero Exerc.* 104. *§.*7. Tallz dictum, lapis eſt mollis, glaciei Mariæ ſimillimus, ex ſucco ☿li ⊖no 🜃eo fixo itidem accuratè depurato & expanſo in cruſtas concreſcens, hincq; in laminulas rectas, ſed flexiles & variè implicatas diviſibilis, magis tamen tenuis, colore candido argentoſo, igni invictus & incombuſtibilis, niſi certa enchireſi tractetur, ſic enim intra dimidiæ horæ ſpatium totam ejus ſubſtantiam ita calcinatam vidit *Exc. Morhofius*, ut colore flavo ablato, ſpongioſa facta imò ſit, quæ facilè in pollinem redigi potuit, imò teſtante *Exc. Frid. Hoffmann. Fil. in Not. ad* P*oterium p.* 489. vitro cauſtico prægrandi, quale ex dono Marchionis Brandenburgici poſſidet, in vitrum gryſei coloris colliquari valuit. Hinc quia 🜍*re albo ſummè excocto, digeſto & fixato*, ſeu ☿ cum 🜃â alba vitrea fixiſſimâ mixto (qualis in auro & ☽to datur) ſcatet, *Alchymici* ſedulo illud liquabile ſolutumque reddere, ad inſtar Auri potabilis ſtuduerunt, ceu *citat. Morhofius* refert de Amico, qui 🜍*re* ſingulari artificio *ex eo extracto immedicabiles curavit morbos*, ut alterum illi à maximo Elixire locum poſuerit; hinc & juxta *Auctorem Aphricanæ Sophonisbe*, non ſaltem pro *coſmetico inſigni* inſervit, ſed & ♀ in ☽ commutare valet. *Oleum* ejus ſeu *Liquorem* parare docet *laud. Hoffmannus*, dum ignitum ſæpius aquæ frigidæ immittitur, poſtmodum pulveriſatur & cum ⦶*tri partibus duabus* calcinatur, qualiter maſſa frigefacta dein in humido aëre facile deliqueſcit, & ad præcipitationes chymicas ob *vim alcalinam*, ut & *nephritidem*, virium non eſt contemnen-

temnen-

temnendarum ; Nos additione reguli ♁ii pulv. & detonatione cum 🜕 meliorem ejus recluſionem haberi poſſe credimus,ceu & nobis perplacet illud Oleum Talci, quod parare docet *Agricola in Popp. L. II. p. m. 75.* ex *Talco rubro calcinato* cum *ana* 🜕 & *p. ß. Salis fuſi,* poſt edulcorationem fuſo cum *ana* ♁,ſolvendo maſſam pulveriſ. in 🜈, & digerendo, donec 🜈 omnem Tincturam extraxerit, repetitis affuſionibus, quibus filtratis & 🜈 per alembicum abſtracta, remanet in fundo *liquor ruber* pulcherrimus, cui bis ſucceſſivè affundendus *Ros majal.* 🝪t. quâ ſolutione à fecibus effuſa per 🝪nem aquâ evocatâ remanet Pulvis ruber, qui ſub tegulâ igniendus per 3. horas ut 🜈 omnis abeat. Dein affund. 🜊*tum quercinum rectific.* cum quo iterum extrahenda TRa, 🜊 verò denuo abſtrahendum poſt ſeparatas feces, quæ inſtar carbonum nigræ ſunt. Tandem & per 🜇 extrahenda TRa & avocando 🜇 ad oleitatem uſque, TRa remanet, quod oleum igne forti per 🝫 pellendum,obtineturq; oleum pulcherrimum,quod ſi prima vice non tranſiit cum 🜇 iterum ſolvendum ac procedendum ut ſupra : Refert *Agricola*, ſe cum hoc oleo Comitis cujuſdam *tibiam ulceribus malignis* plenam curaſſe poſtquam eum prius purgaſſet per ☿ium vitæ, dein dedit hujus olei *gut.* xij. quotidie in ovo ſorbili: Tibiam verò lavit lixivio facto ex *ana* ♁*ii & calcis vivæ ſimul fuſis igne vehementi,* addito pauculo ♀ri, in quo lixivio bis quotidie lavit tibiam, impoſito *Emplaſtro ſtictico,* cui addebatur parum dicti olei cum pauco *oleo* ♄*ni. Idem p.* 78. laudat hoc Oleum ſupra *Oleum* ☉*is*,aitq; hoc ſufficere ad *curanda omnia Vulnera,* etiam venenata. Porro cit. *Agricola p.* 78. *uſque* 86. narrat uſum hujus *Olei* in *Alchimiâ,* ac tandem quo pacto ex ☉*tuo* ſive reliquiis Talci & ♁*ii* fiat egregium *Coſmeticum* modo ſequenti : Reducatur in pulverem, & affundatur ∇*a pluv.* coquantur ſimul per 2. horas, filtra, evapora ∇*am*, & remanebit pinguedo inſtar ſævi, quæ in calore ſolvitur & in frigore coagulatur inſtar ceræ albæ , cujus gutta calida ſuper manus poſita, & cum aqua calida fricata, eas dealbat & nitidas reddit, & quia non ſemper ignis præ manibus eſt, præſtat miſcere *liquoris p. j.* cum *ij. part. olei Camphor.* poſtea locum eo perfricatum lavare cum ∇*a flor. fabar.* qua re *omnes maculæ faciei,* quoquo nomine veniant, fugari poſſunt. Huc & ſpectat *Aqua Talci Camilli Paraſchi,* quæ ob acredinem & vim ſummè abſterſivam itidem coſmetica eſt : ℞. *Talci viridis integri q. v.* Inditum Xlo *calcina igne reverberii per hor.6.*tum in pulverem tere,iterum totidem horis calcina,exempto & lævigato adde tantundem *Borracis factit.* iterum calcina, calcinatum tere, iterumque adde tantundem *Borracis*, & denuo calcina, fiet veluti lapis pumiceus, qui facilè ſolvetur *aq. lilior. albor.* vel *ſigill. Salomonis.* Aliàs intus *per ſe* Talcum exhibitum ſalutare eſt in *fluxibus p. n. ſiſtendis.* Reperitur *Talcum apud Glaronenſes & Neocomenſes*, & quandoque mineræ 🜠li adnaſcitur,adeo

ut inde Nonnulli *Florem* ⊟*li* eſſe autument. *Exc. D. D. Grojean Pract. Neocomenſis* nobis transmiſit Underwaldner-Talck / bey Lortſchen repertum, ut & *aliam Talci ſpeciem in rupe propè Neocaſtrum* inventam, quæ tamen leni igne calcinatur. Non procul hinc *Baſileâ versùs* Iſtein *in rupe Rheni* Talcum quoque reperitur. Datur & *Talci genus quoddam cruſtoſum & fragile*, quod ſoli oppoſitum iridis colores exhibet, (de quo ſupra *Cap. de* ⊟) præter quod & aliud habetur, quod aurei eſt coloris, ceu & *Ol. Borrichius Act. Hafn. Vol. V. Obſ. 85. p. m.* 208. duas alias Talci ſpecies in *Norvegiâ* dari refert, in uſum tigillorum & furnorum cedentes.

CAPUT XI.

DE CORALLIIS.

CORALLIA licèt plantas nominet *Peireſcius in Vitâ à Gaſſend. edit. p. m.* 292. eaſque molles tactuique cedentes ad ipſa cacumina, quæ rupta preſſaque emittunt lac, ficuum ad inſtar, admodum cauſticum, & compreſſione deſinente apparent interpuncta tenuibus foraminulis ſeu quaſi vacuis venulis, quibus lac illud emittitur, nihilominus ob duritiem lapideam & ortum ⊟lis & ⊖bus affinem, civitate Mineralium meritò donantur & pro Lapide omnium nobiliſſimo habentur. Quoad eorum *Generationis modum*, jam antiqua fabula Poëtarum, quæ Corallium è virgis cruore Gorgonis Meduſæ (unde olim *Zuingerus* TRam Coralliorum, quam ex *iis calcinatis cum aceto* parare docet in *Epiſt. ad Joh. Weidnerum in Conſil. Crat. L. II. p. m.* 283. *Meduſæum* ſuum vocavit) perfuſis & in lapideam duritiem concretis enatum dicit, rectè innuere voluit, primam Coralliorum materiam, æquè ac Gemmarum, eſſe fluidam, præſertim quia, ut dictum, ſub Aquis Corallium durum cum extremitate turgida plenaque lacte obſervatur, ut non ſaltem hoc *Beguin. in Chym. Gall.* & *cit. Peirèskius* in piſcatione circa *Tulonum*, obſervarunt, ſed & prope *Meßinam in Siciliâ Curioſiſſ. Paul. Boccone Muſ. Fiſiq. Obſ.* 40. *p.* 250. ubi etiam *Coralli Ortum* certæ præcipitationi particularum in mari natantium & ſub forma lactis matrici coralli adhærentium adſcribit: matrix autem illa ſeu capſula vel modulus, cui adhærent illæ particulæ, ſunt illa cruſta vel ♀rus, qui coralliis dum è mari extrahuntur, extrinſecus per totam ſuperficiem ramificationum adhærere obſervatur, quique ♀rus ruber in uno maris tractu magis quàm in altero copioſus eſt, ubi tamen adeſt, non aliter ſe habet quàm inſtar ſpongiæ vel alkali particulas corallũ conſtituentes abſorbentis & acidi inſtar attrahentis, idque ſupra corpus aliud ſolidum ſive id ſit conchylium, lapis vel lignum: (not. vocant aliqui extremitatem turgidam, poroſam & ſtellatam Florem Coralli) & quod hæc depoſitio

poſitio lactis diſtribuatur & diſponatur formâ regularium ſtriarum vel columnarum, non ſecus ac hoc in concretione ⊟li, ○, ⦶ & ⊖ comm. per juxtapoſitionem contingit, quare & principium illud componens Corallium inſtar lactis diffuſum per mare præcipitatione aliam non ſaltem figuram, ſed & colorem aſſumit, quàm prius habuit, idque ope alcali invertentis, vel exemplo Lactis virginalis; Quare *cit. Boccone* ſeq. modo ſe Generationem *Corallii* concipere ſcribit his verbis: *Il Latte racchiuſo nelle eſtremità, e nelle Cellule delle ramificazioni del Corallo* roſſo, *e del Corallo* bianco *legitimo di* Dioſcoride *facendo una depoſizione, ed una precipitazione regolare per additionem partis ad partem nelle medeſime Cellule di Tartaro* Corallino, *forma indi la ſoſtanza del Corallo, la ſuperficie del quale e ſtriata; e ſi come mediante la precipitazione de corpi ſoluti nè liquidi, come nell' Alume, Salnitro &c. riſulta hora una figura, hora un' altra ſempre determinata, così ancora, e colla medeſima mecanica, e ordine ſuccede queſta figura ramoſa, e ſtriata ſotto la cellula di quel Tartaro* Corallino *poroſo, e ſtellato, che ſi oſſerva nella ſuperficie, e nell' eſtremità del Corallo roſſo mentre è recentemente tirato dal fondo del Mare. Sono di parere che la reale Tintura del* Corallo *Roſſo debba eſſere ſpeſſa, e bianca come Latte, e di ſapore alquanto piccante, per conformarſi al ſuo principio, perche in tale grado ſi oſſerva col ſenſo dell' Occhio, e del guſto il ſeme, e la prima impreſſione del* Corallo, *che è quello ſituato, e depoſitato nelle eſtremità turgide, che ſi oſſervano ripiene di Latte quando ſono rotte, e recentement uſcite dal fondo del Mare.* Differentias verò *Coralliorum* quod ſpectat, Corallia alia *rubra*, alia *alba*, alia *nigra* habentur, quamvis de his quidam, ut *Celeberr. Jac. Sponius p. m. in Itiner.* judicet, quòd non niſi frutex ſint in lapideam duritiem induratus, verùm huic ſententiæ obſtabit quæ in Archivis rarioribus obſervare licuit, ſic namque non ſaltem Piſis & OEniponti *Corallia* videntur variarum ſpecierum & colorum, *alba* nimirum, *rubra*, ſed & *nigra* ſummè dura, *griſea* & *violacea*, (teſte Celeberr. *Patino in Relationibus*) ſed & ipſe, quod magis *Corallia* nigra confirmare videtur, vidi in Muſæo *Dn. Zannone* Bononiæ Corallium *nigrum rubro colligatum*, item *album & nigrum ſimul adnatum, nigrum ſpinoſum rarius, Corallium rubrum elegans lineis albis variegatum, &c.* Sic & *Exc. Rumphius ex Inſulâ Amboina Nat. Curioſis Germ.* præter rubrum vulgare, novem genera transmiſit *Miſc. Cur. Dec. II. Ann. III. Obſ.* 24. *p.* 77. nim. *Corallium nigrum ramoſum & monoclonon, cinereum ramoſum & monoclonon, Album pelagium, album littoreum* ſeu *Hippuris ſaxea, Amaranthus ſaxeus, Pſeudocorallium rubrum fiſtuloſum & Acarbium anguinum*; Quas omnes *Exc. Menzelius cit. Ann. p.* 71. non ut plantas interno principio enaſci judicat; ſed plantas marinas juxta loci limoſæque ▽æ varietatem diverſimodè incruſtari, ſicut res condienda ſacc harо obducitur, abſumptis paulatim putredine plantis marinis, relictisque

que indumentis ſuis jam induratis & formam rerum amiſſarum ſervantibus, vel exemplo *Fuci marini* nigri lapillo albo innati, *Androſaces* ſeu congeriei fungulorum pileatorum induratorum, &c. Huc & ſpectat *Antipathes* ſeu corall. foliat. fol. minutis ariſtæ triticeæ in *Ponæ mont. Bald.* p. 104. *Vires Coralliorum* ob vim ☿licam (🜔le enim alcalium ⊖ cum oleo, ut & materiam fuligineam brunam in *Pſeudo-corallio articulato* & ipſo *Corallo* duriore, ipſi TRæ præferendum 🜍ne extraxit *Cl. D. Herm. Nic. Grimm in Miſcell. Cur. Dec. II. Ann. I. Obſ.* 173. *p. m.* 418.) acidum *abſorbentem, invertentem, roborantem, fibrarum tonum intendentem* certè inſignes ſint, ut & ſec. *Helmont. irradiativæ,* ceu *rubra corallia appenſa hilaritatem & lætitiam, nigra triſtitiam & mœrorem* inducere dicuntur, imò illa in *affectibus melancholicis,* in ſpecie dictis, & *Epilepſiâ* quoque egregiè opitulantur; hæc verò *phrenitides* & *furioſas* manias ſedant, pro vario ſcilicet modo, quo Archæus ab illis afficitur; hinc etiam, vel *ex ſignaturâ* rubra cum purpurâ ſanguinis noſtri peculiarem ſympathiam colunt, dum in *febribus malignis,* ubi M. S. infecta eſt, ſplendorem ſuum deponunt, imò inſtante morte, *Ettmüllero teſte,* maculis liventibus & nigricantibus conſpurcantur, id quod effluviis ſanguineis attribuendum erit, prout & *appenſa mulieri hyſtericæ* palleſcunt, affricta *contrà carni mulieris* ſanæ fulgorem priſtinum recuperant.

I. Corallia Rubra *pulveriſata* vel per ſe, vel inter conſimilia abſorbentia fere prima (lactentibus tamen erraticè febricitantibus minus quadrantia) in *hypochondriorum* imediatis & conſectariis ſuperiorum regionum hypogaſtriisq; permultis vitiis planè *polychreſta* ſunt, vel *per ſe,* vel quoq; cum ♁rinis, ♂liabus, anodyniſque data; ut loquitur *Dan. Ludov. Pharm. p. m.* 325. nimirum ut dictum, potentiſſimè 🜊dum corpori hoſtile adgrediuntur, illudque edomant, unde in *variis affectibus* inde exortis egregiè operantur, v. g. *ventriculi & inteſtinorum,* quorum fibrillas motrices amicè roborant, hinc in *affectu hypochondriaco, cardialgiâ, paſſione hyſtericâ, colicâ, lienteriâ, diarrhæis, dyſenteriis, pleuritide,* (cum *pulv. fl. papav. errat. ocul. cancr. nitro ſacch. cand.*) *Calculo, Podagrâ* (in quibus diu uſurpata cum *Lacte,* cui *Fragaria* incocta ſit, optime acrimoniam humorum infringunt) &c. optimum exhibent remedium: Uſta verò ſi ſint, potentius adhuc acidum p. n. abſorbent, v. g. in *Febribus intermittentibus*: ℞. *Corallor. uſtor.* ℥j. ⦶*ri fix.* ʒß. ☿ *dulc. gr. xv. Laud. opiat. gr. ij. ol. caryoph. gt. iij. Reg.* ♁*ii medicin.* ℈ß. M. f. Pulv. pro 3. doſ.

II. Magisterium Corallorum quidem non ſine cauſa hactenus *Zwelfero* aliiſque malè audiit, quòd id ⩊bus 🜊dis paratum, ſicque ſaturatum, impotensque 🜊dum morboſum adgredi, inutilis fere 🜍 ſit & quoad *virtutes* plurimum caſtretur; *Junckenius* ad *Agric.* ita parat: ℞. ⊖ ♀ *vel ciner. clavell.* ℔ij. *affund.* 🜅 *fortiſſ.* ℥xv. *ebullitione ſedatâ decantetur liquor inſipidus,*

hinc

hinc ⊖ reſiduum ſiccetur, affundatur denuo ✢, *idq; repetatur ut prius, donec nulla amplius effervescentia notari poſſit & alcali penitus* ✢*to impragnatum; hoc dein indatur* ♉*ta & habebitur menſtruum Coralliis ſuperinfundendum ad eminent. 3. vel 4. digitorum, unde quod in loco tepido ſolutum eſt, decantandum, rurſusq; de menſtruo affundendum; ſolutiones demum abſtrahenda ad ſiccitatem materiaq; alba reſidua* ▽ *â frigidâ edulcoranda,* ſicque habebitur *Magiſter. corall.* in *Diarrhæis, Dyſenteriis* (v.g. ℞. *Magiſt. Corall C.C. uſt. Nuc. moſch. ā.* ℈ß. *Theriac. cœleſt. gr.* j. M. f. *Pulv. in ſyr. cond. nuc. moſch.* ſumendus) *Hæmoptyſi, Hæmorrhagiis,* (v. g. ℞. *Mag. corall. perlar. ana* ℈ß. *Aqua plant.* ℥j. ✢ *roſac. ſyr. corall. ana* ℥ß. M.) *aliisq; fluxibus p. n.* ſi ullum, in uſum adhibendum.

III. Syrupus Corallorum ita parari ſolet: ℞. *Corallor. rubr.* ℥ij. *diſſolv. in ſucci citri* ℔j. Digerantur per octiduum, & poſtea filtrentur, in hac ſolve *ſacchar. albiſſ.* & digere evaporando ad ſyrupi conſiſtentiam: *Mayerne in Prax. p. m.* 321. ſolutioni acidis factæ adhuc addit *ſuccos cydon. fragor. rub. id.* & poſtquam *ſaccharum* in iis ſolutum fuerit, in nodulo ſuſpendit *nuc moſchat. & ſant. citr.* Commodius quoque & melius fit ſi modo prædicto ✢to ♌liſato ſolvantur, unde ℞. *Magiſter. corallior.* prædict. ℥ij. vel iij. *ſolv.* in *ſucco ribium* vel *berber. clarific.* ℥iv. *ſacchar. opt.* ℔j. & ſolâ digeſtione & diſſolutione emergit ſyrupus, in morbis ab Archæo furioſo, fluxibus p. n. (v. g. *fluore albo,* quem aliquoties eo feliciter abegit Exc. *Dn D. Joſ. Lanzonus Miſc. Cur. Dec. III. An. I. Obſ.* 39. *p. m.* 58.) ad confortandum haud contemnendus.

IV. Tinctura Corallorum juxta *Hoffm. in Not. Poter. p.* 7. nil niſi ſolutio eſt, quæ quo magis ſubtili & blando menſtruo confecta eſt, eò efficacior exiſtit; Optima autem juxta ipſum paratur cum ♒ ⦶ dulcificato, quæ amurcam venarum abſtergendo, & evacuatoria vi blandâ ſtimulando, purum ſanguinem ſervare poteſt: Loco ♒*ûs* ⦶ autem ſummopere laudat in morbis ♀eis ♒*um* ⊕*li,* quocum *Extractum* ſuum *Corallorum rubr.* paravit *Hayne de Morb. aſtral. p. m.* 62. & in morbis ventriculi à vitiatâ digeſtione aliisque inde obortis utiliſſimum comperit; Radicalis autem TRa quæ non ſit coloratum menſtruum vel tincta ſaltem ſolutio, ſed ♀re ſuo, à quo Corallia rubra colorari dicuntur, prægnans certè inventu rata eſt. *Verzaſcha* noſter olim TRm Corallorum præparari fecit ex ♒*u fol. quercûs* (ex ſucco nimirum eorum fermentato & ♌ne prolecto) affuſo *Coralliis pulveriſat.* rurſus abſtracto ad conſiſt. mellis, unde ♒ *Vini* elegantem rubedinem contrahit, hancque contra omnes generis *fluxus alvinos* conducere in *Epiſt. ad Wepferum Obſ.* 100. teſtatur; Vid. & *Michaëlis Op. Med. & Kircher. Mund. ſubterr. L. I, p.* 101. qualiter tamen ſubtilis ſaltem quoque fit ſolutio, vel abſtractione menſtrui vel facili præcipitatione in pulverem redigenda, quâ ratione inductus quoque Celeb. *Rivinus in Manud. ad Chem. Pharm. p. m.* 81. refert circa uſum TRarum

rum ejuſmodi paratarum ope acidi & menſtrui ſpirituoſi (cujus intuitu Exc. *Bohn.Diſſ.Ch.XIV.S.*32. non vult decidere num verè eliciatur, an verò potius quædam horum partes integrantes & minima de totius naturâ participantia ſolvantur) ſe nil aliud obſervare potuiſſe, quam idem illud quod -ʌ-us, v.g. C.C. vel *antiſcorb.* præſtant. Hinc ab aliis TRra Coralliorum alcaliſata parari ſolet: ℞. *Corall. r.* ⦶ *opt. ā. q.ſ.* indantur 🝭 tubulatæ, & *prodibit in recipientem amplum* -ʌ- ⦶, *Coralliis in retort. calcinatis, quibus deinde* -ʌ- *Vini rectif. affundendus, ut TRa in anxietatibus hypocpondriacis, & ubi depuratione M.S. opus eſt, utilis obtineatur.* Verùm quia & ſic *TRa* potiùs ex ⦶*o fixo* emergit, quàm ex vero Coralliorum 🜍re, alii aliter procedunt; *Tachenius in Hippocr. Chym. p.m.* 239. Corallia integra reverberatione per *6.* δ♀ recluſit & rubedinem in iis latitantem ad maturitatem perduxit, & dein -ʌ-*u* ⊖*i* TRam eduxit, qui & inſuper docet, etiam ex *non uſtis coralliis* TRam elici poſſe ope -ʌ- *Vini* 🜿*ti*; verùm antequam hunc adhiberet prius 🜍 rubrum è corallis menſtruo itidem 🜍reo elicere tentavit *Joel. Langelottus in Epiſt. ad Naturæ Cur.* nim. *Oleo quodam* (fortè *aniſi*) *inter deſtillata vegetabilia blandiſſimo*, unde vix exacto menſe, cùm more ſolito cucurbitam agitaret, animadvertit fragmenta Corallina paulò intenſius rubere & molleſcere, ſine ulla tamen olei mutatione; hinc perrexit eodem gradu coloris, & animadvertit mirabiliter Corallia penitus in *mucilaginem rubicundiſſimam* reſoluta eſſe, verùm quia menſtruum hoc 🜍um ſe combinare cum 🜍re coralliorum non poſſet, quamvis repetita fuerit digeſtio, affudit tandem *Sp. Vini* 🜿*ſatum*, à quo brevi digeſtione reſolutus eſt liquor in *rubicundiſſ. TRm*, qualem itidem obtinuit *Schnorf.* ſeq. modo:

℞. Corallor. rubr. fragmenta integra; *iis affunde* Menſtruum noſtrum oleaginoſum è cortc. abiet. *aut ejus loco* Oleum *quoddam aromat. v.g.* Aniſi, Fœniculi, &c. Coque ſimul in cucurbitâ cum alembico cœco in arenâ calidâ bulliendo per *6. 7.* aut 8. horas, donec Corallia inſtar oſſium alba jaceant, & Oleum ſit omnino tinctum; *quod* decanta. Decantatum inde retortulæ loricatæ & pelle igne cinerum leniter Oleum, donec rubedo ſimul progredi velit. Tum invenies reſinam Corallorum in fundo retortæ quæ fortiter adhærebit. Huic infunde aquam calidam cum ſale Tartari, & coque ſimul in balneo fervente, donec aqua reſiduum Oleum & ſal tartari ſimul imbiberit, & rurſus pelle per retortam, ut tranſeat in formâ lactis, cavendo, ne reſina ſulphuris comburatur; hoc facto affunde reſinæ Spir. vini rectificat. & bulliant ſimul, donec tingatur; idq; toties repete, donec non amplius tingatur. Filtra. Abſtrahe ſp. vini ad conſiſt. tum rurſus coque in aquâ & bullias, filtratam rurſus abſtrahas; idq; toties repete, donec pauciſſimæ fæces in filtro amplius remaneant; Denique Extractum evaporatum ſerva ſolum & vocatur *Sulphur ſeu Eſſentia Corallorum*; aut ſolve in optimo *Sp. Vini* redigendo in TRam ad libitum, uti moris eſt. Not. Quò magis ſulphur eſt depuratum, eò minus ſe præcipitabit. Si cum *aquâ ſimpl.* depuratum per filtrum agatur, omnino non præcipitabitur nec in aceto quoque, ſed non habet intenſam rubedinem. De reliquo id quod Spir. vini tingitur, modò de ſubito *aquæ* v. g. *meliſſæ* infuſum lactiforme fiat, optimos præſtitit effectus. Eſtque genuina Corallorum TRa.

Tu ſi oleaginoſum menſtruum obſerves & modum id rurſus ſeparandi, habebis viam ad altiora ſulphura etiam metallica purificanda & exaltanda. Vid. & *Borrich. Herm. & Ægypt. Sap. p. m. 327.*

FINIS SECTIONIS TERTIÆ.

SECTIO IV.

DE

MEDIIS MINERALIBUS,

EJUSQUE PARS I.

DE SALIBUS.

CAPUT I.

De MEDIIS MINERALIBUS in genere, eorumq; Ortu & Mixtione.

PRÆMISSO ſcrutinio Metallorum & Lapidum agendum porrò de *Mediis Mineralibus*, quæ ita dicuntur, quòd mediam inter illa duo quaſi naturam habeant, ſunt enim ex parte *lapides* & dura inſtar lapidum, & ex parte *metalla*, quia funduntur & liquefiunt inſtar metallorum: Differentia nimirum hæc eſt, *Lapis* nec liqueſcit nec metallo ductilis exiſtit: *metallum* verò ſub malleo tractabile & igne liquabile eſt: *media* verò liqueſcunt & non producuntur, ſed in fragmenta diſſiliunt, quo lapidem referunt, liqueſcentia verò metallum. Diſpeſcuntur autem *Media Mineralia* in SALIA, SULPHURA & TERRAS, quorum priora duo aliis vocantur *Succi* (*Seneca Quæſt. Nat. L. II. Liquores* appellat) *concreti*, *Salia* quidem macri, *Sulphura* verò pingues, nim. pro principiorum variâ commixtione, particularum conſtituentium pororumque diversâ habitudine, maximè verò materiæ ſubtilis ſeu elaſtici ætheris diverſo concurſu & actione variâ, *diverſa* ejusmodi *corpora* producuntur, ut in *Chym. Phyſ. Joel. Langelotti Theſ. Remed. annex.* prolixius corporum naturalem & artificialem ſtatum declaravimus; eſt ſcil. materia mundi ſubtiliſſima (aliàs *ſpiritus æthereus*, *Mercurius aëreus*), quæ poros telluris anguſtos penetrans & pervadens exacuatur, ſed nihilominus circa terreſtres quasdam particulas aliter inde figuratas detinetur & incorporatur, ſicque ad ſtatum aliquem quietis & rigiditatis normam deducitur, unde varia puncta ſalina, *Salia* nimirum (qualia do-

cente *Kunckelio Obſ. Chym. p. m.* 121. in ſuâ naturâ prorſus ejusdem ſunt generis, & non niſi ratione conſiſtentiæ ▽æ differunt) oriri videntur & exhinc etiam, pro materiæ ſubtilis vario motu ac quiete, particularumque præcipuè ramoſarum variè agitatarum accumulatione & congreſſu diverſa *Sulphura*, ceu *in ſequentibus de hoc clariùs*; Ubi verò particulæ terreſtres minus arcto nexu junguntur, pori & interſtitia magna relinquuntur, parceque iis aſſociantur ramoſæ partes, rigidaque ſalina puncta minus vel multum diſperſa ſaltem in iis exiſtunt, *Terræ* reſultant. Quo pacto autem Corporum ejusmodi diverſitas emergat, *Carteſius* quoque *Principor. Philoſoph. Part. IV. §. 59. & ſeq.* explicare contendit, ex *materia ſubtilis inæquali per terram interiorem, quæ non ubique æquè denſa eſt, tranſitu, unde ejus particulæ, ſemper aliquantulum modò plus modò minus moventur, non eæ ſolùm quæ vicinis non annexæ ſunt, ut particulæ ☿, ⊖ & ▽æ dulcis & aliæ quævis in majoribus ejus meatibus contentæ, ſed etiam eæ quæ omnium ſunt duriſſimæ ac ſibi mutuò quàm firmiſſimè adhærent. Non quidem quod hæ ab invicem planè ſeparentur, ſed eodem modo quo videmus arborum ramos ventis impulſos agitari, & eorum intervalla nunc majora reddi nunc minora, quamvis idcirco arbores iſtæ radicibus ſuis haud evellantur*, ita ſimiliter per quam ingenioſè *Carteſius* infert, *craſſas & ramoſas terræ iſtius particulas ita connexas eſſe atque implexas, ut planè ab invicem motu caloris disjungi haud poſſint, ſed ſaltem aliquantum concutiantur & meatus circa ſe relictos modò magis modò minùs aperiant.* Quia verò terræ hujus particulæ invicem fortiùs connexæ duriores ſunt particulis aliis terræ illius quæ ipſis incumbit & ſuprà locatur, hæ dum in has inferiores eorumque meatus & poros delabuntur, ipſas facilè motu iſto ſuo contundere & comminuere, ſicque ad duo genera figurarum reducere poſſe infert; Hinc namque de Succis *acribus & acidis*, ex quibus fiunt ⊕, ○, item de Materia oleaginea *Bituminis, Sulphuris, &c.* ſic ait: *particulæ quarum materia paulò ſolidior eſt, quales ſunt ſalis, meatibus iſtis interceptæ atque contuſæ, ex teretibus & rigidis planæ ac flexiles redduntur, non aliter quàm ferri candentis virga rotunda, crebris malleorum ictibus in laminam oblongam poteſt complanari, cumq; interim hæ particulæ vi caloris actæ hinc inde per meatus iſtos ſerpant, duris eorum parietibus alliſæ atque affrictæ, gladiolorum inſtar acuuntur, ſicq; in ſuccos quoſdam acres, acidos, erodentes vertuntur*: qui *ſucci poſtea cum metallica materia concreſcentes*, ⊕, cum *lapidea* ○, *&c. componunt. Particulæ autem molliores, quales ſunt pleræque ex terra exteriori delapſæ, nec non etiam eæ aquæ dulcis ibi penitus eliſæ tam tenues evadunt, ut motu materiæ primi elementi diſcerpantur atque in multos minutiſſimos & quàm maximè flexiles ramulos dividantur, qui ramuli ▽ſtribus aliis particulis adhærentes, componunt Sulphur, Bitumen, &c. Acutiſſ. Kunckel. Obſ. Chym. p. m.* 15. Principium omnium rerum ſtatuit *Aquam & Salem*, quæ duo in primâ ſua naturâ

inſepa-

inſeparabilia ſint omniq; ſapore & odore deſtituta, ▽mque ⊖em univerſalem, qui ſit propagatio omnium rerum, in ſe ipſa continere; quòd verò aqua dein ſapida fit aut ſal ſaporem nanciſcitur, hoc fieri accidentaliter ope putrefactionis, ut dein vel acali vel acidum nominetur, pro ratione ſcil. matricis quâ concreſcit, pro conditione ⚗tionis caloris & frigoris; nim. *Sal ope putrefactionis & digeſtionis*(dum per internum calorem mucilago quædam aut gur generatur & per hanc ſubtilis quædam fit fermentatio, quæ acidum gignit & cum particulis diverſæ figuræ concurrentibus diverſa alia corpora) *progignitur* ope caloris vel motûs particularum inteſtini; motus nim. eſt qui atterendo & ſubtiliſando partes tum ▽eas tum rigidas 🜃eas in ſalia acuta transmutat, ceu & videmus in Chymicis flammam, fermentationem & quemvis motum vehementem inteſtinum ſalia producere & in *Scorbuticis* & *Podagricis* in quibus frequentes ſint ebullitiones & humorum effervescentiæ, ⊖ium proventum in urinâ conſpici uberrimum; Quare ingeniosè *Exc. Frid. Hoffm. in Diſp. de Sal. vol.* geneſ. §. V. ait: *Nulla præexiſtunt Salia quæ ſuum eſſe non recipiant ab elaſtico ætheris motu; hinc pro variis mixtorum contemperationibus vel ſitu, nexu & magnitudine partium mutatâ varia exoriri Salium genera, evidens eſt, præſertim ſi attendamus ad corporum fermentationi obnoxiorum varia producta*; & *§. VI. Minerale Regnum* ♌*us ac* ⊖*ia quidem præbet, magis tamen fixos ac acidos quàm* 🜂*les ob partium ſuarum* 🜃 *ſtreitatem ſibi adhuc conjunctam & velociorem ætheris motum deficientem.*

CAPUT II.

De SALIUM Natura & Proprietate in genere.

SALIBUS autem meritò inter media mineralia primatum deferimus, dum haud abſque ratione *Homerus* Sal *divini* nomine inſignivit & *Plato in Timæo* ſal *DEO amicum corpus* vocavit, Solem & Salem *optima vitæ* dixit, nosq; *in Chym. Phyſ.* apertè diximus, *Quò mage corpus ſale ſaturatum eſt, eò longævius & vivacius eſſe*, ceu & *Cornelius Drebellius* famelicos in mari peregrinantes refecit maximâ vi ſalis ita congeſtâ, ut inde vapor elatus illos afflaret, & *Mazzotta de Min. p. m.* 292. ſe vidiſſe refert fœminam aphoniâ factam ſale palato oris ejus affricato mox reſtitutam. *Salium* autem nomine ſumitur *id quod cùm ſit durum & friabile, in* ▽*â tamen diſſolvitur*, qualiter etiam ſales *compoſiti* ✳, ⊕, ○ inter ⊖les numerantur, licet hæc ⊖formia Corpora potius ſint quàm ⊖. Dum verò ⊖*ia corpora in* ▽ *reſolubilia*(ſubtilitate & craſſitie diſtincta) ſunt, fit tamen ut uno ſoluto, etiam alterum ſolvi poſſit, cùm varient internæ configurationes, ceu *Human. D. D. Guilelmini coràm D. Marſilio Bononiæ* monſtravit ⦶ in priſmata hexagona, etiam ſec. totam axis longitudinem per-

forata coaleſcere; ⊕& ♀ in parallelipeda obliquangula, comprehenſa planis rhomboidalibus, ○ in octaedra, ⦶ com. in cubos, ſi non ſemper tamen plerumq; nim. ⊖ia conſtant ex atomis eius figuræ quam ⊟li maiores referunt, easq; deinde à blando motu liquoris cui innatant, ſibi invicem adaptant & ob preſſionem fluidi cohærere corpusque ſimile conſtituere faciunt: ita v. g. particulæ pyramidales ſibi ſimiles & æquales quæ deinde octaedra aluminis conſtituunt, ſic coëunt, ut dum 4. earum baſes in eodem ſunt plano & Quadratum conſtituunt, & alia quædam inverse ita media ponitur inter illas, ut vertex ejus in eodem ſit plano cum 4. illarum baſibus, tandemque alia huic ſuperponitur, conſtituunt pyramidem majorem componentibus ſimilem; id quod præprimis etiam *Levvenhokius* microſcopio ſuo confirmavit. Nim. ex tali variatione figuræ ſalium quoque fit ut ſ\ ta hæc ſalia *diverſos* quoque præbeant -∩-*us* ac inſuper *ſi unà ſolvantur* & *evaporentur* regionem ſibi quodvis particularem ob figurarum internarum irregularitatem quaſi eligat, quamvis quoad *externam figuram* ſal idem numero variè concreſcere poſſit, ceu videmus ⦶ evaporatione in trabeculas ſeu *ſtirias* concreſcere, *marmoris* verò *ſpeciem* æmulari dum in catino fuſorio liquefit & in pelvim effunditur, nivis verò conſiſtentiam in fictilis ſuperficie exteriore adipiſci, dum aquis dilutum per fictile tranſudat: imò ⦶*tro*, ſale *marino*, ⊕*lo ſeorſim* vel *omnibus ſimul in* ▽*a ſolutis*, evaporatione inſtitutâ, apparet, ⊖ia adſcendere juxta vitri altitudinem ad margines uſque, & rurſus deſcendere. Omnium verò figura ⊖ium *oblonga* & *acuminata* eſt, ut arguit *compungens eorum ſapor*, illorumque facilior in aëre humido vel ▽â exſolutio, dum hujus partes lubricæ & flexiles circa ſalium ſpicula convolvuntur eaque ſecum abducunt. Hinc & quia particulæ illorum *inflexiles* ſunt & *duræ*, non mirum cur *Salia ſint friabilia* & non ægrè invicem ſeparentur. Imo inde patet quare ⊖ia ratione ſuorum angulorum ſpiculorumq; potentiſſimè in humores agunt, eorumque p. n. viſciditatem ſolvunt, tenacitatem attenuant, ſtagnationem auferunt, novumq; adeo humoribus motum conciliant, fibrillisque tonum priſtinum reſtituunt, de quo vid. *Clauderi remedia ſalina polychr. in fine Tr. Balſ.*

CAPUT III.

De SALE COMMUNI & SALE GEMMÆ.

SALI communi, ut principi ſalium, ac *nobiliſſimum* ac *optimum aroma* dicto (*dum cibi neceſſitatem*, referente *Plutarcho*, in *ſuavitatem*, acido ſuo activo, *convertit*) meritò primas deferimus. Eſt autem Sal commune juxta *Kunckel. Obſ. Chym. p. m.* 154. in ſuo genere adeo varium ac diverſum ut in ſingulis officinis ſalinis aliud ſit. Differentiæ nim. ſunt, quod aliud ſit vel *foſſile*

& *ca-*

& *caduum*, quod ſtatis effoditur è locis, quo pacto refert *Varenius in Geograph.* totam inſulam Ormum nil niſi durum candidum ſalem eſſe, ex quo ſecto parietes ædium conſtruuntur, & *Wagner. in Helvet. Cur.* ex lapidibus ſalem in Valle *Ætuatiâ* apud *Rhætos* in ſylva *Seisâ* vocata, excoqui & à natura in cubos efformari ſeu ⊟los quadrangulos: vel *marinum* quo mare ſcatet & imbuitur ut Aër nitro, præſertim in fundo glaciei tectum, ceu è quo per ſiphones aqua ſale magis prægnans obtinetur, glacie illâ ſalſedine orbatâ particulas ſalinas graves deponente, experimento *Sam. Reyheri*: vel *fontanum* quod lacus, fluvii ac fontes ſufficiunt, quo pacto non ſaltem in *Germaniâ* plures ſunt fontes ſale inſignes, unde ſua nomina nobilia oppida ſunt mutuata, ut *Hala Hermundorum*, *Hala Sueviæ*, *Hala Rhætiæ*, *Salisburgum*, *&c.* ſed & in *Helvetiâ* prope Aquilegiam ad locum *Pannè, Roche*, & *Bactiaci* (Bex) vel *Arveiæ* in *Agro Bernenſi*, & quidem hodierno die majori cum emolumento quam antehac, ex ſalinis excoquitur. Ex quibus tamen fontanum aliis, quia rarius & levius,, cedit, dum filtratione per poros terræ aqua marina ſalſa de ſuâ acredine aliquid perdit acidumque ejus infringitur, hinc namque *Marinum* habetur ex ▽ marinâ evaporatione (modum perſcripſit *quidam Gallus ad Oldenburgerum in Act. Angl. p. m.* 854.) ut in *Galliæ littoribus*, *in Luſitaniâ*, *&c.* ſi *album* eſſe debet in ahenis excoquitur &dein in metas more ſacchari diffundi valet: In *mediterraneis Europæ locis fontes ſalſi* id præſtant, ex quibus ſal igne excoquitur, probabile eſt *Lutolfo Hiſt. Æth. p.* 106. ſalem nativum & ſolidum in intimis montium receſſibus dari, cujus virtutem aqua pertranſiens abluendo ſenſim attrahit & vi ignis reſoluta reddit. In *Sueciâ* ſalem ex oceano excoquere quidam tentavit, ſed lignum ſumptus minimè reſarcivit. In *Poloniâ* ſalis fodinæ ſunt, ex quibus metallorum inſtar effoditur; dum ſub 🜃â latet, mollis in lateres ſcindi poteſt, egeſtus in aëre dureſcit. Aliàs quia Sal ſalſum & muriaticum eſt, non ſaltem quoad intimas ipſius particularum figuras, obtuſos aculeos ab acumine in latiorem baſin deſinentes obtinet, ſed & tum ex Ջli tum ♉do (ut monſtrat *cita granulatio* ſalis admixtione *fellis* vel *ſanguinis bubuli*, dum hujus ⊖ Λle ſe cum ♉do unit) conſtabit, magis tamen *de naturâ* Ջ*li* habebit, quàm ♉di, *experimento Grevv p.* 64. qui obſervavit ⊖em communem cum ſolo -∩-u ⊕li efferveſcere, notatque -∩-*um* ejus eſſe ♉dum continens quid de Ջli, multùm differens à -∩-u ♀ris, ⊕li, &c. Acidum verò & alcali principia eſſe ⊖ communis probat *Ettmyllerus* experimento ⊖ *comm. artificialis*, quod obtinetur, ſi -∩-us ⊖ affundatur vel ⊖ ♀ vel ciner. clavell. vel etiam ♆ denuoque abſtrahatur, & poſtea ⊙ elixivietur, ſic enim obtinetur perfectiſſimum ⊖ *commune*, teſte *Ettmyllero in Chym. C. VII. p. m.* 14. Et hujus acidi præpotentis in ⊖ communi intuitu, non mirum quod dicat *Kunckel. Obſ. Chym. p. m.* 155. Si *ſalia noveris eo-*

rumq;

rumq; anatomiam intellexeris & metalla penitius perſpexeris, non miraberis ope ⊖ com. vel Gemmæ ☽ exaltari & fixam reddi, poſſibilitatemque transmutationis metallorum demonſtrari poſſe. Vid. *Holland. in Oper. Min.* ubi calcinationem metallorum ope ſalium candidè inſtituendam eſſe docet. Cœterùm *Ortum ſalis communis* quod ſpectat, eum in *Chym. Phyſ. Langelott. p.* 264. adſcripſimus activitati materiei ſubtilis, quæ aquæ & comiti ejus aëri immixta 🜄æ particulas varie dividit & exacuat, confringit & mutat, ut ex certâ fermentatione gur vel mucilago 🜄ea generetur acido & 🜄eo prægnans, ex quâ quoque ☿ium alias generari *Kunckel. Obſ. Chym. p. m.* 12. docet, maximè quia *Becher. de Min. aren. perpet. p. m.* 76. apertè fatetur ☿um eſſe puram putam eſſentiam ſalis marini ex eoque oriri concurrente 🜄â quadam ſubtili opacitatem ei tribuente, ceu & refert *Leurſen in Prodr. Theatr. Chym. C. IX.* ſal commune re quadam vili in ☿ium currentem permutari ex ejusque -ᴧ-u coagulato facilè chartam comburi poſſe. *Uſus Salis* ſunt aut *Theologici* dum olim eo DEUS delectabatur in ſacrificiis *Num. XV.* aut *Politici* quatenus non ſaltem olim in *Æthiopiâ* ſal *d'Angugni* pro *moneta* (prout & ante 50. annos *Dux Bavariæ* hæredibus Amerbachianis pro *Corpore CHriſti* egregiè *ab Holbeinio picto* Baſileæ obtulit 2000. *dolia ſalis*, quorum unumquodque pretii ſex florenorum) inſerviit & antiquitus *Imperatores ſale milites ſolvebant*, unde *Salarium*, ſed & hodie Principum & Magiſtratuum præcipui reditus inde habentur; aut *Diætetici* dum cum *eſculentis* aſſumitur & eo condita *à corruptione* ſervat (quia ejus partes punctatim *carnes v. g.* ingrediendo ſe in modum paxillorum habent & motum partium carnis impediunt) *digeſtionem* ſummopere facilitat, incidendo, abſtergendo, ſalia ſylveſtria heterogenea infringendo, abſorbendo & per diureſin eliminando, unde & tantùm abeſt ut *calculo laborantibus & febricitantibus* ſalis uſus ſit interdicendus, juxta monitum *Cardilucii in Not. ad Hartmann. p. m.* 631. præſertim dum & *Venerem ſtimulat* & *prolificum ſemen* reddit, &c. Quare & *Aëtius Tetr.* 3. *ſerm.* 1. *c.* 24. plantis aromaticis *puleg. hyſſop. Cumino* miſcuit pro præſervativo à morbis; ceu & peregrinantes *nuci moſchatæ* illud miſcent & cum *ovis* ad confortandum deglutiunt; aut ſunt *Chymici*, dum facit ad ſolutiones Auri, metallorum fluores, depurationes, &c. aut ſunt *Medici*, iique vel *interni* vel *externi*. Sic namque in *Apoplexiæ* inſultu ſi nil ad manus ſit optimè mox exhibetur vomitorium ex *ſalis comm.* ʒj. in *Aq. font.* quo citiùs eò meliùs: imò crediderim in aliis morbis, ubi inciſione & abſterſione humorum opus eſt, id aliis commixtum laudabiles effectus præſtiturum, ſi modo frequentius in uſum adhibeatur, ſic namque *halecis* ⊖*ti uſu Quartanarium* reſtitutum refert *Rolfincius*, item Aurigam non paucos *febre diuturnâ laborantes*, hauſtu vini, in quo manipulum ſalis prius diſſolviſſet, exhibito, curaſſe docet noſter *à Brunn Syſt.*

Mat.

Mat. Med. p.m. 24. de quo in *Regno Vegetab. Gen. C. XXIV.* de *Salſo Sapore. Externè* quantùm valeat ſal depuratum patet ex eo, quod aſſerat *citat. Leurſen*, equum ſub ſella ex compreſſione aut alio vulnere læſum feliciter curari ſolo *fœno intincto & madefacto* liquore ⊖ſo; Sic & in *Aquâ ſalsâ abſynthium decoctum* fotum præbet contra *Cancrum in facie*, uti *Bartholin. Miſc. Cur. Dec. I. An. II.* teſtatur. Hinc & in *combuſtionum* ἐμπυρώσει extrahendo certiſſimum eſt, item in *Colicâ flatulentâ, Cephalalgiâ, Catarrhis* ab humore frigido in *Sacculo reſolvente Fernelii*: ℞. *Sal. comm.* ℥iij. *ſem. aniſ. fœnic. fœnograec. Baccar. laur. ana* ℥iß. *Milii* ℔ß. Torrefiant in ſartagine, ſenſim affundendo *Vini generoſi q. ſ.* Includantur duobus ſacculis, qui viciſſim calentes applicentur, 🜄 *prius irrorati*. Sic & ex eo *in tenuiſſimum pollinem redacto* cum *oleo roſar.* bonum *Linimentum antipodagricum* obtinetur pedibus affricandum familiari in uſu *Cratoni* hinc inde *in Conſiliis*, cujus loco tamen præſtat *Oleum ſalis per deliquium Theod. Zuingeri*, quod ita parare docet apud *laud. Craton. in Conſ. L. II. p. m.* 382. nim. *ſal commune toſt. urinâ puerorum octiduanâ* excipitur, in calido per dies aliquot fovetur; liquor omnis per filtrum colatur, colaturaque excoquitur ut ſal tetragonum in fundo maneat, quod in frigido ſupra porphyritem in *oleoſum liquorem* abit, ceu hinc non mirum cur *Solenander in Conſil. p. m.* 401. *Muriam à ſale comm. fungo radici quercûs adnaſcenti* aſperſo defluentem multis profuiſſe teſtetur, præſertim ſi ab initio vel etiam in fine paroxyſmi in uſum trahatur. Quò ſpectat *Aqua antipodagrica externa Frid. Hoffman. Theſ. Pharm. S. II.* §. 14. ℞. *Sal. comm.* ⦶, ○ *aa.* ℔j. ſolv. *in Aq. ſperm. ranar. canth. v.* coq. filtr. Vid. & *Fel. Würtz. in Chirurg.* Sic *Stockerus in Prax. Cap. CII. p. m.* 224. ad *apoſtema ventoſum* in *genu* & alibi expertum ſequens laudat: ℞. *Sal. comm. vel nitri, Calcis vivæ ā.* ℥j. *Cinerum vitium* ℥ß. coq. in *lixivio de lignis quercûs*, ubi ſit *ſexta pars* ✠*ti acuti*, & cum *ſpongiâ* applicetur, & decenti ligaturâ ligetur.

Ex *Præparatis è Sale communi* fit

I. Spiritus Salis, qualis gratiſſimus omnium ſic fit: ℞. *Sal. p. iij. Boli com. p. viij.* ♌tur aperto igne, rectificetur è cucurbita, ubi primò prodit *phlegma*, hinc ♒*tus ſtriatus* ac in fundo *Oleum* ſeu ♒*us concentratus*. Quâ in operatione fit ut ſales teretes & rigidi per ignis torturam dividantur quoad minima ramenta, quæ per ignem exaſperata undiquaque angulis acutis ſcindentia linguæ noſtræ imprimunt ſenſum acidi. Alii ⦶ commiſcent, ut hoc *terram nitri* adgrediatur, quæ vinculum ♒*ûs nitri* eſt, ſicque ♒ *ſalis* tantò facilius liberari & ignis motu in altum adſcendere poſſit; ceu & in eundem ſcopum *Spiritum ſalis* alii itidem leniori igne ex ∴ præparant mediante *oleo* ⦶*li* ut menſtruo corroſivo: ℞. *Sal. comm.* ℔j. *Aq. pluv.* ℔iß. *Ol.* ⦶*li rectif.* ℥iv. *vel v.* ♌tur ex ∴ *in fine augendo ignem ad totalem liquoris egreſſionem.* ita enim præterea corroſivum ⦶li oleum ſupplebit vehementiam ignis &

ſalem corrodendo comminuet in minima ramenta, quem *ſtatum ſalium Williſ. de Ferment.* vocat *ſales ad fluorem* evectos. Ex ⊙ verò habetur *Sal mirabile Glauberi*, de quo & mox. *Uſus* hujus *ſp. ſalis* egregius in *phlegmate tenaci viſcido incidendo, ſubtiliando, dividendo*, ceu hinc *aliquot guttæ ejus* cum *liquore ſpirituoſo aromatico aſſumptæ* optimum præbent *ſtomachicum* ad *appetitum deperditum* reſtaurandum, fermentumque ventriculi deſes exaltandum & è glandulis ſtomachicis proliciendum; Quare & *Moebius* ⌒um ſalis (ſed rectificatum prius in B. M. ſuper *vitro venet.* contuſo, ut refringatur quodammodo ejus corroſivitas) refracta doſi comiſcuit cum ⌒*tu* ✱*ci* ⊡*ſo* pro inſigniore *virtute aperitivâ, reſolutivâ & diureticâ*, nim. ſpiritus hic tinctus *florib. bellid. rubr.* (unde nomen *TRæ aperitivæ Moëbii*) inſigniter *diureſin* & *arenulas* movet, ſi *aquis diureticis* diluatur (per ſe namque potius renum tubulos perverteret magisque corrugaret) id, quod præprimis exemplo incolarum Galliæ verſus meridiem magis habitantium ceu qui minus nephritide infeſtentur quàm ſeptentrionales, comprobat expertus *Nicol. Venette Traitte des Pierres p. m.* 247. Quin & *Spir. ſalis* in *Hydrope* optimus, in quo ſitim inſuper compeſcit, ceu & in *Febribus ardentibus* eadem ratione valet, dum & *ſanguinis ardorem extinguit & putredini reſiſtit, aquis cordialibus* diſgregatione *permiſtus.*

II. Spiritus Salis Dulcis, temperatus magis, minusque corroſivus ita habetur: ℞. *Spir. ſal. rectif. p. j. ſpir. vini rectif. p. iij.* (anaticâ enim portione minus dulcis redditur) *Digere ſimul per 24. hor. poſtmodum* ♌*tur ex arenâ per* ☋ *vitr. idq; repete ſæpius digerendo & deſtillando. donec alcohol vini bene cum ſpiritu acido unitum. h. e. ut blandum oleum vini ſuis hamulis & ramuſculis complexum fuerit Sales ſcindentes* ⌽ *& ſalis quorum anguli acuti obtunduntur molli oleo vini.* Quod ſi ſuccinctius elaboratum volueris, Spiritumq; deſideraveris *Salis* Λ*tilem oleo vini temperatum*: ℞. *Sal. comm. ad fluorem uſque calcin.* ℥ *iiij. Ol. Vitrioli rectif. Alcohol Vini* ℥ *vj. vel viij. cautè Ol. Vitr.* ⊖ *comm. affunde*, ne illud in fumum Λlem convertat, qui ut ſervetur alcohol vini prius affundendum, ut in gremio ſuo ſuſcipiat grumos iſtos ſalinos Λles & ſub *molli ſuo oleo* abſcondat, ♌etur leni △e, ita enim cum *alcohol Vini* tranſibit *ſpirit. ſalis* Λ*lis oleo Vini* temperatus, & deſcribet *ſpir. ſalis dulcem* Λ*lem*, nim. *ſp. Vini* juxta *Kunckel. Obſ. Chym. p.* 104. eſt velut oleum ſed non natans, comburens verò ut illa, præterquàm quòd nullam fuliginem præbeat nec ∇am gignat, nim. ejus maxima pars acidum eſt (cui tamen contrarius eſt *Voigtius Diſſ. pecul.*) quod ſubtiliſſimum eſt omnium & Λle maximè, ∇ ſtreitas autem adeo ſubtilis eſt & tam exiguâ quantitate, ut fuliginem generare queat nullam: Nim. ſal ♉dum in fermentatione in corpus ſubtiliſſimum tranſiit, nec tanquam ſal ♉dum fixum cernitur verum tanquam *ſal* ♉ Λ*le*, pars ea quæ magis fixa ♉dumq; craſſius in reſiduo remanſit. Hic *Sp. Vini* ſi cum *ſp. Vitrioli* vel

nitri

vitri miſceatur, mutatur, nim. 🜄am ſuam quæ in lumine corpus repræſentat, tanquam reſinam aut 🜄am poſt ſe relinquit, unde fit ut ei lumen quoq; ſuum ſive flamma adimatur; hæc 🜄a æquè ac 🜄a ex oleis vitrum gignit, eſtque ei prorſus ſimilis, prout tamen *ſpir. Vini* ſæpius rectificatus fuerit, aut parùm aut multum relinquit. *Vires ſp.* 🜔 ſunt *obſtructiones reſerare, appetitum proſtratum reſtaurare, diureſin movere & putredini reſiſtere.* Atque hic *Spiritus ſalis dulcis* longè tutior eſt pro uſu interno quam ſpir. ſalis purus; Si ipſi *Spir.* ✳*ti*, ut docet candidè *Frid. Hoffm. in Not. Poter. p. m.* 529. additur ad punctum ſaturationis, largitur per evaporationem præviam *Sal aperitivum*, inſigne *ſtomachicum & antifebrile.* Spiritus ſalis inſuper generoſiſſimum menſtruum exhibet in extrahendis TRis mineralium & metallorum (ſic enim ſpiritus ſalis dulcis *crocum auri* ſolvit & inde tingitur pro *remedio* admirandæ virtutis *contra calculum*, præprimis autem *corallia ſolvit*, qualiter eximiam vim aperiendi & diureticam alit pravorumque ſuccorum correctricem, ubi notabile eſſe refert *Frid. Hoffm.* ſolutionem hanc ſucceſſivè calore leni evaporatam *inſtar arboris philoſophicæ* latera vitri pinxiſſe) maximè ſi ſecundum quosdam *ſpiritus ſalis viridis* (quæ tamen viriditas ſec. *Ettmyllerum* ſolùm eſt ab adjunctis lateribus quæ ſub ♌tione ſolvuntur) repetitis cohobiis in *Circulatum minus Paracelſi* convertatur, ceu quo metalla calcinata diſponuntur, ut fixa reddantur 🜂lia. Quò & ſpectat *Spiritus* 🜔 ☉*tus Orelli* ſeu ☉ ℥j. in *ſp. ſal.* ℥ß. ſolutus qui ſummæ eſt efficaciæ in *ulceribus humidis & antiquis* ab humore corroſivo, in gangrænâ vel metu inflammationis in parte ulceroſâ. *Internè* valet in *Peſte*; In *Ulceribus*: ℞. 🜄 *ſolan. q. v. ſpirit.* ☉*at. q. ſ.* intinge lintea, poſtea adplica; in *Dyſenteriâ* ſumitur cum *aquâ plantag.* vel *burſ. paſtor.* ad gratam aciditatem cum ſucceſſu; vel etiam Tincturæ *roſar. rubr.* immiſcetur. Quòd ſi cum eo ex ſanguine florentis juvenis lento calore ſiccato extractio fiat, Eſſentia habetur non contemnenda, teſte *Fr Hoffm. in Not. Poter. p m.* 466.

III. Spiritus Salis coagulatus *Mynſichti* ita paratur: ℞. *Spir. ſal. comm. ſal. abſynt.* ⊟*ſat. ā.* affund. & coagula. *Uſus* ejus præſtantiſſimus in *Hydrope* in *aq. abſynth. & ſpir. ſambuc.* quotidie continuando donec ille & *tympanites* paucis diebus evaneſcant, reſolvit quippe egregie viſcidum ♀reum in glandulis & per diureſin potenter eliminat. Doſ. à *gr.* vj. ad xij. xv. *Pharam. Rhumelius* ſpiritum ſalis coagulavit cum ſale 🜂li ſuccini & ſic quoque diureticum in *hydrope* & *nephritide* conveniens effecit haud contemnendum; atque hæc omnia ad imitationem *Mayerne in Praxi Med. p. m.* 392. qui in *Hydrope* Mixturam ex commixtione ſpirituum acidorum, v. g. *Olei Vitrioli* & *Olei* ♀*ri* per deliquium *in aq. fl. chamomill. pariet.* Infuſ. *ligni nephritici & ſaſſafras, Vini alb. opt.* exhibuit, affundendo ſcilicet tantum *olei* ♀*ri* quouſq; pereat aciditas, id quod etiam attendit in *Lixiviis* contra *hydropem* ex *ciner.*

junip. ſtip. fabar. &c. cum *aq. fl. fab. & pariet.* paratis, quorum acrimonia non retunditur modo ſed & penitus deletur paulatim inſtillatâ ſufficienti quantitate ſucci limonum, addendo *ſacch. q. ſ. aq. cinam. parum.*

IV. Sal Mirabile Glauberi quod ille quoque vocat ✱*cum ſecretum* juxta *Beccher. in* Chym. Glückshaf. *p.m.625.* reſultat ex comixtione *ſp. ſal. vel* ⊕*li & ſp.* ⊡*æ* ad punctum ſaturationis uſque & ad decentem phlegmatis abſtractionem; cujus ſalis ope omnium optime *Eſſentiæ* è rebus elici poterunt, ut dictum. Vid. *Stiller. Spec. Alchym. p. 50.* Cum eo nim. recluduntur optimè Corpora, v.g. *Ocul.* ♋.v.g. in ſeq. *nephritico:* ℞. *Ocul.* ♋ *q.v.* pulveriſ. affund. ⊖ *mirab. Glaub.* f. ſolutio, filtratio & ſola evaporatio ſeu coagulatio ſine ullâ præcipitatione, & erit ſolubile in aquâ. Hoc quoque *Sal mirabile Glauberi* ex *ol. Vitrioli &* ≏ ✱*ci* factum ſiccam exhibet metallorum, v. g. ☉ri (de quo *vid. Glauberus*, qui ejus ope ☉um in carbunculum formavit, ut & *Mazzotta de Min. C. V.* qui Phoſphorum ex eo obtinuit, ſcil. ℞. *Amalgamatis facti ex* ☉*ri p. j.* ☿*rii loti p. j.ß. ſal.* ✱*ci aa. i. e.* ℥*iiß.* Inde Xbulo lutato, altero ſuperpoſito, calcina per 24. hor. & habebis materiam ſplendidiſſimam & lucidiſſimam vel Lapidem Luminoſum, ex quo brevi mugiſterio Elixir haberi poſſe idem *Mazzotta* refert) corroſionem, magna tamen ejus ope ſibi promitteret *Berlichius de Med. Univ. C. IX.* ſi per aliquot ſaltem horas Xbulum relinqueret intactum, maximè cùm iſtud ſal ſpecificâ virtute medicinali polleat, ſi cum metallis fuerit ſociatum: Quare autem color adeo intendatur, vid. *Kunckel. Obſ. Chym. P. II. p. 96.*

V. Sal Comm. Fusibile Fixum, in quo ſpiritus acidus ejus deſtruitur, huc referendum, licet de eo, ut & aliis ſalibus fixis dixerimus in *Chirurg. Muralt. p.879.* nim. ⊖ *comm.* cum *aa.* ♈ in Xbulo igne reverberii tamdiu calcinatur, donec ambo in unam maſſam fluant, quæ in ▽ *pluv.* ſolvitur & filtratur & ad ſiccitatem evaporatur, hocque ter ad minimum repetitur, donec ⊖ *fuſibile* planè evadat, & in *Oleum* in humido ſolvatur; Uſus ejus tum Alchymicus in fixando ☿, ∞, maximè ſi alii ſpiritus ≏ti miſceantur toties, ut currant inſtar ceræ ſuper laminam ignitam. Vid. *Mazzot. de Miner. p.m.189.* tum Medicus pro ſcopo aperitivo & abſterſivo, ceu quoque *Liquor ſplenet. Schröderi Pharmac. p. 252.* paratur ex *Sale comm.* ℔ß. ♀ ℔*j.* invicem calcinatis hinc ſolutis in *aq. ferv.* ℔*iv.* adde dein ♀ *el.* ℔*j.* & digerendo per 8. dies, filtrandoque pro uſu. *Doſ. cochl. ß. ad* ℥*j. in juſcul. vel aq. meliſſ.*

SAL GEMMÆ, Sali communi affine, ita dicitur, quòd reſplendeat & album ſit inſtar ⊟li, quæ cauſa eſt quod coronæ, candelabra & alia ejusmodi ex ipſo fabricata, quaſi ex vero ⊟lo eſſent efficta, ex urbe Cardonâ in Regno Cataloniæ, ubi elegantiſſimum habetur, vendantur, de quo *Carl. Lancillotti Nuova Guida Chim. P. II. C. VI. p. m. 125.* prout & notabile eſt quod *Tylkovvsky*

S. I. in

S. I. in Phyſ. Cur. refert, quod *ſal foßilis* qui largo proventu ex fodinis minoris Poloniæ inſtar grandium ſaxorum effoditur, quamdiu ſub ▽â eſt, minus ponderis habeat, ſupra ▽am autem ſit gravior; cujus cauſa refertur vel in aëris ſubterranei denſitatem, in quo ⊖ uti lapis infra ▽m utpote in denſiori medio minus premit; vel quod aëris recentis afflatu rigeſcat fiatque denſior ſal & gravior. Quamvis autem multùm conveniat cum ſale communi, tamen in eo differentia eſt quòd in congreſſu illarum particularum, de quibus *cap. anteced.* plurimùm lapideæ materiæ immixtum ſit, quâ de cauſa etiam *durius* eſt, *magisq; adſtringit & carnem à corruptione fortius vindicat*, ſed tamen *minus ad condiendos cibos aptum eſt*, dum aſperitate lapideâ dentes offendit nec facilè exſolvitur; hinc minus ut ſal comm. alimentoſum ſed *magis medicamentoſum* exiſtit, *virtutes*que ejus *fortiores*; prout *Camillus Medicus Genuenſis* illud *Pilulis adverſus Quartanam* ingrediens eſſe voluit: ℞. *Gum. ſagapen.* ℥vj. *ammoniac.* ℥v. *Extr. troch. alband.* ℥j. *Diagrid.* ℥ß. *ſal. gemmæ* ʒiß. *ſyr. violac. q. ſ. f.* P. ciceris formâ, *Doſis à gr. vij. ad* ℈ß. præprimis etiam ſi ad uncias aliquot addatur Ingredientibus aromaticis *Hieræ Pachii* adeo à *Scribonio Largo* non immeritò *L. I. de Compoſ. Med. cap.* 29. laudatæ. Notamus nos *Sal gemmæ fuſibile* reddi, ſi juxta *Hartmann. in Prax. Chymiatr. pag. m.* 681. ejus ℔ij. fluant in tigillo, & poſtea hoc ſolvatur in ▽*â pluv. deſtill.* filtretur & viciſſim coaguletur, hæque operationes liquefactionis, ſolutionis, filtrationis & coagulationis tantiſper repetantur, donec *ſal gemmæ* ad ſummam *ſubtilitatem* fuerit perductum, quod inde cognoſcitur quia ejus particula ad candelam admota ſtatim liqueſcit. Atque hoc ſale ☿*tus*, ♉*cum* figi poterit, ut ingrediantur & tingant. Vid. *Mazzot. Philoſ. Miner.*

CAP. IV.

DE NITRO.

NITRUM à Nitria provincia Ægypti (in quâ ex fervore ſolis aquæ pluviales velut in ſalem, quod *Plinio teſte* calce additâ odorem gravem edit, ✱co æmulum, concoquuntur) dicitur vel potius effectu, à Græco νίζειν, νίπτειν, lavare, quia mundificat, de quo *Jerem. cap.* 11. 22. In variis linguis *Sal petræ* dicitur, quia inſtar lapidis concreſcit & ſaxis murisque cœmento extructis adhæret, ex quibus ut & Ovilibus, latrinis, &c. educitur, ubi ſcilicet putrefactione ſal ⩘le liberum fit & ▽æ ſe aſſociat, ex eaque dein elutriari poteſt, de quo pòſt. Eſt autem *Nitrum* vel *naturale* in ▽a (ut maximè patet ex citâ refrigeratione liquorum foveis ▽æ immiſſorum) vel ſupra ▽am florens repertum, vel *artificiale* ex aquis excoctum, v. g. *fontis Scolii* ſeu *Scultini* apud *Engadinos*, de quo *Geſner. Epiſt. Med. L. III. p. m.* 85. maximè autem ex

aquis *Nili*, circa ſolſtitium fermento velut turgentioribus redditis & excurſibus ſuis totam 🜃am aliàs fœcundantibus, per evaporationem △ extractum, cujus pars ſubtilior *Aphronitrum* dicitur. Hinc jam patere poterit, ⦶ ſummè elaſticum eſſe & copioſo turgere ſpiritu, (id quod *Exper. Dn. Barckhuſen in Pyroſoph. p.* 288. interſperſis exiguis oleoſis particulis attribuit, *Exc. Bernoulli autem in Diſſ. de Efferveſc.* aëri concentrato qui dum magnâ vi & velocitate extra cavernulas prorumpit, ingentem ſtrepitum edit) dum & vaſa diſrumpit atque in multos halitus ſe diffundit, imò illud *mirabile naturæ concretum* eſſe, dum ut *frigidum* calorem domat, & nihilominus *purus putus ignis* eſt, metalla quævis in fluorem concitans, meritoque ⦶ *ſerpens terreus*, ſpiritutque ⦶tri, *aqua ignis* vocatur. Quia verò ſpiritus nitri ♉dus *ſali fixo* aut cum *carbonibus* ♀*ato* conjunctus, *perfectum* exhibet *nitrum* (velut & *Exc. D. Joh. Jac. Franc. Vicarius Med. D. & Prof. Friburg. in Miſc. Cur. Dec. III. An. I. Obſ.* 110. *pag. m.* 185. fortuito ⦶ obtinuit dum 🜖 addidit ✱ & 🜆 ♂ ſolvit pro ♂ fulminante, factâ ſcil. evaporatione & 🝖ſatione, unde collegit ⦶ non eſſe minerale dicendum ſed purum artificiale conſtans acido puriſſimo ex 🜖, alcali, fixo & 🝖ſo ex ✱) haud inconcinna erit ſententia *Mayow de Nitro cap. I.* illud nim. conſtare ex *ſale* △*li purè nitroſo*, prout & *poſt* ♌*tionem* ſpir. ♉do protruſo, relinquitur in 🝪tâ *nitrum fixum* ſali ♀li ſimillimum, licet aliàs ⦶ à mineralibus accenſum, notante *cit. Barckhuſen* nunquam, ob paucitatem alcali ſibi in auxilium obviantis in alkali fixum abeat, ſed ſaltem acido ſuo copioſo in ramenta dividat, id quod patet elixiviatione, qua idem ferè ⦶ eadem facultate pollens obtinetur. Exinde eſt quòd dicat *Charras Pharm. Reg. p. m.* 226. in ⦶ eſſe △le ſalinum ♀eum; △le acidum & fixum 🜃ſtre. Ob hoc ♉dum verò fit ut quoad *Vires* ⦶ concretum ſalſum optatò, rigidis ſuis oblongis particulis, viſciditatem incidat, præcipuè autem ſal alcalicum △*le ferociens in corpore figat, motumq́; ejus ſufflaminet*, quæ cauſa eſt quod *refrigerare* dicatur: hinc & *ſitim inſigniter extinguit*, quatenus ut concretum ſalſum ratione ſalis △lis oleoſi (cujus ope fit ut *nitrum* ▽â ſolutum & ſanguini è venâ emiſſo injectum illum floridum & fluidum diu ſervare & ab omni putredine tueri poſſit, ſic etiam ut tali modo in thermometris loco liquoris inſervire queat, dicente *Hoffmanno in Not. Poter. p. m.* 46.) quod ab excrementis animalium, circa quarum viciniam potiſſimum generatur, unà recipit, cujusque ratione *flammam concipere* videtur, acre veſlicans fauces mitiget, ac etiam ♉do ſuo ſpiritu motum inordinatum fluidorum cogit, quæ cauſa eſt, quod in *Hæmorrhagiis ſiſtendis, Hydrope*, (ſi *ſtiriæ* puriſſimæ cum *partibus tribus ſacchari* in *Potu ordinario* aſſumantur, laudante *Mayerne in Prax. p. m.* 383. & 385.) *Febribus malignis* edomandis (qualiter etiam *Vindicianus Comes Archiatrorum ad Valentinianum Imperat.* ▽æ nitroſæ ſalſæ uſum ſaluta-

rem

rem in *Febribus malignis* cum *alvi duritie* expertus eſt, citante *Schröd. in Querc. Rediv.* nihilque melius in *malignis* quàm ▽am frigidam, cui nitrum ſaccharatum per vices immiſcetur ſæpius aſſumere, criſinque ſic expectare) *Satyriaſi* item & *Salacitate*, ex nimio ſpirituum & humorum motu, præſentaneum afferat auxilium, imò etiam ſucceſſivè totalem in *re ♀ereâ impotentiam* conciliare poſſit, ut exemplo à *Timao à Guldenklee* allato pernotum. *Ortum Nitri* quod ſpectat ad eum nos manuducit *Leurſen Prodr. Th. Chym. cap.9.* referens ⦶ gradu ſuperare *ſal commune*, eique *natales ſuos* debere, nimirum è *ſale communi magis* △*li reddito ſimul cum particulis ramoſis contexitur*, quatenus illius particulæ calore radiorum ⊙rium in motum deductæ ſimul adſciſcunt in poros ſuos particulas illorum ſubtiliſſimas ramoſas, qui hinc in hiſce ut matricibus retinentur; unde etiam liquet cur *nitrum è regionibus calidioribus allatum majoris ſit efficaciæ*, quia nim. particulæ in majori motu exiſtere poſſunt & per conſequens particulas ramoſas intimius poris ſuis appropriare; Sic in *latrinis, ſtabulis, cellis & foveis* oritur *halinitrum quoddam ejusdem naturæ*, quia motu illo intrinſeco & ope fermentationis particularum ſalia iſta ♎tur & ramoſas ibidem exhalantes particulas ſuſcipiunt; In *Germania* verò & *aliis regionibus frigidis* ⦶ non tam bonæ notæ eruitur, quia particulæ ſalis comm. nitrum conſtituentes non ſatis radiorum ſeu particularum ramoſarum ſibi aſſumpſere & in ſtatum △tatis deductæ ſunt; Confirmant hæc quod *nitrum arte obtineri poßit è ſale comm.* ſi nempe *ſal comm. cum calce permixtum* (qualiter aliàs ad *rebelles tumores* commendat *Geilfuſius de Therm. Wisbadenſ.*) *parùm calcinetur* ut particulæ magis aptæ fiant ad aëris motum ſuſcipiendum, ſic verò pulveriſata poſtea in ollam injiciuntur & continuò humectantur ▽*â communi* vel ⊡*â*, ut hâc fluiditate inductâ eò meliùs motum inteſtinum concipiat, hæc verò mixtura ita reponitur in ⊙le ſub umbrâ, ne pluvia vel aliud quod in eam cadere poſſit, & ſpatio 5. vel 6. menſium planè degenerabit ſal in nitrum purum, quod ▽â comuni elixiviandum erit; Quod ſi verò *Ungulæ, Coriorum ramenta, Cornua abraſa,* & ſimilia ſale △li abundantia ▽amque fœcundantia his adjiciantur, tantò *major* ⦶ *copia* obtinebitur. Obtinetur autem communiter ⦶ ex *acerrimo lixivio* quod excolatur *ex fimo ſtercoreq;* antiquato, vel *putridis* etiam *cœmeteriorum maceriis, terrisq;* ſimul ſtudio quodam *putrefactis*, affusâ pluries in vaſis ligneis aquâ, quâ eadem hoc lixivium in magnis lebetibus coquitur & exhalatur, ceu *Venetiis in magno Armamentario* ad *pulverem pyrium* conficiendum taliter parari videre licuit; modumque eleganter ſiſtit *le Sieur Surircy de Saint Remy dans les Memoires d'Artillerie Tom. II. p.96.* ubi & refert quantum ſalis hujus nitri his poſterioribus annis Regi Galliarum pro pulvere pyrio confectum ſit, nim. annus 1689. dedit centenarios 1679518. annus 1690. 2824928. 1691. 3647767½.

Poſt-

Poſtquam autem exhalavit *Nitrum* ⊟los oſtendit ſexangulares, ut *Liſter. de Font. Med. p.m.* 12. refert, tenues longas, æqualiter craſſas, quarum duo quæque latera adverſa ad parallelismum ſolent accedere, quæ ex alterâ tantum parte, mucrone quodam pyramidis in modum acuminato deſinunt. Eſt præterea, ait *laud. Liſterus*, *Nitrum murale*, ipſi *Calcarium* dictum (ſtiriæ ſcil. nitroſæ) quod ferè è lapide Calcario tam crudo quàm cocto in parietibus vetuſtiſſimis ædificiorum ſponte naſcitur, cujus ſalis apud nos vulgatiſſimi, minus tamen cogniti, ⊟li tenues ſunt & longæ, iiſque mediis quatuor latera paralellograma ſunt at ferè inæqualia; ex altera verò parte, ipſe mucro ex binis planis lateribus triangularibus formatur; ex altera & adverſa parte duo plana quadrata habet, perpetuò ad contrarium cum priore illa parte poſitum; hoc ſal in ignem poſitum abſque flamma liqueſcit & in bullas intumeſcit & inſtar pumicis albiſſimi indureſcit planè ad ◯nis modum. Cit. *Liſterus in Diſſert. de Conchyl. bivalv.* ita *Nitrum Veterum à ſale petræ hodierno* omnino diverſum duplicis generis à *Plinio* recenſeri docet, *urinoſum alterum* & in aëre facile reſolubile, alterum *lapideum*, amarulentum & candidum, hocq; ultimum Sali calcario annumerat, figuram novi cujusdam Salis foſſilis viſcoſi *Tincal* appellati ac depurati Borracis *Veneti* nomine venientis deſignans, licet ſint qui artificiale quid eſſe velint *Borracem* ſeu *Chryſocollam Aurifabrorum*, v. g. ℞. *Nitri pellucidi dulcis* ℔iv. *Lactis vaccini deſtillat.* ℔ij. *Mellis deſpumati trientem*, *Croci* ʒß. ſolve ſuper prunis, adde *Lixivii facti ex cinere bono & calce teſtarum ovorum* ℔iij. Loca in ollâ vitreata in cella per menſem, & congelaſcent in lapillos, horum ℔j. ſolve in ▽ *font.* ℔iiij. ſuper igne deſpuma, filtra & coagula in ſalem; Verùm cum *laud. Liſtero Hoffmannus* verius teſtatur ex minerâ quadam fieri, ſeu ut *Cæſalpinus de Metall. L. I. cap. XX. p.m.* 50. habet, ex cremato lapide quodam candido & fiſſili, quem *Borracem crudum* vocant, qui non ſolvatur, neque ſaporem ullum præ ſe ferat, ſed uſtione & præparatione mordentem ſaporem demum acquirat. Quare & *Sam. Dale in Pharmacolog. p.m.* 63. *Borracem duplicem* eſſe dicit, *Nativam* & *Factitiam*; Quæ *Nativa* dicitur, facta ſit ex *chryſocollâ nativâ, calcinatâ, ſolutâ, coctâ* & ⊟*ſatâ*; talis autem tantùm in *ærariis metallicis* inveniatur, & ſolùm ex *ære* fiat, coloris hinc viridis & ſi quandoque in *Aurariis*, *Argentariis* aut *Plumbariis* inveniatur, venæ illorum cum ære miſceantur; *Factitia* ſit tum *ſimplex* ex *nitro* & ⊟*â puerorum* invicem miſtis & coagulatis, tum *compoſita*, ut eſt illa, quam dedimus, aliæque apud *Schröderum Pharmacop. p.* 280. deſcriptæ; Verùm taliter ſaltem obtinetur vilis (vel ut *Acxtelmeyer in* Natur-Liecht *p.* 95. ait, ein gemeiner ſchlechter Hunds-Borras) Borax, adeò ut *Sal Kali* à *Venetiis* addatur. *Vires Borracis* ob ſaporem acrem ſalinum nitroſum ſunt in ciendis *menſibus*, pellendis *ſecundinis* & *partu*, *molâq;* & *fœtu mortuo*, in *aq. cinam. puleg. ar-*

temiſ.

temiſ. ſabin. &c. à ℈j. vel ʒß. potenter namque ~us uterinos exuſcitat & humores illic colliquat, prout non minus in Viris genitalia ignava exuſcitat, ſi ciceris quantitate in ovo ſorbili offeratur: *Pulvis* aliàs ad *partum Excell. Wedelii* inde habetur: ℞. *Borrac. Ven.* ʒj. vel ℈iv. *Croci* ℈ß. vel ℈j. *Ol. ſuccin. cinamom. ana gut.* ß. *vel* j. M. pro 2. vel 3. doſ. in *aq. puleg. Vino malvat.* additâ ⊕ *nativâ*, quæ dolorem partûs egregiè levat. *Extus* verò pro *uſu coſmetico* inſervit, v. g. in ſeq. *Aquâ* aliis palmam præripiente: ℞. *Rad. ſigill. Salom.* ℥iij. *lil. alb.* ℥iß. *Herb. petroſel. rec. Fl. fabar. narciſſ. alb. ana m.* iij. *Album. ovor. n.* ij. *Medull. pomor. citr. num.* ij. *Camph. in ol. amygd. dulc. ſol.* ʒj. M. & affund. *Lact. caprill. menſ.* iij. *ſpir. Vini menſ.* ß. deſtill. in B. M. ad remanent. tertiæ partis, ℞. *Aquæ hujus deſtill. menſ.* ijß. *Borac. Ven. Sacch. cand. alb. ana* ℥ß. *Glaciei Mar. Tragacant. alb. aa.* ʒij. M. ad vitr. in ſole locandum. *Uſus ejus eſt* ut prius facies cum *Vino* lavetur & dein ſerico abſtergatur, poſtea hac aquâ lavetur; *Borracem* porro ad *explorandas mineras metallicas* facere dict. ſupra *Sect. II. C. I.* ceu & *laud. Acxtelmeyer in* Natur-Liecht teſtatur; Er dienet ſehr zu der Flüſſen/und ſtecket in demſelben das Geheimnuß die Glaß-Ertz Proben damit zu ſchmeltzen ohne Abgang der Farb/ wann Borris und Salmiac under die Zuſätze genommen werden. *Valvaſor in Deſcript. Ducatûs Carniolæ T. III. p. m.* 55. allegat, ante annos 32. circiter Lugduni in Gallia mercatorem quendam egenum primùm à dæmone didiciſſe telas ſericeas, quas vulgo Taffetas vocant, peculiari quodam & luminoſo nitore imbuendi; quod tamen nunc temporis plures norint adminiculo aquæ *borracis* perficere. Borax juxta *Kunckel. Obſerv. Chym. p.* 66. à minera ○nis non multùm differt, quia ſimilem in calcinatione ſpeciem præbent, præterquam quod ▽a boracis ſal ſuum ad extremum quàm ▽a ○nis tenet arctius, hic enim liqueſcens in vitrum abit pellucidum ſed non ita alumen. Ad *Nitrum factitium* præter Borracem refert *Charleton de Foßil. p. m.* 8. *Fel Vitri* ſeu ejus dum igne liqueſcit ſpumam ſalſam ex multo ſale & partibus ▽bus concretam & verriculo detractam, quæ dein in panes candidos cogitur; *Uſus* ejus obinde, experientiâ noſtra, antifebrilis eſt, dum viſcoſos humores liquat non ſecus ac ☽ ſcobis liquationem in △ juvat.

E' præparatis *Nitri*, quoad *Uſum* Medicum (cognitum jam ipſi *Hippocrati L. III. de Morb. L. II. de Morb. Mulier. & de Intern. affect.*) ſit

I. Nitrum Depuratum varii variè docent, ut eſt *Tachen. Hipp. Chem. C. VIII. Keſler. Proceſſ. Chym. Cent. I. Art.* 61. *Zwelf. Mant. Spag. p. m.* 404. Verùm experientiâ conſtat optimum haberi *alcalibus fixis* acidum corroſivum nimis infringentibus & depurantibus; infunditur ſcil. *Nitrum* fluens adhuc in Xbulo *lixivio* communi vel fortiſſ. ex *ſale nitri* vel *cineribus clavell.* præparato, ut ſtrepitus inſignis excitetur, unde poſt ſolutionem & filtrationem levemque humiditatis abſtractionem ⊟*li nitri* habentur puriſſimi, ſa-

 poris

poris ſalſi, acris, lixivioſi, qui nitrum ſunt præſtantiſſimum & defœcatiſſimum. Atque hoc meritò præferimus cum *Ludovico Lapidi prunellæ* (in morbo enim illo quem Germani Bräune vocant, ſingulariter prodeſt, v. g. ſeq. Linctus: ℞. *Mucil. ſem. pſyll. & cydon. aa. cum aq. prunell. extr. ℥iij. ſyr. viol. ℥iß.* 🜕 ʒj. M.) ita dicto ex 🜕o cum 🜍*re* vel cariùs cum *floribus* 🜍*ris* ſemi alcaliſato provenienti, ceu quod inde inflammata & excoriata ſæpe magis exaſperat, & affuſione ſpiritus acidi ebullit cum tetra odoris 🜍is exhalatione. Adſtipulatur nobis *Exc. Hoffm. in Not. Poter. p. m.* 49. cui *nitrum* ſaltem *ſimplex*, probè tamen purificatum, cum abſorbentibus ad acidam humorum acrimoniam obtundendam, cum *camphorâ* autem, quæ alexipharmacorum princeps eſt, ad malignitatem humorum avertendam remixtum celebratiſſimum audit remedium; Nec mirum cur hoc 🜕 *depuratum* egregium ſit in *Febribus peſtilentialibus*, à partibus ⚯libus ortis ceu quæ itidem domat ut ⚯ cum aliàs nitro dulcificatur: hinc & *Celeberr. D. Sim. Pauli Digreſſ. de Febr. malign. p. m.* 43. *Sal paradyſi* dicitur, qui & aliquem ex 🜃 nimio uſu, ita ut ei quaſi viva flamma ex faucibus exarſiſſet, ſeq. à deſcenſu averni revocavit: ℞. *Nitr. ppt. ʒij. ſantal. rubr. ʒiß.* M. f. *Pulv.* pro 4. doſ. 🜕 hoc etiam *diureticum* eſt ac alvum apertam retinet & laxat, qua de cauſa ubi *diarrhœa* præſens aut *alvi fluxus* ejus uſus omittendus. *Mayerne in Prax. Med. ex lap. prun. p. j. & glycirrhiz. p. iv.* Ptiſanam ſiccam parat in pixide circumferendam, ut in rem præſentem citra decoctionis incommodum ſolâ aquæ ſupra pulverem trajectione iteratâ Potus refrigerans obtineatur; Sic & fiunt Ptiſanæ regiæ ex ⊟ *liminer. ʒij. roſar. rubr. p. j. liquir. ℈j. ſenn. mund. ʒij.* affund. *Aq. com. ℔j. vel ℔ij.* Huc ſpectat, quòd *Flos nitri ſubtiliſſ.* cum *Cremore lactis & rore majali* valeat in *Hecticâ*: Vid. *Hippocr. Helv. p.* 725, Experti usûs quoque ſunt Pulveres diuretici ſeq. albus & ruber: ℞. *Nitri opt. dep. ℥iij. Ocul.* ♋ *. ſubtil. pulv. ℥j. Ol. cort. citr. expr. ℈ß. ſacch. alb. ℥j. cum ʒß. conf. alkerm.* f. *Pulv.* ℞. 🜕 *ppt. ℔ß. pulv. roſ. rubr. ʒiß. ſant. rubr. ʒvj. Eſſ. cinam. ʒß.* M.

II. Nitrum Fixum variè ſec. *Schöderum* paratur; *Hoffmannus* Pater omnium optime jubet, ut fluat in Xbulo, hinc injicitur in Aquam bullientem, coagulatur, hocque quinquies repetitur, uſque dum 🜕 fiat inſipidum; Quale 🜕 meritò magnes audit omnem calorem p. n. in corpore exortum extrahens, indignatum ſedans archæum, ⊡amque retentam ad miraculum provocans; ceu & non ſaltem *Clar. Bontekoë* ope lixivii ex tali *ſale nitri* confecti *Eſſentiam ſuccini* paravit, ſed & *Clar. Benjamin Scharfius Dec. III. Ann. II. Miſc. Cur. Obſ. LXXXVII. p. m.* 92. *Elixir Proprietatis* nitratum confecit, *lixivium* ſcil. è *ſale nitri fixi, Aloë, Myrrh. Croco* affundendo (ad modum ſcil. *Excell. Clauderi*) & digerendo, de quo refert ſe illud in *Febribus quibuſvis* optimo cum ſucceſſu ſemper exhibuiſſe, & in *deliriis, Vigiliis, morbis præcordialibus, ſiti,*

renum

renum ac *veſicæ moleſtiis*, ⊡*æ difficultate*, *Stranguriâ & ⊡æ retentione*, *Pleuritide verâ & nothâ*, *Hypochondriorum affectibus*, *nauſeâ*, *Vomitu* aliisque corporis affectibus, egregiam contuliſſe opem, ſi ad *gut.* 20. 30. *vel* 40. fuerit exhibitum. Verùm 🜕 *fixius magisq; alcaliſatum*, omnem ejus ſpiritum acidum deſtruendo, obtinetur 1. cum *Calcis vivæ & nitri aa.* per aliquot horas in △e reverberando & pòſt elixiviando, denuoque ter hoc repetendo, ſic igneum 🜕 vereque fixum habebis, cum quo *ſpiritum album fixum* ita paravit *Mazzotta de Min. p. m.* 190. *& p.* 179. ℞. Nitr. *fixat. p. ij.* ☿⁀*ti p. ij.* ∘∘ *albi* ♎*ti p. j.* ☽ *phil. calcin. p.* $\frac{1}{4}$. *Tere, ſolve, congela, repete uſque dum ceræ inſtar currant, ſic hujus p. j. tingit verè in album* ♀ *p. vj.* 2. Cum *calce vivâ* & ♂ nim. ℞. 🜕, *limat.* ♂ *ana p. j.* ♆ *p. ij.* mixta in Xbulo hor. 4. in furnum venti collocentur, pòſt ſolvitur, filtratur & evaporatur. 3. Cum *Carbonibus*, dum 🜕 in Xbulo fluenti ſucceſſivè adjiciuntur, uſque dum 🜕 non amplius accendatur, incraſſetur & cœruleum aliquo modo evadat, quale ſolutum *Liq.* 🜕 *fixi Glauberi* præbet. Dum verò hac operatione *ſal nitri* vel *ſal commune* in igne cum *pulvere carbonum* aut quoq; 🜍*re* comburuntur, *alcali naturam* induunt, acidum enim quod à 🜃a ſua ſeparari poteſt, ea deſerit, reliquum ſal acidum 🜃 ſtreitatis habet nimium, ita ut ab ea neque per ignem neque per ▽m ſeparari queat; unde & quia aquam ſuam in igne perdiderunt, eam, quia NB *Sali ipſi* 🜃 *ſtreitati æquale* eſt, denuo ad ſe attrahunt & facilius quam antea in aëre diffluunt, adjuvante potiſſimum *ſale acido* 🜍*ris* ex eodem vel ex carbonibus profecto, ſic enim aliquanto ſal magis quàm ante dominatur faciliusque in aëre ſolvitur quàm cum inæqualitate conſtaret. Quoad alios *Uſus hujus* 🜕 *fixi*, non prætereundum, quod illud quoque ſit ingrediens laudatiſſimæ *Confectionis ſplenetica* ſeu *Conſervæ ſpecificæ* ab *Helmontio* & præſertim *P. Emerico à Stahl inſigni probè Bernau quondam in Helvetia Chymico* inventæ & diu in ſecretis habitæ, & ejus ſecretum totum ferè contineat, nimirum ℞. 🜕 *purificatiſſ.* ℔ij *Corall. Perlar. ana* ℥ß. *Contund. groſſo modo & inde cucurbitæ, ut* 🜕 *fluat, obſervato ignis gradu, tamdiu ſinatur tota materia in fluxu ſtare, quod intra 5. horas ſit, uſque dum materia rubeſcat inſtar auri aut rubini, huic* 🜕*o poſtea inſperge pulverem carbonum tam diu, donec carbo illæſus in ipſo* 🜕*o ſoluto natet, & amplius non accendatur, adhibito poſtmodum ſummo ignis gradu materiam exime, ac in mortarium æneum infunde, & ſic habebitur* 🜕 *fixum, quod nullo modo amplius ignem concipiet*: hoc facto ℞. *hujus Nitri prius pulveriſ. q. v.* ac cucurbitæ indito, cui ſenſim inſtilla ⁀ 🜕*i rectif.* uſque dum 🜕 nullum amplius ſtrepitum ac fermentationem concipit, tum impoſito alembico *liquorem abſtrahe*; & in fundo, invenies *ſal miræ virtutis*, quod *Nitrum rectificatum* vocari poteſt, quandoquidem hoc 🜕 ab alio nitro alienum, flammam tamen concipit inſtar veri nitri. Quia verò diverſæ *Confectionis* prædictæ habentur *Deſcri-*

 ptiones

ptiones, meam ab *Auctore ipſo* provenientem, hîc addere lubet: ℞. *Sal-abſynt.* ℥ij. *meliſſ. urtic. ana* ℥j. ♀*ri* ⊕*lat.* ℥ß. probè hi ſales depurentur & ⊟iſentur, quos poſtmodum ſeorſim pulveriſa, & pulveriſatos commixtosque cucurbitæ vitreæ indito, quibus guttatim inſtilla *Olei* ♀*ris per campan. facti & rectific.* ʒij. à quo fermentationem hi ⊖es concipient, proinde cucurbita, impoſito alembico, in cineribus calidis per 3. aut 4. dies eſt ſervanda, uſque dum omnino deferbuerint, poſtea ℞. *Ol.* ∫. *citri, aniſi ana* ʒj. *fœniculi, menthæ* ∫. *ana* ʒß. *Ol.* ∫. *cinam. gut. XXX. Ambræ griſ. cum ſpir. roſar. ſolut. gut. XX.* miſce hæc olea, & poſtmodum extractis è cucurbita ⊖bus ea in lapide marmoreo ſenſim addito, ita ut mediante agitatione ſupra lapidem facto *Olea* probè cum ⊖*bus* incorporentur: quo facto hiſce poſtea in mortario marmoreo adde *Conſerv. roſar. rubr. Flor. tunic. ana* ℔j. *pulv. cinam.* ʒij. *Macis, caryophyll. ZZ. ana* ʒj. atque rurſus hæc omnia indantur Cucurbitæ vitreæ, quibus ultimò addes ⊕*ri prædicto modo parati* ℥ij. ceu quod, ut dictum, totum ſecretum continet ad virtutem præſtantiſſimi hujus medicamenti. Ab hac noſtra deſcriptione variat illa, quæ in *Diſp. Auguſt. noviſſ. edit.* habetur, unde non pigebit adducere, tum illam quam è *MS. D. Franc. Schnorf. M. D. Badenſis*, tum & prout eam Auctor ordinavit *Illuſtr. Bad. Marchioniſ. Mariæ Julianæ in Fridlingen* quondam prope Baſileam degentis: ℞. ⊕ ⊕*lat.* ℥ij. ⊖ *abſynth.* ℥ij. *meliſſ. urtic.* ♀*ri* ⊕*ti ana* ℥j. *ſacchar.* ℥viij. *Hiſce* ⊖*bus ſuperinfunde Ol.* ♀ *vel* ⌒ ⊕*li antepileptici* (*hic eſt ille liquor corroſivus qui in aquâ reſidet in* ∫*ne Butyri* ♁*nii bene rectificat.*) *q. ſ. ad grat. aciditatem. Poſtea adde Ol. ſuccin. aniſ. fœnicul. menth. caryophyll. cinam. q. ſ. Tere ſimul ſuper lapidem porphyritem, donec fiat Paſta; Hanc Paſtam miſce cum Conſerv. caryophyll. hortenſ.* ℔ij. ⊖*bus probè miſtis add. Eſſent. ambr. q. v. cinamom.* ℥ß. *macis* ʒj. *caryophyll.* ʒij. *ZZ.* ʒj. *Omnia ſimul ſerventur ad uſum. Vel* ℞. ⊖ *abſynth.* ℥ij. *meliſſ. urtic. ana* ℥j. ⊟. *tart.* ⊕*li* ℥ß. *ſacchar. Canar.* ℥vj. (*NB. addidit* ʒiiß. *Metallorum* ⊖*is ſeu* ⊖ *ſophor.*) *Pulveriſentur in mortario vitreo, impaſtentur in Conſerv. roſar. rubr.* ℔j. *Poſt optimam unionem, add. Ol.* ♀ *camp.* ʒij. *guttatim affundend. Citri, aniſ. ana.* ʒj. *fœnic.* ʒß. *cinamom. gut. XXX. Ambr. griſ. gr. XV. in* ⌒ *roſar. calid. probè contrit. Doſis ad magnitud. N. M. horâ primâ ante paſtum.* Vor allen Dingen hat er auch gerahten Ober-Baden *ad menſes*; Soll den Anfang machen zu baden mit ein halb Stund Morgens umb 9. Uhren / und das Bad operiren laſſen ein Stund lang vor dem Eſſen; Nach Mittag wieder umb 3. Uhr oder etwas ſpäter ½. Stund gebadet / doch nicht tieff eingeſeſſen als auffs Mittel zwiſchen dem Nabel und Hertzgrüblein / und wieder ein paar Stund vor dem Nachteßen würcken laſſen; Wann nun das Bad Ih. Fürſtl. Durchl. angenommen / ſoll ſie verzeichnete Latwergen gebrauchen. Die ⊖*ia* ſollen gantz rein gerieben und auffs fleißigſte gemiſchet werden / ehe ſie werden in die

Conſer-

Conſerven gebracht. Simile ⦶ *fixum dulcificatum* ingrediens eſt *Specifici Burrhiani ad febres*, cujus compoſitio hæc eſt: ℞. ⊖ *limon. abſtract. ſucci par.* ℥j. *Santal. rubr. inſpiſſ.* ℈ß. *Fl.* 🜍 ℈j. ⦶ *carb. fix.* & 🜉 *dulcific.* ℈ß. Detur cum *rob. berberum.* Aliàs quoque in *Febribus* ⦶*um* ♄*ſatum* ex ⊖ ♄*ni* & ⦶*ro in* ▽ *roſar. rub. idæi* ſolutis & in alembico ad ſiccitatem abſtractis paratum, ut *Nitrum perlatum* ex *magiſt. perlar.* (ad modum *magiſt. corallorum* ſupra dictum) magnopere ad *ſitim inextinguibilem* & furioſum æſtum conducit: *nitrum* verò perlatum cum *ſaccharo oleis ſpecificis antinephriticis* optimè admiſcetur, v.g. ℞. ⦶ *cum unionibus non perforatis hermet. marit.* ʒß. *Ol. ſem. nephrit. Helmontii*, id eſt, *Dauci gut. iij. Ol. linguæ avis vel fraxini* (de quo *Glauber. Pharmac. Spagyr. P.I. p.m.* 23.) *gut.* v. ⊖ *indic. non* ⊟*ſat.* ℥j. M. f. *Pulvis.*

III. Nitrum Vitriolatum, ſeu *Arcanum duplicatum* ita paravimus: ℞. ☉🜖 *bene exuſt. q. v.* extrah. ▽ *comm.* ⊖ *calidè*, filtr. per chartam & in ⊟los per evaporationem redige. *Dan. Ludov. in Pharm. p.* 189. *& de* 🜂. ⊖ ♀. *p.*72. nobile hoc polychreſtum compendioſius parare docet è ⊕*li diſſolutione ſimplici* cum *liquoribus* ⊕ *fixi* atque *lixivioſi* aut ⊖*is* ♀*ri cum* ⦶*o ppti*, donec ⊕ica ſubſtantia ſeparata fuerit, unde quod filtratum eſt, coagulatur, aut *ſec. Juncken.* ℞. ⦶*i opt. p. iij.* ⊕*li p. j.* (cujus acidum ⦶ fixum in ⊖ enixum etiam ob 🜍 ⊕li parùm hypnoticum redigunt) funde in tigillo, adjecto paulatim *flor.* 🜍 *parùm* ad depurationem, unde maſſa ſolvitur, filtratur, coagulatur in ⊖ nitidum, etiam *ſal antifebrile Moëbii* dictum, cujus *Doſis à* ℈j. *ad* ʒß. *Uſus* ejus egregius in diureſi cienda, (in *Hydrope* præſertim ubi ⊟næ ſunt aquoſiores, teſte *cit. Ludov. l. cit.*) ſero expurgando, viſcidoque reſolvendo, hinc *antifebrile* certiſſimum cum ♁ *diaphor. Ocul.* ♋. & ⊖*bus vegetabil.* ante & poſt *paroxyſmum*, ♌-um impetus p. n. ſiſtit, unde cum *Camphor.* in *Maniâ* utile. *Arcani duplicati vim* inſignem *antimelancholicam* quoque expertus *Vit. Riedlin. in Lin. Med. Ann. VI. & ult. Hiſt. XXX. Menſ. Januar.* ceu & in *Malo hypochondriaco & ſcorbuto*, ubi phlogoſes moleſtæ ſunt remedium ſine pari merito vocat *Ettmyller. Prax. Med. p.m.* 402. In *Febr. malign.* maximè *petechialib.* ſi ♁*io diaph. ſimpl.* & ♂*li arcanum duplic.* aſſociatum adhibeatur, ſudore modico petechiæ erumpunt ſicque *anxietates præcordiorum, capitis dorſiq; dolor* cum *æſtu febri & ſiti* propemodum intolerabili ceſſant, experientiâ tum noſtrâ, tum *Exc. D. D. ab Hartenfels Prof. Erfurt. in Diſſert. de iſtâ febri* §. 23. Quòd ſi verò ſumantur ⊕*li p.* iij, ⦶ ſaltem *p.* j. & funduntur modo dicto, ſolvuntur & coagulantur, tum habebitur ⊖ *emeto diaphoreticum* modo laudati *Moebii à gr. V. ad* X. in juſculo exhibendum, & teſtimonio *Hoffmanni in Præfat. Meth. Med.* nulli æquiparandum medicamento, cujus quoque filius *Frid. Hoffm. in Not. Poter. p. m.* 96. in *Febribus* ſeq. ⊖ *laxativum* utiliſſimum comperit; ℞. *Arcan. duplic.* ⊖ *abſynth. ana gr. vj. Diagrid.* 🜍. *Reſ. ja-*

lap. ☿*rii dulc. ana gr. ij Ol. mac. gut* j M. Hîc verò & minimè reticendum *Arcanum nephriticum* ſeq. in *Officinâ Meyerianâ* Scaphuſii merito ſecreti loco habitum, ceu concordans cum *Conſervâ Sthalianâ §. præced.* allatâ: ℞. ⦶*ri puri*, ♎*ûs* ⊕*li ana* ℔ß. ſolve & abſtrahe ♎, ⊟los ⦶iformes collige poſtea, quibus ſiccatis, ℞. ⊟*lor. horum*, ⊖ *abſynth. ana* ℥ij. ♎ ♀*ris vel* ⊕*li q. ſ.* ad pulmenti formam cui, adde *Ol. aniſ. ſuccin. ana* ʒj. *Sacchar. cand. albiſſ.* ℥iiij. M. f. *Pulv. albiſſ.* Confer ſupra ⦶ ▽*um*. Quo ſpectat *Sal polychreſtum* laudati *Hoffmanni Fil.* ℞. *Arc. dupl.* ▽ *fol.* ♀. *ſolut. lap. cancr. ana* ʒij. M. *Doſ.* ℈j. & Patris, additione ✱ci, qualiter remedium obtinetur *anticticum, antifebrile & lithontripticum ad* ℈ß ℈j *ad* ʒj *Vide &* ⦶ *cachect. ſupr. Cap. de* ♂.

IV. Spiritus Nitri Communis communiter ita fit: ℞. *Arenæ part ij*, ⦶*ri p.* j miſc. ac ♌la per ♉, donec ceſſant fumi apparere. Refrigerat & ♎tat *humores acres effervescentes* intus egregiè. Extus pro *metallicis* valet. Alii miſsâ arenâ, bolo aliisque, modo Ludovicano commodè cum ○ *crudi duplo* præterpropter deſtillant, ut aliàs ▽F ex ⦶*o p.* j. ⊕*li p* ij. miſtis deſtillatur per retortam (ſicut ▽R ex ⦶*o p* ij. ⊖*is* ✱ *p.* j. vel etiam *aa.* vel etiam ſi ♎ ⦶*ri fortiſſimus* à ⊖*e* ✱*co* abſtrahatur, quatenus ⦶*um* ut ⊖ potentius ⊖*e* ✱*co* in hujus ▽am agit ac ſpiritum ⊖is à compedibus ſuis liberat hicque à △li ſale tum ⦶ri tum ✱ci magis acuitur ad tenuiſſimos ☉i poros ſubeundos tenuiſſimasque ipſius partes divellendas, inter quas cuneorum inſtar, liquoris in quo natant motu aguntur) parum in effectu differens, etiam ſi hæc cum ⊕lo, ceu de quo nil vel parum metallici prodit, commiſceatur & deſtilletur, ut bene docet *Exc. Frider. Hoffman. in Not. Poter. p* 447. ubi ▽Fem nil niſi ſpiritum ⦶ magis exaltatum & ♀eum per reactionem cum ▽a ⊕li factum eſſe dicit, & compendiosè illico parari poſſe, ſi ſpiritus ⦶ri abſtrahatur ſuper limatura ♂tis △e vehementiori, imò inſontiſſimam eſſe ▽F pro uſu interno, eique melius ob ♀ur explicatum ſuavioris longè odoris ſubſtitui, maximè ſi inde ſpiritus ⦶ri vel dulcis paretur: *dulcis* verò fit, ſi ei partes æquales 🜈 *rectific.* admiſceantur, digeranturque tepido calore in vaſe optimè clauſo per 8. dies, tum deſtillentur ex arenâ per retortam (ſic namq; unio felicius promovetur) & egredietur ſpiritus odore violaceo ſaporeque ſubdulci grato. *Vires ſpirit.* ⦶*ri dulcis* egregiæ ſunt in *bile acri* attemperanda, viſcidoque reſolvendo, ac flatibus pellendis; ceu & *Spir. carminativus* de tribus *D. Michaëlis* pro hoc ſcopo decantatiſſimus eſt, nim. fit is ex ♀ & ⦶ *aa* per retortam tubulatam in receptaculum aliquantulum ſpiritum ♀ri continens deſtillando & à ☉ rectificando & ita pro uſu ſervando; ſcil. inde paratur *Spir. anticolicus* ejusdem, ℞. *Spir. carminat. p. iij. ſpir.* ⦶ *p. j.* miſc. digere; *Doſ à* ℈j. *ad* ʒß. Ex eodem fonte quoque cum eo fit *Spiritus carminativus D. Vaters*: *Rec. Spir.* ⦶*ri dulc. opt.* ℔j. *ſpir.* ♓ *ci* ⊏*oſ.* ℥vj. Digere

& de-

& deſtilla: Si pro *calculo*, in quo egregius eſt, adde *Ol. petroſelin.* ſi pro flatibus *Ol. Juniper. aut Carui* ℥ß. vel magis compoſita paretur; ſic namq; etiam *Eſſentia carminativa Wedelii* tum *Opiol L. II S. II C. 5* tum in *Diſp. Aug.* deſcripta vires à *ſpiritu* 🜕*ri* plurimùm exaltatas obtinet. Cœterùm *laud. Frid. Hoffmann. in Not. Poter p. m.* 448. loco *ſpiritûs* 🜕*ri* 🜅*em* in ſubſtantia cum *ſpir Vini* ad *Colicam* ùt tutum remedium laudat; prætereaque *p.* 519. ſe abſque igne per ♀ *ſpiritum* 🜕*ri dulcem* obtinuiſſe, dum retortam cui mixturam *ſpiritus* 🜕*ri ſat fortis* & *ſpir. Vini rectificatiſſ* veſperi in arenam poſuiſſet hæcq; in ſe agerent: Aliàs ex 🜕tro quoque fit *Nephriticum D Iſraëlis Profeſſ. Heidelberg. Rec* 🜕, ♀, *Carbon quercin. aa* calcina in ✢*lo*, cochleatim injiciendo, calcinentur, exponantur aeri, appoſito vaſe in quod fluat; Oleum illud per deliq. optimè medetur *calculo gut. x.* In *arthritide* etiam utile eſt ad *gut. vj.* in qua *extus* ex 🜅ti, quam parùm à *ſpir.* 🜕*ri* differre modo diximus, *Aquam antipodagricam Exc. D. D. Langelottus* præparavit, quæ hæc eſt; *Rec* 🜄 *ſimpl.* 🜅. quâ uſi ſunt aurifabri, & poſt uſum abjiciunt ℔iij 🜅 *viv.* ℥ij. *Flor. chamomill. melilot. ana m ij* bulliant parùm in 🜄 *ſimpl.* Colat. affund. *decoct. myrtillor q ſ.* pro coloratione & dum coloratur pedetentim 🜅 acquirit colorem cereviſiæ ſimilem, ſi deficiat *ſuccus myrtilli*, ſume *Braſilium cœruleum*, & erit ejusdem efficaciæ, adplica dein debito modo: Aliter *Rec. Aq. ſimpl.* 🜅 *mort.* ℔iij ☿-ᴧ- ℈ij 🜅 *viv.* ℥ij *ſucci myrtill. q. ſ.* bulliant parùm in *aquâ comm.* poſtea procede ut prius. *Uſus*; Intinge in aquam pannum duplicatum, & pone frigidum ſupra juncturas, *in manibus, pedibus & genubus*, ſed non in humero, cervice vel coxis & hoc facito in augmento & principio morbi. Cœterùm quia *ſpir.* 🜕*ri* ☿*rium* in ⚹tione ſplendidè rubentem reddit, *ſpiritus* autem ♀ colore citrino imbuit, exinde conſtat, acidis omnino ineſſe virtutem quandam ſpecificam & non ſaltem gradualem; quapropter Medicus etiam non omne acidum indifferenter ad uſum vocare debet, alia enim corpori noſtro magis ſunt nociva, & nimis cauſtica, ut 🜅*is, butyr.* ♁*ii, &c.* alia illi magis appropriata, ut ✢, aliaque ex vegetabilibus præparata: quin & noſcendum ex *Kunck. Obſ. Ch. p. m.* 12 *ſpirit.* 🜕*ri* omnium acidorum eſſe ſubtiliſſimum 🜄 ſtreitatemq; ipſius alcali aſſumere commodiſſimè poſſe, v. g. in ſolutione metallicorum, quorum 🜄am promptè aſſumit: Occaſione quoq; *Aquæ fortis* notandum, quod *Exc. Bohnius in Act. Lipſ. Ann.* 1683. *p.* 403. doceat 🜆 æque fieri ex ſp. 🜔 ℥*iv.* & 🜕 ℥*i* ac ex 🜅 & 🜔 com. 🜕iq; puritatem plurimùm hîc variare de quo *cit. loc.* videri poteſt. Compendium verò in 🜅 copioſius parandâ præter *Glauberum* ſiſtit *Kunckel. M. C. Dec. III. A. I. p. m.* 291.

V. Tinctura nitri *à Möllenbrock. de Var. p. m* 131. ex -ᴧ- 🜔 affuſione ſuper *aphro*🜕 è muris effloreſcens, in vaſe amplo habetur, peractâ magna pugnâ. *Uſus* eius egregius in *Arthritide vagâ aliisq; affectibus calidis. Dos. gut. x. ad xx.* cum

xx.cum -ᴧ- cochleariæ, in cereviſiâ. *Glauberus* eam parat ſolutione *Lanæ puræ* in -ᴧ- ⊕ *q.ſ.*Colaturæq; affundit *ol.*☿ ad ebullitionem, hinc abſtrahit -ᴧ-. donec ſolutio flava remaneat, quæ filtratione & abſtractione ⊖ flavum præbet, è quo poſtea ope 🜄 ſ. a. TRa extrahenda, ut inſigne anticolicum.

VI. Sal Polychrestvm fit per diſſipationẽ ♉ △lis ⊕ ex repetitâ deflagratione ⊕ & ♀ *aa* in Xlo, maſſæq; ▽ calidâ ſolutione, filtratione, evaporatione & ⊟ne. ⊖nim. enixum ſimile ☿ ⊕to habetur. *Vſus ejus in muco diſſolvendo, & obſtructionibus viſcerum expediendis* inſtar Acidularum, *ad ʒi, ii, iii.* in *Ptiſana.* De hoc ⊖ obſervavi excitatum ſpaſmum flatulentum in genubus: quare *Rupellis D. Saignette* mitius tale ⊖ egregium tamen ad ſolvendum & △ nimis figendum *ſec. Cauſapè de Febr. T. II. p.m.* 603. & *Lemery Chym. p.m.* 288. paravit. Ad illud autam tria alia ⊖ concurrere *Sponius Lugduni* 1684. mihi retulit, nimir. prout vel ✳ cum ⊕ vulg. vel Ægyptiaco *Anatron* dicto ſæpius ſolvitur & ⊟tur, unde & nomina ⊖ *Stomachici, refrigerantis anodyni* ☿*lis*, ⊖ *acida dulcificantis*, ceu & *Bateus Pharmac. p.m.* 667. ⊖ *Polycbreſtum cum triplo* ✳ ſolut. & ⊟ſat. vulgari præfert.

CAPUT V.

DE VITRIOLO.

VITRIOLUM à vitri nitore dictũ, quoq; Coriariis *Atramentum*, Gr. Chalcanthum, velut flos ♀, audit. Laudant id *Baſil. Val. Mynſ.* (qui *Teſt. Hadr. p.m.* 14. in ortu milvi i. e. ⊕lo filiam artis ortam dicit, ſobriè tamen hoc intelligendo, ut notat *Denſton. Pans. Encheir.*) *Minder. Sala, Deodat. Trumphius, Langius, Canepariuſ, præprimis v. Th. Parac.* qui ⊕ quartam Medicinæ baſin ſeu columnam vocat, ut & influentiarum aſtralium diverſorium. Eſt autem vel *Naturale* vel *Artificiale*: *album* item, *viride, cœruleum*: Naturale *Tollius Sap. Inſan p. m.* 6. ductu *Baſil.* in *Ramelſbergenſi Goſlariæ Fodina*, à puero truſatiles vehente molas obtinuit, nim. dum acidum venas ♂ & ♀ earumq; ▽ cum ☿ pauco corrodit, ceu hoc *ab Helmont. Parad. III.* §.10. mechanicè demonſtrat, & quia ex venis guttatim ♌ lat ſtiriarum modo ⊕ *ſtillatitium* vocatur. Artificiale rurſus eſt vel *concretum* in excavatis ſcrobibus; vel *coctum* in lebetibus ex ▽ ⊕câ ex pyrite aëri expoſito factâ; nim. ⊕li viridis è pyrite ♂ enati maturæ & perfectæ ⊟li ex utrâq; parte mucronatæ ſunt, & ex decem planis lateribus inæqualibus conſtant: ſcilicet ex 4. mediis planis pentagonis, & ad ſingula quæq; extrema acuminata, terna plana triangula habent. *Ortus* ⊕ ex vena ♂ aut ♀ hinc quoq; patet, pro cuius puritate & conditione materiæ ſubtilis nunc ⊕ *Hungaricum, Suecicum &c.* huius vel alterius coloris paratur; præprimis autẽ ad uſum medicũ *Rolfinc.* ⊕ *Goslarienſe*

de ♂

de ♂ participans laudavit, dein *Romanum, Hungaricum* (quod ☉ ei quid ▽ ſc. ☉ primævam ☿io ſtipatam habet ut docet -⁀- ⊕ △ vitra de ☉ns, & ☉ certâ ♌ ne à *Viri cuiuſd. Ampl. Avo* in Helvetiâ elicitum) *Anglicum*, quod ob uberiorem ♉ di proventũ *D. Linckius Pharm. Lipſ.* laudabat, ut *Helmont. embryonatum* adhuc & nondum in perfectum ♀ fœtum maturatum, ſed quod in principiis adhuc latentem quaſi dotem ſuam gerit, ut eſt dict. *Hungaricum*. Cœterum ubi conficitur ⊕ ſeq. eorum diverſitates notantur (conſpiciendæ hîc in Archivo Plateriano) *Chalcitis, Miſy, Melanteria, Sory, Diphryges*, quas tamen hodie ob inutilitatem periiſſe refert *Helmont. de Lith. C. VIII. §. 15. p. m. 71.*

1. *Chalcitis* ſemper nativa, æris colorem imitatur, & Sory ſubtilior, ut miſy craſſior exiſtit, eique oblongæ & reſplendentes debent eſſe fibræ, ut nec ægrè fatiſcat in pulverem; Præter *vim adſtringentem, conſolidantem & refrigerantem*, (ceu de *Emplaſtro diachalcyteos Galeni* refert *Solenander in Conſil. p. 406.* illud alutæ tenui inductum & pedibus podagricorum applicatum mire præſervare, ceu uſum ejus in *Mercatore* quodam ſe expertum eſſe refert pro præſervatione) qua pollet, adeo acris eſt, ut *carnem urat & cruſtam efficiat. Theriacæ* præprimis ea ingrediens olim erat, ut eam nigriori inficiat colore, fermentationemque ejus adjuvet, quamvis hodie in compoſitione Theriacæ ſubſtituatur ☉ ⊕li ut fermentum morbificum eò melius infringatur, dometur & præcipitetur, abſq; corroſionis, quæ ſat ſubigitur, metu uti facit *Ammannus Manud. ad Mat. Med. C. II. §. 1. Quercet. Pharmacop. p. m. 459.* tamen melius ſulphur ⊕li anodynum immiſcet.

2. *Miſy* flavo & aureo colore tingitur, effloreſcitque non ſolùm ex chalcitide, Sory & melanteriâ, ſed & ex omni ⊕lo nativo & factitio quaſi flos tenuiſſimus: Atramentum flavum hinc *Calceolario in Muſ. p. m. 476.* dictum. Quia verò Minera ♂tis Haſſiaca itidem corpus χρυσοφανὲς eſt & calcinata ſimiliter effloreſcit, concludit *Excell. Wedelius in Dec. II. Ann. I. Miſc. Cur. Obſ. 156. p. m. 381.* Mineram illam ♂tis *Haßiacam*, qualis etiam in Anglia extat, ipſiſſimum hoc eſſe & genuinum *Miſy Dioſcoridis L. V. cap. 117.*

3. *Melanteria fuſci in cœruleo coloris* ac etiam *lutei* ſecundùm *diverſas terras in quibus gignitur*, modo lanugini modo ſalſugini ſimilis eſt, præcipuè dum in ſumma facie cuniculorum, quibus æs eruitur, adeſtque pyrites coit. *Cauſticum* eſt ut miſy & omnia *adſtringentia* tenuitate ſuperat, ut verò nigrorem de ſe edat, fervere prius debet.

4. *Sory* ejusdem fere coloris eſt ac melanteria, poroſum ſæpe, & quâdam donatum pinguedine, cum odore gravi & nauſeoſo, ut quaſi fulmineum quid præ ſe ferat. Eſtque vel *Ægyptiacum*, vel *Libyacum*, vel *Hiſpanicum*, vel *Cypricum*. Ex hoc ut & Miſy, Chalcitide ſe *Magiſterium* quoddam *Veneris* conficere refert *Liſterus in Exercit. Med. de Hydrop. p. m. 24.* quòd aquas hydropi-

corum vehementer educat, ſomnum conciliet & prętet fidem anodynum ſit.

5. *Diphryges* flavum eſt, colore ad miſy accedit, ſed non ita eſt aridum & ſplendens: eructat ex ipſa 🜄â; illud colligitur & ſarmentis & ſole aduritur, inde *bucoctum* dicitur. Habetur etiam ſimul cum flore æris, obfuſione aquæ frigidæ, ſublato ære fornacum in ima parte cohærens, fex ſcilicet eſt ſubſidens perfecti æris, vel etiam è pyrite concremato. *Vires* ejus ſunt *adſtringere, perpurgare, extergere, ſiccare, excreſcentia conſumere, ad cicatricem ulcera perducere,* ceu in *ulcere inteſtini recti* ejusmodi ſpecies ſuadet & uſurpat *Aquapendens Oper. Chirurg. C. 92.*

Vires Vitrioli omnino variæ atque egregiæ ſunt (ceu & ſupra ⊕um ♂ *Cl. Etnerus in* ungetr. Apotheck. *p.* 1023. egregie hepaticum & ſpleneticum vocat, domitorem præcipuè morborum ♂lium, renes purgans & uterum, ſterilitati reſiſtens, ſi à *gr.* ij. ad *gr.* iiij. detur) pro diverſitate partium quibus conſtat, ſunt enim calidæ frigidis, humidæ ſiccis, & craſſæ tenuibus, acidæ 🜄ſtibus aſſociatæ; unde calefacit & refrigerat, aperit & adſtringit, & diſſolvit, vomitiones ciet & easdem ſiſtit; carnes exedit & illas quoque regenerat; curat morbos actu contrarios, fixos & △les, acidos & alcalicos, diſſolutos ſcilicet & coagulatos ſec. *Paracelſum*, nim. præter particulas ſubtiliſſimas igneæ forſan naturæ continet plurimas partes metallicas, *figuræ* forſan *hamatæ*, quæ fibras corporis multùm corrugare & conſtringere valent; ceu patet ex *ſapore* & *colore* ⊕*li*, dum non niſi lotionibus ſæpe repetitis ſapor ejus ex ore elui poteſt, & Atramentum lintea maculans non niſi *ſucco citri* abigitur, diſſolutione ſcil. novâ ⊕li partium ferruginearum, ſicut ex adverſo ⥾tione cum alcalibus, v. g. *Gallis* in *Atramenti confectione* de novo nigror ejusmodi emergere ſolet. Hinc & *Eraſt. de Aur. potab. p.* 139. licet Mineralium ſit hoſtis infenſus, tamen ⊕um non adeo noxium eſſe inibi refert, & *Theophraſtus* optimam ex ⊕ (dum in principio febrium malignarum aliarumq; Chalcanthi fruſtulum fabæ quantitate in ▽ vel juſculo ſolutum optimè *vomitum movet,* præſertim quia ⊕ *melle* & ▽ ſolutum, teſte *Riverio Obſ. C. IV.* §. 99. in *Peſte* admodum profuit) purgationem haberi docet, ac hominibus *caduco infeſtatis* & *vermibus divexatis* (quos præcipuè enecare poteſt, præſertim *latos*, teſte jam *Dioſcoride L. V. de Mat. Med. C.* 75. & *Plinio Hiſt. Nat. L.* 34. *C.* 12.) conducere, texturam eorum diffringendo & ſpiritum vegetantem ab opere detinendo, ceu & hac figendi vi *putrefactiones* in fluidorum corporum corporis maſſa oboriri ſolitas ſiſtere valet *parvum* ⊕*li Cyprii fruſtum ſolutum in aquâ* & mane epotum ceu quo *Quartanam* feliciter ſæpius propulſavit *Frid. Hoffmann. in Not. Poter. p. m.* 545. Hîc verò quam maximè decantanda eſt ſumma ejus vis ἴσχαιμος ſeu *ſiſtendi ſanguinem* è vaſis profluentem in *Hæmorrhagiis* non ſaltem in decantato *pulvere ſympathetico* (de quo

pôſt,

pòſt) ſed & quòd ⊕li *fruſtum manu retentum* uſque dum incaleſcat, ſiſtit ſanguinem ſingulari experimento, teſte *Fiſcher. Corp. Med. Imp. p.* 335. item quòd *ulcera putrida* & *excreſcentia* (v. g. in carne corrupta & putrida in *Carbunculis peſtilentialibus* excreſcente: ℞. ⊕*l. Rom.* ○, ⊕ *ana* ℥j. *mell. crud.* ℥ß. *vel q. ſ.* f. Ung. Vid. M*uralt. Hippocr. Helv. p.* 769.) *inflammationesq;* gangrænam minitantes, *gangrænam* ipſam jam præſentem validiſſimè compeſcat, domet & mitiget, v. g. ℞. ⊕ *alb. Rom. Pulv. fœnogræc. ſem. lini, fl. chamom. abſynth. tormentill. ana* ℥ij. coq. in *Vino albo* pro *Fotu in Gangræna*. Sic ablutio fit optima ad *Ulcera antiqua male corroſiva* difficulter conſolidativa, *fiſtulas, &c.* ſec. *Stocker. in* Empiric. *p. m.* 202. ℞. ⊕ *alb. & virid.* ○, ⊖ *comm.* ⊕, ♀ *ana* ℥j. coq. *in Aq. decoct. piſor.* ad conſumpt. 3. p. Inde & eſt *Liquor Stypticus*, v. g. ℞. ⊕*li Hungar. Alum. ana* ℔ß. ſolv. in *Roris* ⊕*li* ℔iij. Filtra & liquori filtrato adde *Ol.* ⊕ ℥v. applicandus quintuplicatis ſpleniis probè eò madefactis, & ſub competente deligatione per dies aliquot, ne ſanguinis (ſtatim quidem coagulati) cruſta perperam detrahatur, ſic relinquendo vulnere perfectè ſubtus ſanato, de quo pluribus *Weberus Med. Cæſar. in Anchora ſauciat.* & *D. Ludovicus Miſc. Cur. An. VIII. & IX. Dec. I. Obſ.* 152. *p. m.* 327. ut & *Exc Roſ. Lentil. in M. C. Dec. II. An. IV. Obſ.* 162. *p. m.* 315. Sic & *primarium ingrediens* eſt ⊕*lum Lapidis ſalutis* ſeu *medicamentoſi Crollii*: de quo *Cap. ſeq.* & *in Ludovic. enucl.* Pariter *Ophthalmicum* & *Errhinum* egregium eſt ſec. *Binninger. Obſ. Cent. V. obſ.* 100. qui ophthalmicos plurimos cum dolore lancinante & intolerabili cum tumore, ne quidem præmiſſis ullis remediis aliis, ita ſanavit: ℞. *Butyr. rec. aq. roſar. vel plant. q. ſ. lot.* ℥ij. ⊕ *alb. pulv.* ℈i. plus minus Mſ. f. *Ung.* cujus magnitudo piſi minoris in oculi clauſi angulum majorem intrudatur & eodem palpebra illinatur, ſic nunquam fefellit nec fallet, oculus enim & acriora ferre valet, teſte *Exc. Wedelio de Med. facult. p. m.* 87. qui & *Obſ. XIV. Coll. Nat. Cur. Dec. I. Ann. III.* ⊕ *album Errhinum* tutiſſimum judicat, ut dictum, in *aqua f.* aut *cephalicâ* ſolutum, pennaque naribus modeſtè applicatum, idque ſcribit liquare in debita quantitate ex voto catarrhos & extra vocare, ut in *Infantibus* etiam *recens natis* ex ſpiramentorum *naſi obſtructionibus*, ut ſæpius fit, vix lactare valentibus & ſuffocandis feliciter id aliquoties adhibuerit. Ex ⊕ fit aqua ophthalmica ex ℔ij. *urinæ pueri optime purificatæ additis* ℥iiii. ⊕*li, totidem unciis tutiæ. Ex quibus omnibus per dies aliquot maceratis*, dein per cineres ad ſiccitatem deſtillatis, fit aqua ophthalmica. Sic & in ▭*æ incontinentiâ* ℞. ⊕ *p. ij.* ○ *p. j.* coq. in *Aq. font.* immerge *Lanæ caprinæ m.* j. exprimatur Aqua, apponatur pubi per horam: imò ⊕ calcinatum in *Spir. Vini* optimum ad ignem ex vulneribus ſclopetorum extrahendum & ad gangrænam præveniendam, teſte *Viginerio de Igne & Sale.* Sic quoque ⊕ *parum in q. ſ. decoct. vulnerar. & deterſiv.* ſolutum pro Inje-

 ctione

ctione, plumaceolis applicatum *carnis excreſcentiam* (ut ♃ (⊕li) in *fungis* prohibet, & ⊕ ♂*is in aq. ſ.* vel *plant.* ſolutum & linteis tepidè applicatum, profundiora etiam *vulnera* nyctemeri ſpatio conſolidat, prout & *Pariſiis* in *Amputationibus ad vaſorum majorum orificia* communiter applicant ⊕ contuſum craſſiuſculè ſtupæ involutum, dein pulverem ſtypticum ex ☉ ⊕*i, bolo, maſtiche* & *Colophon.* pulveriſ. *ana q. ſ.* apponunt deligatione apta. Sic & egregia è ⊕ habetur *Aqua podagrica Quercetan.* ℞. *Aq. ſperm. ranar. Thapſi barb. Filicis ana* ℔ *i, ii,* ß. *Urinæ pueri vin. bib.* ℔*iij.* His adde *Theriac. rec.* ℥*iiß,* ⊕*li,* ⊖ *fuſi,* ◯*is ana* ℥*iiij.* 𝔖 entur ad ſiccitatem per cineres; huic aquæ adde ⊖*is* ⊕*li id eſt, è ſuo* ☉ *extracti* ℥*iß. Camphor. Croci ana* ʒ*ij.* M. *Ex hac aqua foveantur partes dolentes tepidè, ſæpè novâ immerſione renovando linteola. Vel cum muria* ⊖*is &* ⊡*na pueri ana ſimul mixta, deſtilletur* ▽*a ad eosdemmet dolores pacandos.*

Remedia & *Præparata è* ⊕*lo,* reſpiciunt ejus partes integrantes, quæ ſunt ♃, ⊖ acidum, 🜍 inflammabile & 🜃 metallica, quam præprimis ei ineſſe *Cl. Bohn. in Coll. Chym. MS.* non ſaltem ex deſtillatione ejus per ſe abſque 🜃 in ⏜, ſed quia verum metallum ex ☉ ejus dulcificato per fuſionem habetur, probat. Sit verò ante omnia

1. Pulvis Sympatheticus Magni Regis Angliæ Cancellarii *Digby:* ℞. ⊕ *Roman. q. v. menſe Julio vel Auguſto,* & poſtquam repetitis diſſolutionibus ex aqua limpida, per chartam emporeticam filtrationibus, ad ignem evaporationibus & coagulationibus in loco idoneo ab impuritatibus depuratum fuerit, ſummeque viride ſit, *craſſiuſculè contundatur, & ferventioribus* ☉*is radiis dum verſatur in Leone, per dies* 15. *vel* 16. *aut* 18. *plus minus exponatur,* ut ad perfectionem ſeu minus perfectam calcinationem, ſummamque albedinem (abſque metu alicujus caſtrationis in minerali hoc corpore, quo fortius captivus ⏜us detinetur, ut *Exc. & Celeb. Bohnius Lipſ. in Colleg. Chym. MS.* indigitat, deveniat, obſervatâ interea debita ab aëre humido & vaſe ferreo defenſione; pulvis hic præparatus in loco ſicciore (humidiore enim liqueſcit, ceu quoq; hoc fit cum *ſucco chelidoniæ,* qualiter liquor per deliquium obtentus pannos abigit ſecretumque fuit, juxta *deſtillatum oculorum human. rec. extract. Rodolfi Imper.* ut refert *Beccher.* Chym. Glückhaf. *p. m.* 767.) aſſervandus, vel etiam ſi deſideretur magis utilis ad *fracturas* & *fiſſuras,* prætequam quod *hæmorrhagiam vulnerum* certò ſiſtat per ſe, commiſcendus *pulvis gummi Tragacanthi* pulveriſati anatica proportione. Quoad *Uſum* & *Vires* Pulvis hic linteo, cruore aut puro læſi tincto inſperſus & alio involutus curat *vulnera & ulcera incurabilia* etiam *interna,* v. g. *pulmonum in hæmoptyſi,* (experientiâ *D. D. Petri Prof. Erfurtenſis* in *ſocro,* ut refert *Thilo in Diſſ. de Drif. Helm.*) *Inteſtinorum* in *Dyſenteriâ* ſi fecibus adſpergatur (experimento *Wedelii*

delii modò laudati) haud ſecus ac ſecreto *Knöphelii* feces taliter ſuper ⊙ ⊕li excernendi. Vid. *Borell. in Obſerv.* & *Dechales Curſ. Mathem. Vigan. Med. Chym. p. m.* 7. *Papin. Rattray Th. Symp.* Cœterùm ſuppoſitâ veritate hujus Pulveris, Curioſiores diſquirunt, an juxta *Helmontium Poteſt. Med.* §. 62. per quandam reflexionem effluviorum vitæ participatione nondum planè deſtitutorum ea abſolvatur; aut an cum *Dn. Digby* per quandam Circulationem Atomorum per Atmoſphæram ad centrum ſuæ greſſionis factam, ea explicari debeat; aut denique, an cum *Dn. M. Marci*, in ipſo potius Archeo quærenda ea ſit, quatenus ratione identitatis ſuæ in parte vulneratâ & in linteo cruento, Archeus in hoc per ⊕li pulverem pace ſibi conciliatâ, eandem ſimul impertiatur vulneris archeo, hincque neceſſitet ſive diſponat, ut conſolidationem effectivè promoveat. Interim certè credo, mirum, juxta *Illuſtr. D. Boyle de Aëre p.* 20. Aërem inter & ⊕ intercedere Magnetiſmum. In qua opinione confirmat me experimentum *D. J. Rod. Camerarii Cent. IV. Sylloge* Memor. *mem.* 82. *p.* 277. qui *oleum* ⊕*li* certo modo paratum, Plenilunio intumeſcere, in Novilunio verò detumeſcere obſervavit. Huic *pulv. ſympathet.* affinis eſt

II. Lapis Driff (vox ſcil. Belgica, arenam vel 🜃am virgineam notans, Germ. Trieb/ item Grundſand / quia ſcil. ſimiliter hoc Arcanum præter formam ſabuloſam principium noſtrum vitale ita animat, ut omne morboſum à ſe propellat) *Helmontii, Dn.* M. *Marci* paravit non è ⊙ ⊕li ſed ipſo ⊕*lo Hungarico optimo,* dum miſcuit illud cum *Ente peregrino (parato ex* 🜍*tu acido minerali &* 🜍*u* ✱*ci dephlegmato ad ſaturationem invicem mixtis &* ≏*tione in* ⊖ *nobiliſſimum* ✱*le combinatis)* & ≏mavit ter quaterve (quo pluries eo exaltius ⊕ obtinetur) deinde recepit ⊙ ⊖is marini poſt 🜍 inde abſtractum, ⊖q; fixum per *rorem majalem* inde extraxit & coagulavit; Hoc ⊖ *fixum* fluere permiſit in tigillo ut ⊕ volatiliſſimum factum denuo figeret, ita tamen ut volatile adhuc maneret. NB. poſtquam ergo in fluorem datum eſt cum ⊖*is hujus* ℥iiij. miſcuit ſ. a. *Entis* ♀*ris* ℥ij. huncque laborem toties repetiit, donec omne paratum *Ens* ♀ cum ⊖ *fuſ.* maritatum eſſet; Fractis deinde tigillis maſſam in Alcohol redegit & (ſi haberi commodè poteſt, omiſit enim eam ſæpius *Helmontius*) *Uſnea Cran. hum.* ʒiß. *gr. vj.* addidit ac tandem cum *Ichtyocoll. aq. roſ.* ſoluta Lapillos efformavit calore indurandos. Quoad *Uſum* teſtatur M. *Marci Phil. Vet. reſt. p. m.* 545. ſe ex quo illo uti cœperit, obſervaſſe in corpore ſuo *arthritim* ſenſim remiſiſſe, veriſimileque eſſe ipſum ad *ſenectutem retardandam* & à multis *gravibus morbis* præſervandum valere, ſiquidem inter pilos barbæ caneſcentes hinc inde nigros ſpargi & intermiſceri obſervârit & pectus quod ante læve & glabrum fuit, poſt annum primò ſexageſimum lanugine obduci & piloſum fieri, de quo *cit. loco* pluribus conſuli poteſt, inprimis verò *cit. Thilo* §. 7. operationem hujus

[Vu] 3 Lapidis

Lapidis fieri judicat ex *ſubtili* ejus *terrâ* in partes nervoſas ♀tatâ, quas & ſimul in iis contentum ætherem vitalem premit & juxta Archæi ſui ideas figuratâ illa terreâ, determinatâ, indeterminabili tamen ratione Archæum noſtrum ita ſpecificat, ut robore accepto inſtar ſabuli bullientis, omne hoſtile propellat, & ⊖bus ſimul ſuum agentibus à *multis graviſſimis morbis* ſe ſe immunem præſtet.

III. Vitriolum Vomitivum, Gilla *Paracelſi* dictum, ita fit: ℞. ⊕ *alb. q. v.* ſolv. *in aq.* filtra & evapora, donec quaſi cruſta ſupernatans appareat, poſtea ponas in loco frigido & concreſcent ⊟li, quos relictis fæcibus qui ſubſident, exime: Aquam iterum evaporare ſinas, reponasque ut antea. Hic labor tertio reiteretur coagulando ſc. & diſſolvendo, ultimo ter eodem modo procedatur cum ▽ *roſarum*, ⊟li tandem ſupra calorem lenem exſiccatæ redigantur in *pulverem album*, *Doſ. à* ℈ß. *ad* ℈j *vel* ʒj. *ad* ʒj. Quod *Uſum* purgat vitioſos *humores*, ut diximus de ⊕ *crudo*, è *Ventriculo*, *Inteſtinis*, *præcordiis*, *pulmonibus*, *capite*, unde *anguſtiæ præcordiorum*, *ventriculi aggravationes* & aliæ læſiones, quibus *febres*, *lumbrici*, *catarrhoſæ defluxiones* & *articulorum vitia* oriuntur, imò ſi in *Catharris ſuffocativis* cum *hauſtu Vini* mox exhibeatur, copia craſſæ lentæ & viſcoſæ materiæ rejicitur, liberabiturque à ſuffocationis periculo imminente æger, uti non ſemel id viſum eſt. Vid. *Hartman. in Baſil. Chym. Croll. p.* 23. 24. Qui verò ingratum odorem faſtidit, ⊕*um* ♁*ii* ſubtilius experiri poterit, dum *Aq. bened. Rulandi* hac *Gillâ* non nihil exaltatam *ſaccharo* (v. g. illius ℥iij. in hujus ʒiij. igne ebulliendo) ſolvit, & dein *ſyr. viol. ana* miſcet, qualiter optimum Vomitorium obtinebitur etiam pro Dæmoniacis habitos reſtituens, teſte *Exc. Albrecht. M. Cur. Dec. II. An. VI. p.* 46.

IV. Ros Vitrioli, ℞. ⊕ *opt. crud. q. v. elice inde in MB. per cucurbitam Rorem*, qui ad ʒij. *internè* ſumptus prodeſt in *Cephalalgiâ*, *Ophthalmiâ*, *ſanguinem aduſtum mitigat*; *externè putredini & inflammationi* reſiſtit. *ſcorbuticis oris ulceribus* eſt proficuus, item facit ad *TRas extrahendas ex floribus violar. roſar. bellidis, &c.*

V. Spiritus Vitrioli Vulgatissimus, qui *deſtillatur calcinando* ⊕, *ut humiditatem ſuperfluam amittat*, *deinde pulveriſatum immittendo retortæ optimè loricatæ & igne initio leni, dein verò auctiori & tandem fortiſſimo, appoſito recipiente capaciſſimo aquæ frigidæ pauxillo repleto, deſtillationem urgendo tam diu, donec* ♌*us* ⊕*i omnis ſub nebularum facie in vas recipiens tranſierit*, qui frigefactus eximitur & uſui reſervatur, *proficuus in Cephalalgiâ & febribus*, ubi bilis ⊖ △e acre vehementer peccat, in *dolore ventriculi*, cujus fermentum reſtaurat, in *Apoplexiâ* & *Epilepſiâ*, in *obſtructionibus* denique omnibus, *viſcerum* inprimis & *renum*, viſcoſitatem pituitoſam cauſam agnoſcentibus, quam incidit & attenuat, ſi à *gut. vj. ad x. xij. & xvj.* in *vehiculo congruo* uſurpetur,

De

De ⊙ verò *Crocum* ♂ *adſtr.* præbente vid. *infra. Uſus* -∩- ⊕*i Minderero* adeò placuit, ut liberè pronunciarit ſe, interdicto ejusmodi ⊕lati medicamenti uſu, ad *peſtis febriumq; malignarum* (in quibus nim. ingreditur tum Potum ord. ex *Syr. berb. rib. ana* ℥iß. cum -∩- ⊕*li ad* grat. *Aq. font.* ℔ij. tum *Julep. confortantem*, ℞. *Conſ. acetoſ. citr.* ʒvj. *Conf. alk. inc.* ʒiß. *ſyr. rub. ana* ℥j. *Aq. borr.* ℥vj. *rub. id. roſ. alb. ana* ℥iß. -∩- ⊕*li par.* M. f. *Jul.* d. per cochl.) curationem nunquam, vel ſaltem inermem acceſſurum, prout hinc nobilitat *TRam bezoard. Mich.* ſeu M*ixturam ſimplicem Dan. Ludovici*, ut (ex -∩- *Vin. theriac. ex rad. Angel. helen. carlin. fraxin.* Myrrh. *Croc. Caſtor. opio par.* ℥x. -∩- ⊕ ℥ij. ♀ ℥viij. Vid. *Ludovic. enucleat. noſtr.*) *liquorem antipeſtilentialem* egregium, cui ſimilem ſiſtit *Exc. Frid. Hoffmann. in Not. p.* 457. *Döringius in Epiſt. ad Sennert.* hanc TRam vocat -∩-*um ecphractico-diaphoreticum* quique juxta *Tenzel. in Exeg. Chym.* certum ſit ad *melancholiam hypochondriacam* remedium, ut & *epilepſiam conſenſualem, palpitationem cordis, Pleuritidem* (in quâ *cit. Ludov. elegans ruptorium* vocat) *Dyſpœam à ſcabie retropulsâ, Colicam* (cum *TRa anod. & pulv. præcipit.* ſubſequis) *Dyſenteriam, Arthritidem, uterinos affectus* ut & *Infantiles, dentitionem* ſc. *difficilem, &c.* ceu pluribus *vires polychreſti* hujus *remedii* decantat *Schulzius Tr. pecul.*

VI. Spiritus Vitrioli Volatilis, quem deſcribit *Cl. Frid. Hoffman. in Clav. Schröder. p.m.* 357. ſcil. recipitur ⊕ viride crudum, ſolutione ac coagulatione depuratum, deſtillatur per alembicum ex arenâ ad ſiccitatem decies cohobando, digeritur poſtea aliquandiu ſub alembico cœco, deſtillatio, cohobatio, digeſtio toties iteratur, donec ſtriæ in alembico appareant, exinde -∩- us prodit ſtriatus inſtar *ſp. Vini.* Sed hic ſpiritus quamvis dicatur in *Epilepſiâ* proficuus, minimè tamen experientiæ id reſpondere ab *Hoffmanno l. cit.* notatur; quapropter ei -∩- ✱, ☐. *L. III. C.* 26. *§.* 106. miſcet & porrò commendandus ille modus quem *Exc. Bohnius in MS Coll. Chym.* commendat, nim. ⊕ depuratum leviterque calcinatum *ſpir. Vini rectific* irrorat, humiditatem ſuperfluam per exiccationem ad calorem leniſſimum ſemper avocando, deſtillat ex arena, & prodit ſpiritus ut penetrantiſſimus propè cuſtodiendus, reliquum igne aperto ʃ\ tur & rectificatur, cujus *p.* j. cum *p.* iiij. prioris liquoris digeſta ʃ\ ta magnarum virium eſt in *cerebri & uteri morbis.* Huc ſpectat compoſitus magis *Spiritus* ⊕*li* △*lis cephalicus* ab *Henr. ab Heer Obſ.* 18. *p.* 32. 33. multùm laudatus: ℞. ⊕ *Cyprii* ℔$\frac{3}{4}$. *Cranii human. Ungul. alcis ā.* ℥j. *Viſci quern. corylin. ſem, pæon.* vel etiam aliquid de *ſuccin. Apicib.* C. C. *ana* ℥ß. *Spir. Vini rectific.* circiter *menſ.* j. digere in cucurbita per dies 2. vel 3. hinc deſtilletur & pro lubitu cohobetur, unde prodit *ſpir.* △*lis penetrantiſſimus*, cujus *Doſis* in omnibus *affectibus capitis* ad *gut. XX. XXX. in aq. lilior. convall.* Sic & *D. Ludovic.* M*ixturam* ⊕*li* ♀*ſatam* laudat è proportionaliter confuſ. *ſpiritu*

⊕*li*

⊕*li* & *ſpir.* ♀*ri*, vel ♀*ri* & ⊕*li* crudorum deſtillatione ſimultaneâ, qualis Mixtura, ut prædicta ſimplex *Theophraſti*, itidem *ſanguinem* optimè depurat, *obſtructiones capitis in Epilepſiâ* tollit & *malignitati* reſiſtit. Cœterùm ut vis antepileptica ⁓*ûs* ⊕*li* tantò magis ſe exerat *laud. Paracelſus* ſpiritum ⊕li octies ſuper ☉ deſtillat, ultimoque addit *Spirit. Vini rectificatiſſ. Glauberus in Furn. Phil. P. II. p.m.*80. poſtquam per ☊ tubulatam hunc ⁓um prolici docuiſſet, refert illum inſtar ignis omnes vitioſos humores conſumere, eſſeque egregiam medelam in *Epilepſiâ, Maniâ, ſuffocatione matricis, ſcorbuto, melancholiâ hypochondriacâ,* aliisque *morbis* ab *obſtructione & putredine ſanguinis* ortis; prodeſt quoque in *peſte*, ait, cunctisque *febribus*, mixtum cum *ſp. Vini* pro quotidiano uſu, mirabilia præſtat in *extrinſecis accidentibus*. Item in *apoplexiâ, contracturâ, aliisq; nervorum affectibus*, parti affectæ affrictus; penetrat ad oſſium medullam; calefacit & recreat *nervos duros*: in *colica* ſi præter intrinſecam adminiſtrationem, in *clyſtere* applicatur, è veſtigio juvat. Loco *podagrico* illitus, *mitigat dolores, tollit tumores* (v. g. *Aphtharum*; v. g. juxta *Joëlem* ſi *ejus* ℥j. miſceatur *mellis roſat.* ℥ß. vel *Hofer. Med. fam. p. m.*359. ℞. *Syr. roſ. ſicc. mell. roſ. ana* ℨiiß. *maſtich. el.* ℨß. ⁓ ⊕*li gt. iij. ad vj.* M. inunge ſæpius id quod ſummo cum ſucceſſu in noſtris Infantibus juxta ſuccum rapar. proficuum experti ſumus) & *inflammationes*, & præ cæteris *ſcabiem* curat, *impetigines, ſerpigines, &c.* curat *recentia vulnera* & *antiqua, cancrum, lupum, &c.* exſtinguit *ambuſtiones, inflammationes, gangrænam*, (v. g. *Gangrænam faciei*, ut non ſaltem in *Miſc. Cur. Dec. I. An. IV. & V. Obſ.* 60. teſtatur, ſed & hîc Baſileæ à nobis obſervatum) & conſumit *nodos cutaneos*. In ſumma hic Spiritus à Veteribus *ſulphur Philoſophorum* vocatus, univerſaliter operatur in cunctis morbis, cujus *vires* laudari ſatis nequeunt; quare mirum, quod hodie tam rarò reperiatur. Aquæ *fontanæ* mixtus gratam illi conciliat aciditatem, ita ut referat *acidulas*. Curantur etiam domi per hunc *ſpiritum* alii morbi, qui aliàs *thermarum* uſu curantur. *Frid. Hoffmannus* pro Spiritu ⊕li △li obtinendo optimum modum eſſe dicit *in Not. Poter. p.*545. quando ⊕*li* ℔iij. ſolvuntur in ▭*æ hum.* ℔vj. mixturaque inſpiſſata dein aperto igne ♄tur; qualiter prodeunt & flores qui in *ſp. Vini ſoluti* egregium ſunt, reſolvens & ad arcendam *gangrænam* divinum præſidium; Verùm de hoc ⁓u idem dicendum, quod aliàs inquit de *ſolutione* ⊕*li mixta cum ſolutione* ⊖ ✱*ci*, qualis nim. mixtura digeſtioni expoſita & deſtillata elegantiſſimum ⁓ *aperitivum* largitur, qui tamen, ut ait, magis ⊖*is* ✱*ci* quàm ⊕*li* fœtus eſt. *Spiritum* ejusmodi *aperitivum* quoque dictum ſub nomine *Aquæ mirabilis* ad *morbos hepatis, lienis, renum omniumq; obſtructionem* ſiſtit *Penotus in Med. Chym. p. m.* 69. cujus parandi modus hic eſt: ℞. ⊕ *Goslar.* ℔iiiß. ⊖ ♀ *vel ciner. clavell.* ℔iiiß. *Silic. calcinat.* ℔vj. ex retorta ▽ea gradatim ignem augendo

♄tur,

⚗tur, ☉ excoquatur ac Spiritus excocto ⊖e imprægnetur, ex quo cum argillâ figulinâ efformentur *Globuli*, qui retortæ rurſus immiſſi ⚗tur, ac deſtillatus *ſpiritus* rectificetur & ad uſum ſervetur. Circa *uſum ſpiritûs hujus in ſcorbuto & arthritide vagâ* refert *Mollenbroeck de Var. p. m.* 116. eum cum *ſpiritu cochleariæ* mixtum ſufficienti laude perſequi non poſſe, ceu in eum finem elegans quoque eſt ſeq. *Mixtura: ℞. Spir. cochl. ℥ij. ♀ri rectif. ℥iiß. ⊕li rectif. ℥iß. Tinct. ♂ ℥j. ſant. rubr. q. ſ.* Digere donec f. TRa, *Doſ. à gt.* 20. *ad* 30. *Fr. Hoffmanni in Not. Poter. p. m.* 591. quoque *ſpirit. ⊕li* acidus odoris gratiſſimi præ aliis nobis arridet, qui ſc. ex ⊕ ♂ è minera ♂ educto & cum *ana* ✱*ci* mixto paratur, affundendo *Sp. Vini* ſimplicem ad aliquot digitorum eminentiam & digerendo per octiduum, idque tam diu repetendo donec omnis color & ſapor eductus ſit; quales ſolutiones dein per ♉, abſtracto prius *Sp. Vini*, ♌ largiuntur acidum cum nebulis albis retortæque collo ſe applicant flores albi variegati coloris.

VII. Spiritus Vitrioli Dulcis, qui fit affundendo *⊕lo bene calcinato* vel ✱*um* vel *ſpir. Vini*, per tempus digerendo & per retortam l. a. ſpiritum proliciendo, qui prodeſt in *calculo, morbis ♀eis, catarrhis, &c.* ſi ejus ℈j. in *vehiculo conveniente* uſurpatur.

VIII. Spiritus Vitrioli Coagulatus, qui portatilis eſt, tutus nec injucundus: *℞. Spir. ⊕ p. j. ⊕ crud. p. ß.* f. abſtractio, qualis optimè æſtuantem ſanguinem in *Podagrâ, Febribus, Calculo, &c.* reprimit & *♀eis obſtructionibus* opitulatur, ceu & *Pulvis aperitivus rubeus* ſeq. malis à nimiâ potatione enatis optimè conducit: *℞. Crem.* ♀, ♁ *diaph. ana ℥ß.* ♀ *⊕lat. ʒj. cochinell.* ℈ij. *ſpir. ⊕li coagulat. q. ſ. ad grat. acor.* M. f. *Pulv. ſubtiliſſ.* Talis etiam *ſpir. ⊕li* coagulatur cum terreis, v. g. ſi affunditur *∇æ ſigill.* quæ in loco frigido repoſita coagulantur, in calido verò rurſus ſolvuntur, uſûs ſic egregii ſec. *Michaëlem* in *Dyſenteriâ, febribus malignis* cum *alvo profluvio & vomitu* conjunctis. Sic & in *♀ro ⊕lato ſpiritus ⊕li* coagulatur, dum *⊖i ♀ri* ad punctum ſaturationis uſque (præcipuè more *Tacheniano*) miſcetur pro digeſtivo generali, & ad *Calculum* (ſi ejus ʒiij. *Ocul.* ♋ ℥j. maritentur pro *Pulv. antinephr. P. Emeric. à Sthal* quem plures hîc ſalutarem experti ſunt) *Icterum, Febrem*; Ætiologia ♀ *⊕lati* eſt quòd acidum *∇am* in alcali dicto ſolvat, unde dein ceſſat ſtrepitus quo ſepoſito ⊖ concreſcit, pars una remanet in aquâ & quanquam evaporetur, difficulter tamen ſiccatur, quia plus adeo acidi quàm ipſum *∇æ* deprehendit, ut totum ſiccari nequeat; quare neceſſum eſt, ut aqua gelida huic ⊖i affundatur, quo facto reliquum acidi quamprimum tranſit in *∇am* ⊖e quod in ea concrevit remanente, quod tum deinceps facilè ut prius illud exiccatur; affuſo dein reliquæ frigefactæ acidæ aquæ iterum ejusmodi ⊖e, in ſuam denuo partem ſolutum facilè concreſcit. Quare, ait *Kunckel.*

Obſ. Chym. p. 114. eſſe 🜔 acidum quoddam ut 🜔 & ⊕, ſpiritu enim illorum elicito reliquum alcali eſt & ſpiritu recuperato acida ſunt, denuo ſpiritumq; ſuum præbent, id quod & reliqua faciunt alcalia.

IX. Oleum Vitrioli Dulce, quod fit ſolvendo ⊕ in *Ol.* 🜿*ri p. d.* ac abſtrahendo, materiamque relictam iterum ſolvendo cum *ſpir.* 🜔*is comm.* atque redigendo in maſſam cum *cremore* 🜿*ri*, hincque pellendo per retortam; crediturque hoc Oleum eſſe diaphoreticum inſigne, pollereque vi leniter adſtringendi. *Excellentiſſ. Bohnius* aliam ejusmodi extractionem inſtituit modo ſequenti in *Colleg. Chym. MS*, quam ut elegantem hîc apponere lubet: ℞. 🜍 ⊕*li dulc.* ℔ß. 🜔 🜿*ri puriſſ.* ℥iv. quæ mixta in 🝭 committantur igni reverberii, quo pedetentim aucto, deſtillatio perficiatur & prodit guttatim *Ol. rubicundum* atque tunc △ augendus, imò ſuppreſſionis per 4. vel 5 horas miniſtrandus, huic guttatim dein inſtilletur ✱ ſic ═tur 🜍 ⊕li in pulverem rubicundum, è quo edulcorato & exiccato cum *ſp. Vini rectific.* interveniente digeſtione 3. ſeptimanarum, TRa extrahitur, quæ ſub forma ſpir. vini ſupernatat, per tritorium ſeparanda, nim. prius ſubtilius habetur 🜍 vel 🜃a flava ſeu Ochra ⊕li *Etneri*, quam in Maniâ, præmiſſo *Vomitorio, à* ʒß. *ad* ʒj. præſentaneum remedium vocat; Sic verò etiam paratur apud eundem *Eckard. in* Untreu. Apotheck. *p. m.* 830. nim. poſt ⊕ ſeq. depurationem remanet liquor rubicundus, è quo cum *lixivio* 🜔🜿*ri* ═tur; valet in *Maniâ, Cephalalg. Epilepſiâ, &c.* nim. Oleum, Balsamum ſeu Arcanum Vitrioli dulce heroicum omnino remediũ candidè *Etnerus in Manib. Poter S. 6.* ita parare docet: ℞. ⊕*l. Hung. nat.* ℔x. *diſſolve aqua pluviali deſtillata calida, aqua ad cuticulam evaporata,* ⊕*lum tibi dabit purius, hoc leni calore exſicca, pone in patinam vitreatam latam & puram atque ſic extenſum* ⊕*um poſt fornacem in hypocauſto colloca, ſic à calore hoc temperato in pulverem albo flaveſcentem vertetur, cùm totaliter ſic erit permutatum, iterum recipe, & in aqua calida pluvia deſtillata ſolve, ſolutionem per diem & noctem in cineribus calidis (quod & fieri poteſt, ſi tempore hyberno poſt fornacem hypocauſti capellam ſine fundo colloces, & inibi cineres vel arenam inque hanc vas urinale vel aliud ad hoc aptum immittas) quieſcere permitte, tunc feces (ſervandas pro* 🜃 ⊕*li) in magna ſat quantitate fundum petunt. Aquam coloratam per filtrum à fecibus remove, ne impurum puro immiſceatur, & evaporando iterum coagula* ⊕*um, denuo poſt fornacem pone & uti prius operatus es, ſic tamdiu, ſolvendo, coagulando, & feces removendo continua, uſque dum animadvertas ſolutionem* ⊕*li claram & ſine fecibus poſt requiem ſuam manere atque ad dulcorem properare, auſteritatemq; amiſiſſe, tunc in colore viridi cæleſtino omnibus ejusmodi ſpeciei coloribus præcellens* ⊕*um tuum adſpicies, in vaſe vitreo, bene obſervato, ne heterogeneum quid incidat, in loco ſicco aſſerva, ſic calore hoc ſuavi retinuiſti* 🜍 *verum* ⊕*li. Parato* ⊕*lo, ſuperfunde* aquam cœleſtem

leſtem iterum ſolve in loco calido, ſolutionem in cucurbita bene obturata ad dies octo in fimum equinum pone, tunc vide an iterum feces reſederint, ſi hoc animadverteris, clarum effunde, & de novo fimo impone, ſolutio clara ſi manſerit, in circulatorium per menſem colloca, ſic oleum *videbis aquæ ſupernatare ; Vis autem ulterius procedere, & Spiritu Vini Philoſophico oleum ſeu eſſentiam extrahere, tunc neceſſe erit, ut ſolutio clara lentiſſimo igne ante circulationem ab aqua vitæ liberetur, & ⊕um tuum benedictum placidiſſimo colore exſiccatum, (ne flatus vitrum rumpant,) accipias, quod immitte in phiolam lati fundi ſigillo Hermetis munitam, quam pone in furnum digeſtionis, rege ignem omnibus decem diebus per gradus, ſic* ⊕lum *tuum accipiet* colorem flavum, *quod ſucceſſivè* rubeum *aſſumet, uſque dum tota ſubſtantia ⊕li ſummam rubedinem induat; hoc ſi nunc in ſummo colore rubineo videbis, vitrum refrigeſcat, ſuperfunde* Spiritum Vini Philoſophicum, *ſtet in digeſtione per quatuor dies, atque ſic per inclinationem ſpiritum coloratum paulatim effunde, ne feces ſimul prodeant, Spiritum tuum repone & recentem materiæ reſiduæ* ♒*um affunde, & poſt digeſtionem 4. dierum iterum effunde, hoc toties reitera, uſque dum* ♒*us non amplius coloretur & ∇ a remaneat diſcolorata (quam ad alium uſum reſerva) hos* ♒*us coloratos circulatorio impone & procede ut ſupra in præparatione olei ♄ii, uſque dum color elevetur, tunc in novam cucurbitam immitte liquorem circulatum, & colorem una cum ſpiritu per alembicum pelle, ſic videbis inſtar pinguedinis oleum* ♒ *Vin. ſupernatare, hoc per filtrum conſueto more ſegrega, & balneo ſpiritum ad conſiſtentiam olei lentiſſimo igne evoca, hoc* oleum *erit* ponderoſum, ſplendidiſſimum inſtar rubini, *odorem ſuavem ſpirans, ſummum in arte medica medicamentum*; meritò *Arcanum ⊕li D. Tilingio in Miſc. Cur. Dec. II. An. II. Obſ. 68. p. m.* 148. dictum, de quo teſtatur ſe ſucceſſum ex eo ex voto habere, in *morbis* etiam *periculoſiſſimis* ad *gr. j.* datum, confortet enim & deoppilet; ſummè odoriferum eſſe & noctu carbunculi inſtar lucere.

X. Oleum Vitrioli Rubicundum, ad quod conficiendum ℞. *⊕li ad flaved. calcinat. part. j. Silicum groſſè contuſor. part. ij. Sp. Vini q. ſ.* ut mixta redigantur in pultis formam, deſtillentur dein per retortam, donec rubicundum prodeat oleum, cujus uſus quia potius in Metallurgia quàm Medicina celebratur, ſiſtimus hîc ſeq. *Glauberianum*: ℞. *⊕li Hungar. vel opt. alter. q. v.* ſolv. in ▽ *comm.* filtretur per chartam emporeticam, poſtea ♒*um ⊖is ✻ci* tantiſper affunde, dum omnis viriditas evanuerit, & ▽a clara & limpida facta, ⚌tato ♀e flavo ad fundum: quo facto ▽m claram decanta, turbidam verò filtra per chartam bibulam, retinentem ∇am ⊕li, transmiſſa aqua, quam ſiccare & deſtillare oportet, & dabit *oleum ſanguinis inſtar rubrum* efficaciſſimum, cunctas *obſtructiones* deoppilans & radicitus curans *epilepſiam*. Clara verò ad ſiccitatem evaporata dat ⊖em, (NB.) è quo per deſtillatio-

nem elicitur *ſpiritus mirabilis* (NB.) quo *Stillerus Alchym. p.50.* ex vegetabili oleum rubrum facilè elicit, item è ☿*ro crudo*, ♁*io oleum aureum, &c.* 🜔 verò antequam deſtillatur, eſt purgans quoddam ſpecificum, quod tutiſſime uſurpatur in cunctis morbis à *gr.* 3. 10, 12. uſque ad 24. His aſſentitur *Frider. Hoffman. in Not. Poter. p.m.* 544. dicens, ex mixturâ Ol. vel ſpir. ⊕li cum ſpir. ✳ci (quâ fit eſſerveſcentia frigida) parari 🜔 quod aperiente virtute nobile ſit, inque extrahendis metallorum ♁iique 🜔bus ex ipſorum ▽is & ♆bus ſingularem efficaciam recondat: 🜔 verò hoc eſſe quidem neutrum ſed non eadem naturâ ſublimabile ſed ∧le, nam ſub igne relinquat fixum acidum.

XI. Sulphur Vitrioli Anodynum, quod fit, quando ⊕ ♂is ſ. a. ad rubedinem calcinatum miſcetur, & digeritur aliquandiu cum anatica parte ✳ci, & inde demum flores crocei per repetitas cohobationes ſublimantur, qui flores ſi aquâ ſimplici ſolvantur, & ſolutio filtretur, relinquunt pulverem rubeum genuino ⊕li 🜍e prægnantem.; vel ſi è ⊕lo non calcinato deſtillatur ejus ſpiritus ∧is, uti moris eſt, qui poſteà commiſcetur cum ✳co & ʃ\latur denuò, ubi poſt operationem invenitur in fundo 🜔 ♓ cum 🜍e eodem ⊕li permixtum, quod 🜍 ſi à 🜔e aufertur, & cum ſpir. Vini cohobatur, idem obtinetur Anodynum præſtans in *Arthritide & morbis ab irritatione ſpirituum per ſpicula* 🜔*na vellicantia factâ provenientibus*, dum illa 🜔ia abſorbet, & humorum ſpirituumque mobilitatem nimiam coërcet. Ad meliorem quoq; veri 🜍is ⊕li recluſionem judicioſè addidit *Cnöphelius* ✳*cum*, v. g. in ſeq. aquâ ⊕latâ ambram redolente; ℞. ⊕ *Hungar.* ℔j. ✳*ci* ℥iiij. ʃ\tur ▽ in balneo aliquoties cohobanda ambram redolens, qui ſcil. odor eſt à 🜍ris volatiliſatione ab ♓*co*, ceu & *Excell. D. D. Joh. Frid. Ortlob Med. Prof. celeberr. in Acad. Lipſ. in Diſſ. de Rachitide* §. *XII.* refert Patruum ſuum *Dn. Fr. Ortlob Phyſ. Vratislav.* ut ſingularem medicinam commendaſſe medicinam 🜍 ⊕li ♂ quod ex ejus ⊙ ab omni 🜔e ⊕ico liberato, ope ♓ ci ♎to & ab adhærente ♓ co denuo edulcorato paratur, & *Exp. Frid. Hoffm. in Not. Poter. p. m.* 599. ex eodem quoq; fundamento ſummopere TRam ♂lem cum *ſpir. formicarum* & ⊕*lo* ♂ paratam laudat ad *Epilepſiam, Arthritidem, Vomitum, Diarrhœam, Icterum, Febres, malum hypochondriacum* aliaque è *bilis* ∧*tate* enata. Et talis intimior 🜍*ris narcotici* recluſio etiam attendenda pro remedio inſigni ♂ obtinendo in *TRâ* ♂ *helleboratâ Exc. Wedelii*, ceu quâ Studioſum Maniacum feliciter ſe curâſſe ad nos perſcripſerat, cujusque Tincturæ uſum in multis aliis *morbis* ſalutarem hîc comperimus; dum verò illa aliàs paratur ex *Limat.* ♂ *puriſſ.* ℥*iiij. Rad. helleb. nigr.* ℥*ij.* ☿*ri* ℥*iiij. Aq. font. q. ſ.* ſumpſimus ⊕*li* ♂ ℥*j. rad. hellebor. nigr.* ℥ß. *crem.* ☿ ℥j. affudimusque *Aq. font.* ℔j. & infuſionis coctionisque ope (uti fit in *TRâ* ♂ *Ludoviciniâ ſuprà deſcriptâ*) obtinuimus TRam, non ſaltem *maniacis*, ſed & *cachecticis, hypochondriacis, epilepticis, poda-*

griciis ſummè proficuum, imò cujus repetito uſu fatuitatem cujusdam puellæ mirè ſublevatam, ſi non penitus ſublatam vidimus.

XII. Terra Vitrioli à feliciſſimo Chirurgo *Felice Würtzio Chirurg. p.m.625.* ita paratur: ℞. ⊕ *q.ſ.* indatur ollæ, igne reverberii calcinetur ad rubedinem, maſſam contunde & affunde *Aq. font.* ſtent per noctem, decantetur & reaffundatur nova ▽, quæ ſi clara evadet, denuo per inclinationem effundatur, hocque repetatur toties, quoties in ▽ nulla amplius acredo animadvertatur; ſiccetur maſſa, & habebitur 🜃 *purpurea*, majorum virium in chirurgicis quam *Bolus* vel 🜃 *ſigill.* Hinc enim (ſi ⊕ ♂*le* fuerit) cum *ſpir.* ⊖*is* & 🜍 *rectificatiſſ.* extrahi poteſt TRa adſtringens pro *uſu interno* egregia; ceu pro *externo* compoſuit *Dan. Ludovicus Emplaſtrum cum Ol. hyperic. Cerâ, Terebinth.* ad conſolidandum in *abſceſſu teſtium:* præprimis verò laudem ſummam & inde meretur celebratiſſimum *Unguentum fuſcum Fel. Würzii* in ejus *Chirurgiâ* deſcriptum, ſynoviam dictam egregiè compeſcens aliaque articulorum *vulnera* ſanans, ab *Helmontio* ipſo quoq; magni æſtimatum, ſi nim. in *cerati* ſpiſſitudinem excoctum indatur, & ipſo ſuperimponatur *Emplaſtr. ſticticum Crollii. Colcothar* quoq; ſeu ⊙ ⊕*i*, ut reſiduum à deſtillatione ♎ûs ⊕li, crocus ♂ eſt adſtringens, acido omni & ♀re ſpoliatus, ab omni ſalſedine edulcoratus. *Virium* hinc earundem, quarum crocus ♂ adſtringens, de quo *ſupra Sect. II. C. IV. §.8.* nim. *fluxus* reprimere & *hæmorrhagias* ſiſtere, ceu *Fr. Hoffm. in Not. Poter. p. 62.* refert Steatoma fronti aſſidens ſupra oculum pendens libram unam feliciſſimè fuiſſe exſciſſum, *hæmorrhagiam* verò *pulvere* ⊙*ui* ⊕*li* fuiſſe inhibitam. Quod ſi hoc ⊙ cum ⊖e ♓co in flores (Ens ♀ris dictum) ſublimatur & extractio 🜍 inſtituatur, habetur TRa elegantiſſima, quâ tamen frequentior illa eſt ſupra jam quoque allata, TRa nim. ♀*ris* ⊕*li Michaëlis*, quæ ex hoc colcothare optimè edulcorato, ne cum *Ettmyllero*, ut dictum, vomitum quis timeat, cum *ſpir. ex* ⊖*e comm.* & ⊕ *ana* elato, elicitur, quo menſtruo ad mellis conſiſtentiam abſtracto, reſiduum 🜍 *rectificatiſſ.* digeritur ad liquoris ſaturationem, qui tinctus filtratur filtratique pars quædam ad debitam conſiſtentiam denuò abſtrahitur. De modo & *Viribus TRæ,* ⊙ ⊕*li* videatur *Clauderus Miſc. Cur. Dec. II An. VI.* ubi in *cephalalgiâ pertinaci* per *magnetiſmum* agere docet. Coronidis loco in ſolatium *podagricorum* adducimus *Balſamum* ⊕*li Sylvii*: ℞. *Ol.* ⊕*i veri ſeorſim deſtill.* ℥ß. in vitro oblongo affund. *ſpir. terebinth.* ℥iij. movendo fortiter tam diu, donec omne ♀ *olei* ⊕*li* à *ſpir. terebinthinæ* fuerit ſolutum, finitoque calore *TRam ſanguineam*, id eſt, *Balſamum* ſeu ♀ ⊕*li narcoticum* exhibuerit, huic ut evadat craſſum, *ſpiritusq; terebinth.* ſeparetur, affunde ▽*am pluv.* cum qua coqui debet per dimidiam horam aut q.ſ. ſic ex parte exhalabit cum ▽*a ſpir. terebinth*, ex parte verò *aquæ* innatabit; ♀ verò picis inſtar fundum petet,

à quo liquor eſt decantandus, 🜍 relictum ſolvatur *ſpir. Vini rectif.* ut fiat TRa 🜍ris ⊕li, quæ à fecibus decantatur & evaporatur ad conſiſtentiam Pilularum, relinquitur 🜍 ⊕li puriſſimum ab *Extr. opii* parùm differens. *Vires* ejus hinc itidem ſoporem inducere, dolores lenire, maximè ſec. *Celeberr. Sylvium Prax. Med. L. II. C. 26. §. 31. p. m. 461.* vim pacativam in bilem effervescentem, vel furorem Archæi ſec. *Helmontium* extendere, hinc *laud. Sylvio* nunquam ſatis laudatum remedium audit ob vires ejus ſtupendas, quas, ut expertus loquitur, non adeo ſatis quis mente aſſequi valet, tantum abeſt, ut quis ore deprædicare ſatis queat, *Podagricorum* hinc inſigne ſolatium.

CAPUT VI.

DE ALUMINE.

ALUMEN, Græcis στυπτηρία ob vim adſtringendi ſumam, magnam hinc jam cum ⊕lo cognationem fovet, præſertim quia ex eadem quoque venâ ex qua hoc eruitur, prout ex eodem ſubinde pyrite calcinato, referente *Albino in Chron. Metall. Miſn. Tit.* 24. ex quo ⊕um elicitum erat, ○ habetur, dum loco partium metallicarum acidum præſens aggreditur & rodit partes materiæ petroſæ 🜃ſtriores & cum iis ſe in ○ſam pellucidam ſubſtantiam conjungit, ceu *per artem* aliàs ſi *ſpir.* 🜍 *per campanam* admiſceatur 🜃*æ ſigillatæ,* mox *concretum* ○*noſum* emergit; ut ita nullum dubium ſit, quin adſint in ○e eædem particulæ acidæ quales in ⊕lo, præterquam quòd loco partium metallicarum illæ agant in partes 🜃ſtres cretaceas vel petroſas, illasque rodant & diſſolvant; quo tamen fit, ut multò minus materiæ ſubtilis inſit ○ni quàm ⊕lo, quia particulæ 🜃ſtres cretaceæ citiſſimè diſſolvuntur & extenduntur in materiam quandam unà cum 🜄a communi, & nunquam ex texturæ ſuæ ratione plus acidi ejusmodi activi admittunt, quàm in poros ſuos admittere valet, unde fit ut reliquum quod adeſt acidi, recipi intra poros ejusmodi inhabile aufugiat & ○ ut corpus minus ſpirituoſum relinquat. Prout verò taliter in diſſolutione 🜃æ cretaceæ natura procedit, etiam hinc diverſa *Aluminum genera* oriuntur, ſic namque *Alumen* aliud eſt *nativum* aliud *factitium*: *Nativum* in montibus Leucogæis & Phlegræis juxta Puteolos in Campaniâ ſe vidiſſe refert *Solenander in Epiſt. ad Pharmacop. in Conſil. p. m.* 498. *Agricola* ○nis hujus naturalis rurſus duas facit ſpecies, *liquidum* ſcil. & *ſpiſſum* ſeu *concretum*: *Liquidum* rurſus eſt vel purum vel impurum, pallidum ſcil. ac ſcabrum, qualia tamen teſte *Ettmyllero*, hodie ſunt incognita, vel potius minus cognita, liquidum enim ○ ſe vidiſſe in Ilvâ Hetruſci maris Inſulâ, refert *Solenander in Conſil. p. m.* 498. quo poſſimus referre illud ○, quod ad ſcaturiginem

ſingu-

ſingularis cujusdam fontis calidi Badæ Helvetiorum in diverſorio ad Bovem dicto, colligi poteſt, & hinc Alet-Bädlein dicitur: *Spiſſum* ſeu *craſſum* varium itidem eſt, vel enim in laminas ſciſſum eſt, *ſciſſile* inde dictum, quod inſtar excreſcentis velut lanuginis cujusdam & muſci omniumque præſtantiſſimum eſt, ſiquidem tenuiſſimum puriſſimum & à natura maximè excoctum, docente *cit. Solenandro*, ubi & refert, illud cum è natali aufertur loco candidiſſimum eſſe, poſtea verò ob 🜍 quod unà vehit particulasque metallicas ſordidius nonnihil exterius apparere; Et ab hoc ○e probè diſtinguendum eſt ○ *plumeum* dictum, quale tamen potius lapis eſt, *Amiantho* ſcilicet vel Lapidi ſpeculari cognatum, concretum quod abſque adſtrictione inſipidum eſt, quoque in filo texto Veteres induſia, igne invincibilia pararunt, ut diximus *ſupra*, de quo & *Sponius in Miſc. erud. antiquit.* qui *Lugduni* mihi de hoc aliquid communicavit: *Artificiales Aluminum ſpecies* ſunt, vel *Rupeum* ſeu *Rochæ* ex rupibus aut ▽a ſui generis ut ⊕lum ex pyrite excoctum, (nim. lapis crematur, donec aëri expoſitus & pluviâ itentidem irrigatus ultrò fatiſcat & in luti ſpeciem tabeſcat, fit lixivium ex ♆ & cineribus betulæ vel fagi, cui quarta pars lapidis in pulverem reſoluti admiſcetur, uſque ad tertiæ partis conſumptionem excoquitur; liquor effuſus percolatur: frigido loco collocatus ○ præbet, quod ſpecie ⊟li humori innatat, vid. *Libav. L. II. Alchem. Tr. II.* & *Kircherus Mund. ſubterr. L. VI. p. m. 335.*) vel *Scaiolum* ex ſchiſto lapide claro & lucido combuſto paratum, vel *Catinum* à vaſe ita dictum, in quo paratur ex herba ſodâ & kali, vel *Saccharinum* ex prædicto ○ *roche crudo* admixto *albumine ovi* & *aq. roſar.* in metas inſtar ſacchari efformatum, pro *Coſmetico* mulieribus inſerviens; *Rochæ* ſeu *Noſtras* verò ○ paratur juxta *Ettmyller. Coll. Pharm. in Schröd. Oper. T. I. p. 812.* ex lapide ſciſſili ſeu pyrite cocto & calcinato, calcinatione iſtâ 🜍 inflammatum ſpiritu ſuo acido adjunctum corpus petroſum corrodit; calcinatus ita pyrites ○oſus aliquandiu aëri exponitur, donec hinc inde ○ effloreſcere incipiat, quo facto ſuperfuſâ copiosâ ▽â elixiatur, & ⊡æ affuſione à variis ſordibus præſertim ⊕lo adhærente per præcipitationem depuratur, & evaporando in albos ⊟los ○ concreſcit, ut minimè mirum ſit ex additione ⊖is ♀ri vel etiam calcis vivæ recentis ſpiritum ⊡oſum ex ○ne obtineri, ut diximus in *Select. Rem. Ludovic. p. 58.* Loca autem in quibus ○ conficitur, ſunt in *Haſſiâ, Almaroden, Hauffungen, Hirſchfeldium, in Miſniâ Miſenum, Dippolswaldum, Lobenſteinium ad Salam, in Voigtlandiâ Blava & Salvelda, in Saxoniâ Brambeccum ad Albim, &c.*

Uſus ○ eſt tam *mechanicus* (dum Aurifices, ut refert *Charleton ex Unzer. de* ⊖ *p. m. 84.* eo purgant ☉ & ejusdem bracteas æri inducunt, Chartarii & Bibliopegi eo chartas firmant; Tinctores lanas, pannos ▽ ○oſæ incoquunt

quunt, ut color eò melius recipiatur & exaltetur, nim. ○ colores exaltat, quia incidendi ſuâ vi ſuperficiem magis tranſparentem & divulſam reddit, ut umbræ ad colores requiſitæ reſultent) tum *Medicus* & *Chirurgicus*, quia ſcil. ○ intus & extus validiſſimè adſtringit, corrugat, abſorbet, deſiccat & mitigat; *humores* à colliquatione cohibet, ut & *fibras muſculares* roborat, laxasque nimis firmat, ſic namque in *Dyſenteriâ* deſperata à quibusdam exhibitus *globulus ex* ○*ne ppatus,* prout alii non verentur ○ in *aquâ pluv.* ſolutum in *Angina* ad *gargariſandum* propinare, quo influxus inhibeatur & tum medicamenta aliis convenientibus curari poſſit. Sic & in *Noſodochiis Londinenſibus* ex ejus *p.* ij. *Camphor. p.* j. & *Sacchar. cand. p.* iv. cum *ſpir. Vin. heminis* ij. maceratis per biduum & filtratis *Lotionem antiſcorbuticam ad gingivas* uſurpant egregiam. *Bartholinus* in *odontalgiâ* maximo cum ſucceſſu ○ uſurpavit, uti & de ſe refert *Verzaſcha in Obſerv. p. m.* 68. ℞. ○ *ignitâ ſcutellâ fuſi pulveriſ.* ʒij. *N. moſch.* ʒj. *mellis q. ſ.* M. in mortario in formam linimenti: vel ℞. ○ ʒiij. *Piper.* ʒij. *ſem. hyoſcyam.* ʒiiij. *Pyrethr.* ʒiß. M. f. *Trochiſc.* qui ſuper dentes poſiti ſedant dolorem. Præprimis autem extollenda ○*nis vis antifebrilis* adſtrictione ſua ſanguinis efferveſcentiam p. n. mirè cohibens, v. g. ℞. ○ *crud. N. moſch. ana* ʒj. *Olibani* ℈j. *Piper. nigr. gr.* vij. *Caryophyll. gran.* iij. *vel* vj. M. f. Pulv. ſubtil. *Doſis à* ʒß. *ad* ʒj. in *aq. centaur. min. &* ✠ *ſimpl. vel bezoard. ana* ℥iß. ante *paroxyſmum*: Vel ℞. ○, ⦶ ♁*iati ana* ʒi. *Flor.* ✱*ci* ʒj. *N. moſch.* ʒß. M. f. Pulv. Doſis ſingulis diebus ʒß. Experti uſûs eſt *Pulvis iſchæmus internus* ſeq. ℞. ○ *pur. Sang. drac. fin. Dent. hippopot. ana* ʒiij. *Laud. op.* ʒj. M. f. Pulv. Sic quoque exinde fit *Pulvis adſtringens* laudatiſſimus in omnibus *hæmorrhagiis & abſciſſionibus arteriarum & venarum*; Sic refert *Boccone Muſ. Fiſiq. pag. m.* 201. in *puncturâ arteriæ & nervi* ex malè adminiſtratâ V. S. optimum eſſe mox *Pulverem* ex ○ *roch.* & ⊖ ♄ *ana* applicare; prout & *Hendricus Viefklom* perſolvebat 150. Imperiales pro hoc ſecreto ſibi ex Dania communicato: ℞. ○ *crud.* ℥iv. calcina in mundo vaſe fictili, pulveriſa in tenuem pollinem inſtar farinæ, huic adde ℥ij. ⊕*li alb. Rom. ppt. vel calcinati & pulveriſ.* in mortario, miſce cum ○ine hos pulveres in vas, in quo ſtopa ▽æ dulcis ſit, agita ſæpe materiam circumcirca in ▽, adde dein materiæ ſolutæ ♀~ *gr.* vj. ☿ *alb. ppt.* ʒj. Immitte in lagenam, & liquore ſi uti velis, move vitrum. *Uſus* ejus inprimis, ſi arteria vel vena ſit abſciſſa, tum affunde 5. vel 6. cochlearia ex hac aqua, fac 6. vel 8. faſcias, impone in aquam, deinde madidas applica vulneri, tum ſtatim ſanguis ſupprimetur. Tale ſpecificum ad omnem *hæmorrhagiam Adr. Helvetius Suppl. Act. Lipſ. Tom.* III. *Sect.* VII. *p.* 312. commendat è rupei ○nis depurati duabus unciis in cochleari ☽teo fuſis atque ſanguinis draconis pulveriſ. ℥ß. commixtè in pilulas piſi magnitudine; *Doſis* in leviori malo ʒß. in *ſyr. cydon. cochl.* 3. *vel* 4. m. & v. decocto hordeo

cum

cum herbis capillaribus ſuperhauſto, in graviori verò ℈j. vel ʒj. ſingulis horis. Sic & ad *Ulcera virulenta* & corroſiva ex ◯ne egregia habetur *Aqua* apud *Chirurgien des Pauvres Traitte III. p.69.* ℞. *Succ. plantag. portulac.* ◯*rochæ ana* ℔ß. *Album. ovor. num.* xij. agitentur baculo, Mſ. & deſtilla, qualem quoq; *Fernelius in Gonorrhæa* tuberculo ſtipata pro *Injectione* ſummopere laudat. Sic in *Ulceribus tibiarum* & omnibus *fiſtulis*, in *Cancro* & *Eryſipelate*, in *pruritu pedum & tibiarum* ob humores acres ſequens remedium *Stockeri in Empiric. p. m.* 199. expertum novimus: ℞. *Aq. pluv. menſ.* j. *Baſil. ſeu* ℔iiij. *ſacch.* ℥iij. ◯ ℥ij. *pulv.* ſolv. in loco tepido, dein modicè ebulliant; Hac aquâ locus & loca pruriginoſa tepidè abluantur involvendo tibias pannis madefactis. Pro hac aquâ, ligno Branſiano leviter tinctâ, famulus cujusdam Circumforanei aliquos thaleros accepit à Cive Baſilienſi. Sic & ◯ *ſaccharinum* ad ʒj. *in Aq. Reginæ Hungariæ* ℥ij. ſolutum optimum eſt remedium ad *fiſtulas* ſec. eundem *Lib. cit. p.* 212. Sic & *Pulv. eryſipelatoides* ſeq. optimus: ℞. ◯ *crud. Lap. calam. Litharg. Ceruſſ. Ven. aa.* ℥ij. ⊕ *alb.* ℥j. *maſtich. thur. myrrh. ana* ʒij. *camph.* ʒß. M. f. *Pulv.* hujus ℥ß. coq. in *aq. font.* ℔j. ting. lint. & applicentur; Sic & coctum in ✠ cum *ceruſſ. & lithargyr. faciei ruborem* tollit. Nec prætereundus *Lapis Salutis* ſeu medicamentus *Crollii* dictus, ceu qui ▽ *font.* ſolutus & epithematis modo applicatus *Ulcera, Scabiem, Eryſipelas, Ophthalmiam equorum* (de quo vid. *Solleyſel Marſchal parfait*) aliaque mala commodè ſanat; ℞. ◯*Roch.* ⊕*li Rom. ana* ℔j. ſolv. & coq. lento igne & abjice ſpumam, inſperge *Pulv.* ſeq. ℞. *Boli Armen.* ℥iß. *ceruſſ.* ℥j. *camphor.* ʒij. ✠ *acerr.* ℔ß. coq. ad rubedinem, agitando ſemper. Uſurpatur etiam ◯ ad fallendam virginitatem, quin & arcendam conceptionem, ſic enim *Barthol. in Act. Hafn. Vol. IV. p. m.* 134. ◯ veteres ori vulvæ impoſuerunt ut adſtringendi vi clauderet os uteri ne recepto ſemine, conceptio fieret. Ita *Dioſcorides L. V. cap.* 123. *Ex Melo*, inquit, *advectum* ◯ *etiam mulieribus præſtat ne concipiant, ante coitum ori vulvæ inditum.* Ubi *Saracenus* ad marginem textus notat in Vet. Codice addi etiam ad menſes eliciendos valere; nec id mirum cùm ipſe *Dioſcorides* teſtetur hoc ipſo loco, fœtus pellere. Cœterum loco σωιέγγῶ, legitur in eodem Codice σὺν ἐρίῳ, *cum lanâ*, cui ◯ voluit involvi, ut fieret quaſi peſſarium, locum verò non deſignat ubi apponendum. *Goupyli* vetus liber addidit, ἢ σμύρνη, h. e, *Myrrham*, quæ ad menſes potius vel fœtum referenda quam ſterilitatem inducendam. Secundas enim pellit ex *Hippocrate, Lib. de Nat, Muliebr.* Fœtum ejicit *Oribaſio L. II. de Virt. ſimpl.* Emollit enim præcluſam vulvam & aperit, unde menſes & partus celeriter extrahit *Dioſcor. L. I. cap.* 77. Niſi hanc vim pellendi fœtum ◯ exſerat, intus per os ſumptum. Ita enim maximè adſtringentia, ut cortex granatorum, &c. laxant. Quicquid ſit, ◯nis uſus eſt apud Metallurgos ut ☉ ſecernatur ab ☽, vel ☽ ab ☉, docente *G. Agric. L. X. de Re metall.*

Præparata ex Alumine ſunt

I. Alumen Ustum calcinatione ſimplici habetur ad excreſcentias carnis abſumendas, quo ſolo ut tuto contentus fuit *Würtzius*, qui & in *Chirurgiâ ſuâ p. m.* 594. egtegiè in ariduris membrorum ex partium nervoſarum contuſionibus ac læſionibus laudat ◯ probè calcinatum, ſolutum in *Aq.com.* quo pacto ⫧tur pulvis cum *Spir. Vini rectif.* edulcorandus, & pòſt *Unguento appropriato*, *oleó*que *laurino* miſcendus, prout & ob vim penetrantem hujus arcani contra *Iſchiadicum morbum* id extollit, maximè ſi prius pars affecta ſolutione illâ lavetur, ac etiam incoctione *verbenæ* & *centaur. min.* balneetur. Arcanum autem quod luxuriantem vulnerum carnem corroſivi loco abſq; dolore & inflammatione conſumit ex melle crudo, aloë hepat. *Alum. uſto*, aceto vitellis ovorum & terebinthin. in formam Emplaſtri coctione redactum ſiſtit *Car. Muſitan. Trut. Chir. Phyſ. T. III. p.* 60. In corruptis verò & putridis ſcorbuticorum gingivis præſentiſſimum afferre auxilium Decoctum *myrrhæ & maſtiche*, in *Vino* factum addito ◯*ne uſto*, *Unguento Ægyptiaco* & *ſpiritu Vini camphorato* docet *Hoffman. in Not. Poter. p.* 51.

II. Phlegma & Spiritus Aluminis ex ſimplici per retortam, ita ut ſexta ſolùm pars repleta ſit, ʃ\one habetur, cui ſi addatur *Sem. Santonici* (Wellſaamen oder Wurmſaamen) & in B. M. deſtilletur & cohobetur in *carie oſſium* corrigendâ ſecretum habebitur, præſertim ex *lue ♀reâ*, intra 9. dies enim exfoliatio contingit; *Uſus* ea eſt *Fel. Würtzii* uti teſtatur in *MS.* hactenus inedito qui & in *Chirurgia phlegma* ⊖*li* ad *accidentia Vulnerum graviora* haud ſatis laudare poteſt; ceu quoque egregius ejus uſus in *Ambuſtis*, v. g. *ſeq. Aqua*: ℞. *Aq. fol. Filic.* ℔j. *phlegm.* ⊖*li &* ◯*nis ana* ℔ß. *Flor. Verbaſc. Fol. hed. nigr. ana m.* j. *Limac. rubr. Ran. Cancr. fluv. ana num.* X. Deſtillentur in alembico plumbeo, ſatis magno igne. *Ex hac aqua fove aduſtum locum quinquies aut ſexies in die.* Quòd ſi verò ignis fortius urgeatur, dein ⏜ ◯*nis* prodit, qui Spiritu Vini dulcificatur: & tum *intus* ad *calculum* & *obſtructiones viſcerum* tum *extus* ad *oris* potiſſimum *vitia* commendatur. Vid. *Remed. Angl. p.* 199. & *Mylii Baſil. Chym. L. V. C.* 6.

III. Dulcedo Aluminis, etiam *Manna*, *primum ens* ◯*nis* dicta, à *Poterio Pharmacop. ſpagyr.. C. VII. p.* 126. & *Sacchio in Gammarolog. p. m.* 693. ut ſummum antihecticum laudatur, abſtracta ſic omni ▽â adſtrictoriâ & corpuſculis ⊖licis, ſic ut dulcis ▽ ſolùm remaneat, ad ſanguinem dulficandum apprimè conveniens: Quia verò rectè à *Poterio* deſcribitur, *proceſſum Sachſii* hîc adnecto; ℞. ◯ *ſacchar.* ſolv. in *aq. pluv. coq. in alembic. donec ſpumam exhibeat, quæ cochleari ligneo ſeparetur, rurſus coque addendo* ✝ *deſtill. ſpuma cœrulea in ſuperficie auferatur, ſolutio filtretur, & deſpumatum* ◯ *in vas ligneum ad* ⊟*ſandam infundatur, purificatum hoc* ◯ *ad* ℔iß. *in recipientem lento*

igne

igne ad phlegma ſaltem obtinendum ♌tur, terra alba relicta proprio phlegmate impragnetur & cohobetur: dehinc, ut ſeparetur 🜃 adſtringens per filtrum philoſophicum, ſumatur ⊙ ♀ri ex quo omne 🜔 extractum, hoc reverbera in ✠bulo aperto igne per dimidiam horam ut fiat 🜃 poroſa abſque omni 🜔no ſapore, hanc inde filtro chartaceo, rurſus ſupra 🜃am aliam pone chartam bibulam, in quam 🜃am ○noſam proprio phlegmate ſolutam filtra, ſic namque acida terra ○nis attrahitur ab igneâ terreâ filtri & ſaltem dulcis terra tranſit filtrum cum phlegmate proprio, quam rurſus coagula, per ♌nem abſtrahendo phlegma, repete ſolutionem hujus cum proprio phlegmate & filtrationem per terram ♀ri rurſus elotam & reverberatam tertiâ vice, ſic ○ deponit per ⫪ à phlegmate omnem terram adſtrictoriam & ⊟ſatur primum ens ○nis *in frigore inſtar ſacchari dulce.* Quòd in *Hectica* ita combinari poteſt: ℞. *Spec. diatrag frig. diamarg. frig. ana* ℈ß. *ſacch.* ○*nis, Diaphor.* ♃ *ana gr.* vj. *Ocul.* ♋ *ppt. gr. IX. M. pro Doſi. In Dyſenteria*, ſi unà abdomen *Oleo hyoſcyami* cum *oleo deſtillato menthæ* remixtum calidè toti ventri applicetur, taliter; ℞. *C. C. uſt. N. moſch. ana* ℈ß. *ſacchar.* ○, ♄*ni ana gr. vj. ſyr. è nuce moſch. cond.* ʒij. *Conf. alkerm.* ʒß. *Laud. opiat. gr. j. M.* pro Doſi. *Exterius* quoque in *affectibus colli, & ulceribus rebellibus* egregium: ℞. *Sacchar.* ○*nis*, ♄*ni ana* ʒj. *Phlegm.* ○*nis è ſaccharo abſtracti* ℔j. *Aq ſanicul.* ℔ß. M. nimitum ſpecificum *Tartari* pharyngicum præter ⦶um & ♀rum vires ſuas principaliter acceptas refert ○ni iſto, deſcribit id ut egregium expertumque ſæpius in omnibus colli affectibns *Zobelius in Tartarol. Spag. C. XIX. p. m.* 93, *& ſeq.* præſertim dum lues ♀ea *collum* adoritur, fauces; uvula decidit, *dentes* vacillant in *anginâ*, *&c.* nim. ℞. *Specif. hujus* ℥ß. ▽ *plant. prunell. ana* ℥iv. *mell. roſac. cochl.* j. ſumatur ſæpius cochleare pro *oris colluſione*: vel cum *melle* ſubacta ad Cambetum exhibetur; ſi in *collo* adſit *tumor*, immiſcetur *farinæ hordei* & ✠*to calido*, & extus applicatur: id quod non minus utile erit in *podagrâ*; Imò etiam ingrediens eſt *Aquæ ſtipticæ Purmanni Exper. Chirurgi*: ℞. *Sacch.* ○, *Gumm. tragacanth. ana* ℥ß. ○ *crud.* ⊕*li Rom. ana* ℥j. *phlegm.* ⊕*li* ℔ß, Liquefiant & cum *bombace* intincto applicentur.

CAPUT VII.

De SALE ARMONIACO.

SAL ARMONIACUM ſeu AMMONIACUM nomen ſuum deſumpſit vel ab Ammonis oraculo vel ab ἄμμ☉ quòd ſub arenis in laminas concretum in Africæ Cyrenaico tractu olim ac Lybiæ deſertis effodiebatur, unde Jupiter Hammonius, ob templum quod Hercules ipſi conſtruxit, ob monſtratum fontem in maximâ ſiti; ceu *Plinius* refert quod Rex Ptolomæus cùm caſtra faceret juxta *Peluſium* 🜔 invenerit; item in ſqualentibus Ægy-

pti & Arabiæ locis, detractis arenis iisque ad Ammonis Jovis oraculum: Jam verò non aliud dari ⊖ Ammoniacum niſi artificiale, dum illud ad nos vehi deſiit, communis eſt opinio; verùm & hodie ejusmodi ⊖ ♓ nativum adhuc haberi, perſuadet nos tum fruſtulum ⊖is naturalis ✳ci per ſubterraneos calores lithantracum fodinâ propè civitatem Angliæ New-Caſtle, ſublimati, cujus mentio fit in *Muſ. Soc. Reg. Lond. p.* 339. tum maximè *Car. Fracaſſatus Diſſert. de Linguâ Epiſt. anat. ad Malpighium p. m.*149. referens ex agro Neapolitano à Philoſopho quodam illuc iter faciente nativum hunc ⊖lem ad *Sereniſſ. Magn. Ducis Hetrur.* aulam fuiſſe comportatum, ubi ipſo præſente ad experimenti criterium fuerit revocatum, & planè omnibus quæ exigebantur, fecerit ſatis, nam immiſſum in ▽a, cui ⌒us ⊕li admixtus erat, edito fumo triſti cunctos afflavit odore, & tam frigidam aquam reddidit, ut manus læderet (*Conf. Regn. Anim. Sect. I. Art. V.*) quin & addito ⊖le 🜿ri ⌒um ſummè ⊡ſum expirat. Atque hic ⊖ ✳cus nativus idem mihi videtur eſſe cum illo, cujus mentionem facit *Ol. Wormius Muſæi Sect. I. C. VIII.* quique ex 🜍ratis Puteolani diſtrictûs depromitur, ſimilis ○ni ſchiſto & velut in cruſtas compactus, in faucibus hiatuum ubi ignes ſubterranei flammas evomunt, reperiri ſolitus, nim. juxta *Frid. Hoffman. in Not. Poter. p.* 535. ⊖ hoc ✳ nativum (cujus meminit *cit. Plinius L. XXXI. C. VII.*) progenies eſt hujus ſulphuris mineralis inflammati & cum 🜃 â ⦶sâ alkalinâ mixti, ceu 🜍 & ⊖ 🜿ri invicem mixta fermentatione ⌒ △em ⊡ſum præbent, ac Phoſphorus ex ⊡a inſpiſſatâ ac in materiam ſubflavam ♌tâ tandemque ſublimatâ obtinetur, teſte *Comiero Mathem. Prof. Pariſ. in Tr. pecul.* Verùm quia ✳cum naturale ubique locorum haud habetur nec etiam ab omnibus approbatur, ad imitationem prioris quod apud Antiquos naturale reperiebatur, è ⌒tu ♉do ſubterraneo & ⊡â Cameleorum ſimul concretis ortum ſuum ducens, *artificiale* quoddam ⊖ *Ammoniacum* præparari cœptum, nim. ſumuntur ⊡*æ human.* ſanæ *p.* v. ⊖ *comm. p.* j. *Fuligin. lignor. p.* ß. quæ ſimul coquuntur ad humiditatis conſumptionem; reliquum ſublimatur, rurſum ſolvitur & coagulatur: quo in proceſſu ⊖ △le ⊡æ & fuliginis acido ⊖is communis combinantur, ad eum modum ferè quo naturale ex ⊖le △li ⊡æ camelorum & ⌒u acido ſubterraneo concreſcit, ut ſic ⊖ ♓um ſit ⊖ ſalſum vel enixum, ex acido & ⊖le △li concretum, prout & additione ⊖ium alkalicorum fixorum ⊖ ∀le facilè ſui fit jûris, ceu aliàs id præ reliquis maximè fugax eſt & penetrantiſſimum, dum cuſpidibus donatur, quarum apicibus aliæ minutiſſimæ ſuccreſcunt, unde linguam pungit cunctaque pervadit, fixaque quævis △lia reddit, cujus ratione ab Alchymiſtis ⊖ ☿riale & à Veteribus avolanti Aviculæ Aquilæque cœleſti comparatum eſt, dum inſtar ☿rii volatiliſat particulas omnes & ſummè △lis eſt, quocirca & frequens

ejus

ejus uſus eſt in metallis ſublimandis & ſolvendis, eorumque animâ educendâ & ſulphure fixo extrahendo, ceu *Baſilius Valentinus* eum inde clavem & Aquilam vocitavit: Exemplum ſit ☽ ſubtiliatum, v. g. in ære argentando, qualiter *Dn. Blondels* utiliter illud in uſum traxit: ℞. ▽F & ☽ *cupellat. q. ſ.* adde ⊖ *arm.* ℥j. *Fellis Vitri* ℈ij. Hæc exactè miſce & ſuper lapide exagita uſq; dum videris omnia eſſe liquida, ut æri argentando ſuperinduci digitis tuis poſſit: ſumatur autem potius æs politum, quod cum materia illa fricatum obſervabis eſſe ☽teum, tum æs ſupra carbones ardentes pone, cavendo interim Tibi ne ♂um tangas, quia notabis maculas ubicunque ♂um tangas; Æs ſupra carbones exiccatum injice in *Aq. pluv. calid. cui* ♀ *incoctus eſt*, ad circiter *m. j.* Coq. per ſemihoram, ſume æs tuum ☽tandum, & fricato illud cum cretâ communi, tunc habes præparatum tuum æs ☽tandum quod per aliquot durat tempus, & ſi mutet colorem ☽teum, injiciatur tantùm *Aq. pluviali* ubi ♀ *crudum* incoxeris, uti dictum eſt, & cum *cretâ* depuretur, & habebit ſuam formam priſtinam.

Vires ⊖ *Armoniaci* non poſſunt non eſſe egregiæ ob ⊖ ▵le tum Vegetabile tum Animale quo turget, acido nonnihil ligatum, unde fermenta morborum fixa apprimè domat, *humores coagulatos* reſolvit, incidit, diſſipat, è corpore ejicit, illosque in debitam volatiliſationem & ſpirituaſcentiam redigit, ſic ut in animali, ex quorum ▭*is* præprimis natales ſumit, omnia ſint animalia & decenti motu quævis peragantur; præprimis autem *ſanguinem viſcoſitate coagulatâ obſeſſum* corrigit *lympham*que hincinde in *corpore ſtagnantem* & *coagulum paſſam fluxilem* denuo reddit, adeo ut in *Febribus* tam *continuis* quàm *intermittentibus, Pleuritide aliisq; morbis* optimum præſtet juvamen, imò juxta *Ettmyllerum* in *morbis chronicis, cachexiis, malo hypochondriaco* & in *infarctu viſcerum* crebrior ejus uſus ſit ſuadendus; *ſudoriferum* & *diureticum* eſt *heterogenea* quasvis à ſordibus mundans & abſtergens, refrigerando unà ſingulariter æſtuationes *ſanguinis* ut in *Pleuritide* ac *Arthritide* ex ejus *ſimplici ſolutione* in *aquâ fontanâ* obſervavimus, dum pro *potu ordinario* illa aſſumeretur. Hinc & quoad *uſum externum Tachenius Hippocr. Chym. p. m.* 10. id in *aquâ ſperm. ran.* reſolutum & tepidè applicatum ad *podagræ* cruciatus vehementiſſimos confeſtim tollendos laudat, deprehendiſſeque ſe teſtatur utiliſſimum ad *Renum* intolerabilem *dolorem* in *Aq. ſambuc.* ſolutum, tepideque in petiis lineis applicatum; *Ettmyllerus* ad eundem ſcopum pro *podagræ cruciatibus* mitigandis omnibus aliis præfert ♒*um è* ⊖*le* ♓ & *calce viva* affuſione ♒*ûs Vini* ♌tione prolectum externè applicatum; *Oculorum* quoque *ungues nubeculasq;* diſcutit in *ſimpl. aquâ* ſolutum & inſtillatum, ſemel aut bis in die: prout & inde fit *Aqua Chirurgorum ophthalmica*: ℞. ⊖ *Arm.* ℥jß. adde ♃ ▭*a cum* ⊕*lo albo deſtill.* ℔iij. *Aq. roſar, euphraſ. chelidon. Cyani*

ana ℔*ij*. calces prius infuſas, poſtea filtratas commiſce prioribus in vaſe ex orichalco, uſque dum cœruleus color emergat, hinc filtra & uſui repone. In *Angina* utiliſſimum ſeq. ℞. *Fol. ſemperviv. rec.* ℔*iiij*. ⊖ *armon. puriſſ.* ℥*iß*. contuſa in vaſe vitreo reponantur in cellam uſque dum ⊖ ♓ fluat, hinc ♎tur ad ſiccitatem & aqua pro *gargariſmo* uſurpetur. *Unguentum* contra nodos & molles excreſcentias, *Nattas* dictas ita componitur: ℞. ⊖ *armon.* ℥*j*. *Ceruſſ.* ʒ*iij*. *Camphor.* ʒ*j*. *Ol. roſac. q. ſ.* applicatum reſolvit & attenuat materiam, dein imponitur *fol. raphani* coctum inſtar cataplaſmatis, & pereunt totaliter, conſumunturque inſenſibiliter; ſi verò nattæ eſſent palpebris adnatæ loci ratione non convenit ⊖ ♓, ſed *Oppodeldoch Crollii* ſatisfacit: Sic namque ad *Clavos pedum* expertum eſt ſeq. *Empl.* ℞. ⊖ *armon.* ⦶ *opt. ana* ʒ*iß*. *Gum. ammon. Galban.* ♆ *fol. ã.* ℈*v*. *Copal. comm. Picis naval. Terebint. Emplaſt. diachyl. ſimpl. ana* ʒ*ij*. M. f. *Empl.* Sic ad *Ulcera corrodentia*, *Fiſtulas*, *Cancros, &c.* egregiè valet ſeq. ℞. ⊖ *arm. Calc. aa.* pulveriſata miſc. & in tigillo fundantur, hinc effuſis adde ⊖ ♀*ri* dimidium, & fluant in cella in liquorem.

Præparata è ⊖*e Armoniaco* laudamus ſequentia:

I. Sal Armoniacum Crystallisatum modo vulgari quidem ſaltem fit ſolutione in ▽a & evaporatione aliquotâ tenuiſſimi phlegmatis, præſtantiſſimi tamen eſt effectus, dum ſic haud caſtratur, in ſtomachi cruditatibus eliminandis cum *Vino abſynth.* (qualiter *Ettmyllerus* ſe ſyncope ſtomachali laborantem curaſſe refert, admixtis ſimul ✱co aromaticis) item *febribus* præſertim *quartanis* cum *Ocul.* ♋ abigendis ante *paroxyſmum*. Sic enim optime pororum ac tubulorum *obſtructioni* ſuccurritur, maxime ſi maritetur ſeq. *Rec.* ✱ *depur.* ⊖ *tart. ana* ℥*ß*. ⊖ *C. C. vol. ſuccin. ana* ʒ*ij*. M. f. Pulv. *Doſ. à* ℈*ß*. *ad* ℈*j*. vel ad modum *Exc. Fricc. de Venen. p.* 107. qui ſeq. validiſſime *febres omnes intermittentes* abigere experientiâ comperit: *Rec. Fl. armon.* ℈*j*. ⊖ *abſynth. C. B. ana gr. iiij. fl. ſulph. gr. xij.* ☿*-ti gr. iiij. Ther.* ℈*ij*. M. f. *Bolus* pro 2. vicibus. *Tilingius Miſc. Cur. Dec. II. An. II. Obſ. 67. p. m.* 144. *& ſeq.* operoſiorem ⊖*lis armoniaci* depurationem additione ⊖*is comm.* toſti aliorumque inſtituit, qui videatur. Præcipue autem notandum ex *Borrich. de Ort. Chem. Salem ductilem obtineri ex* ⊖*e armoniaco, in amplo vitro ſæpe ſoluto, ſæpe & lente in ſtrias coacto, unde tandem* ⊟*li emerſerunt longitudine reſpondentes amplitudini vaſis, quarum aliquot notavit ad ſex digitorum transverſorum longitudinem porrectas, ſimiles facie externa ancipitibus gladiorum laminis, quas cùm leniter inflecteret, obſequentiſſimè ductui manus parebant, & reſtituebant ſe poſt plures curvaturas priſtinæ rectitudini ad nutum ejus; hanc Obſervationem illuſtrat exemplo ſubſtantiæ illius, quæ dicitur Cornu Lunæ, nihilq; aliud eſt, præter* ☽*tum, cujus textura mutata eſt per particulas acidorum Spirituum, eſtq; fuſile ad candelam, & ſequax, & in tenues philyras effundendo abeat, pellucidum, vitri æmulum malleoq; quodammodo obediens.*

II. Sal

II. Sal Armoniacum Fixum, ut ſalia reliqua, multa in Medicina & Alchymia promittit; Tale *Sal* autem *armoniacum* ob naturam ejus nimis fugacem fixari refert *Poterius Pharm. Chym. L. II. C. VIII.* ter illud cum *ana calc. vivæ* calcinando in Xbulo forti igne, ſingulis vicibus ipſum diſſolvendo, filtrando & coagulando, ſemperque cum *recenti calce* calcinando, id quod toties fieri debet, quoad *Sal armoniacus* figatur & liquabilis reddatur ad inſtar metalli *Mazzotta de tripl. Philoſ. p. 189.* jubet *armoniac. & calc. viv.* prius *aquâ fontanâ* impaſtare in olla, dein aquam evaporare & ponere in furno ubi ollæ coquuntur ibique calcinare per 6. aut 9. horas, dein *aquâ ſal* à *calce* ſeparare, filtrare, coagulare, hocque repetere toties, quouſque *ſal fuſilis* obtineatur. De hoc ⊖*e armoniaco fixato*, maxime ſi poſt calcinationem cum *calce viva* & elixiviationem denuò cum *novâ calce* igne forti calcinatum fuerit aliquoties, refert *Mazzotta de Miner. p. m. 195.* quod ☿um congelet; nam ſi hujus ⊖*is* & ☿*rii ana* in vaſe terreo vitreato aut in vitro ponantur, dum ☿*us* incipit calefieri ⊖ funditur & penetrat & ☿*um* congelat. Et ſic quoque reliqua metalla excepto ferro in verum ⊕*em* convertuntur, maxime verò ♂*um* fixatur, ut convertat ☿*um* & reliqua (excepto ferro) in veram ☽am. *Bohnius Diſſ. Chym. XIV.* §. 11. refert, quod *Sal armon.* per calcinationem cum *calce vivâ* præparatum vix à deliquio defendi poſſe in aëre & quamvis alcaliſatum ratione ſaporis ignei videatur, non tamen ſit purum alcali ſed compoſitum magis, dum 1. aliquid adſtrictorii linguæ ſimul imprimit, 2. non ab acido ſed ab alcali ejus ſolutio præcipitatur, 3. in ſtirias ⊕oſis ſimiles hæc concreſcit; Ita ut quòd per deliqium fluat, albuminis ovorum induratur maxime interventu, à ſumma puritate procedat. Hujus ⊖ *fixi* ope ſeq egregium remedium contra Calculum, totum ſcilicet M. S. renovandum paravit *Keslerus*: *Rec. Reguli antimonii* ♂*ti ſtell. Salis armoniaci depurati ana* ℔ß. ♎ma in cucurbita bene lutata poſitâ in igne arenæ miſcendo flores ♎tos fecibus, hocque repetatur ter, quartâ verò vice ſublima cum ⊕ & habebis flores rubeos TRâ ♂tis impragnatos. *Uſus* horum florum eſt ſalutaris in *febribus rebellibus*: Poſtea *Rec. Calc. viv.* ⊖ *armon ana* ℔j pulveriſata fluant in tigillo igne forti, effunde & elixiva ⊖, quod coagulandum & denuo ut prius cum *calce viva* bis calcinandum, ut fiat penitus fixum & fuſibile inſtar metalli; hoc verò in cellam humidam poſitum reſolvetur in liquorem fixum: *Rec. Liquoris* ⊖ *armon. fixi p. iij.* ☿♌*ti eſſentific. transparentis q. ſ.* (hic eſt ☿♌tus nitidiſſimus in Oleum ſic deſtillandus, in quo ut ☿ duplatus habeatur, poſtea flores reguli ſolvendi pro menſtruo univerſali) ſolve hunc in liquorem, madefiant papyri fruſtula in eo & formetur in globulos, deſtilla per ☊ in oleum ☿le, quod per cucurbitam in B. M. rectificandum, ut fiat nitidum & odoratum. *Uſus* hujus liquoris eſt in *lue* ♀*reâ*;

Rec.

Rec. Liquoris hujus ☿*rialis q.v. flor.* ♄*ii modo ppt.* ℥*j. vel* ℥*ij.* abſtrahe & repete ad omnimodam florum ſolutionem: ſolutum ſerva: *Rec. Liquoris* ☿*al. dicti q.v. Perlar. orient.* ℥j. *Corallor. rubr. opt.* ℥ß ſolve (*Baſil. de reb. Nat. p.46.* ait: talem conjunctionem experientiâ confortans heroicum præbere) & abſtrahe ut modo dictum: *Rec. Liquoris in quo flores* ♄. *ſol. & alterius* in quo *perla*, miſc. abſtrahe menſtruum in B.M. idque ſæpius repete, uſque dum bene omnia ſint combinata & in pulverem ſubtilem abeant, cui adde *Tinct.* ☉. ʒij. *Vini rectif.* abſtrahe aliquoties & tandem ad ſiccitatem, *Doſ. gr. iij. ad* ℈ß.

III. Flores Salis Armoniaci ex ⊖*le Armoniaco* ſoluto in aq. ſimpl. prius vel per ſe, additione ſaltem corporis alcalini ♉dum figentis, vel admixtione alterius corporis vacui v.g. *Lapidis Hæmatitis* (de quo *infra de Hæmat.*) aut etiam ♂*tis* habentur, qui tamen modus ob ⊖lum ab ♉do inde ſolutum meritò damnatur. Utiles hinc ſequentes: *Rec.* ⊖ *arm.* ℥*vij.* ⊖ ☿*ri* (etiam brevi manu *ex* ⊖*tri & tartari crudi ana* detonando facti) ℥*vj.* pulveriſ. miſc. & ſublima, adſcendit primo ⊖ △le, quod exime, tum per diem ♌ionem continua & evehentur in alembicum flores elegantiſſimi, in boccia etiam durâ & compacta concreſcit materia, quam floribus adde & ſerva pro uſu. *Doſis à gr.* iv viij ℈ß. cum *Crem. tart.* ℈j. addito *gr.* j. *ſulphur.* ♄*nii* in *Quartana* ante & poſt *paroxyſmum*, vel modo ſeq. *Rec. Extr. cent. min.* ʒiij. *Chin. chin.* ʒij. *fl.* ⊖ *armon.* ʒß. M. f. *Pil. ex* ℈*j. num.* XX. Tales autem flores magis alcalici evadunt & fermentum febrile fortius adoriuntur, fit enim & ſic ut acidum ⊖lis fiat ſpirituoſius, ceu ♒us ⊖is inde reſuſcitatus longè ſubtilior & penetrantior habetur. Ex floribus his ♓ci cum alcohol Vini *Menſtruum* ☿*reo*-⊖*num* △*le* (*circulatum minus Paracelſi* dictum) ad *TRas* magis elaborandas & altius penetrantes loco ſimplicis alcohol vini fieri ſolet *modo ſequenti*: Rec. *Flor. q. pl.* his affunde ♒ *Vini rectific.* ad eminent 3. digitor. transverſ. ſtent in digeſtione leni per menſem, ſic enim alcohol vini ſenſim imprægnabitur ⊖*e* △*li* ▣*ſo*, cujus ratione etiam potentius deſcribet menſtruum & generoſius medicamentum, præſertim pro recluſione metallorum *Croci* ☉*is*, ♄*ii calcin. &c.* de quo verò *Baſil. Valent.*

IV. Spiritus Salis Armoniaci Urinosus laudatiſſimum remedium meritò audit ad evacuatoriorum poros recludendos & diſcraſiam acido-viſcidam expugnandam, ſic ut non mirum ſit mira eo præſtitiſſe feliciſſimum olim Practicum *Franc. de le Boe Sylvium*, cui olim maxime uſualis fuit & ſec. ejus deſcriptionem ♒us hic ita fit: *Rec.* ⊖ *armon. & tartari ana* ℔ß. Cont. mſ. ac ſolv. in *aq. pluv.* nim. ♌la per alemb. ſeu ☍ quam diu ⊖ △e exit: cùm autem ⊖ △e incipit ſolvi in liquore, tum prodit ♆, deſiſte tum à deſtillando & habebis in recipiente △ ♓: in retorta verò relinquitur maſſa ſeu potiùs materia pro ⊖*le febrifugo.* Quòd ſi autem huic maſſæ ex ⊖*le*

tartari

tartari p. ij. & ⊕ arm. p. j. addatur -ʌ- *Vini non rectificatus*, tunc per alembicum habetur -ʌ-us ita ſumme △lis, ut ex tempore ſolvere poſſit olea deſtillata, item *Camphoram*, *Succinum*, *Ambram*, *Myrrham* promptè imbibere: Sunt autem hujus *Spiritûs Vires* inſtar ⊖ ⊡, extinguere fermenta ♉da, *ſudorem* movere, attenuare & diſcutere. *Doſ.* ℈ß. *ad* ʒß. ⊖ *febrifugum* dictum ex ⊙ ſeu quod relictum eſt in ☊, ſolv. in *aq. pluv.* & filtra per chart. ut ▽ limpida evadat, poſtea evapora in ⊟los albos, qui erunt ⊖ *febrifugum*, quod κατ' ἐξοχὴν *digeſtivum* audit, egregiumque *ſtomachicum aperitivum* eſt, nim. *Vires* ſunt ⊖ penetrare, attenuare, aperire, incidere *craſſos humores* & laxare, unde in *febribus pituitoſis* confert. *Doſ. gr. iv. ad vj.* v. g. in ſeq. *Pilulis*: ℞. ⊖ *digeſt. Sylv.* ☿ *dulc. Reſ. jalap. Trochiſc. alband. ana* ℈ß. *Extr. cent. min. gentian. ana* ℈j. *ol. caryoph. dulc. gut.* iiij. M. & cum *elix. propr. P. f. Pil.* Quò ſpectat id quod candidè refert *Frid. Hoffm. in Not. Poter. p. m.* 165. Nos non ſemel felici cum ſucceſſu in depulſandis etiam contumaciſſimis intermittentibus uſi ſumus *Liquore* ♂*li* è ⊙*o florum* ⊖*is* ✱*ci* ♂*lium* parato, qui præmiſſis præmittendis doſi juſtâ oblatus *febrem* in momento tollit, *appetitum* acuit, ⊡*am* quæ antea turbida erat, claram efficit, *ſomnum* inducit; Vid. *ſupra Flor.* ⊖ *armon. hæmatit.* Alius -ʌ-*um* ⊖ *armon.* parandi modus hic eſt: ℞. ⊖ *armon. p. j. Ciner. clavell. p.* ij. Terantur in pulverem & mſ. in *mort. vitr.* committantur, retort. vitr. inſtituatur deſtillatio ex arena, ita enim prodibit ⚴ ⊖*e* △*li* ⊡*ſo* fœtum, deſcribens -ʌ- ⊖ *arm.* & ⊖ △*le* ⊡*æ*, quod per ☋*li* cinerum ex vinculis ⊖*is communis* erat extricatum copiosè lateribus Recipientis adhærebit, deſcribens ⊖ △ ⊡*æ rectificat.* quod vices ſupplere poteſt omnium ⊖*ium* △*lium* ex quibusvis partibus animalium deſumptorum; Idem enim præſtant in re Medica, quod ⊖ △ *Ebor. C. C.* &c. ♉da enim auſtera fermenta occidunt & enervant, M. S. nim. condenſatam rarefaciunt & hinc lanquentes *fermentationes ſanguinis in corde* reſtituunt, *pituitas tenaces* incidunt & attenuant, *obſtructiones* reſerant; *extus* verò -ʌ-*us* ⊖ *arm.* optimè *carnis excreſcentias* coërcet, ut docet *Car. Muſitan. in Trut. Chir. Phyſ. p.* 35. *T. II.* & *Celeb. Boyle de Effluv. efficac. C. III.* refert olfactum diu deperditum eo reſtitutum fuiſſe, ceu exemplo Legati cujusdam hoc quoque probat *Excell. Schrök. Dec. III. Ann. IV. & V. p. m.* 369. Verùm cùm propter illorum acrimoniam & odorem ingratum ⊡ſum quandoque metus ſit, ne *Balſamum* noſtri *ſanguinis* nimium depauperetur, ægrumque nauſea teneat (ut *cit. loc. Excell. Gründelius* quoque annotavit) Chymici hos ⊖*es oleis aromaticis* involvere & nobilitare tentarunt, quod facillimâ viâ fiet *ſeq. modo*: ℞. *Cinam.* ℥j. *Nuc. moſch.* ℥ß. *Caryoph.* ʒij. *S. Cardam. fœnic. Croci ana* ℈j. add. ⊖ *arm.* ʒvj. *vel* vij. ⊖ ♀ *vel Ciner. clavell.* ℥iß. 🜍 *generoſ.* ℥xx. Stent in digeſt. quò diutiùs eò meliùs, ita enim ⊖*es* ☋*lici* ♀*ri vel cin. clavell.* impetum facient in aromata,

 partes

partes *oleoſas* & ⊖*nas* illorum △*les* reſolvunt & educunt, qui à *ſp. Vini* ſuſcipiuntur; ab altera verò parte ⊖*es* Ꝗ*lici* deſtruentes ⊖*is* ✱ mixturam, ⊖△*e* ⊡*æ* in actum deducunt, quod occurrens partibus mollibus oleoſis aromatum ab ipſis ſuſcipitur, eorumque amplexibus involvitur, & ſocietatem amplexibus amicabilem init ac proinde deſtillatione accedente ſimul adſcendunt in formâ -∿-*ûs* △*lis* ⊖*no-oleoſi*. Quòd ſi verò eosdem ⊖*es molli oleo herbarum involutos* deſideraveris, ſeq. exemplum Tibi eſto: ℞. *H. menth. major. thym. roriſmar. Cent. min. meliſſ. Fol. lauri, Fol. lavend. ana m i.ß.* (quibus ſi admiſceri velis *NM.* ℥j. *Cort.* ☉*ant. citri ã.* ʒiij. gratius obtinebis ⊖ *volat. oleoſum*) add. ⊖ *arm.* ℥*vj. Ciner. clavell. vel* ⊖ ♀ ℥*xij.* Digerantur & deſtill. ut dictum *ſupra*, -∿- *Vini ſtopam unam ſeu LXXX.* ſubtiliſſimum auferendo; *Signum* autem *peractæ deſtillationis* erit, quando flores in alembico ſublimati diſſolvuntur, quod ſignum eſt ſubſequentis ⚓ is, ſpirituoſumque eſſe ablatum ac proinde operationem ad finem tendere. Quod ſi *tinctum* volueris tuum ⊖*lem aromaticum* vel *oleoſum pauxillum Croci in ſindone* ligatum in *roſtro alembici* ſuſpendito, vel tingito cum *guttulis aliquot* Ɍ *croci* vel *Elix. Parac. cum* Ꝗ*li ppti*, vel ad modum ſeq. compoſito *Elixire Balſamico Frid. Hoffmanni Prof. Celeb. novæ Academiæ Fridericianæ*, ceu quo maximo cum emolumento per plures annos ſe uſum eſſe dicit *in Annot. ad Obſ. Poter. Cent. II. C. 39. p. 186.*) in *graviſſimis viſcerum obſtructionibus morbisq; chronicis*, ſi ejus uſus per menſes aliquot continuetur aſſumendo bis omni die 60. ad *minimum guttulas*: Rec. *Herb. ſcord. m. iij. fl. cent. min. m. j. Myrrh. el.* ℥ß. *Croci* ʒj. *Succini, Zedoar. Nuciſt. ana* ʒiij. *Lign. aloës* ʒiß. *Cort. aurant.* ℥ß. *Ol. cardam. & caryoph. ana gut. x. Spir. Vini tartariſ. menſ.* j. *Spir. ſal. armon.* ℥j. F. Extractio. Idem quoque ingeniosè *ſpiritum ſal. armon.* admiſcuit Infuſis *antifebrilibus* v. g. ad *Quartanam*, & pro *antifebrili* certiſſimo ⊖ *enixum* ex mixtura -∿- ✱*ci* & -∿-*ûs* ⊕*li* proveniens laudavit. Hîc & mentio facienda *Eſſentiæ Stomachicæ celebris illius Angli Thomſoni Chymiatror. Acu magnet. p. m. 215.* dum -∿-*u* ⊖*is armon.* ⊖ ♀*ri fixum* volatiliſatur & obtinetur digeſtione decenti *ſpiritus* ad omnia paratus æthereæ indolis, qui cum *vitalibus* noſtris intimam tenet affinitatem. In cujus tamen defectu *ſpir.* ⊖*is armon liquori* ▽*æ foliatæ* ♀*ri* commiſceri vel deſtillando combinari poteſt, ceu talis ſolventis ope *Elixir Proprietatis* paraſſe *Dn. Digby* refert *Ettmyllerus*, qui & per ſe Liquorem hunc ſalſum volatilem ex *ſpir. ſal. armon.* ʒ*iij. & liq. terr. fol tart.* ℥ß. *ad gutt. XX. vel XXX.* ſummo cum ſucceſſu in *affectibus hypochondriacis, ſcorbuticis & melancholicis* in uſum traxit; quare & noſtro judicio in *morbis tartareis* dictis *ſpiritus ſal. armon.* optimè commiſceri poterit, medicamentis ex ♀*ro* paratis, ut eſt *Liquor* ▽ *fol. tart.* ♀*rus tartariſatus*, quæ invicem maritata optimum remedium contra *tartareos morbos* præbent, *Calculum*, v. g. *Podagram*, in quâ præcipuè

cipuè etiam valet *Liquor volatilis* ☐*ſus* ex *ſulphure* cum *ſale armon.* & *calce vivâ* vehementi igne arenæ paratus aurei coloris, ſi nim. in hoc *Opium* & *Camphora* ſolvatur, & *ſpir. Vini rectif.* affundatur, nobiliſſimam *medicinam antipodagricam præbens*. Vid. *Baſil. Valent. Curr. triumph. p.* 92. ceu & in *Podagrâ, Eriſipelate, Pleuritide, Odontalgiâ,&c.* valet ſeq. Fotus promptiſſimè: ℞. *Spir. Vini rectif.* ℥ij. *ſpirit. ſal. armon.* ʒij. *campb.* ʒij. *Opii* ʒß. *Nitr. opt.* ℥ß. M.

V. Essentia Salis Armoniaci Martialis *Etneri in Manib. Poter.* Rec. *Chalybis puri ſubtiliter limati* ℔j. ⊖ *arm. puri triti L. II. vel III. optimè invicem miſceantur, in mortario lapideo vel porphyritide. Mixtura hæc vitro imponatur, obturetur vitrum, maneatq; in loco ſicco, vel hyeme in hypocauſto calido per* 12. *ſeptimanas: (quidam chalybem limatum ſolutione* ⊖*is armoniaci ſenſim ſenſimq; irrorant, & ſic ſuccuſſum ſentiunt) His elapſis* ▽*â pluv. calidâ* ⊕ *elixivietur, filtretur per chartam, ſic remanebit Crocus* ♂*tis pulcherrimus, qui tam internè quàm externè multa præſtat. Aqua hæc filtrata* ⊖*e armon imprægnata, immittatur in cucurbitam vitream, recipiatur poſtea* ⊖ *tartari ex fecibus Vini paratum, in hunc modum:* ℞. *Feces Vini, optimè exſiccentur, ſiccæ immittantur in vas fictile, cui imponi poſſit concavum ſuperius retortæ cum collo, quod luto forti optimè loricetur, calcinentur ſic feces igne aperto, obſervatis ignis gradibus, aliàs collum retortæ cum recipiente diſſilit, nubeculis prorumpentibus exitus illis exiguus concedatur, ne recipiens frangatur. Oleo fœtido deſtillato, remanentia in fornace figulino fortiter calcinetur, tunc elixivietur* ⊖, *& ſ. a. tribus vicibus* ⊖ *purgetur. Hujus* ⊖*is Rec. tantum, quantum fuerit* ⊖*is armon L. II. vel III. ſolvantur in* ▽*a pluv. calida, quæ ſolutio cum priori miſceatur, ſtatimq; in arenam calidam in cucurbita capitello adaptato, atque optimè clauſo ponatur, lentoq; deſtilletur igne, ſic prodibit Spir.* ⊖*is armon urinoſus, qui pro uſu ſervetur. Animadvertendum, ne aqua poſt Spiritum aſſurgat, quod unusquiſque* ♎*tionis gnarus præcavebit, reſiduum phlegma ſalſum ſeu lixivium ſ. a. pro* ⊖*e acquirendo exhaletur. De* ⊖*e hoc fixo* ℞. ℥j *& Sp* ⊖ *arm* ℥iij. ⊖*i ſuperfundatur ſpiritus, ut ſolvatur. Sic recipietur* ℞ *cærulea pulcherrima colore Sapphirino. TRa hæc per chartam filtretur, & in balneo leniſſimo in phiola, bene obdurata digeratur per* 10. *vel* 12. *dies. Sic erit ppta Eſſentia* ⊖*is armon.* ♂*lis. Si è* ♂*te encheiriſi quadam ſimili modo TRa cærulea elici poteſt, doſis à gut.* 17. *uſque ad* 50. *in vehiculo convenienti vel Vino. Operationes ſuas feliciter abſolvet in omnibus obſtructionibus, lienis, hepatis, pancreatis, meſenterii, menſium, in affectibus catharroſis, in calculo, colica, ſcorbuto, igne volante perſico, plica, Quartanam præmiſſis præmittendis uti & alias febres intra breve tempus curat, in Podagra & tumoribus internè & externè levamen promittit, multisq; aliis morbis ſuccurrit, quod prudenti Medico experiri erit facillimum.*

FINIS SECTIONIS QUARTÆ.

SECTIONIS IV.
DE
MEDIIS MINERALIBUS,
PARS II.
DE SULPHURIBUS.

CAPUT I.
De SULPHURIBUS in genere eorumq́ʒ Ortu.

MINERALIBUS Salibus conſideratis, SULPHUREA Mineralium *corpora* examinanda, maximè quia ſæpius ex uno eodemque ſubjecto vel venis eliciuntur, ceu unum idémque minerale eſt, ex quo Sulphur & ex quo ⊕lum elicitur, uti docet *Journal d'Angleterre*; ſcilicet ſi ex eo facere volunt ſulphur, frangitur in fruſta & immittitur in crucibula parùm inclinata, ut ſubdito igne, qui plerumque quatuor horas durare debet, ſulphur fuſum defluere poſſit in vas plumbeum, in quod continuò labitur aqua pro coagulando ſulphure fuſo: dum adhuc funditur ſulphur, Cineres ex igne ſumuntur & in cumulum aſſervantur, aliisque cineribus teguntur pro conſervando calore; Ubi autem ex eo conficere volunt ⊕lum, facto in ▽am magno foramine aſſeribus probè ſe jungentibus intus inveſtito, cineres eò abjiciuntur, ▽aque eò derivatur pro ſolvendo ⊕lo, hincque in ahenis plumbeis ſuper ſartagine poſitis excoquitur, hincque inde eximitur & ad ⊟ſandum reponitur: in cujus confirmationem quoque *Liſter. Tr. de Variol p.* 126. refert 🜍 quod ex India orientali habemus ex flavo ſubviridi eſſe & pellucere inſtar ⊕li, nimirum, ut dictum, Pyrites ferreus ſeu metallum ferreum, & 🜍 & ⊕lum edit. *Sulphureorum* autem ejusmodi *Corporum* naturæ cum ⊖bus, ut diſpar omnino ſit ratio, dum menſtrua diverſa, aqueum nim. ſalia, 🜍reum verò 🜍a, requirunt, tamen dum invicem congrediuntur, mixtis inprimis pulchritudinem præſtare valent,

lent, quatenus regida illorum ſpicula ab horum ramoſis ſuaviter involvuntur, ligantur & dulcificantur; Conſtat autem per *Sulphurea corpora* ea intelligi quæ ignem facilè concipiunt & oleo ſolvuntur, ceu ſulphur commune igni admotum mox ardere & per coctionem & hinc emollitionem rubicundam menſtruo TRam præbere videmus, quo cum *Polemanno de Sulph. Philoſoph. cap. II.* etiam colligenda reliquorum metallicorum ſulphurum, etiam ſolarium, perficienda ſolutio. Vocantur etiam hæc corpora *Bitumina* tanquam batuumina à batuo, obſoleto verbo, quod eſt obturo, dum in ſubterraneis bituminatis terrei pori bitumine obturantur ut quodam glutine, ceu & *Curtius L. V. C. I.* fontis bituminis meminit, unde reſultârunt muri *Babylonii*; notandum autem plurimos de Bitumine poſt *Plinium* & *Dioſcoridem* ſcribentes bituminata ſeu bituminoſa bitumen in ſe continentia, ut eſt *Gagates*, *Samothracia gemma*, *Carbo foßilis*, &c. pro bitumine vero falsò habuiſſe & ita vocaſſe, neque enim minera ferri (lapis ferrarius dicta) ferrum, Oliva oleum, Uva vinum dicenda, pingue enim illud & ſulphureum quòd bituminatis ejusmodi ſubjectis ineſt & flammam concipit fovetque, bitumen ſolùm eſt, quod Græcis ἄσφαλτος dicitur, fortè tanquam ἄσβεστος difficulter reſtinguibile. Id ſi detur, totum combuſtibile verum & genuinum bitumen erit nominandum; ſi in ſolida lapideaque ▽a ſtabuletur, exuſto bitumine carbo ſtrigoſus & exuccus ſupererit, ſi aqua admixta ſit ellychnio flammam concipit. Quicquid verò ſit ejusmodi Bituminum & Bituminoſorum vel Sulphureorum Corporum *Ortus* in ventre ſeu gremio Telluris eſt à particulis ramoſis (*de quo & ſupra Sect. I.*) ſibi invicem incumbentibus & in magna ſatis copiâ ibidem concretis; illæ verò particulæ emergunt ex halitibus ſubterraneis pinguioribus, qui inſtar fuliginum camini ſenſim in copia accumulantur & pro *varietate* & *puritate particularum* ▽*ſtrium* quibus ſe affigunt, *varia* ejusmodi *ſulphurea ſubjecta* componunt; ſic namque dum particulis hiſce aliæ valde vel minus flexiles, magis vel minus ſpirituoſæ aſſociantur iisque inexiſtunt, *variatur vis & conſiſtentia horum corporum*; hinc ſi in eorum particulis materia ſubtilis ſeu ſpiritus fluidus △lis abundet, qui ſatis aptus ſit ad particulas illas ſubtiliſſimè imminuendas (ceu ope ignis ex carbone Scotico & gravi non contemnendam quantitatem olei vel liquidi bituminis obtinuit *Boyle*) & inflectendas, *fluida* evadunt *Sulphurea*, ut eſt *Oleum petræ* aliaque naturalia, variantia pro varii generis particulis intra poros eorum interceptis: Sic ſi ſpiritum obtineant acidum auſterum, materia ſcil. adſit rigidior, particulæ illa conſtringuntur & ſibi invicem magis incumbunt, ut *Carbones foßiles*, *Gagates* & quæ modo *Bituminata* vocavimus, *Succini* item *diverſa genera*; Si autem corpuſcula illa ſpiritum merè acidum admittant, materiaque ſubtilis nihil immutata in poris illorum hæ-

 reat,

reat, durum evadit & fragile ſubjectum, ſed minus ponderoſum, ut *Sulphur* & diverſa ejus genera, manifeſto indicio omnia ejusmodo ſubjecta, miſtionis potius gradu quam natura inter ſe differre, id quod jam agnoviſſe videtur *Ren. de Carles Princip. Philoſ. P. IV. §. 76.* ingenioſè de hiſce ita diſſerens: *Exhalationum*, ait, *particulæ tenuiſſimæ nil niſi purum aërem ſolæ componunt, ſed tenuioribus ſpirituum particulis facilè annectuntur, illasq; ex lævibus & lubricis* ramoſas *reddunt; ac deinde hæ ramoſæ, ſuccis acribus ac metallicis quibusdam particulis admiſtæ,* Sulphur *conſtituunt, & admiſtæ particulis* 🜃*æ multis etiam ejusmodi ſuccis gravidæ, faciunt* Bitumen, *& cum ſolis particulis* 🜃*æ conjunctæ faciunt* Argillam; *& denique ſolæ in oleum vertuntur, cùm earum motus ita languescit, ut ſibi mutuò planè incumbant. Sed cùm celerius agitantur, quàm ut ita in oleum verti poſſint, ſi fortè in rimas & cavitates* 🜃*æ magnâ copiâ affluant, pingues ibi & craſſos fumos componunt, non abſimiles iis qui ex candela recens extincta egrediuntur, ac deinde, ſi quæ fortè ignis ſcintilla in iſtis cavitatibus excitetur, illi fumi protinus accenduntur, atque ſubitò rarefacti, omnes carceris ſui parietes magnâ vi concutiunt, præſertim cùm multi ſpiritus ipſis ſunt admiſti, & ita oriuntur* Terræmotus. Ex dictis verò haud difficulter inferre poterimus *Analogiam* 🜍um horum Mineralium cum Vegetabilibus, haud enim aliter Sulphurea hæc (unde & *Reſinæ Terræ* dicuntur) in 🜃æ penetrabilibus formari videntur, quàm *gummi* & *reſinæ* in plantis ex *partibus oleoſis ramoſis* & *acidis rigidis* invicem complicatis, quod confirmant maximè tum tædæ igne in fornacibus excoctæ, ex quibus *Pix* elicitur, haud aliter ac in quibusdam locis *bitumen nigrum* ex 🜃a exprimitur, non aliâ quàm ignis ſubterranei vel etiam ſolaris vi, ut eſt *Bitumen nigrum* quod in *Arverniâ* in Gallia ad urbem *Montferand* è 🜃a exudat, quale mihi monſtravit *Exc. D. D.* (νῦν ἐν ἁγίοις) *Jac. Sponius, Medicus Lugdunenſis*, cujusque mentionem fecit in *Aphoriſm. novis Sect. V. §. 67.* tum etiam *artificialis reſinarum formatio* ex *oleo* ⦶*lt* cum *oleo aniſi* guttatim affuſo, experimento *Dn. Grevv* Angli, ac inſuper quòd *Oleum olivarum* cum -ʌ- *u* ⦶*tri digeſtum*, in medullam vel *butyrum* quaſi abeat. Quare & ingenioſiſſimè *Kunckelius in Animadverſ. Chym. C. I. §. 16.* docet id quod vulgò 🜍 dicitur aut quodvis inflammabile in genere conſiſtere in concurſu Λlis, acidi & 🜃æ; in ſpecie verò 🜍 minerale in acido crudo, 🜔e acido Λli & ſubtiliſſimâ quadam 🜃â; Huic equidem contrariatur *Cl. D. D. Hanhardus*, qui in ſuâ de *Salibus Diſſert.* omne acidum 🜍ri negare contendit proceſſu ſequenti, quo 🜍 nullo vel pauco aëris acceſſu redigit in liquorem rubicundum minimè acidum ſed virtutis balſamicæ: ℞. 🜍 *citr. Furfuris ad nigredinem calcinati aa.* deſtill. ſ. a. per retortam igne aperto, adjuncto excipulo majori, ita furfur impedit, quo minus 🜍 ſub florum forma avolare poſſit, ſed in liquorem ſe convertat, hoc modo dicit ex ℔j. 🜍ris haberi *liquoris ad acida & alcalia*

calia indifferentis circiter ℥ix. & 🜍*is in collum retortæ* ♎*ti* ℥ij. Verùm admixtio *furfuris calcinati*, quod *alcalicum* eſt, non alio fine inſtitui videtur, quàm ut eo ⊖ ⊕licum quod ſub ramentis oleoſis 🜍ris deliteſcit, enecetur & occidatur, ac 🜍 ſuo ⊖e corroſivo, quod aliàs in eo latet, & dum accenditur flammâ cœrulea ſe prodit, decenter ſpolietur. Ad 🜍ris autem compoſitionem acidum ⊕licum cum alcali fixo & φλογιςοῦ concurrere *Ingenioſiſſ. & Experientiſſ. D. D. Ernſt. Sthahl in doctiſſ. Zymotechnia fundamental.* ſeq. experimento *p.m.*117. probat: Si mihi exhibeatur, ait, 1. *Acidum* ⊕*li* aut 🜍*ris, acidus Spiritus*, vel *oleum* ſic dictum, horum mineralium; 2. aliquid ⦶*tri*, aut ⊖*is* ♀*ri*, vel tantùm *Cinerum clavellatorum*, ⦶*ri fixi &c.* Præter hæc nihil, niſi *Ignis* & *Crucibulum*: quadrantis horæ ſpatio exhibeo *Hepar* 🜍*ris*, ſeu *alcali* prægnans 🜍*re*, quod inde ſolutione in ▽*a*, & præcipitatione per *acida*, ſeparatum, colliquatum, eſt idem illud *ſpecie Sulphur*, quod è *mineris* colligitur. Idem, eodem modo & promtitudine, facio, ex ♀*ro* ⊕*lato*, *Arcano duplicato*, ⦶*tro* ♁*niato*. Totum artificium conſiſtit in *combinatione* illius φλογιςοῦ, quod flammam format cum hiſce *acidis*. Facit idem *Boylæus* in viâ humidâ, cum *oleo* ⊕*li* & *oleo Terebinthinæ*; Sed profectò provoco ad expertos, facilius eſt dictu negotium, quam factu. In *meo* verò præſenti adeo impoſſibile eſt errare, ut facilitas operationis, quadantenùs dehoneſtet, in vulgi oculis *ſubtilitatem commixtionis*. Et *p.* 119. Si v.g. ⊖*is* ♀*ri* & ♀*ri* ⊕*lati ana* ʒj. in Xbulum capax, bene candens, injiciantur, fluit ⊖ ♀*ri*, & tantiſper utique involvit ♀*um* ⊕*latum*; Si hic adjiciuntur *carbones*, ſeu groſſus ipſorum pulvis, arripit pauco tempore *acidum* illud ⊕*licum*, ſubſtantiam *Phlogiſton* ex Carbonibus, & cum eo recte regeneratur in verum *Sulphur*: Eo ipſo ceſſat, ita intimè cum ⊖*e alcalino* connecti, unde hoc denuo, in *propria* ſua *alcalina* conſiſtentia, & *fluiditate*, *in* △*e*, & *per deliquium* ſeſe exhibet, adeoque ſucceſſivè, vel ℔. *ejusdem*, cum ulteriore ſubminiſtratione *Carbonum* ingeri poſſunt, & tam *acidum* in 🜍*r* regenerari, quàm eo ipſo, ab *alcali* intimiore connexione ſegregari, ut hoc in formâ ſuâ *propria*, liberâ, iterum exeat. Idem præſentiſſime ſuccedit, cum 🜍*re*, ſi nim. ex ij. *part.* vel iij. *part.* potius, ⊖is *alcalici* & *unâ Sulphuris* pulveriſati, ſucceſſive in Xbulum ingeſtis & fuſis, fiat *Hepar Sulphuris*; Hoc poteſt quadrante circiter horæ, prout ejus plus minúsve eſt, *ſolo* △*e* ſine ullo additamento in *Sal* tale redigi, quale ex *oleo* 🜍*ris* per campanam & ⊖*le* ♀*ri* obtingit, quod vulgò ♀*rum* ⊕*latum* vocant: Nullum ibi amplius *Sulphuris* aut *alcali* veſtigium, ſed loco *rubri coloris* in *Hepate*, *Sal* hoc eſt *candidiſſimum*, loco peſſimi *Saporis* in Hepate, ⊖ hoc purè *amarulentum* eſt: loco facillimæ *ſolutionis*, imò ſpontaneæ *deliqueſcentiæ* Hepatis, ratione *alcalici* ⊖is, *Sal* hoc *difficillimè* omnium *Salium*, poſt ♀*rum Vini* ſolvitur: Loco impoſſibilis ⊟*ſationis* Hepatis, hoc in ⊟*los* octaë-

dras,

dras, vel circiter, eſt proniſſimum: Loco *fuſibilitatis* Hepatis, hoc omnis *fuſionis* expers. Si hoc *novum Sal* ex *acido* 🜍*ris* & *alcalico* ⊖*e conſumto* φλογιστ. natum, denuo ita, ut ante dictum, tractetur cum *carbonibus*, præſtò eſt altero horæ quadrante, priſtinum *Hepar* 🜍*ris*, & poteſt hoc ita centies converti.

CAPUT II.

De SULPHURE in ſpecie.

SULPHUR quaſi ſolum urens, *Iſidoro* ita dicitur, ſummè enim inflammabile eſt, ex particulis lucidis ceu moventibus, ac ♉dis & ♌linis ceu mobilibus compoſitum, ut minimè mirum ſit, ſi △is ſummè fermentans, ſolvens & exuſcitans corpus -∩-us in partibus reſinoſis reſidentes mox in motum rapidum cieat, ramoſas particulas dividat, ſalinasque rigidas indolis fixæ vel potiùs metallicæ iis intertextas crebris particularum ſuarum nitro-aërarum, quas ingenioſè *Mayovv* huc accerſit, ictibus atterat, verberet, comminuat, uti innuit color cœruleus, dum ſulphur accenditur, apparens, ex materia quadam tertiâ partibus ⦶tro-aëreis ſulphureisque interpoſita, à qua particulæ igneæ à motu liberiori detinentur, emergens: unde etiam cum *citat. à Stahl* notamus *partem Sulphuris* tum ⊖*nam* ♉ & ♌ tum φλογιστὸν, & inprimis quod ſpiritus ♉dus ⊖linus ſit cognatus ſali 🜃æ centrali, & ♉do univerſali omnium mineralium, quo hinc & *Veteres*, Sulphur θεῖον vocantes, ſpiritus malignos è domibus fugârunt. Eſt autem *Sulphur* aliud *nativum* aliud *factitium*. *Nativum* foſſile, Vivum quoque dicitur ſeu Virgineum, Græcis eſt ἄπυρον, quod *Celſus L. V.* interpretatur, △em non expertum, nimirum purum eſt & ſincerum pellucidum, auro in colore non poſtremum, naturale, rarum & leve, cujusque odor ſimilis eſt evaporationibus illis à locis fulmine ictis elevatis. Tale in Helvetia è 🜃a effoditur prope *Bactiacum* (Bex) in *Præfecturâ Aquilegiæ ditionis Bernenſis*. *Factitium* eſt id quod arte paratur & perfectum fit dum ignem experitur, ſulphur vulgi dictum; excoquitur vel ex *pyrite* vel ex *aquis ſulphureis*, incoquitur & *oleo* & *calamis ferreis* funditur: Depuratur & in uſum Medicum cum lixivio ♆, qualiter Thermarum ſulphurearum ortum monſtrat, ex ▽æ nim. frigidæ, ſalſæ & ſulphuris occurſu, quod ab illa eroditur, ut egregiè de hiſce experientiâ edoctus ſcribit Candidus *Rochas de Aquis ſulphureis*, cujus occaſione notabile èſt *experimentum*, quod dum *ſulphur in lixivio alcalino ſolvitur* & in vaſe ligneo quercino diutius digeſtioni exponitur, fiat præcipitatio particularum ſulphurearum rubicundarum & enaſcatur inſignis fœtor ⊡ſus, liquorque ♌atus largiatur perfectè alkalinum △lem ſulphureum ſpiritum ejusdem identitatis cum ⊖e volatili ⊡oſo; tantùm valet putrefactio & fermentatio.

mentatio. *Vires* ſulphuris ſummè balſamicæ ſunt, etiam crudi (🜂tione noxia vix ſi adſint, ſubtrahente, ☍caleque non in fundo relinquente) dum mollibus reſinoſis, & pinguibus particulis aſperitates corporis partium, illarumque humorum apprimè mitigant & leniunt, ac etiam heterogenea inde diſcutiunt, hinc namque & adverſus Venena, *venenatorumq; animalium morſus* ſummè commendatur, item ad *Maculas cutis, Lentigines* : (℞. *Sulphur. viv. pulver.* ℥iv. *Succin. limon. Vini*, 🜊, ▽ *roſ. ana* ℔j.) *puncturas nervorum*, ſi poſt *oleum terebinthinæ torrefacti ſulphuris pulvis* adſpergatur, teſte *Fieno Pract. Med. L. II. p.* 199. Quare non immeritò Sulphuri igneæ, imò æthereæ virtutes adſcribuntur, dum *humidiora ſiccat, laxa adſtringit, impura depurat, homogenea congregat, glutinat & unit, fraccedini & putredini è diametro tum curativè tum præſervativè adverſando*, ut loquitur *Zwölferus Mantiſſ. Spag. P. II. C. X. p. m.* 396. ubi non immeritò ſulphur ignem concretum ſubterraneum & 🜄ſtrem vocat, cui natura pro habenâ objecit partes 🜄ſtres ne in actum mox & apertum incendium erumpere poſſit; Quare & *Nic. Monardes in Simpl. Med. Amer. Hiſt. C. XXXVI. p m.* 144. ſulphur vivum (*de Quito in Peru*) ☉i inſtar transparens laudat ʒj. pondere ſumptum cum *vitello ovi* in *coli doloribus, nephritide, nervorum contractionibus* & *Ictero*; *extus* verò cum *Vino* in *eryſipelate faciei* : Et huc quoque *Flores ſulphuris nativi* è Thermis Badenſibus habendi huc quoque referendi, qui nempe lapidibus maximis, quibus obteguntur, nec non lateribus murorum adhærent, quos *Fabric. Hild. Epiſt. Med. Cent. I. Obſ. XXVI. p. m.* 209. iis qui arte fiunt, longè præfert, cui & *Georg. Faber in Reſponſoriis* adſtipulatur : *Sulphuris minera flava* ad pagum *Savagnier* duabus leucis Neoburgo diſtantem extat, quæ cum *Chalcitide aurea* mixta, atque hinc lapideæ conſiſtentiæ eſt. Inprimis autem verum *Pulmonum balſamum* præbet, unde in *Phthiſi, Aſthmate, Tuſſi, Vomicâ* exoptatiſſimos præſtat effectus, & primas tenet in *Pulvere pectorali Dan. Ludovici Pharmacop. mod. p. m.* 375. ℞. *Sulph. commun. Rad. Ireos Flor. Aron.* cum *Vino* vel *par.* 🜊*ti mitigat. aa.* M. f. *Pulv.* pro adultis & infantibus, quique pro re natâ, opiatis, ♁libus, ♃libus & ♄ninis confortari poteſt. Item ℞. *Mell. roſ.* ℔j. *Rad. Ireos Flor. pulver. Flor. heder.* 🜄*ſtr. pulv. ana* ℥iij. *Sulphur. opt. pulver.* ℥j. *Aq. aſthmat. q. ſ.* F. *Elect. molle. Doſis manè & veſperi cochl. plenum.* Sic & medicam in *pectoris affectibus* vim ſpiritûs illius fumantis è *ſulphure, calce vivâ & ⊖e* ✳*co* parati ſummopere laudat *El. Camerarius in Diſſert. pecul.* ubi volatilem hanc ſulphuris TRam rubicundam vel tinctum ſulphure ſpiritum ⊖is ✳ci à ſulphureis lamellis & moleculis, non minus ac fumum ipſum, derivat, aëriſque elaſtici preſſioni atque agitationi adſcribit, ſimulque ex promptâ ejus per membranas penetratione, *contagii peſtis propagationem* dilucidat, nimirum & in *Peſte* hac ob ſulphur ipſum reſinoſum ♉dum optimum eſt

præſervativum, reſiſtit enim, ut optime *Junckenius in Not. ad Agric.* ſubtili maligno & illud ligat, ne putredo ex ſpirituum ſubjugatione exoriatur, ſpiculaque maligna in ſpiritus agant, ſed potiùs in reſinam ſulphuris ſe ſe agendo occultent, inviſcanturque, quare commendantur ſequens *Pulvis alexipharmacus*: ℞. *Sulph. opt. pulv.* ℥ij. *Myrrh. rubr. el.* (☽ ♁ *iat. ana* ʒvj. *camphor.* ʒß. M. f. *Pulv.* cujus *Doſ.* ʒß. *in* 🜄 *bezoard.* tum *Pilulæ antipeſtilentiales*: ℞. *Fl. ſulph.* ℥v *Myrrh.* ʒvj. *Aloës luc.* ℥ß. *croci opt.* ʒij. Cum *Elix. Parac.* f. *Pil.* Sic & *Trochiſc. ſublinguales Eckardi* Untreu. Apotheck. p. 727. *peſtis* præſervativæ ſunt: ℞. *Pulv. rad. Ireos Fl.* ℥ß. *ſulph. fixi* ʒij. *Eſſ. ambr. ſicc.* ℈ij. *Ol. deſt. cinam. gt. XVI. caryoph. gut. XI. mac. gt. VIII. rut. gut. IV. Eſſ. citri ſic.* (*fact. ex medio citri rec.*) *ſacch. canar. dupl. ut omne ſit* ℥x. cum *mucil gum. trag.* f. *Troch.* Sulphuris in *peſte* vires præ aliis decantat *Helmontius Tract. pecul. dicto Tumulus peſtis*, quò Lectorem ablegamus. In *ulceribus antiquis à ſanguine corrupto*: ℞. *Sulph. opt. pulv.* ♁ *diaphor. ana* ℈j. ♁ ♁ *ii gr.* vj. M. Quidam quoque *ſulph.* ℥j. *pulveriſ.* coxit in *Vini menſura dimidia ad remanentiam quartæ partis*, paulò ante paroxyſmum in *Quartanâ* id dedit calidè, *pedibusq́ue & manibus* calide immerſis fecit ſudare. *Externè ſcabiem* præprimis ſanat, ceu induſium in ſolutione ſulphuris excoctum optime ad illam valet, item ℞. *Sulph. opt. pulv. ZZ. pulv. ana* ʒß. *Axung. porcin.* ℥ij. M. vel ℞. *Sulph. opt.* ⊖ *comm. Ol. laurin. ana* ℥j. *Axung. porc.* ℥iv. M. In *Guttâ roſaceâ*: ℞. *Sulph. crud. pulv. ſacch.* ♄ *ana* ʒj. ☿ *dulc.* ℈j. *camph.* ℈ß. ▽ *ſperm. ranar. & roſar. q. ſ.* M. inſtar pultis, quâ nocte facies inungatur, mane verò ▽*â roſac.* abluatur. Sic & ex eo fit *Sorbaithi Medici Viennenſis* Balneum artificiale ex *ſulphuris vivi apyri & Calcis viv. ana* ℔j. pulvis cum ▽ *comm. menſ. VIII.* aliquot ebullitionibus coquatur, dein ab igne removetur ut ſubſideat, & refrigeſcat per noctem, altero die fiat balneum aquæ dulcis, eique ad refrigerium inſtilletur lixivium factum, & parabitur Balneum, cui per 2. horas inſideat æger, poſt uſum balnei ex ejusdem aqua tantum reaffundatur ad ollam, in qua ſubſidet pulvis, donec impleatur, ſerveturq́; reliqua balnei ▽a in cupa bene tectâ; altero die eadem ▽ decalefiat & altera in ollâ exiſtens iterum ad refrigerium balnei affundatur per cantationem, remanente ſemper in fundo pulvere. Taliter procedendo idem balneum quater uſurpari poteſt, utile ut naturale in *nervorum, matricis, calculo renum, &c.* Ad *Impetigines*, 🜍 *reſinâ terebinthi* exceptum valet, item ſeq. *Rec. Sulph. viv.* ℥j. *Litharg.* ʒij. ⊖ *uſt. Myrrh. ana* ℈j. *Ol. tart. per deliq.* ʒj. M. f. *Ung.* Item *Rec. Sulph. comm. q. v.* comburere in 🜄, pòſt miſc. cum *ſerv. cervino*, f. *Ung.* Ad *dolorem Iſchiadicum* optimè ita valet: Rec. *Sulph. Succin. picis alb. colophon. ana* ʒij. *Ping. hum.* ℥j. *Ol. hyoſcyam.* ʒij. ☿ *dulc.* ʒj. M. f. *Empl.*

E' *Præparatis* ex *Sulphure* ſint

I. Flores Sulphuris flavi: *Rec. Sulph. craſſiuſculè triti q. v.* indatur

tur cucurbitæ terreſtri & per gradus ignis ſublimetur, & ſic *flores ſulphuris* in alembicum adſcendunt, quos pennâ abſtrahe: Vel ſumantur *Sulphur.* ☉, ⊕, ⊖ *ſicci ana p. æq.* ſublimentur ſublimatorio moderato igne. Notandum autem quòd dum ex cucurbitâ 🜄eâ in alembicum ♎antur, & ex illo eximantur, illa tegi operculo mox debeat, ne ſpiritus ⊕tro aëreus cum ſulphure effervefcens, incenſionem ſulphuris inducat; *Uſus* horum eſt in *corruptelis* partium, *pulmonum* præprimis inſignis, ceu & ipſum corrumpens ☿dum in *lymphâ* & *ſanguine* domat, *Catarrhis*que hinc, *Pleuritide* (v. g. in *Pulvere pleuritico* ſeq. *Knöphelii* pro *Illuſtr. Dn. Döhmhoff. in Faſcic. Rem. p m. 27.* Rec. *Fl. ſulph.* ♁ *diaph. fixi ana* ℈ß. *Bezoard. min, gr. V.* M. f. Pulv.) *Tußi* & *Colicæ* ipſi medetur. Sulphur à naturâ ſublimatum Thermarum *Badenſium*, ut vocat *Geſner. Ep. p. 52.* his floribus præfert *Hildanus*, ceu qui itidem exiccandi & diſcutiendi vi inſigni pollent, prout in *Ictero* ita proficui ſunt comperti: ℞. *Flor.* 🜍 *nativi* ℈j. *ſacch. cand.* ʒij. M. *Doſ.* ℈j. Ardua res eſt, ait notanter *Paracelſ. T. I. de Vit. Long.* & multis nominibus celebranda, tantam 🜄æ ineſſe vim, quæ balſamum vegetabile tantæ efficaciæ, ut nihil putreſcere ſinet, procreet, unde & Flores hoſce nativos & artificiales in *apoſtematibus acutis*, *pleuriſi*, *peſte*, *aſthmate* & *ipsâ ſanitatis conſervatione* extollit, & *Zwölferus* non ſine cauſa eos cum *myrrhâ* & *pulv. viperar.* addito *Ol.* ☊. *nuciſt. rut. angel.* miſcuit pro egregio pulvere alexipharmaco. *Flores ſulph. compoſiti* ſeq. ſunt: ℞. *Flor. ſulph.* ℥iß *Myrrh. ſel.* ʒiß. *Aloës Soccotr. opt. depur.* ℈j. *Croci or. gr. XV.* M. f. Pulv. Sic & fiunt *Tabulæ ſulphureæ pectorales*: ℞. *Flor. ſulph.* ʒij. *Boli armen. ppt.* ʒj. *Croci or.* ℈j. *Sacchar. alb. aq. hyſſop. ſolut.* ℥iiij. M. f. *Conf.* in *Rotulis*.

II. Lac Sulphuris. ℞. *Sulphur. cum* ⊖*le* ♀*ri ferment. q. v.* coq. in 🜄*â pluviâ* ad ſolutionem, quæ poſtmodum à fecibus decantetur & cum ✱ vel *phlegmate* ⊕*li* præcipitatur, ſic enim lacteſcet (prout & pus ulcerum albidum eſt ob pinguedinem maſſæ ſanguineæ ab ☊li ſolutam & poſtea ab ☿do ulceris ♎atam) & ad fundum cadet pulvis albicans, qui à fœtore nidoroſo crebris ablutionibus vindicandus & leni △ exiccandus: hic verò minimè pro calce emortuâ ad inſtar magiſteriorum è🜄eis præparatorum habendus, ☊li enim eſt abſque ☿do, quod in floribus adhuc ex parte adeſt, unde quoque teſtatur *Ludovicus Pharmac. mod. p. 375.* ſe id in bronchiorum infarctu ſulphure crudo ac florificato reverâ præſtantius perdiù expertum fuiſſe, cui quoque aſſenſum præbet *Poterius Cent. I. Obſerv. C. 98.* referens pulmones aſſiduâ fluxione vexatos, *decocto alexiterio* & *exiccante* ac *Lacte ſulphuris* in priſtinum reſtitutos fuiſſe. *Lac ſulphuris* in *arthritide, podagra* & *ſciaticâ* ſumptum, maximopere conducit: & *Balſamus ſulphuris Penoti* confortat debilitata membra inunctione, ait *Fiſcherus in Corp. Med. Imperiali p. 684.*

III. Tinctura Sulphuris habetur è *ſulphure* ope alcalium (ceu quæ viſciditatem ſulphuris incidunt & ⊖es ⊕cos corrigunt) ut ⊖ ♀, *calc.&c.* debitè recluſo & *correcto*, ut dein 🜈 *alcohol.* ad eminent. 3. digit. transverſ. affuſus, digeſtione TRam rubicundam extrahat, quæ hinc à fecibus ſeparanda & in formam balſami redigenda, abſtrahendo alcohol vini ad debitam conſiſtentiam balſami liquidioris. Ex eodem fundamento quando etiam cineres clavellati ſinuntur fluere in tigillo & additur ſulphur, tum fit Hepar ſulphuris ſanguinei coloris, ex quo cum 🜈 *rectif.* digeſtione debitâ fit hæc TRa: Imò & ſimilis coloris ſubſtantia fit ex ſolâ additione pulv. carbonum, indicio hos à ſulphuris mineralis indole non alienum quid recolere. *Uſus* ejus qui balſamorum, ad maſſam ſanguineam à veneno defendendam, in vigore conſervandam ac etiam exaltandam, exeſa conſolidanda, acre leniendum, viſcidum incidendum, hinc uſus ejus in *peſte, morbis pulmonum, tuſſi, phthiſi, aſthmate, dyſpnœâ, orthopnœâ*; Doſ. *gr. XII. ad XXX*, de quo experientiam teſtatur *Cl. Helvvichius in Miſc. Cur. Dec. III. Ann. V. & VI. p.* 454. Ejusmodi verò color rubicundus innuit ♉dum in particulis ramoſis combuſtibilibus cum △li ſubeſſe, ceu aliàs rubedinem ex acido & △li deducit *Kunckelius*; *Cl. Maëtzius* in TRâ hac ſulphuris evocat per ♌onem -∿- *Vini* ad duas tertias, ut remaneat in fundo Balſamus ſulphuris potentiſſimus & nobiliſſimus in *Febri hecticâ*, ſi cum eo conjungantur ⊟*li Sacch.* ♄*ni* ex ⊕*o puriſſ. & Sacch.* ♄ *ana in acet. deſt.* ſolutis & denuo evaporatis. Cæterùm *Tinctura* adhuc magis *compoſita* habetur, ſi ad *menſ.* j. *Tinct. prædict.* addantur hæ ſpecies: ℞. *Rad. angelic. Imperator. Zedoar. ana* ℥ß. *cinam. caryoph. croci, caſtor. ana* ʒij. *Myrrh. elect.* ℥j. *Camphor.* ℥ß. *Benzoin. Styrac. calam. ana* ʒiiß. *Theriac. opt.* ℥ij. fietque *Elixir* præprimis *pneumonicum* in *aſthmate* & *phthiſi*, præſervansque in *peſte* & *febribus malignis*, potentiſſimum item *emenagogum*, ac etiam ad *ambuſta* in externis aliisque valens. Excellentiſſimus quondam Practicus Badenſis *Franc. Bernh. Schnorf Elixir ſulphuris Balſamicum* ex *Helmontii Jun.* apographo ſeq. encheireſi elaboratum ita in uſum adhibuit: ℞. *Sulph. comm.* aut ejus loco *ſulphuris embryonati florum* (quod balneis Badenſibus ſupernatat) & ⊖ ♀*ri ana* q. v. mixta reverbera ſaltem in Xbulo ſuper carbones accenſos, non tamen nimis violentos, ita cautè ſemper agitando, ut fœtidum ſulphur exhalet, utile verò non comburatur, ſufficiens ſignum eſt, ſi colore fuſco ſe monſtret, poſtea rumpe Xbulum in loco calido & materiam calidam in mortario calido contere & mox ſuperaffunde *ſpir. Vini rectif. q. ſ.* in vitro, quod bene claude & digere. (NB.) Ideo elixir ſulphuris in loco calido ſemper & ſicco conſervari debet & tractari, ne ⊖ ♀ri humiditatem aëris attrahat, quia hoc facto -∿- *Vini* difficillimè ad ſe rapit *TRam*. *Digeſtum* filtra & affunde ſpecies ſeq. *Rec. Mumiæ* ʒij. *Aloës, Myrrh. Caryoph. ana.* ʒij.

Cubebar.

Cubebar. Camphor. Angelic. Theriac. Scorzoner. Imperat. Bacc. lauri, croci, cinam. ZZ. Zedoar caſtor. ana ℨj. *Flor. benzoin.* ℨij. *Eſſent. ſuccin.* ℨij. ▽ *apoplect. & ſtomach.* aut ejus loco -∩- *lavend. & abſynth. ana* ℥j. rurſus digere omnia, ſcil. 14 diebus, digeſtum bene filtra toties, donec pauciſſimæ feces remaneant & ſerva ad uſum. Nobilis quidam hujus elixiris eſt *uſus*, ſed ob fœtorem adverſus ægris, ideo ad hunc tollendum, abſtrahe primâ vice -∩- Vini & ſulphur cum ⊖le ♀ri denuò calcina ut ſupra, dein rurſus cum -∩- Vini procedendo, ut prius, ſic enim fœtidus odor diminuitur. Ad *ſcabiem* juvandam, *morbillos, Variolas* magni uſus. *Doſ. cochl.* jß *aut* ß. in omnibus venenis aſſumptis, &c. In *peſte*, in *hecticis, phthiſicis* cum lacte. In *Apoplexiâ* cùm adſit nimia ſpumæ cochl. j. Huc ſpectat TRa Sulphuris △lis ſeu -∩-tus fumans Boylianus paratus & deſcriptus ab Exc. *Maur. Hoffmanno in Dec. III. An. II. Miſc. Cur. p.m.* 327. his verbis: *Flor. ſulphur. & ⊖is ✳ exactè pulveriſ. ana* ℥v. *calcis vivæ rec. opt. in pulverem redactæ* ℥vj. *mox accuratè commiſcuimus dein retortæ indita arenæ commiſimus, & admoto recipiente ampliſſimo* △*nem igne per gradus aucto adornavimus, atque poſt elapſum bihorium prodiit liquor rubicundus, quin inſecutæ ſunt nebulæ albæ, demumq; flores ad collum retortæ & recipientis elevati in conſpectum venerunt. Finitâ deſtillatione vaſisq; refrigeratis recipiens amovimus, quod admiſſo aëre fumum exhalavit copioſum, qui tamen etſi arctiſſimè obturato oſtio poſt triduum viſum effugit. Liquor ipſe* ⊡*oſo-ſulphureo penetrante odore imbutus in aliud transfuſus Vitrum, nonniſi factâ agitatione fumum emiſit; aliqua ejus pars Vitro peculiari excepta, accedente blando manus foventis calore in fumum ſoluta eſt paucum, ſed carbonum è longinquo admota igni copioſum talem eructavit, hocq; tandem ceſſante liquor reſiduus, adhuc equidem coloratus & rubicundus, omni odore* △*li deſtitutus remanſit; alia illius portio Vitro excepta ab inſtillato antea declarato priori ſpiritu fumante non ſolum inſignem ſubiit effervescentiam, ſed in momento etiam in nebulam aſſurrexit nivei coloris totum Vitrum illico occupantem, & fumum per oſtium denſum expellentem, reſidua mixtura inſtar emulſionis quaſi lacteſcente; ſimili experimento cum* -∩-*u* ⊕*li attentato notabilis pariter effervescentia cum fumo ampliori turmatim avolante & aliquali calore viſa eſt. Demum frigori pertinaciſſimi inclementiæ liquorem huncce fumantem quoq; ad exemplum prioris ſubjicere placuit, cui idem ita ſuccubuit, ut colorem rubicundum, & fumigandi potentiam perdiderit, dum intra fluidum relictum ſaltem pellucidum & ▽æ inſtar limpidum* ⊖ *ſulphureum flaveſcens* ⊟*linum ad fundum, ſeceſſit, idq; ſaporem præbuit deguſtanti ſulphuris crudi aut florum ſulphuris æmulum cum tantillâ vix perceptibili ſalſedine, ſub microſcopio autem purioris concretionis* ⊟*linam gemmam, variis angulis, ludentem præſentavit. Cœterum quod hucuſq; adducti* -∩-*tus fumantis colorem attinet rubicundum, ſicuti eum à ſulphuris moleculis cum alcali* △*li* ⊖*is* ✳*ci ſolutis & explicitis originem habere palam*

 eſt,

eſt, ita pro confirmatione ulteriori facit rubedinis diſpendium, quod ſulphuris moleculis ex liquore ſeceſſum paſſis & ſeorſim concretis notavimus: Effumationem autem ejusdem aëri quoque adſcribendam cenſeo ſcil. ⊖is ✱ particulæ △les ⊡ſæ ex acidi compedibus liberatæ & in phlegmate reſolutæ in motu jugi poſitæ cum moleculis ſulphureis recluſis & attenuatis in continuo avolandi ſunt niſu, huncq; aër admiſſus ſuo impulſu & evibratione elaſticâ ita promovet, ut glomeratim abſcendentes fumum pariant viſibilem album, præprimis ſi obſtetrice calore pori liquoris magis pandantur, quò aër promtiùs irruere poſſit, aut concitatâ per acidorum admixtionem efferveſcentiâ aër citius & in majori copia inde expellatur, ſimulq; effluvia ⊖no-ſulphurea ſecum abripiat, & in ſublime educat.

IV. Balsamus Sulphuris cum oleis æthereis deſtillatis vel etiam expreſſis fieri ſolet, prout is vel ad uſum internum vel externum expeti ſolet: Ad Internum ſit

1. *Simplex* ſeu *Terebinthinatus*: Rec. *Flor. ſulph. ſimpl.* (vel etiam prius cum ⊖e ♀ri igne recluſor.) ℥iß. -ᐱ- *Tereb.* ℥iiij. vel ℥v. ſtent in digeſt. vel aren. per horas 4. addito tertio △is gradu, cùm non ampliùs ſtrepit, operatio eſt peracta: inter extrahendum pro lubitu facile poteſt *oleo fœniculi* vel *aniſi* alterari, ac etiam pauca -ᐱ-*ûs Vini rectif.* quantitas prius addi. *Uſus* ejus ad *ulcera* interna, maximè *pulmonum* cum *balſam. Peruv. & ſacchar.* ♄*ni* egregius eſt, item in *tuſſi* inveterata cum *opiatis*, aliisque demulcentibus, v. g. Rec. *Balſ. ſulph. cum ſpir. terebint. fact.* ℥j. *fl. ſulph. pulv. liquir. ſacch. cand.* ʒij. M f. Pil. *Doſ. à* ʒß. *ad* ʒj. uti & *dyſenteriâ malignâ*, aliàs ſi incautè aſſumatur, ob vim adurentem *Cardialgiam* moleſtam excitare poteſt, ut docet *Obſ.* 121. *Act. Hafn. Vol. I. p. m.* 223. *Barthol.* Spiſſius verò *Balſamum* ſi deſideretur, cum oleis ʃ\tis habetur, modo ſeq. ℞. *Sulph. cum ⊖e ♀ri ferment. q. pl.* pulveriſ. affund. *oleum ſuccin. terebint. lucid. Juniper. aniſ.* ad eminent. 2. digit. transverſ. digerantur vel coquantur donec olea ʃ\ta ſufficientem quantitatem ſulphuris imbiberint & ſpiſſius balſamum evadet, cautè tamen procedendo, ne vitrum arctè ſi ſit clauſum, cum ingenti ſonitu rumpatur, ut quandoque accidit; proceſſu naturam terræmotûs non parum illuſtrante.

2. *Compoſitus* magis: *Rec. Sulph. cum ⊖e ♀ri ferment.* ℥iiij. *Croci, Myrrhæ, Aloës ana* ʒiij. *Camphor.* ʒj *Ol.* ʃ\. *juniper. Tereb. luc. ana q. ſ.* miſc. f. Balſam. l. a. digerendum. Nos heic Baſileæ *Balſ. ſulph. magis compoſitum* polychreſtum intus & extus ſeq. parari fecimus: *Rec. Ol.* ʃ\ *junip.* ℔j. *Fl. ſulph.* ℔ß. *Myrrh. el.* ℥iij. *Aloes opt.* ℥ij. *Croci or.* ʒij. -ᐱ- ✱*ci ur.* ℥xij. *Theriac. opt.* ℥iij. Cont. & mixt. indantur ☋æ vitreæ & ʃ\ntur in arena igne gradatim adhibito uſque dum *Oleum rubini* inſtar deſtillare ceſſet, cujus Vires intus & extus ſtupendæ ſunt. Alius quoque *Balſamus ſulphuris* compoſitus, verum & infallibile remedium ad *Phthiſin* ita fit: *Rec. Fl. ſulph. ter cum ⊖e*

tartari

tartari ♎*at.* ℥*iß, benzoes* ʒ*iij. Myrrh.* ʒ*ij.* ⊖♀*ri* ʒ*iß,* M. & denuo deſtilla, *Rec.* dein *Flor.* hor. ♎*mat.* ℥*j. Ol. amygd. dulc. rec. opt.* ℥ß, *Butyr. ex lacte mulieris ſan.* ʒ*ij.* ⊖*ſuccin.* △*e opt.* ℥ß. C. C. *opt.* ℈*j.* mſ. optimè, eaque immitte phiolæ in leni calore cinerum ad 3. dies digerendo, adde dein *Ol. NM. expr. gr. VI:* liquorem hunc infunde cucurbitæ vitreæ munitæ ſuo capitello & recipiente ad deſtillandum, & ſic recipies oleum ex flavedine rubrum, quod cum *rore majali* rectificandum eſt. Hic eſt *verus Balſamus pulmonis & totius corporis refectorius. Doſis eſt à gut. V. ad VII.* in *lacte caprino* vel *ſeq. decocto*: Rec. *Rad. Chin. opt.* ℥*iij.* infund. in ▽*â Veron. tuſſilag. ſcabioſ. ana* ℔ß. add. *Paſſul. excor.* ℥vj. Stent in infuſione per 24. horas, poſtea coque in cucurbitâ vitreâ per 2. horas, dein cola per linteum rarum, percolatum uſui ſerva. Doſis Decoct. eſt ab ℥iiij. ad ℥v. cum Balſamo prædicto exhibendo. Vel loco horum miſceatur ſaltem *Balſamus ſulphuris ſimplex* cum ſeq. *Eſſentiâ pectorali Auguſtanorum,* recentiſſ. edit. ℞. *Rad. chin. el. helen. ana.* ʒvj. *Ireos Fl.* ʒ*iij. Herb. heder. terreſtr. Veronic. ſaturei. ana* ℥ß. *Croci opt.* ʒj. *ſ. aniſ. cinam. ac. ana* ʒ*ij. cardam. min. ſtyr. cal. ana* ʒ*j.* Inciſ. cont. diger. per biduum cum *ſpir. aniſ.* ℥xxiv. poſtea exprimantur & filtrentur.

Ad *Uſum* externum *Balſamus Sulphuris* convenientiſſimè ſec. *Dan. Ludovicum Pharmac. p. m.* 379. parari poteſt cum *oleo hyoſcyami,* vel ſaltem *oleo amygdalino* è crudi nec Qli quodam diſſoluti ſulphuris proportionali pondere, per ſimplicem tantùm ſine vino, opus protrahente, liquationem ſeu diſſolutionem, cui *Camphora* pro lubitu demum addi poteſt, quali modo pro uſu interno in *empyemate, tuſſi ſiccâ,* &c. quoque ſummopere laudat *Hoffman. in Not. Pot. p. m.* 265. ceu quod minus calidum eſt ſicut illud quod oleo deſtillato puro conficitur; huic ſi adjicitur modica quantitas *Balſami Peruviani, olei aniſi, fœniculi, nuciſtæ, croci,* exurgit Balſamum pectorale præſtantiſſimum; pro uſu autem externo Balſamum egregium paravit *Idem Libr. cit. p.* 554. è maſsâ ex Sulphure & ⊖le tartari conſtante cum oleo lini mediante coctione, quale meritò vocat reſolvens vulnerarium quod abſceſſus præcavet & ſtagnantem lympham diſſipat utut potentius nonnihil hoc præſtet, ſi cum *oleo rapiſtri* paretur ad modum *Feliciſſ. Fr. Sylvii. Uſus* hujus ad *Ulcera* & *Vulnera* recentia, maturandos *Carbunculos* ac mundificandos ne in *ulcera maligna* abeant; Cum *oleo momordicæ* curat *ulcera mammarum*, item *panaritium,* teſte *Rulando,* qui *oleum omphacinum* ad ejus præparationem adhibet. Omnium verò optimè miſcetur cum *Balſamo* ex *Aq. Regin. Hung.* ℔ß. *Olei terebinth.* ℥*iij. Balſ. Peruv. albi & liquidi ana* ℥j. mixtionis adminiculo concinnato; ceu qui in *Vulneribus* cujuſcunque demum conditionis plus efficit intra 4. dies quàm alius intra menſem, teſte *Car. Muſit. Trut. Chir. Phyſ. T. III. p.* 142.

V, SAL

V. Sal Sulphuris ita fit: ℞. ⊙ *ſulph.* calcinetur bene, affund. ▽ decantetur, filtretur, coagulum clarificetur & ſic habebitur ⊖, inſigne arcanum in *Chirurg.* ad ulcera contumaciſſima, ſi *unguento* miſceatur. Apud *Caſtagne Treſor de la Medic. Metall. p.6.* Sulphur figi docetur, coquendo illud in lixivio forti ex *ciner. quercûs, calc. viv.* & ♀ *calcin* ſpumam detrahendo, & quod impurum combuſtibile eſt, ſic ſequeſtrando: quod ſi ſpumam non amplius monſtret in ſuperficie, loco lixivii penitus ſemoti (ne ſcil. poſtea cum acido ✠o & hoc alcali fiat combinatio) coque in ✠ forti, & ſimiliter abſtrahe impuritates, & extrahes ſic TRam rubicundam, ſulphurque ſic albeſcit, fixatur & fuſibile evadit, poſtea verò ℞. *hoc ſulphur,* ○ *roch. ana p. æq.* ⊖ *comm. p.* ß. miſce fortiter cum ✱ in paſtam & ♎ma in matracio magno cum ſuo alembico, ut recuperetur ✱, & hoc paulatim ad omnimodam ✱ abſtractionem; collo matracii exiſtente tam calido, ut manus nequeat detineri, refrigeretur & ♎tum nigreſcet, hoc verò denuo cum ○ & ⊖e repetatur ut prius, idque ter, & ſulphur erit album & fixum, ſolve hoc in ✠o deſtil. deſtilla, congela: Inſtitui etiam poteſt ♎tio hæc in duabus ollis non vitreatis ſibi ſuperpoſitis, in ſummitate exiſtente foramine.

VI. Spiritus Sulphuris per campanam prius madefactam vaſe noto condenſatione paratur, eſtque nil aliud quàm ⊖ acidum ſulphuris flammâ aëreque humido colliquatum, aër ſcil. hoc ⊖ fixum ſubtiliſat, ut maximè probat ⦶tri admixtio hujus enim pars una partibus ſulphuris tribus admixta faciliorem accenſionem & hinc quoque largiorem -∽-ûs quantitatem præbet. *Uſus* ejus qui -∽-ûs ⊕li, imò mitior adhuc ob partes metallicas (quarum ratione ſit ut admixtus -∽-ui ✱ci cœruleus color emergat, ut obſervavimus hoc contigiſſe cum ⊖e △li, corn. cerv. ac etiam quod ⊕la cum -∽-u ſulphuris facta dulciora evadant minuſque auſtera) minus ipſi admiſtas, quamvis & plurimùm natales ſuas aëri acceptum referat, ceu per quem acidum quoddam magis univerſale diſpergitur, non tamen penitus, ſed ⊖ quod per ſulphuris partes ramoſas diſpergitur, illudque denſat, ſic in fluorem concitatur, uti *Cap. I.* innuimus. Aliàs ſpiritum ſulphuris faciliori modo parabilem in *Colleg. Chym. MS. Proceſſ. LXVI.* ſiſtit *Exc. Celeb. Dn. D. Maur. Hoffman. Prof. Altorf.* ℞. *Sulph. q. v.* fac ut fluat in Xbulo, fluenti immerge linteola oblongè ſecta, & exicca: poſtmodum adſit doliolum ad quartas circiter ▽*â font.* puriori repletum, cui per vices immitte telam unam alteramve ſulphuratam accenſam, oſtio mox clauſo, ne accenſi ſulphuris fumus erumpere poſſit, verùm omnis intra dolii ambitum coerceatur, & ⊖æ particulæ intus ab ▽a (dum interea poſt unius telæ deflagrationem doliolum hinc inde commovetur) promptè reſolvantur, quæ ſi ſatis inde acidula reddita fuerit, retortæ vel cucurbitæ humiliori infundi & ♀ ſuperfluum abſtrahi

ſtrahi debet, remanente liquore acido ſpir. ſulphuris per campanam aliàs parabilis æmulo. Ad hunc modum quoque *potus ſulphurati* ab *Helmontio Tr. Aſthm. & Tuſſ.* parati, qui maximopere valent in *tuſſi, malignisq; affectibus*, prout in *Peſte Londinenſi* quâ indies 900. homines occubuere, tales ſummè utiles experti ſunt. Vid. *Cardiluc. Diſſert. de Peſte*, & *Theod. Zuingeri Epiſt. ad Joh. Weidnerum apud Craton. Conſil. Med. L. II. p. m.* 285. ubi Oleum ſulphuris *ſudores* prolicere eoq; nomine *Gallico morbo* cum *decocto Ligni Guajac. & rad. ſalſæpar.* prodeſſe docet, imò certe in *Aſthmate* cum *aquâ ireos, helenii, ſcabioſæ* & ſimilibus ad *guttas 6.* manè utiliter ſumi, aut certè cum juſculo, itidem veſperi tribus ante cibum horis, materiam enim incidit, digerit & *catarrhum defluentem* ſiſtit; Cum vino etiam, ait porrò, propinare ſoleo admixto *ſaccharo* in *ſtomacho languente*, in *obſtructionibus*, in *doloribus inteſtinorum à flatu excitatis*, & *Exc. D. D. Fr. Hoffman. in Not. Poter. p. m.* 488. ſpiritum ſulphuris in *doloribus capitis* & *nervorum affectibus* præ ſpiritu ⊖li laudat, quia ſcil. ſit longè ∧tilior ſpiritu ⊖li, imò cum ⊖e ⊡æ mixtum, factâ poſt ebullitionem phlegmatis abſtractione, ut egregium *antipodagricum* laudat ipſius *Pater in Theſ. Pharm.* doſi *gr.* vj. *ad* ℈ß.

VII. Oleum Sulphuris Verum & *Sulphur fixum* Philoſophorum ita fit: ℞. *Sulph. flav. Ol. lini ana* ℔ij. M. indantur ollæ 6. menſ. capaci, liquentur ſuper aqua, uſque dum videatur effluere, hinc effunde in aliam ollam, maſſaque refrigerata erit colore hepatis; hæc indatur cucurbitæ perlutatæ, adaptato capitello, deſtillentur primùm leniter, & prodibit primum liquor lacteus, dein igne aucto *Oleum rubrum*, quod ſervetur, maſſa verò in fundo reſidua (⊖licæ naturæ inſtar duri bituminis, ceu quæ exhibita nauſeam movet & vomitum) nigra, ſplendens reverberetur, & fiet primum albicans, dein flava, tandem rubra, quæ eſt *Sulphur fixum ſecretum Philoſophorum*. *Oleum* verò *rubrum* optimè per oleum lini depuratum eſt ab omni fœtore & unctuoſitate. Hinc *Uſus* ejus egregius in *Colica* ad *gutt.* 2. 3. 4. quam certò ſanat, expellit *excrementa*, & *vermes* enecat, *nervos* roborat, præſertim ſi maritetur cum *eſſentiâ Balſami Peruviani*, ſi ex eo cum ⊖e ♀ri probè trito ac digeſto cum *ſpiritu Vini* puriſſimo ea eliciatur, quæ ſi deſtilletur ad ſiccitatem, ſpiritus prolicitur balſamicus fragrantiſſimus præſtantiſſimarum virtutum, quale Medicamentum omnes Medicos ſibi commendatum, ut habeant, candidè monet *Fr. Hoffm. in Not. Pot. p. m.* 441. Cœterùm ex allato proceſſu notat *Beccher. Miner. Aren. p.* 40. ſe facilè Sulphur commune in terram fixam inſtar ☉ ⊖li poſſe convertere, hancq; in oleum oleo ⊖li non abſimile, quod meritò Oleum Philoſophorum dici debeat, eſt enim ∀ liquida, uti aliàs ∀a eſt aqua condenſata & Aqua ∀a fluida, nim. notat & *Kunckelius Obſ. Chym. p.* 80. Maturationem metallorum ope ſulphuris fieri ſolitam,

 non

non fieri niſi quatenus ſulphur fixum eſt, quale illud dicitur, qnod flammâ ſuâ ac △li privatum eſt, remanente acido quodam ſimili ⊕lo, unde hoc loco ſulphuris fixati ſumendum eſſet parcendumque labori. Hinc & laudat *Beccherus* ſulphur fixatum ope ⊖is 🜿ri fuſi & præcipitatum cum oleo ⊕li vel ſulphuris; quale ⊖ *cum aa. Minii* ☽*tum* largitur. Dicit *Mazzotta*, quòd ſulphur com. fixari poſſit, ut ∞ rubeum ac eosdem effectus producat in fixando ☿, ♄, ♃ & ♀. Huc ſpectat *Secreta Sulphuris Fixatio Deodati*: ℞. *Sulph. viv. ſel.* ♆ *viv. el. ſubtil. pulveriſ. aa.* Coq. in *aq. font.* ut lacteſcat, decanta, repete, donec non amplius lacteſcat; dein filtra & coagula, liqua & miſce cum regulo ♁ii fuſi q. ſ. at non ſine ſtrepitu. Omnibus refrigeratis regulum diligenter ſepara, ſic habebis ſulphur ſolubile fixum & ignem reſpuens: ℞. *Sulphur. hujus fixi, communis non fixi aa.* Funde & liqua ſimul, ſic totum figetur; adde dein ☉; & ſecretum obtinebis. Vid. *Paracelſ. de Nat. Rerum.*

CAP. III.

DE SUCCINO.

SUCCINUM (Græcis ἤλεκτρον, quod digitis aut panno rudi attritum paleas alliciat ob tenuiſſima effluvia aerem rarefacientia, de quo *Kircherus Art. magn. p. m. 563.*) dicitur, quòd ex ſucco concreſcat, non quidem arborum, v. g. Abietis, Pini, ut quidam putârunt, quos refutat *Boccone Muſ. Fiſiq. p. 32.* cùm in Pomerania & Pruſſiâ prope Regiomontum (*Münſtero* teſte) à mari nullæ ſtent arbores reſinam ſtillantes, ubi plurimum legitur ſuccinum, ſed ex ſucco bituminoſo (cui dum adhuc liquidus eſt varia involvuntur, ut formicæ, ceu tales vidi *Bononiæ* in *Muſæo Dn. Zannone*, muſcæ item, viperæ, ſorices, paleæ, &c. quæ tamen juxta *Tylkovvsky in Phyſ. Cur.* ludibria mera ſunt, nam ubi frangis nihil habes, ceu hoc contigit *Hollando*, qui cùm vidiſſet in fruſto ſuccini grandem nummum aureum apud Civem Regiomontanum, cupidineque ☉i pretio majore Succinum emiſſet, eo fracto deceptum ſe cognovit) è cavernis terræ effluente & ſalſugine maris coagulato, prout inprimis conſtat ex eo quòd in quibusdam locis ut *Islebiæ*, ubi & fons *ſalſus*, è terræ mineris eruatur, fontesque dentur varii coloris bitumen effundentes, ac fruſta ſuccini reperta ſint, quæ extus ſuccinum coagulatum exhibuerint, *intus* autem purâ naphtâ ſeu petreolo referta extiterint; Sic refert *laud. Boccone* in ſaxis pro calce exurendis fruſta ſuccini reperta fuiſſe; & aperte ſcribit *Dortomannus Monſpel. de Cauſ. & effect. Therm. Belilucanar. p. 65.* quòd ad illas ſuccini fragmenta videantur lapidibus adnata & accreta, item *laud. Tylkovvsky* ſcribit Succini mineram ſimilem planè apparuiſſe loco, in quo olim ligna ſecabantur, & quod notatu dignum, *Gœbelius de ſuccino L. II. p. 18.* fatetur

tatur, quòd non ſemel viderit veram *melanteriam, chalcitida* & alias *ſubterraneas res* ſuccino adhærentes; ſic & dum ſuccinum deſtillatur, habetur *oleum* ad inſtar petreoli vel naphthæ, item *ſpiritus aluminoſus* qui cum phlegmate egreditur, ⊖ *Ale* acido blando conſtans natales haud dubie ducens ex ⊖e marino partes ejus ramoſas ſolide affigente ac firmiter compingente, dum aliàs glebæ reſinoſæ partes per interſtitia cohærent, quamvis ſpeciem quandam reſinæ aquæ ⊕li, cui alii adſtringentes ſucci erant, admixti, injectam in duritiem ſuccini coagulatam fuiſſe referat *cit. Gœbelius.* Quare è bitumine liquefacto ſuccinum oriri credendum eſt, quod calore ▽æ ignibusque ſubterraneis. quibus Pruſſia (cujus Sereniſſ. Ducem, hodie Regem, quotannis ex ejus venditione viginti vel triginta millia marcarum Brutenicarum, plus minus, prout ventus & fluctus ſunt ſecundi, haurire relatum eſt *Andr. Aurifabro apud Cratonem Epiſt. Medic. L. IV. C. III. p. m.* 299.) pyritidum aliorumque metallorum etiam ferax, minimè caret & littora Sudinorum, vel ſponte per ſuos alveos in mare (ceu *Charleton de Foſſil. p. m.* 239. refert ſe in Aſelli majoris ventriculo *ſuccini fruſtulum uncialis amplitudinis* vidiſſe) fluit & exſtillat vel à fluctibus marinis eorumque alliſione è venis ▽æ (ceu & ex foſſis novis urbis Regiæ Haffnienſis à foſſoribus militibus eruta fuiſſe pluſcula *fruſta ſuccini variæ magnitudinis*, refert *Thom. Barthol in Act. Hafn.* & *fruſtum ſuccini* ½. *pedis longitudine foſſile* ſeu fodiendo repertum ſub propugnaculis *Rensbergenſibus in Holſatiâ pedes* 18. *ſub terrâ, loco* 25. *milliaria Anglicana à Baltico pariter & Germanico Oceano diſtante*, refert *Muſ. Reg. Soc. Lond. p.* 343.) educitur, vel etiam copiâ ſuccedentis ſucci, aereque ab ignibus ſubterraneis rarefacto protruditur & in aquam marinam egeritur, à cujus ſalſedine dum coagulatur, ſecedunt nihilominus quædam partes tenues & oleoſæ, quæ in ſuperficie aquæ ad littora non ſemel, ubi mare tranquillum eſt, à ſuccini piſcatoribus viſæ ſunt. Exinde verò & *Differentiæ* potiores *Succini* (ſuccinum enim ab iis, ac piſces reticulis, capitur) noſcentur, eſt enim aliud *candidum* & album minimè tranſparens, maxime verò rarum & pretioſum, quod oritur ex partibus illis purioribus & tenuioribus bituminis cum aliis decenter commixtis, maceratis & à maris ſalſedine per intima exeſis & attenuatis, ceu petreolum rufum aut luteum in aqua ex ⊖*le uſto* mixtâ maceratum, agitatum & concuſſum lacteo colore imbuitur; quòd verò hoc genus *ſuccini* rarum ſit, ex eo eſt, quòd non omne *ſuccinum* in mari juſtam ſatis moram trahit, quò perfectè per omnes partes à ⊖e marino alterari & affici poſſit, prout & hoc candidum rariſſime effoditur, quia à craſſa & ▽ſtri ſalſedine impreſſionem nullam ſuſtinet: aliud eſt ☉i modo *flavum* & tranſparens, aliud itidem pellucidum ſed variis coloribus ornatum, aliud tandem *opacum* & unà variis ignobilioribus coloribus obſcuratum & fœdatum,

 prout,

prout nimirum materia purior, tenuior vel craſſior eſt, ac coagulum ab aqua marina contigit. Curioſum eſt, quod circa *ſuccinum* obſervavit Conſul quidam Hafnienſis apud *Barthol. Act. Hafn. Vol. IV. p. m.* 74. *Fruſtum illud ſuccini, quod guttam aquæ in ſe continebat, obſervavit ex ſiccitate vel loci vel corporis immutari. Imminui enim aquæ iſtius guttam quoties exſiccatur ſuccinum, creſcere verò & augeri ſi in aqua ſuccinum maceretur. Quæ grandior nobis viſa eſt gutta ferè exſiccatam fuiſſe & ad minimam guttulam redactam ſicco aëri vel loco aliquandiu expoſito ſuccino. Ad incrementum rurſus ſumere illam, hoc in madore aquarum poſito. Ut certum eſſe debeat, poroſum eſſe ſuccinum, & ab externo aëre ſeu ſicco ſeu humido interiores ejus particulas alterari. Ne dubitemus, quotidiana experientia teſtatur, calorem quoque in clibano, & frigus in frigore recipere, admiſſis per porulos atomis ignis vel aquæ. Imò obſervavit laud.* Schölerus *noſter, in diuturna aliquot menſium maceratione in aqua, ſuccinum dilatari, velut ſpongiam, & augeri. Confirmat hæc aliud fruſtum ſuccini, in quo vermis vivus capite rubro delituit. Sine dubio incluſus ille vermiculus diu in ſuccino, ab externo aëre nutrimentum hauſit. Vermis ipſe diffracto ſuccino exemptus expiravit, & adhuc curioſis monſtratur à* Schölero. *Quodq; mireris, pars illa ſuccini, in qua habitavit vermiculus, odorem lavendulæ ſpirat.* Vires *Succini* nobiliſſimæ ſunt, extrinſecus & intrinſecus; *Alexipharmacum* eſt, *Cephalicum, Nervinum, Cordiale, Stomachicum, Uterinum, Nephriticum* & *Arthriticum*; peſtem nimirum & omnia venenorum genera infringit, acrimoniam mitigando & particulis balſamicis vigorem ſanguinis juvando fibrasque corporis roborando, firmando humoresque fluxiles nimis adſtrictione ſuâ levi corrigendo, hinc in *Catarrhis*, (præſertim ſi corona collaris ex eo ſub induſio ad cutem geſtetur) *Apoplexiâ, Vertigine, Lethargo* citiſſimè ſuccurrit, *vomitum ventriculi* ſiſtit ac *cardiacæ paſſioni* decoctum in aqua ſec. *Marcellum Empiricum* medetur; In *ſuffocatione & inflatione matricis* flatibusque inteſtinorum pellendis, *partu difficili* vix quidquam eſt præſtantius, *Vulvæ procidentiam* ſuffitu in locum reſtituit, *Fluori albo mulierum* optimè medetur. Confert *calculoſis* & *dyſuriâ* laborantibus. Siſtit & *ſanguinis profluvium* & *menſium redundantiam*, prout & *globuli* ex eo formati, occipitio annexi, ad *oculorum defluxiones*, deſtillationesque in guttur auxiliari dicuntur. *Doloribus dentium* quoque medetur egregiè v. g. ſeq. *Emplaſtro* quod *Matronu quæpiam Baſilienſis* mire fluxionibus his vexata ſummo cum ſucceſſu in uſum trahit: ℞. *Gum. ladan. benz. ſtor. cal. ſucc. alb. ppt. ana* ℥iß. *pulv. rad. Ireos Fl.* ℈ij. *Ol. deſtill. ſucc. gut.* iij. *ſtorac. liq. Tereb. Ven. ana* ℥iij. M. fiat *Emplaſtrum.* In *peſte* pro amuleto inſervit, adverſus quam & utiliter *frictio cum ſuccino* 7. *pulſuum principaliorum* inſtituitur: In ſummâ ſuccinum *balſami inſtar* eſt humido noſtro radicali ſeu ſucco nutritio gummeo nonnihil, quem hinc inſigniter confortat & adverſus morborum inſultus defendit. Ex *Præparatis* fit

I. Suc-

I. Succinum Præparatum lævigatione cum *aquâ beton. meliſſ. &c.* pro *uſu cephalico*, v.g. *Rotulæ de ſuccino* : ℞. *Succin. alb. ppt.* ʒj. *olei deſt. ſuccin. gut. XII. ſacchar. albiſſ. ad conſiſt. tab. cocti* ℥iiij. f. *Rotulæ* ad *catarrhos abſumendos* maxime utiles, ceu & *Bolus ſudoriferus Ettmylleri* omnino egregius eſt: ℞. *Theriac.* ʒj. *ſuccin alb. ppt.* ℈j. *Camphor. gr. iij.* M. Vid. & *Pulverem pepticum Dn. D. Cox in Pharmac. Batean.* præprimis autem ingrediens primarium eſt *Pulveris antepileptici Ludoviciani* : ℞. *Pulv. bezoard. albi* (ſupra, ubi *de Corn. foßil.* allati) *ſuccin. alb. ppt.* 🜍 *nativ. ana* ℥j. M. f. Pulv. *Doſis adultis* ʒß. *Infantibus anniculis gr. IV. V. VI. interpoſitis* -ʌ-*u C.C.* ✱*ci* ⊡*oſ.* cum *Eſſent. ſuccin. camphor. caſtor.* T*Râ corallor.* ⫯*ii* ligantibus item ex *opio*, prout inde habetur ejusdem *Pulvis anodynus* ex *Pulv. bezoard. ſuccin. alb. Cinnab. nativ. Laudan. opiat.* de cujus uſu *C. de* 🜍 : Sic & elegantes *Pilulæ de ſuccino Cratonis* ad *catarrhos* ſiccandos: ℞. *Succini ſubt. pulv. Maſtich. ana* ℥ß. *Aloës opt.* ʒx. *Agaric. opt.* ʒiij. *Ariſtol. rot. ver.* ʒj. M. f. Pil. Piſi magn. *Doſis ij. iij. v.* ſub introitum lecti.

II. Tinctura Succini fit è ſuccino alkalibus decenter recluſo, dum ei aut *liquor* ⦶*tri fixi* (alkoheſt etiam dictus) aut *Oleum* ♀*ri* per deliquium commiſcetur, qualiter *Ingenioſiſſ. Chymiater Dan. Ludovicus* pro hac TRâ parandâ, ei contuſo modo groſſo & aliquantulum imbibito *Ol.* ♀*ri* per deliq. cum ♀*ri ſicci modico* miſcet, & affund. *Spir. Vini rectif.* vel aliàs *ſpir. Vini* ♀*ſatum*, qualem TRam poſtea *oleis aromaticis* (præcipue & *Balſamo Copayv.* in *Calculo & renum affectibus*, ſumendo *Tinct. ſuccini* ♀*ſat.* ℥iß. cui *balſam.* ʒiij. paulatim inſtillandæ & digerend. qualem TRam ad *guttas* viij. ſumptam mira præſtitiſſe obſervavimus) aliisque *TRis* miſcendam monet, ceu & *Elixir uterinum Ludovici* componi poteſt è *TRâ ſuccini, caſtor. camphor.* anaticâ commixtione in *affect. hyſteric. colicâ convulſivâ* & *affectibus nervinis* egregii uſus, quin & *extus* in *ſurditate* ex *catarrhis ad aures allabentibus*, ſi nim. *lana cotonea* hac compoſitâ vel ſimplici etiam Tincturâ madefiat & *auri* immittatur; Quod ſi etiam *TRa Succini* miſceatur cum *TRâ bezoardicâ Wedelii* & *TRâ anodynâ* optima eſt in *Gonorrhœâ, fluore albo.* Neque verò ſaltem additione *alcalium ſuccinum* recluditur, ſed & more *Helmontiano* ope ⊖*lis armoniaci*; v.g. ℞. *Succin. ſubtil. pulv. q. pl. Flor.* ⊖ ✱*ci part. dimid.* Exacte inter ſe conterantur & miſceantur, dein affund. -ʌ- *Vini rectificatiſſ. ad eminent. 3 vel 4. digit.* ſtent in digeſtione quouſque -ʌ- *Vini* flavo-rubicundam extraxerit TRam, quam decanta & uſui ſerva: *Doſ. gut. X. ad XXX.* Cœterùm *TRa Succini* cum -ʌ- *Vini* parata deponit tandem *oleum clarum, oleo ſuccini* vulgari ſpiſſius & *terebinthinæ liquidæ* ſimilius, (licet hocce *oleum D. Ludovicus* eſſentiæ hujus maxime adſuetus nunquam obſervarit, ut refert in *Miſc. Cur. Dec. I. Ann. IX. & X. p.* 102. ubi & fere ſatiùs eſſe judicat, ſi nil vel parum ſolum de ♀ ſato *ſpir. Vini* poſt confectionem abſtrahatur, neque enim vis per quæſitam ſic con-

centrationem deprehendatur major) quod manu duci poteſt inſtar ceræ, colligit *Borrichius Act. Hafn. Vol. IV. p. m.* 158. non eſſe veram TRam ſed *oleum* miſtum eſſe, ſed tamen quoad *Vires* in *affectibus cerebri*, ubi minutorum vaſorum eroſio timetur ac apoplexia imminet ad conſolidandum conducere, imò & *externè* ad *capitis vulnera* in *Turundis* valere. Neque verò ſaltem in TRâ hac *ſuccinum liquidum inſtar Terebinthinæ* haberi poteſt, ſed etiam dum ejus *v. g.* ℔j. ♌tur in *olei ſuccini* ℥vj. circiter, tum refrigerari ſinitur & *oleum* cum ⊙ ſubtiliter trito in matracio junguntur & digeruntur; modum ejusmodi habuit *Theodorus Kerckringius*, quemque utique pro inſigni artificio habet *Morhofius in Epiſt. de Tranſmut. metall. p. m.* 49. dum ſolo ignis miniſterio, nullâ aliâ re additâ, *ſuccinum* ita ſolvitur: oſtendit ipſi *laud. Kerckringius cadavera infantum ſuccino tali obducta, ut omnia membra transparerent*: monſtravit & *phiolam vitream* tali *ſuccino* ſoluto, rurſusque coagulato impletam: quam ſplendide verò ſic *magnatum cadavera* condiri ac à putredine conſervari poſſunt & *ſuccini* fruſta majora, quæ in Oriente ultra ⊙ æſtimantur, compingi. *Uſus externus TRæ ſuccini* eſt ad arcendam *gangrænam*, ceu *Lugduni Gallorum* in *Noſodochio* ſummo cum ſucceſſu utuntur; ceu & *Vernix* cujus ingrediens eſt *ſuccinum* egregie ad *hæmorrhoides* valet, ejusque uſu *Carolus V.* ſanatus eſt à muliere cùm nullâ ope curari poſſet, teſte *Mayerne in Prax. p.* 325.

III. OLEUM SUCCINI, *Opobalſamum Europæum* dictum, & SAL ejus △LE paratur vel per ſe, ex *raſurâ per retortam, eâ cautione, ut tertia ad minimum pars remaneat vacua, vel ne ebulliat nimis, adjiciendo parum arenæ* vel etiam globulos à ♌ne *ſpiritûs* ⊖*is* reſiduos, anatica portione, ignem cautè regendo, ſic verò prodit *ſpiritus* ☿*dulus*, quem ſequitur *oleum flavum & limpidum* unà cum ⊖*e* △*li*, per extremam verò torturam ignis ſtillat *balſamum* vel *oleum nigrum ſpiſſius*, ⊙ in *Emplaſtra magnetica* reſervato: ⊖ △*le* verò inde colligitur & ſi color ejus arridet ſeorſim aſſervatur, vel ab *oleo fœtido rectificatur*, diluendo in *aquâ pluviâ tepidâ* & filtrando *per chartam ſ. a.* Sic enim *oleum* hæret in filtro ⊖*le* ſoluto tranſeunte cum ▽*â pluv.* quæ leniter evaporata ⊖*em in fundo* concretum *ſaporis acciduli* relinquit, ⊖*bus* ☿*licis* animalium ⊡*ſis* minime æquiparandum, ac hinc in *renitentioribus iſchuriis*, *Ludovico* teſte, infidum nec adeo præſens, minime tamen contemnendum in *paſſione hyſtericâ* & *inſultibus epilepticis compeſcendis*: præprimis etiam *tumores glanduloſos meſenterii* reſerat, *viſciditatesq́*; diſſolvit, ceu *Morton in Phthiſiol. L.* 1. *C.* 2. *p. m.* 72. ſeq. *Mixturâ* feliciſſimè uſus eſt: ℞. *Aq. petroſel. fœn. aa.* ℥iv. *Lumbric. mag. ſyr.* 5. *rad. ana* ℥ij. ⊖ *ſuccin. vol. nitid.* ʒß. M. ſic & optimum hinc eſt in *Oleo emmengago Wedelii*: ℞. *Ol. ſuccin. ſabin. ana q. v.* ⊖ △*is ſuccin.* f. Digeſtio. *Doſis gut.* 2. 3. 4. addi poteſt *Crocus*. *Diureticum* etiam eſt in *nephritide* ante balnei ingreſſum *Ol. ſuccini per ſe* (aliàs *Oleum ſacrum* etiam dictum) quoque

quoque egregium eſt remedium in *affectibus nervorum. paralyſi, apoplexiâ, epilepſiâ*, maximè & *affectibus uterinis*, ceu -⏜- *matricalis celebris Burrhi* inde quoque cum aliis habetur: *Rec. Succin. opt. Oliban. myrrh. maſtich. ana* ℥ij. Groſſo modo contuſa cum *ſpir. Vini p. ij.* per *M. B.* deſtillatur.

IV. Liquor C. C. succinatus *Dn. D. Michaelis* paratur ex *ſpir. C. C. probè rectificato* & ab *oleo empyreumatico* depurato, qui *affunditur* ⊖ △ C C. & ⊖ △ *ſuccini* (ab omni oleoſitate empyreumaticâ crebrioribus cum ▽ & *ſpir. Vini* ſolutionibus & ♎ationibus purificato) *ana q. ſ.* ut imbibat & ſolvat intime dicta ⊖lia, quæ miſtura ut ut effervescat primitus cum ⊖e △*li ſuccini*, ſuaviſſimum ♉dum admodumque delicatum conjunctum habet, amicè tamen brevi coëunt & digeſtione debitâ ac cohobatione reiterata *liquorem* hunc *commendatiſſimum* conſtituunt. *Uſus* egregius in multis caſibus *adultorum* pariter ac *juniorum utriuſque ſexûs*, maxime ubi ♉dum peccat & nervis infeſtum eſt, in *Epilepſiâ, Apoplexiâ, Convulſionibus, Colicâ, &c. Doſis gut. VI. ad XX. XXX.* Affinis huic *ſpir.* ✳*ci* ſuccinatus *Vigani* in *Medull. Chym. p. 35.* quem ſic parare docet: ℞. *Succin.* ℥iij. ⊖ ✳ ℔j. *Calc. viv.* ℔iij. M. deſtillatur per cucurbitam, & habebitur *ſpiritus* in *affectibus nervoſis* egregius, præſertim in *auditûs difficultate*, ſi *guttula una* vel *altera* in *aurem* inſtilletur bis per diem per 3. vel 4. dies: Quod ſi etiam addatur *Aſæ fœt.* ℥iij. *ſpiritus antihyſtericus fœtidus* habebitur tantum præſtans quantum *ſpiritus* ✳*ci caſtorinus*, qui ex affuſione ſpir. ✳ci ſuper caſtoreum in Officinis noſtris habetur.

V. Balsamus Trium Regum Dn. D. Tran talis eſt: *Rec. Raſur. ſuccin.* ℔ß. *Myrrh. opt. Oliban. Aloes hepat. ana* ℥iiij. *Maſtich.* ℥ij. *Camphor.* ℥j. *Croci* ℥ß. *Storac. liquid. calamit. ana* ℥vj. *Cubeb. Cardam. ana* ℥ß. *Ol. baccar. junip. terebinth.* ℔j. (vel ſi ſpecies fuerint electæ & pingues, poteſt ex *oleis* adhuc addi ℔ß.) Species ſiccæ pulveriſ. leviter. *Storax liquida* quia ſpiſſa eſt redditur fluida affuſione *Ol. terebint.* vel *juniper.* & ſuper leni igne ſive pruna liqua, optime cavendo ne flamâ corripiatur, pòſt inde ☊æ & ſuperfunde reliqua olea. Not. autem ut Retorta ſit tantæ capacitatis, ut media ſaltem impleatur à ſpeciebus: recipiens adplicetur retortæ, muniendo juncturam ſola chartâ papyraceâ madefacta: *Deſtilletur ex arenâ vel potius nudo igne; Ignis initio ſit lenis, augeatur gradatim, ut candeſcat retorta, papyrusq; circumvolutæ juncturæ incipiat comburi ſub finem deſtillationis. Deſtillatio durat* 10. *ad* 12 *horas. In principio deſtillationis prodit* ♃ *ſeu ſpiritus clarus, cùm gummata liqueſcunt, ſuccedit oleum balſamicum.* Operatione peracta, omnibusque refrigeratis trajiciatur balſamum hoc per linteum rarum, atque ♃ quod cum balſamo in lagena apparet, vitro ſeparatorio ſeparetur, & balſamus ſeorſim ſervetur, vitro bene clauſo. *Doſis* eſt à *gut. VI. ad X.* in *ſtranguriâ*, ut & aliis morbis quibus aculeata rigida pungentia ⊕ia inviſcatione, obvolutione, edo-

matione

matione opus habent, id, quod gummatum ope abunde præſtatur, ceu & talia præcipue ingrediuntur Elect. à *Galeno Regi Amaroni* attributum *de Medic. expert. p. m.* 467. Rec. *Gumm. ammon.* ℥j. ʒij. *Galb.* ʒvj. *ſagap. aloes opt. ana* ʒv. *rad ireos Fl.* ℥iß. *ariſtol. long.* ℥j. *liquir.* ℥ß. *gentian.* ʒvj. *calam. arom.* ʒiij. *pulv. herb. ſaturei. cent. min. major. orig. ana* ʒvj. *ſem. naſturt. aniſ. cymin. rut. ana* ʒij. *Chamædr. Chamæpith. ana* ℥ij. *hyſſop.* ℥j. *rad. Valerian. aſar. helleb. ā.* ʒij. *Maſtich. Thur. Turbith. ana* ʒiij. *Croci* ℥ß. Confice cum *melle in Opiat. Doſ.* avellanæ magnit. cum decocto *ſatureiæ & duarum ariſtolochiarum* contra *Podagram & Calculum.* Prædicto verò Balſamo affinis eſt *Balſamus* ille *artificialis* qui juxta nonnullos pro Balſamo Peruviano nigro venditur: ℞. *Terebinth. opt. Reſin. pini ana* ℔j. *Ol. been, Oliban. Ladan. Elem. ana* ℥vj. *Fl. lavend. NM. ana* ℥iv. *ſpic. nard. Lign. Aloes ana* ℥ij. *Myrrh. Aloes, Sang. dracon. ana* ℥iß. *Valer. min. Irid. Junc. odor. Acor. ver. Aſar. Mac. Benz. Storac. ana.* ℥j. *Zedoar. Galang. min. caryophyll. Cinam. Caſtor. Maſtich. ana* ʒvj. *Terebinthinæ, Reſin. piceæ, gum. elemi & oleo been* ſuper carbones liquatis reliquorum ingredientium adduntur pulveres, hinc omnis maſſa retortæ immittatur tertiam ejus partem relinquendo vacuam, juncturisque optime lutatis deſtilletur ex arena ubi Oleum coloris primùm aurei, ex rubedine demum nigricantis prodit.

Hujus verò Balſami trium Regum occaſione nominali, addere quin & hîc lubet *Pulverem trium Regnorum* Exc. *Wedelii*, qui egregiè acrimoniam ♉dam nervis & articulis inimicam corrigit: ℞. *Antepil. miner.* id eſt, ♁ *nativ. opt. Antepil. Vegetab.* id eſt, *Anther. Coryl. Antepil. Animal.* id eſt, *Denti Hipopotam. ana q. v.* M. in ſingulis addendo, minuendo, immutando l. a, & quidem cum vel ſine *opio.*

CAPUT IV.

De ASPHALTO, MUMIA, PETROLEO, GAGATE & CARBONE FOSSILI.

EX Sulphureis reſinoſisque Macrocoſmi corporibus, reſtant quædam quæ verè adhuc bitumen ſunt, ut *Aſphaltus* ſolidus, *Petroleum* liquidum corpus, ſic accidentibus magis quàm eſſentiâ differentia, quædam quæ veriùs ſaltem *bituminata corpora* dici poſſe ſupra diximus.

I. Asphaltus à lacu Aſphaltide in Judæa, qui nunc mare mortuum, ubi olim Sodoma & Gomorra fuere, nomen habet, ibique limi inſtar lentiſſimi, pici ſimilis eruitur, eſt enim durus, tenax, qui pulveriſari nonnunquam poteſt, odoris vehementis, cujus ratione non mirum ipſum venenata abigere: fit verò *Piſſaſphaltum* dum pix in colliquatione ipſi commiſcetur. Utuntur Pharmacopæi Aſphalto ad balſamum apoplecticũ nigrore tingendum.

dum. *Vires* Bituminis recenſet *Dioſcorides L. I. C LXXXV.* illud nimirum diſcutere, glutinare, *ſtrangulationes vulvæ*, olfactu, ſuffitu emendare, *anhelitum* juvare, *coxendicum laterumq; doloribus* auxiliari. Huc ſpectaret & *Mumia*, ex piſſaſphalto præcipuè conſtans, de qua tamen quia diximus tum in *Regn. Anim.* tum *Veget. Part. alter. Cap. ult.* Lectorem eò ablegamus, illud ſaltem notantes quòd dum pro *Lue* ♀ eradicanda Eſſentia purificans ex eo parata exhibetur, etiam ſubinde in minutiori doſi, ut evitetur ſalivatio, exhibeatur ☿ dulcis, de quo vid. *Miſc. Cur. Dec. II. Ann. VI. p.* 48.

II. Petroleum ignium rapax naphta eſt *Veterum*, quod ex ſaxis in Italia tranſudet, non verò è ſepulchro alicujus Sancti, ut agyrtæ quandoque mentiuntur, ita dictum, licèt etiam in fontibus quibusdam reperiatur eorum ſuperficiei innatans, id quod tamen de Oleo S. Quirini ſeu Tegernſeenſi Bavario (quod non Plantæ ſed terræ ſoboles eſt, contra *Camerarium & Bauhinum*) excipit *Hieronym. Welſchius Hecatoſt. I. Obſervat. Phyſ. Med. p. m.* 78. id nec in lacu ipſo reperi nec aquis ſupernatare, ſed haud procul à lacu in loco petroſo montano ex ſaxis extillare docens. Sic & in vicinâ noſtræ urbi Alſatiâ in valle ita dicta Jecoris (vulgo Leberthal) prope *Geesbach* (pervetuſtam Metallurgiam) excurrit ex *Caverna* impurus, ſubpinguis, oleoſus Liquor, qui, licet ab Agreſtibus illius loci adhibeatur vili uſui inungendarum rotarum, loco picis liquidæ, iſti uſui deſtinatæ; nihilominus producit excellens Balſamum, ſi nonnihil ejus acceptum imponatur vaſi fictili bene lutato, ut nihil vaporis poſſit excludi; & tum primùm lento igni, poſt acutiore, coquatur tribus horis continuis; ad quas evaporatione redactum erit in quartam partem, ſubſidetque materia ▽ſtris ſpeciem Picis præbens in fundo; ſuperficiei autem refrigeratæ innatabit materia pinguior, ſimilis Olei Lini; limpida & nonnihil ſubflava, quæ eſt percolanda à ſpiſſo ſedimento, & dein lentè deſtillanda per alembicum in *arenâ*; quo facto tranſibunt duo diverſi Liquores, alter Phlegmaticus, alter Oleoſus, qui innatans Phlegmatico, ab eo ſeparandus eſt. Phlegma adhibetur ceu medicina excellens contra *putrefactiones pulmonum & jecoris*, ſanatque quævis *putrida Vulnera* ac *Ulcera*. Materia oleoſa diluta deſtillati ✢ti duplici menſura, & ter rectificata per alembicum, producit rarum Balſamum, contra omnes interiores exterioresque *Corruptiones, fœtida Ulcera, hæreditariam contagioſamq; ſcabiem*: Multùm etiam adhibetur contra *Apopléxiam, Paralyſin, Conſumptiones* vel *Phthiſes, Vertiginem & Capitis dolorem.* Interiùs aſſumitur cum ▽ *Cichor.* contra *corruptiones Pulmonum.* Species eſt *Petrolei*, nec continet alium ſuccum Mineralé, præter ♀ *eum*, qui ita ſub ▽ videtur naturâ ♌atus, cùm artificialis ♌tio olei ex ♀ *e* non ita facile perficiatur. *Act. Angl. p. m.* 101. Quoad *Vires Petreolum* dictaq; ejus genera penetrantiſſimum eſt, tenuium partium,

tium egregiè digerens & reſolvent, *cephalicum* & *nervinum* : hinc in *Paralyſi* nuchæ cum ſucceſſu affricatur ſeq. ℞. *Ung. martiat.* ℥j. *petrol.* ʒj. ♃. *ſuccin. ſalv. ſpicæ ana gut.* vj. *Balſ. Peruv.* ℈j. ♒ *formicar.* ʒij. M. f. *Linim.* egregiè enim calorem nativum exuſcitat, ceu per ſe illitum pedibus à frigore eos præſervat, quem in finem & quidam intus ad *gut. aliquot* in rigore febrili aſſumunt, ceu & novi *Petreolum* illud à *Beſſiers pres de Cabian* in *Gallia* repertum, ceu cujus odor quidem fortis eſt, ſapor verò minime ingratus, in *uteri ſtrangulatione* à vetulis egregio cum ſucceſſu intus aſſumi & contra *menſium ſuppreſſionem* pubi illiniri; imò novi plures fœminas *paſſionibus hyſtericis* obnoxies nil melius ſe odorari quàm petreolum referentes : Imò quod *Ettmyllerus* refert iſtud æquè efficax eſſe ac *oleum deſtillatum origani & caryophyllorum* non ſemel experti ſumus. Valet & ad ſcirrhi exquiſiti augmentum impediendum, ceu ad hoc commendat *Car. Muſitan. in Trut. Chir. Phyſ. p.* 84. *Linimentum Ol. myrtill.* ℥ij. *NM* ℥ß. *Axung. jument.* ℥ij. *Olei petrol. ad pondus omnium.* M. Hæc eadem quoque præſtat *Oleum Terræ* ex India Orient. apportatum, in *Arthritide vagâ ſcorbuticâ* commendatum & ad ligamenta relaxata firmanda, ſi illud cum *Ol. philoſ. Emplaſtro ſtictico Crollii* immiſceatur & applicetur.

III. Gagates lapis cruſtoſus ex bitumine fit nigriorique naphtâ in mare vel flumina prope maria ſtillante, unde præ ſuccino magis in ▽a ardet, nec niſi in oleo reſtingitur. Dicitur autem *lapis Gagates* à loco & amne nomine Gagas in Cilicia, ad cujus oſtia ſeu fauces ad mare prope Plagiopolim urbem is reperitur, ut habet *laud. Dioſcorides L. V. cap.* 92. *Encelius* de *Viribus* ejus refert, quod nidore ſerpentes fuget, ſuffitu *morbum Sonticum*, ſi adſit, excitet, & *ſtrangulationes vulvæ* recreet, quod expertus loquatur. Ad ornatum quoque ex illo geſtamina ad collum fabricantur, ceu & capulus pugionis Caroli IV. ex illo miro artificio erat compoſitus.

IV. Lithanthraces ſeu Carbo Petræ lapidem nigrum cruſtoſum friabilem repræſentant, nimirum ſunt bitumen induratum & excoctum, obvolutum partibus ▽ſtribus, è quibus ſi vi ignis pellatur & in motum cieatur, copioſum exit Oleum ♀ei odoris, quod etiam argentea vaſa non ſecus ac balſamum ♀ris ſive hujus ſolutio in oleo facta nigro colore inficit. Talis æthneus partus ♀eus (ut vel maxime patet ex adſperſione aquæ, ſi ardeat, quâ magis ardet) Badæ Helvetiorum, ubi Aquæ ♀reæ, copioſè reperiuntur, quos lapides bituminoſos multùm contribuere reor ad aquarum thermalium illic naturam ♀ream, ceu & in cauſa ſunt quare multis in locis ſint montes ardentes; De his forte loquitur *Langius in Epiſt. Med. L. I. Epiſt.* 77. ubi refert Ambergam ex his Thermis ſibi allatas eſſe glebas nigras inſtar pumicis leves ac lapideſcentes, quæ in aqua calida inſtar bituminis lenteſcebant;

bant; quæque ab arena elotæ ac inſtar cerati diſtentæ *ulceribus, vulneribus* applicabantur & ea facilè conſolidabant. Sic & *Frid. Hoffmann. in Not. Poter. p.*485. refert ſe ex ▽is fontium ſalubrium *Hornhuſanarum* non tantùm *Oleum* ſed & *ſpiritum* △*lem* deſtillaſſe. Reperitur hîc *Lapis Carbonarius* etiam in aliis *Helvetiæ* locis, nim. in *Valeſiâ*, ubi ad calcis confectionem uſurpantur, in *ditione Tigurinorum* ad *Vadisvillam* & *Horgam*, in *Turgoviâ* inter *Steckboram* & *Bernangam*, in *Comitatu Novocaſtrenſi*, alibique in *Germaniâ*, ubi *Lithantracibus* affines *Schiſti carbonarii* reperiuntur, ut in *Saxoniâ*, teſtante hoc *Münſtero in Coſmograph. L. V. p.m.* 1175. ubi ait: Es hat zu unſern Zeiten Sachſenland viel und mancherley Metallen / beſonders aber in dem Gebürg ſo zwiſchen Heſſen und Sachſen ligt / das die Alten *Melibocum* haben genennet. Bey Eißleben/Manßfeld und Hochſtetten findet man ein Schiefferſtein/ der hat in ihm etwas von Pech und Ertz/ und ſo man ein groſſen Hauffen herauß hat gegraben/ legt man unden umb den Hauffen viel Spån/ und zůndet ſie an/ darvon die Stein auch angehen/ und geben ein Geſchmack/ gleich wie die ſchwartzen angezůndeten Kolſtein. Und ſo zu Zeiten ein ſanffter Regen in dieſen brennenden Hauffen fallt / erlöſchet das Feuer nicht darvon/ ſondern gehet noch mehr an/ und die Stein zerſchmeltzen viel deſto eher/ welches eine Anzeigung iſt/ daß die Stein etwas Pechs in ihnen begreiffen. Und das iſt auch hie zu mercken/ daß ſolche Schiefferſtein haben gemeinlich ein Geſpreng von Goldfarben/ die repråſentieren allerley Thier/ als in den Fiſchen/ Hecht/ Treyſchen / und andere Art/ und in den Vögeln / Hanen / und etwan Salmandern: ja man hat in einem Stein gefunden ein Bildnuß des Bapſts mit einem Bart und dreyen Kronen/ das haben viel Leut geſehen. Etliche ſagen auch/ es ſey in der Nåhe ein See / und wie deſſelbigen See Fiſch und Thier geformiert ſeynd / alſo figuriert ſich auch die Natur auff dieſem Schiefferſtein. Es iſt mir zugeſchickt worden dieſer Schiefferſteinen einer/ der hatte einen Fiſch mit gediegenem Kupffer formiert.

CAPUT V.

De AMBRA GRYSEA & CAMPHORA.

DE hiſce poſt Succinum hîc agere lubet, quamvis adhuc abſtruſum ſit, cujus regni incolæ ſint denominandæ, num ſcilicet Ambra ſit animale quid, excrementum nim. avis Aſchibobuk, aut ſecundùm quoſdam Orientis incolas & *Monconys dans ſes Voyages* favus apum excrementis miſtus, qui è magnis rupibus ubi nidulantur apes circa ripas in mare decidit, aut vegetabile gumi ſcil. ex arboribus effluens & fortuito mari ingeſtum, quorum poſterius tamen de Camphora magis dici poterit, ut poſtea audiemus.

I. Ambra grysea veriùs ſecundùm *Joh. Otton. Helbigium in Obſerv. de rebus variis Indicis in Miſc. Cur. Dec. I. An. VIIII. & IX.* §. 17. *p. m.* 459. viſcus eſt qui in fundo maris eodem modo quo pix marina creſcit & coagulatur, ceu *D. Gabriel Nakke* Mercator Batavienſis ipſi affirmavit, ſe oculatum eſſe teſtem, quòd Inſulani Auſtrali-orientales, Ambram gryſeam è maris fundo ceu picem deſumpſerint, quodque à mari ad littus in Inſulis Mauritii, Madagaſcar & Auſtrali-Orientalibus, ejecta, ardentiſſimè ab apris quæratur & inventa devoretur avidè. Sic & *Charleton de Foſſil. p.* 240. refert, Ambram gryſeam nobiliſſimam nonnunquam ad littora occidentalia Angliæ appellere, ventis æſtuque maris ejectam. Quia verò ſic rara ac inde percara eſt, adulteratur, quod tamen detegitur immiſſione acûs candefactæ, quam ſi non ſubſequatur exudatio ſubſtantiæ pinguis, ſignum eſt illegitimæ ambræ: naturæ ſcilicet eſt pinguis & oleoſæ, cujus ratione non niſi in menſtruis ſulphureis diſſolvitur, v. g. quàm elegantiſſime in *oleo deſtill. ſuccini* (cum qua, ut Ambrâ citrinâ, *Excell. Dn. Majoris* judicio, eosdem videtur habere natales, dum in Boruſſia Ambram non ita pridem erutam eſſe intellexit) & melius ſaccharo permiſcetur & explicatur: Hinc elegans eſt *Eſſentia Ambræ D. Michaëlis*: ℞. *Ambr. griſ. opt.* ℥iß. *ſacchar. cand. albiſſ.* ℥ß. redige in *pulver.* & affunde in cucurb. -ᴧ- *roſar rectificatiſſ.* ℥xij. digerantur per horam in leniſſimo calore, poſtea filtra & uſui reſerva, quæ ſi ſicca deſideretur, tum ℞. *Ambr. griſ. opt.* ʒj. *olei cinamom.* ʒß. In mortario achanato vel vitreo tritis & ſolutis adde *ſacchari candi albiſſ. pulv.* ℥ij. plus minus; Sic & inde paratur ⊖ △*le oleoſum ambratum*: ℞. *Ambr. griſ.* ʒß. *Ol. cinamom.* ℈j. *Flor.* ♓ *ci* ♀ *ſat.* ⊖ △ ⊡*æ ana* ʒj. terantur probè affund -ᴧ- *roſar. rectific.* & circulentur. In *Arthritide* ad *nervorum corroborationem* optimum ſeq. *Fiſcheri in Corp. Med. Imp. p.* 684. ℞. *Ambr. griſ.* ℥ß. Alcoholizetur, affund. -ᴧ- ⊖ *opt. rectif.* ʒij. *Mixt. Andern. Elix. propr. ana* ℥ß. Inſolentur, filtrentur. *Doſ.* m. & v. *gut. X. ad* ℈j. Ambræ veræ uſus, ait idem *p.* 685. reiteratus à ℈ß. *ad gr. XVI.* ſpecificum eſt in *morbis nervorum* articulorumque mirabile innumerabile, Liquor Ambræ longè eſt efficacior. Ambra in paucâ gelatinâ carnis vervecinæ ſine pinguedine longâ coctione factâ ſuper prunas reſoluta liqueſcit inſtar olei, ſic ſemper remanens cum majori odore ac fragrantiâ tam ad Medicinam quàm confectiones. Ambra etiam exaltatur in odore *ol. ſuccin.* Si *Rotulæ ambratæ* deſiderentur: ℞. *Confect. alkerm. compl.* ℥ß. *Ambr. gryſ.* -ᴧ-*u roſar. ſol. gr. VI. Moſchi orient. gr.* iij. *ſacchar. alb. in* ▽ *flor. acac. q. ſ. ſol.* ℥iiij. M. f. Confect. in *Rotulis*: Item: *Rec. Sacchar.* ℥j. *Ambr. opt.* ℈j. *Ol. cinam. gut. VI.* cum *mucilag. gumm. tragacanth.* -ᴧ-*u roſar. ſol.* f. *Trochiſci.* Sic & cum ambra fit Ros Solis de Turin verum ambratum: *Rec. Ol. deſtill. cinamom. caryophyll. lign. rhod. ana* ℈ß. *Moſch. Ambr. griſ. ana gr. ij. Sacchar. Aq. roſar.* -ᴧ- *Vini ana* ℔j. ſ. a. mixta

filtren-

filtrentur; & ſi velis *ſantal. rubr.* tingatur. Egregia nimirum ſunt Ambrata ad robur ſpirituum, eorumque motus ſufflaminatos exuſcitandos debilitatosque refocillandos, in *Lipothymiis, affectibus cephalicis, nervinis* hinc utiliſſima; præſertim ſi ſeq. modo exhibeatur: *Rec. Spir. cinam. citri, ceraſ. nigr. Anthos ana* ℥iiij. *ſucc. chermeſin.* ℥ij. miſc. peroptimè, dein agantur per chart. emporet. adde tum *ſacch. opt.* ℥ij. *Fol. auri num.* X. ♒ *Ambræ* ℥ij. pro ditioribus. M. Egregium eſt reſtaurans & cephalicum pro ſenibus. Spiritus ille Ambræ ita habetur: ℞. *Ambræ griſ.* ʒß. *moſch. gr.* XV. *ſacch. cand.* ʒj. M. fiat Pulvis, cui affund. ♒ *Vini rectific.* ℥iiij. Digere (vaſe hermeticè obturato) in *fimo equino* ad 20. aut 30. dies. Dein filtra ad uſum. D. *gut. VI.* in Animi deliquio, &c. Exinde quoque Ambram ſpecifico ſuo anodyno immiſcuit *Paracelſus Archidox. L. VII. Oper. T. II. p. m.* 27. Rec. *Opii Theb.* ℥j. *Succ. aurant. cydon. ana* ℥vj, *cinam. caryoph. ana* ℥ß. Diger. filtrato add. *Ambr.* ℈iiii. *moſch.* ℈ß. *croci* ℥ß. *ſucc. corall. & magiſt. perl. ana* ʒß. *Eſſ. auri* ℈ii. M. compendioſius verò *Poterius Op. p. m.* 552. *in Laudano ſuo univerſ.* Rec. *Opii ppt.* ℥ß. ♁ *diaph.* ʒii. *Ambr. Croc. ana* ʒß. *Moſch.* ℈j. *ſyr. papav. alb. q. ſ.* f. MP. in *ardoribus ventriculi, hemicraniâ, &c.* certiſſimum auxilium. Sic & *Zwölferus* non ſine cauſa *Ambram* in *ol. cinam.* & *macis* ſolutam immiſcuit *pulveri viperino* cum *ſaccharo citrato* ad confortandum, ſi hujus *pulveris* ℈j *ad* ℈ij. in *juſculo Caponis* & *Vino* aſſumatur. Quin & pro *ſuffitibus* varia Ambrata in officinis præparantur, ut eſt ille *Comitis Maximiliani à Fürſtenberg*: *Rec.* Benzoin 8. Loht / Storax 1. Loht/ *Ambr. griſ.* 15. gran / Biſem 30. gran. Alles wohl zerſtoſſen / geſiebet/ vermiſchet/ und ein wohlriechend Waſſer daran gethan / zu einer Dicke eines Nuß auff dem Feuer wohl gerührt und gekocht/ daß es auff dem Boden nichts anhänge; darnach von dem Feuer gethan/ darzu vermiſchet rein zerſtoſſene Linden-Kohlen/ 4. gran Zibeth/ und hernach wieder auff die Glut geſetzt/ biß alles wohl zergangen iſt / die Händ mit Zibeth geſchmiert / und kleine Zeltlein darauß formiert. Item Spaniſche Ulcorſos. ℞. ½. ℔. Zucker des beſten wohl zerſtoſſen und geſiebet/ Ambra 25. gran auch zerſtoſſen und geſiebet / Biſem 12. gran auch zerſtoſſen und geſiebet / Mſ. alles / thu darzu Eyerklar wohl zerklopfft/ biß der Zucker wird zu einem dicken Teig/ item zerlaſſen dicken Tragant/ ſtoſſe es alles in einem Mörſel under einander 5. oder 6. Stund lang; So es im ſtoſſen trocken wird/ thu darzu Eyerweiß / formier alsdann Ulcorſos.

II. Camphora quamvis manifeſtè pateat vegetabile illam eſſe, tamen ob bituminoſas facultates hîc examinari meretur: Vegetabile eam eſſe ultro conſtat ex icone Arboris Camphoræ ab *Exc. Hermanno Nicol. Grimm in Miſc. Cur. Dec. II. Ann. I. Obſ.* 153. *p. m.* 372. adducta, cujus folia magna & carnoſa, anterius acuta, contrita odorem ſpirant camphoræ, quæ tamen dum

Camphoram colligunt, unà cum cortice arboris & externo ligno detrahunt, relictâ medullâ, quæ ab iis finditur & in qua Camphora eleganter in forma coagulata inſtar tenuis foliati ⊟lini ⊖lis reſidet, quæ à medulla ſeparatur; ubi tamen dubioprocul plus ſic camphoræ colligeretur, ſi deſtillandi ars accederet: ſic namque & magis adhuc conſtaret *Camphoram* nil niſi △le ⊖ (fixabile tamen v.g. ſi ejus oleum cum olei ⊕li *ana* miſc. & per 🝭 alacri △e propellantur, ut omne quod exudare poteſt, tranſeat in excipulum, ſic manent reliquiæ in fundo nigricantes in △e conſtantiſſimæ, quæ antea erant volatiles, ut docet *Borrichius Act. Hafn. Vol. V. Obſ.* 82. *p. m.* 197.) eſſe, quod etiam ex *radicibus cinamomi* deſtillari poteſt ope ſublimationis; Quamvis verò eleganter Incolæ Inſulæ Borneo Camphoram comparent centurioni ſeu præfecto militum, ſi commiſceatur medicamentis reliquis, qui ſcil. copias ſuas ad deſtinatum locum ducit, ut cum hoſte confligant, tamen & eâ ad ſpirituum motum in *ſalacitate* & *priapiſmo* ſiſtendum nil aptius eſt, quod forſan ex textura ejus oleosâ admodum, ramosâ quâ inviſcantur, quæque odore ſe manifeſtat, & ratione cujus inflammabilis eſt, non incommodè deducitur: valet & egregiè ad *hæmorrhagias ſiſtendas*, ſi fruſtulum odoretur, vel propinetur *ita*: Rec. *Camphor. gr. IV. ſal. prunell.* ℈ß. *Tragacant. gr. XV. Laudan. opiat. gr. I.* M. f. *Pulv.* Ad eundem ſpirituum furioſum motum in *febribus malignis* egregiè valet, imò & *ipsâ peſte*, in qua *pulvis ex rad. Zingiberis* vel *Zedoariæ*, *camphora* & *ſaccharo cando* mira præſtat, ut non ſaltem hîc Baſileæ à *Fel. Platero*, ſed & in aliis *Helvetiæ Cantonibus*, *Lucernæ* præprimis obſervatum eſſe novimus; & *Ettmyllerus in Praxi* ſeq. ſiſtit: ℞. *Pulv. rad. zedoar.* ʒiij. *Camph.* ʒj. C. C. *phil. ppt.* ʒij. M. *Doſ.* ʒj. item ſeq. ℞. *Pulv. rad. zedoar.* ℥j. *ZZ.* ℥ß. *Camph.* ʒj. *Fl.* 🜍 ʒvj. C. C. *phil. ppt.* ♁ *diaph. ana* ʒj. M. f. Pulv. Sic & *Spigelius in Tract. de Febre ſemitert. p. m.* 108. ſiſtit *Aquam pro Peſte* & *Hemitritæo peſtilenti* valde expertam *Viennæ anno* 1613. à ſe viſam: ℞. *Camph. myrrh. caſtor. galang. nuc. vomic. ana* ʒiiß. *croci* ʒj. *Theriac. Ven. rad. angel. ana* ʒx. *Bacc. junip. Fol. rut. ana m.* ij. *rad. pimpin.* ʒxv. *leviſtic. valerian. ariſtol. rot. ana* ʒv. *Boli armen.* ʒij. Inciſ. cont. affund. 🜊*ti opt.* ℔j. 🜈 ℔ß digerantur in vitro bene clauſo vel in *aquâ fervidâ* per 4. horas ponantur, ne multùm bulliant, mox in alio vitro transfuſa ſervantur ad uſum. Idem quoque *cit. libr.* p. 105. in *omni febre malignitatis* futuræ notas præ ſe ferente ante *paroxyſmum* utiliter conſueviſſe dare ſeq. *Pulverem* teſtatur: ℞. *Terr. ſigill. Tocc. vel ſigill. or. vel Sileſ.* C. C. *uſti ſubt. trit. ana* ʒj. ⊖ *abſynth.* ℈ij. *Pulv. trochiſc. de camphor.* ʒß. M. pro 3. doſ. *aq. card.* Pauperioribus verò in *ſemitertianâ pituitoſiori* ſe dediſſe utiliter teſtatur: ℞. *Bacc. heder.* ʒj. ⦶ *gr. vj. Troch. camph.* gr. iij. f. Pulv. in ▽ *flor. calend.* exhibendus. Pilulæ Camphoratæ Scaphuſienſium in *morbis* ♀*reis* utiles ſeq. ſunt: ℞. *Camphor.* ʒß. *ſuccin. alb. præp.*

Maſtich.

Maſtich. ſel. ana ʒj. *ſang. dracon. ver.* ʒß. *Pulv. anodyn. gr. XII.* Cum *Eſſent. ſumar. vel agrimon.* f. *Pilul. num.CXX. conſp. pulv. liquirit. Doſ.ad X. pilul.* Radicem curæ *Maniæ* in Camphora latere, alibi dictum: in *Phrenitide* ſeq. *Epithema* egregium: ℞. *Camphor.* ℈j. *moſch.* ℈ß. *gran.* ij. *aq. roſar. ſantalo tinct.* ℥xx. miſc. pro *Epithemate.* Extus quoque Camphora pro ſcopo diſcutiendi & roborandi egregia eſt, ſic namque elegans eſt *Balſamus arthriticus* in *doloribus artuum Mollenbrock in Tr. de Cochl. p.* 133. ℞. *Spir. lumbr. terr.* ℥v. ⊖ ✱ ℥ß. *cochlear.* ℥ij. *ſolv. ſapon. ven.* ℥ij. *Camph.* ʒvj. *Opii* ℈j. *croci* ℈ß. Digere, filtratum ſerva. Vel ſeq. Italorum; *Rec. Caſur.* ℥iiß. *Sapon. alb. vel nigr.* ℥j. *Opii* ʒj. *Spir. Vini ſaturati ex floribus* ♀*is* ℥ß. Lento igne ſ. a. f. *Balſam. antipodagricus*; *Si uſa à freddo inungendo una carta con detto balſamo, è doppo haverla ſtroffinata nelle mani s'applica humectata ſopra la partie, apre i pori ajuta al riſolvere e mitigare il dolore.* Unde quia natura ultimam tantùm non limam in ea ſufficienter Aliſanda adhibuit, *Præparationes* ejus adeo haud expetendæ, ne luſores in peſſimo luſu vultum ſerenum effingentes hac in parte videamur imitari, ſuperat enim puritate, ſubtilitate & Ætate omne id quod ars in ea præparanda tentare potuit, difficillimè enim hoc concretum deſtruitur igne, ut loquitur *Exc. Frid. Hoffman. in Not. Poter. p.* 476. & omne in vaſis clauſis aſcendit & ſublimatur in flores. Quare & *Oleum* genuinum ſeq. minimè habendum eò quod non ſit irreducibile & aquæ affuſione præcipitatur: ℞. ⊖ *abſynth.* ℥iiß. *camph.* ℥iß. *Ol. amygd. dulc.* ℥iij. Mſ. exactè per 3. dies in leni calore relinque & per ⚲ ∫\ la bene lutatam, poſtea tere iterum *camph.* ℥iß. cum ⊖ *abſynth.* complendo ſcil. id quod ponderi deceſſit, affunde id oleum per 3. dies ſicut antea, iterum ∫\ la & erit hoc oleum efficax, præſertim pro uſu externo. Verum autem *Oleum Camphoræ* ſuaviſſimi odoris ob admixtas *cinamomi* partes, deſtillatur ex *cortice rad. cinamomi* per retortam & affertur ad nos ex Indiis, quale huc Baſileam ſecum attulit *Vir Præſtantiſſ. Dn. Herwagius* Civis Baſilienſis, *Doct. Spangenberg in Diſſert. de Podagrâ §. XLVI.* hoc verum & genuinum Camphoræ oleum rubicundi coloris & ſuaviſſimi odoris præparari docet, ſi *Camphora* cum *Terrâ ſigillatâ* intimè & exactè juſtâ proportione miſceatur & igne aperto deſtilletur, & ſemel à capite mortuo cohobetur. Encheiriſis tota in exactâ miſtione *Camphoræ* & *Terræ ſigillatæ* conſiſtit. Ut verò obtineatur *Spiritus Camphoræ* fit ſolutio *Camph.* ℥j. *in ſpir. Vini* ℥viij. ſec. art. Doſ. ℥ß. ante *parox. Tertianæ, &c.*

FINIS SECTIONIS IV. PART. II.

SECTIO-

SECTIONIS IV.
DE
MEDIIS MINERALIBUS,
PARS III.
DE TERRIS.

CAPUT I.
De TERRIS *earumq́;* ORTU.

QUALES TERRÆ hîc à nobis intelligantur ex materia, quam tractandam ſuſcepimus, patere puto, nim. non adeo illa terra quam pedibus calcamus aut agricolæ colunt, cujus, ex obſervatione Amſtelodamenſi, referente *Varenio Geograph. Lib. I. Propoſ. VII. p.m. 69.* dum ad puteum extruendum effoderetur uſque ad 332. pedum profunditatem, pluſquam viginti oblatæ erant ſpecies, nec quoque tres illæ *Terræ Beccherianæ* ceu principia ſimpliciſſima & proxima Mineralium & Metallorum, *quarum prima* ⊖*na ſive vitreſcibilis, hypoſtaſin præbens, in* ⊖*le alcali, & lapidibus Mineralibus, vulgo* Quartʒ/ *utpote bonæ ſemper Mineræ matrice, deliteſcat; altera verò pinguis ſive* 🜍*ea ſui generis non modò in* ⊕*o &* ▽*is pinguibus, v. g. Luto, Cadmia, Limo, Asbeſto, Talco, Bolo, Hæmatite, &c. varias metallorum decompoſitiones producentibus, occurrat, ſed & è metallis ipſis valeat extrahi; tertia denique ſubtilis,* ☿*rialis &* ∞*calis, ſub forma vaporis mineralia & metalla gignens, in* ⊖*e communi,* ∞*co ſolido & fluido ſive* ☿*rio vivo,* ♀*ro, omniq́;* ▽*a,* ☉*um eidem colliquefacta dealbante, abundet.* (*Ex harum trium* ▽*arum, vel numero, vel proportione variantium coalitu diverſo, diverſa quoque quomodò metalla & mineralia reſultent, oſtendit* Beccherus in Alphabeth. Miner. adnex. Trip. Herm. *In ſpecie verò, juxta ipſum, ad Mixtionem Metallicam Limus & Arſenicum, ſive Lapis & Mercurius requiruntur; è limo namque cum pinguedine quadam ſeu* 🜍*reitate mixto* Marcaſitam *enaſci, primum metallorum rudimentum, ſufficienti*

ſufficienti tamen ☍co deſtitutum; *☍co autem copioſius ad limum accedente,* Glaucam *ſive* Mondyck *fieri, ceu ex ☍co & limo ſtiptico ♂tiali contextam & copioſiſſimè in* Cornubia *circa mineras ſtanni ac ferri provenientem, in hoc tamen à ferro adhuc differentem, quod ☿us ☍lis facilè ab eadem, reliquo in crocum violaceum reducto, queat ſeparari, in ferro autem ☍cum, quod itidem cum limo produxit, huic firmius ſit intermixtum. Unde ferrum, quoniam acceſſum habet ad limum & ☍cum, utrumque ambit & ex utroque conſtat, primum omnino mixtum metallicum, omnium metallorum & metallicarum alterationum initium ac fundamentum eſſe colligitur,*) ſed iſta quæ eſt *corpus foſſile* quod ex admiſtione particularum ⊖narum, ♀rearum aliarumque metallicarum *naturæ mineralis* eſt *particeps, additâ aquâ vel continuò vel progreſſu ſaltem temporis ſolvitur & fit lutum:* Ex quo jam per ſe patebit *Terrarum à Metallis & Lapidibus differentia,* ceu quarum partes ſubtiliores in metallorum augmentationem cedunt (uti egregio exemplo cujuſdam corporis metallici brachii longitudine è vena ſua protruſi docet *Rochas in Phyſ. Demonſtr. L. I. C. I. p. 57.*) uti & Lapidum, de quo ſupra, haud obſtante eo quòd charta, lana, ſpongia & alia combuſta & incinerata, humore madefacta in lutum abeant & tamen non ſint 🜃æ, ſic enim fit ut minime abeant in *lutum* propriè ita dictum proximè, quando verò abeunt, charta amplius non eſt aut ſpongia, ſed 🜃eum quid, etſi non purè ſimplex, ceu & cum aliis rebus ſiccis in pulverem abeuntibus ſe habet, ex quibus fieri poteſt quidem lutum ſed non proximè; Dum verò ſic Lutum fit, particulæ 🜃eæ mobiles redduntur & ad unionem facilitantur per ſuperficierum acceſſum, accedente compreſſione externâ aëris, exhalantibusq; particulis aquoſis ad compreſſionem ineptis, ut quæ reſpectu particularum 🜃ſtrium idem ſunt, quod ad eas materia ſubtilis eas continuò pervadens & in fluiditatis ſtatu conſervans. Aliàs Lutum & Argilla ab Arena differunt, quod ex particulis minoribus componantur, exiguosque habeant poros vel meatus, hinc opaca ſunt, nec aquæ facilè tranſitum concedunt; *Arena* autem componitur ex vaporibus & exhalationibus è metallorum patria oriundis & ope caloris centralis vel ☉ris ſublimatis, aliisque ſuperioris 🜃æ particulis admixtis: Cùm verò ſphærulæ ſecundi elementi materiam hanc agitando, viam ſibi reddiderint expeditam, per quam actionem luminis transferri poſſint, ipſa arenæ grana, etiam tunc quando indureſcunt, diaphaneitatem ſuam retinent: Generantur ſcilicet Lapides viliores & opaci ex argillâ, pretioſi verò, Cryſtalli, Adamas, &c ex materia arenæ granula conſtituente, cui ramenta quædam metallica admiſcentur, variisque illam coloribus imbuunt; quæ omnia in ſtatu fluiditatis fiunt. Sciendum nimirum expiratione perenni globi terreſtris disjungi & ſeparari mutuò particulas, graviores nimirum & rigidiores à levioribus & flexibilioribus; hæ verò ſe-

paratæ 🜃am illam conſtituunt, quæ *Gleba* dicitur, fœcunda nim. Vegetabilium; ad particulas autem duriores cùm accedunt ex profundioribus 🜃æ viſceribus igne ſubterraneo ſollicitatis alia effluvia & ~tus oleaginoſi & glutinoſi, & fumi 🜃ſtres, fit Terra, quæ dicitur *Argilla*, nec hujus ipſius analogia deeſt, ſi enim pulveri 🜃eo miſcens viſcoſam ▽am fiet maſſa argillæ ſimillima, porrò ulteriore calore vel ſolis vel ſubterraneo ex argilla progignuntur *Lapides*, ut arte figuli fiunt Lateres exhalato humore aqueo particuliſque mollioribus; adeo ut ex horum conſideratione pateat *Ortus Terrarum*, quales hîc intelligimus, illum nim. eſſe ex particulis 🜃eis elementaribus, ſolidis, opacis, quibus aliæ ramoſæ, verùm haud copioſè, cum rigidis ſalinis ⊕oſis, &c. interponuntur, quo fit ut & plerumque ſint molles, friabiles, pingues, & ob admixtas particulas ⊖inas leniter adſtringentes, non autem contrectantium manus vellicantes aut acriter pungentes, quales ſunt v. g. *Terra Lemnia, Armena, Ochra, Rubrica, &c.* Unde facilè colligere eſt Terras pleraſque cum ſuccis mineralibus permixtas reperiri, monſtrantibus id variis earum *coloribus, ſaporibus* & *viribus*, ceu *Rubrica* ferri, *Ampelitis* Bituminis, *Melia* ○nis, *Chia* ⊕tri naturam, aſſentiente *Ceruto*, præ ſe fert: quamvis dicere poſſimus eam conſiderationis eſſe Medicæ, ⊕troque imprægnari, dum illa quoque corpori noſtro applicata remedii locum præbet, ceu & exterius applicata 🜃a recens à lapidibus bene purgata, addito parùm *Rutæ* & *Cardui-bened.* in morſu viperæ & ſerpentis egregiè venenum domat, abſorbet, prohibetque ne ſerpat latiùs, ac etiam *Dioſcorides* refert de *Terris fornaceis* (gebrandten Scherben) quòd cruſtas *ulceribus* obducant, eruptionibus & *podagricis* proſint, *ſtrumas*que diſcutiant, quasque *Vires* itidem habeat 🜃a fornacum, quæ retorrida fulveſcit, die gebrandten Läimen. Confer *Regni Veget.* §. *ult.* Imò hinc ejuscemodi conſideratio jam anſam nobis præberet circa *Diviſionem Terrarum* ſtatuendi, vulgarem illam ab uſu deſumptam in *Terras* quibus varii *artifices* utuntur, & *Medicatas* adeo ad regulam bonæ diviſionis haud quadrare, quia ſic membra ſe invicem ingrediuntur, &, ut jam innuimus, 🜃a illa quâ figulus utitur, æquè ſuum præbere poteſt uſum Medico, cujus objectum eſt, quicquid vaſtum hocce univerſum continet, ac quâ utitur rubricâ Pictor, eandem quoq; expetat Medicus. Verùm quia recepta eſt & difficile, imò fere impoſſibile ita exactam hîc proponere Diviſioné, hanc ab *uſu* deſumptam, ceu uſus unice aliàs intendendus, noſtram hîc quoq; volumus.

CAPUT II.

De TERRIS MEDICIS.

TERRÆ quidem omnes, ut dictum, in uſum Medicum venire poſſunt, quatenus corpori noſtro applicatæ illud alterare, noxios illud laceſ-

ſentes

ſcentes humores exiccare, abſorbere, ſaporesque illorum p. n. corrigere valent, verùm modo quodam ſingulari & eminentiori illæ *Terræ Medicæ* nobis dicuntur, quæ vim aliquam medicamentoſam manifeſtè obtinent, ut eſt præ reliquis vis adſtringendi & alexipharmaca, dum ratione materialis ſuæ texturæ anguloſæ & irregularis in fibras partium earumque poros agunt, eos anguſtant magisque in ſe recedere faciunt, præſertim in partibus membranaceis in quibus motus periſtalticus datur, ſic namque dum in iis longius morantur, fibras in contractione velut convulſivâ profundius retinent, humoresque acrimoniâ ⊖um ferocientium nimis liquatos in conſiſtentiam debitam redigunt, præſertim ſi unà pinguis ſit & velut glutine linguam afficiat, ſic enim quoque illinendi & ſumme mitigandi vim habet, ſicuti ſi pinguedini acredo quædam juncta ſit, illiniunt & abſtergunt. Hinc namque pro materiæ & agentis conditione Terræ hæ ſunt vel *Albæ*, vel *Rubræ*, vel *Luteæ*, vel *Purpureæ*, unde non mirum quòd in Inſula Lemno, ob vulcani ſeu ignis in eam caſum, 🜃a Lemnia habeatur rubra, flava, rufa, lurida aliusque coloris, à diverſa ſcilicet materiæ & agentis à diverſis locis & venis dependentis conditione, imò quia ad materialem harum Terrarum conſtitutionem præ colore attendendum, non mirum cur cenſeat *Dortomannus de Cauſis & Effect. Therm. Belilucan. Lib. I. cap. VIII. p.* 167. in Terræ Lemniæ penuria argillam Belilucanam rubeam ſurrogari poſſe, prout & refert *Dan. Ludovicus Ephemer. Cur. Germ. Dec. I. An. X. p.* 344. Argillam vulgarem æquè ac ſigillatam ſudoriferam eſſe, præſertim dum illuſtris *Boyleus de Orig. & Virt. Gemm. p. m.* 202. ex ea ⊖ Ale acre familiares ſuos elicuiſſe refert, ſummisque laudibus extollit virtutem ejus cardiacam, laxativam & diaphoreticam. Imò quia in Terris ejusmodi interior particularum conſtituentium diſpoſitio adeo variare haud poteſt, ut inde diverſi adeo effectus fluere poſſint, haud adeo abſurde *Terra* illa pinguis circa *arcem Münchenſtein propè Baſileam* (*Bolus Münchenſteinenſis* vel *Terra Baſilienſis*, quæ obſervatione noſtrâ dyſenteriam & alios fluxus ſanguinis, intus & extus ſiſtit, acidum in variolis & morbillis abſorbet, idque ex vi deſiccandi, inviſcandi, roborandi) loco *Terræ ſigillatæ*, *Theriacæ* commixta fuit, cùm ſpiritus haud abſimilis illi, qui ex 🜃a ſigillata aliàs habetur, inde extrahi poſſit: hinc & modò *laudat. Dan. Ludovicus* in aurea ſua *Pharmacia p.* 317. *Terram ſigillatam* non quidem præcisè tantùm *Sileſiacam Strigonenſem*, ſed *& aliam quandam ſelectiorem, pinguem*, præprimis *rubram*, non tam annulo quàm continuatâ experientiâ ſufficienter ſignatam nec *deprædatoria lotione* (quæ jam innuit, quid de lotione Terrarum ſit ſentiendum illam nimirum citra magnam virium jacturam vix inſtitui poſſe, niſi aquæ loco vinum generoſum aſſumere velimus, quo bolos ejusmodi macerat *Deodatus in Panth. hyg. L. III. p. m.* 224. & denuo exiccatos in

aceto in *peſte* aliisq; *morbis malignis* exhibet) exhauſtam meritò commendat, ſicut & hoc jam priori ſeculo agnovit *Encelius de Re Metall. L. II. cap. XXIX.* ſi quis acutè conſiderare velit, dicens, illæ omnes Terrarum ſpecies exoticæ in noſtris regionibus reperiuntur, & quidem præſtantes, cui adſtipulatur *Renodæus Mat. Med. L. VII. C. II. p. m.* 110. *Diſpenſ. Univerſ. Horſt.* liberè dicens, nos facilè ut Turcarum periſtromatis ſeu tapetis, ſic & illorum ſphragide Lemnia carere poſſe. Quare etiam omnia ea quæ de *Terrâ Medicâ* ad urbem *Italis Mondovi,* i. e. *Montem Regalem* dicta ſeu *Bezoar minerali Herc. Saxoniæ* ex ſchedâ profert *Magnus Caſp. Bauhin. noſter in Tr. de Lap. Bez. p. m.* 29. id de hac terrâ noſtrâ Baſilienſi, experientiâ tum propriâ tum alienâ edocti dicere poſſumus, nim. ſi ℥j. *in aquâ acetoſ. exhibeatur, in febribus malignis & peſtiferis, remedium optimum eſt: ſi in febribus cum ▽a meliſſæ die critico propinetur, ſudorem provocat: contra venena omnia tam aſſumpta quàm admota, utiliſſima eſt. Scorpionum ictibus cum oleo & aceto medetur. A peſte præſervat, & peſte correptos ſanat, ſi quotidiè mane* ℥j. *aſſumatur. Inflammationes omnes, ſpeciatim verò mammarum & teſticulorum, cum ▽a & ✠o adhibita ſedat: cum ▽a portulacæ aut graminis epota, lumbricos infantum pellit: omnem fluxum ſanguineum, cum ▽a & ✠o ſupprimit: ſputo ſanguineo, cum ſaccharo roſato medetur. Contra menſium fluxum nimium, optimum medicamentum: quemadmodum in alvi fluore, ut eſt Diarrhœa, Dyſenteria & Lienteria. Catarrhos omnes, potiſſimùm à cauſa calida productos, inhibet; vulneribus antiquis, præſertim tibiarum, cum oleo diſſoluta, auxilio eſt. Vomitum ſedat, tam per os ſumpta, quàm foris admota. Et quia viperarum & aſpidum morſibus, cum ✠to impoſita, medetur: idcircò aliis etiam morſibus applicata utilis eſſe cenſetur. Ab igne ambuſta, cum oleo commiſta, ſanat: & oris ulceribus putridis medetur: ventriculum corroborat; phthiſicorum vires reſtaurat. Sunt qui in affectibus pectoris, & pleuritide commendent: cum ▽a lactis, Gonorrhœæ medetur: & in ſucco ſempervivi diſſoluta, puſtulas & maculas à Sole contractas, tollit.*

Inter *ALBAS Terras* ſit

I. Samia (in quâ & lapis reperiri ſolitus Samius dici ſolet in uſum Aurificum cedens, de quo *Cerut. in Muſ. p. m.* 386.) ex Samo Inſula Archipelagi ſeu maris Jonii, Pythagoræ patriâ, unde effoditur, ita dicta, à Veteribus plurimum æſtimata, duplex eſt, *Collyrion* & *Aſter,* è quibus vaſa rara & magni pretii olim parata & cavata erant. *Collyrion* dicebatur prior, eò quod medicamentis ocularibus (nim. ▽æ ejusmodi albæ omnes in Collyriis optimè temperant, præcipuè ubi corneæ quædam apparet eroſio) admiſcebatur, quia ſcilicet ▽a pinguis eſt, rara, mollis, candida, dulcis, linguæ adhæreſcens, & acrimoniâ nullâ oculis infeſta ad inſtar lactis Lunæ ſequentis, niſi cum *Calceolario in Muſ. p. m.* 478, ſtatuere velimus Samiam hanc ▽am eandem eſſe,

ceu

ceu quæ eſt Lac Lunæ, cùm ad ea omnia adhiberi poſſit, quibus Samia terra eſt conducibilis : & eandem quoque ſententiam fovet *Ferrantus Imperatus Pharmacopœus doctiſſimus* ; Nimirum Samia & ſimiles 🜃æ *Aſter* dicebantur, vel quia ſigno ſtellæ notabantur vel quia micæ quædam ſtellares in iis emicabant. *Vim* habent refrigerandi, adſtringendi, *ſanguinis eruptiones* & *fluores* ſiſtendi, *uteri profluvia* compeſcendi *inflammationes*que ſedandi, idq; ob vim acidi △lis abſorptivam, qua 🜃æ ejusmodi ſcatent, quâ quia itidem ſcatet 🜃a *Chia* alba & lata, vires obtinet 🜃æ huic Samiæ ſimiles quæq; hinc pro coſmetico inprimis habetur, ceu *Cimolia* acrior, ob ⦶ſitatem ſummè abſtergens, Fullonibus inprimis eſt congrua.

II. Lac Lunæ ob mollitiem & candorem ita dicitur, ut & *Agaricum ſaxatile, Geſnero de Foſſil. C. II.* & propter candorem & teneritudinem *Fungus petræus*: ſubſtantia eſt fungoſa, alba, friabilis, leviſſima (ut ingens ejus fruſtum parum quid ponderet) ſine odore, ſapore, & tota cum ſaliva mandentis liqueſcens, fluida adhuc, dum in commiſſuris ſeu fiſſuris ſaxorum adhuc nidulatur; exiccata autem eſt friabilis. In ſpelunca quadam montis Fracti Lucernenſium fornici adhæret Alpenacum verſus, quæ hinc Incolis dicitur das Mondloch ; reperitur & in cryptis *Stockhornii montis* ac *Reginæ montium*, in monte item Fontanen dicto apud *Subſylvanos*, in monte *Glazer* apud *Valleſianos*, alibique in *Helvetiâ*, ceu hîc in viciniâ in pago *Ettigen Epiſcopatûs Baſilienſis* Hippiater quidam colligit, qui in *tumoribus* & *inflammationibus* id utiliter applicat. *Agricolæ de Foſſ. L. II. p. 578.* dicitur *Steno-marga*, id eſt, ſaxi medulla, ut in quorum commiſſuris includitur, de qua refert, quòd pota ſanguinis per ora venarum profuſionem ſiſtat, & omnino easdem quas Samia terra vires obtineat, nimirum ob 🜃am puriſſimam, virgineam dictam, ſumme poroſam, acidi cujusvis promptè ſuſceptivam (prout enim glandulæ facilius & frequentius acidum morboſum in ſe recondunt, ita & hæc terra prompte illud abſorbere & enervare valet, ceu quæ, ſi ſignaturam reſpicere velimus, juxta *cit. Agricolam* eſt quædam velut terræ glandula, vel potius, ut in glandulis non niſi ſubtiliſſimum tranſit, ſubtiliſſimnm quoddam terræ percolatum) colliquefacientem *ſanguinis acrimoniam* temperat, *ſeroſas albas rubicundis* magis colligat, *nimias* diſcutit, unde *Vires* ejus dicuntur eſſe exiccare, ♉dum abſorbere, leviter adſtringere, lac inprimis inde augere, in quem finem in *lacte amygd.* 🜄 *fœnic.* & *ſacchar.* exhibetur, vel in *juſculo carnis* ſaltem ad ℥j. Extus *Chirurgi* utiliter id *ulceribus deſiccandis* maxime *tibiarum* inſpergunt : Ex eadem vi fluit quod 🜍 blandum in eo reſidere dicatur, dum ut ſomniferum blandum in *profluvio ſanguinis* id ex voto exhibitum, referente *Wormio*, item in ⊡*æ incontinentia*, teſte *Ettmyllero*, licet aliàs *calculum* quoque & ⊡*am* pellat in 🜄*â petroſelini* exhibitum ; Nos *terræ ſigillatæ*

gillatæ loco in *febribus* acutis, *pleuritide, &c.* utiliſſime exhibuimus, & cum *ana lumbric. terreſtr.* mixto *Icterum* fugavimus; Pulveribus acidum enervantibus pro *Infantum torminibus* indies ſummo cum ſucceſſu immiſcemus, præſtatque omnino id quod de Cretâ *Harris de Morb. Infant.* refert; *Intertriginem* eorum quoque curat, imò *Ulcerum rebelliorum acidum* p. n. edomat, præſertim cum ♄ninis & ☿bus commixtum in Pulveribus à nobis in *Select. Remed. Ludovic. p.* 111. deſcriptis; Collyriis id quoque utiliter immiſcuimus, ac idem omnino præſtat quod Nihil album: Coſmeticum item eſt juxta *Joh. Dan. Majorem Prof. Kilon*: ℞. *Agaric. petr.* ℥vij. *Lac. Flor.* ʒj. *Moſch. or.* -ᔓ-*u roſ. ſol. gr.* j. F. pollen impalpabilis qui cum aquis coſmeticis aut ex iisdem eorum ſeminibus frigidis emulſionibus paratis in pultem limpidiorem redactus toti faciei noctu illinatur & in cute uſque in ſequens mane relinquatur, dein ſtrophiolo defricetur, donec nil inde amplius appareat, poſtea vel *ſero lactis caprillo crudo tepido* aut ♌*to*, vel *lacte dulci*, aut *emulſione ex amygd. amar. nucleis perſicis, armeniacis, ceraſorum* aut *ſem. frigidis* cum *aquis coſmeticis ſuperioribus* parata, *faciem lavabis*, vel ipſomet -ᔓ-*u Vini ſubtiliori aquis coſmeticis* infracto & pro re nata *tantillo camphoræ ſociato* id præſtes.

III. Terra Melitensis à loco denominata, ad tactum aſpera eſt, albo-cinerea, in qua ab una parte *effigies S. Pauli tenentis viperam* gladio circumvolutam, ab altera figura *crucis Melitenſis* conſpicitur, item *Dianæ antiquum ſigillum Capra* ſc. infra quam *Luna* & *Stellæ*; Eſt autem inſigne attemperativum acris △lis *nervos* vellicantis in *Epilepſiâ Infantum*, ut ſæpius heic *Baſileæ* experientia docuit, nimirum eſt abſorbentis virtutis, emplaſticæ, item adſtringentis, ut aliæ ejusmodi 🜃æ; *Vires* ejus quoque eſſe alexipharmacas in *Regno Animali L. III. Art. V. §.* 4. diximus.

IV. Bolus Albus Officinarum juxta *Wormium in Muſ. p. m.* 8. manus colore albo inficit, cinereus tamen nonnihil eſt, mollis, lubricus, pulverulentus, juxta *Cerutum* verò in *Muſ. Calc. p.* 122. terra eſt candidiſſima, molliſſima & leviſſima, tangentium manus nequaquam inficiens, ſuccoſa ſi dentibus confricetur & linguæ adhærens; Habetur tum ex *Elva Inſula Hetruriæ, Magni Ducis Hetruriæ* ſigillo inde notatus & laudatus ob *Vires emplaſticas*, abſtergentes, adſtringentes; tum ex *Angliâ*, in qua ex eo conficiuntur *fiſtulæ* ad *fumigandum Tabacum*, cujus virtus eadem quæ *Antimonii diaphoretici*, judice *Vigano in Med. Chym. p. m.* 94. ubi refert, rectè hoc noviſſe *Medicum quendam Anglicum*, qui eo lucratus ſit *duo millia librarum Anglicarum*; Et certè terræ hæ intra poros ſuos ⊖△*le* efferum in lymphâ & ſanguine æque abſcondunt, infringunt & edomant, ac Samia Terra, cui *Bolus* ille *candidus* ſeu *Terra Ilvana* in omnibus ſimilis eſt, ac etiam aliæ in *Germaniâ* & *Galliâ* hinc inde repertæ reſpondent, ut quoq; eſt *gleba* illa albicans *Norvegica* & *Bolus Borinus*

Holmicus

Holmicus, quorum mentionem facit *Ol. Worm. Muſ. p. m. 5.* nim. terræ ejuſmodi ſeu ſolæ ſeu cum C. C. *phil. Bez. min. Rob ebuli, ſambuci* aliisque datæ reſolutis à *menſtruo ventriculi* & *calore particulis ſanguinem* & *lympham* halituoſiores reddunt, *acria peregrina* inviſcant & *acido peregrino* 🜔*li* intra poros ſuſcepto coagula disjiciunt & *alcalinâ terreâ virtute priſtinum characterem ſanum* ipſis imprimunt, & principia vitalia tuta reddunt; *Vim* horum *reſolventem*, *abſorbentem* & *præcipitantem* in *Terrâ Ilvanâ* ſeq. candidè ſiſtit *Cerutus in Muſæo Calceol. p. m.* 122. *DEUM* teſtor, ait, *me feliciſſimo eventu hac* 🜃*â indies uti, præſtantiſſimumq́ eſſe remedium adversùs febres illas, quæ ex venenata qualitate in humoribus exiſtente, ortum trahunt, quotidiana experientiâ comprobo*; *quid dicam de mirabili illius vi ſi cum* ſucco limonum *miſceatur, in Vermibus puerorum deſtruendis ac compeſcendis crucitatibus & angoribus illis, quibus hi ob talia animalcula adeo vehementer affligi ſolent, ut ſæpe ſæpius cum maximis parentum ejulatibus, miſerculi infantes ad mortem perducantur*; *Nec omittam, terram hanc adprime obviam fieri moribus illis convulſivis, quibus non rarò pueri tentantur ob lapſum alicujus materiæ malâ quadam qualitate imbibitæ ad partes nervoſas: uti etiam ob facultatem adſtringentem, refrigerantem & exiccantem, ſanguinem à quacunque parte fluentem mirificè compeſcit*, ceu & hoc de *fiſtulis* antea citatis *Tabaci* ex uſu nigricantibus, experientiâ *D. Kelneri*, refert *Paulini in Med. è ſtercor. pet. p. m.* 159. matrem ſcil. quandam & filiam à *dyſenteriâ* inde liberatam fuiſſe & *Exc. Benj. Scharffius Dec. III. An. II. Miſc. Cur. Obſ.* 80. *p. m.* 65. atteſtatur, *pulvere* harum *fiſtularum* in *Vino ſp. Vini* vel 🜄 *menth.* ad cuſpides tres ſingulis horis aſſumpto ſævam *colicam* fugatam fuiſſe.

V. Bolus Candidus Lignicensis, ſeu *Terra ſigillata Goltbergenſis* ad *Goltbergam* prope *Strigonium* erui ſolita, ob eximium candidum colorem & vires itidem egregias etiam *Axungia Lunæ* dici ſolet, crediturque ♀re albo ☽teo perfuſa, quare etiam *Ol. Wormius in Muſ. p.* 20. apertè fatetur, eam agnatam & congenitam cum ☽to vim in medendo ſortiri, vires obtinere ☽nates & commendari ad illos affectus quibus ☽tum ipſum, nimirum *capitis dolores, cerebriq́ robur, humiditatesq́ ſuperfluas* in *fibris* ejus exiccandas; v. g. in *memoriæ imbecillitate* & *metu apoplexiæ*: v. g. ℞. *Boli alb. Lignic. C. C. phil. ppt. rad. pæon. ana* ℨij. *cinnab. nat.* ʒiß. *Ambr. gryſ.* ℈ß. *ol. deſtill. roriſmar. gt. VI.* ⊖ 🜔 C. C. *albiſſ. gr. XII.* M. f. Pulv. vel etiam cum *mucil. gumm. trag. Pilul. ex* ʒj. *num.* 40. *in aq. roriſmar.* manè & poſt horam juſculum in quo parum *macis* & *roriſm.* incoctum eſt; ob vim verò abſorbendi parteſque 🜃 eas pingues, ad *fluxus alvi* etiam *cruentos* laudatur, uti & *fluorem uteri album*; quin & ipſam *phthiſin* optimè ſolatur; præſertim pectoralibus, incidentibus & balſamicis remixtus.

VI. Terra Sigillata Lemnia Alba ex Inſula Lemno, quæ hodie

Stali-

Stalimene dicitur, effoſſa, itidem ut rubra quæ unà effoditur *Vires* habet adſtringentes, & ob pinguem ſuccum quo particulæ ▽æ perfuſæ ſunt, ſummè *acrimoniam humorum* mitigantes, hinc namque adversùs *febres malignas, hæmorrhagias uteri, ulcera maligna, morſus animalium rabidorum*, optimo cum ſucceſſu uſurpatur; commiſcetur C.C. *uſto* & coquitur in ▽*â*, ſic verò egregia eſt in *dyſenteriâ malignâ*, præſertim ſi inde *lac amygdalinum* paretur.

Inter RUBRAS *Terras*

I. Terra Lemnia rubra tanti *Galeno* æſtimata meritò fuit, ut ad obtinendam eam ſinceriſſimam, peculiare iter bis in Lemnum inſtituerit. Hodie etiamnum nullam celebritatis jacturam patitur, quòd, ut olim ſigillo capræ, jam charactere Turcico, *Tiniamachton*, in Auguſto ſignetur, nec cuilibet illam fodere (teſte *Barone Tavern. in Itinerar.*) concedatur, unde & hodie non omnis quæ ſub ejus nomine venditatur, pro vera habenda eſt, ſed fortè illa ſolùm quæ rutilum colorem vivaciſſimè imitatur, ut rubricam ſynopicam eſſe dices, quàm *Plinius* minio proximam fecit, qualemque *Geſnerus* à *Calceolario* ſe accepiſſe refert. *Vires* ejus ut albæ, ceu modo dictum, ad acre corroſivum edomandum, ex vi texturæ, quâ ex ſevo velut, dum dentibus confringitur, conſtare videtur, laudatiſſimæ ſunt, unde meritò pro *andidoto inſigni adversùs peſtem & morbos malignos contagioſos, venena pernitioſa, ictus morſusq; animalium venenatorum* habetur, *Lutiq; divini* nomine ab *Avicennâ*, non ſaltem quòd mulier divina, Bartamiſe nomine, illam prius in monte reperit, fuit inſignita, ſed & quia *Scaligero*, judice, ſua adſtrictione inter cor & venenum ſe interponit. Hinc Ingrediens eſt *Pulveris bezoardici Exc. Wedelii*, ſupra *Sect. III. C. IX. §. 9.* allati, ut & *Pulveris bezoardici albi Ludoviciani*: ℞. *C.C. phil. ppt.* ℈ij. *Terr. ſigill. ſel. Unicorn. foſſil. ana* ℈j. M. f. *Pulvis*, qui non tantùm in *malignis* ⊖ Ale acre domat, inviſcat, ac inſimul diſcutit, ſed inprimis in *Infantum torminibus clamoroſis, inquietudinibus, caloribus vagis* ac *permanentibus* aliis decenter maritatus utiliſſima quævis præſtat; ſi verò *Succinum & Cinnabaris nativa* addatur, fit is *Epilepticus*, *Laudanum opiatum* inſuper *anodynus*, ſicq; ſummum polychreſtum, de quo vid. *ſup. C. de* .

II. Bolus Armenus ex Armenia Cappadociæ finitima non ſaltem ſed multis aliis regionibus quoque habetur, v.g. in *Helvetiâ* ex monte Staffelwand apud *Suitenſes*, quam *Chriſt. Schorer Soc. Jeſ. Athanaſio Kirchero* Romam tranſmiſit, cujusque ope quendam ad centenos annos vitam traduxiſſe relatum eſt; Vid. *Mund. Subterr. Tom. I. L. VII. C. IV.* Sic & in ditione *Solodurenſi* ad Clauſtra (die Cluß) loco Welſchen Rohe dicto, ex caverna ſaxi effoditur *Bolus rubra, quæ* à Chirurgis loco *Boli Armenæ*, in Emplaſtris conficiendis, adhibetur. Differt à *Terrâ Lemniâ*, quod manus contrectantis inficiat, hæc verò non. *Vires* ejus ſunt deſiccare, conſolidare, refrigerare, &

quia

quia, ut nervosè loquitur *Muſæum Calceolarianum p.* 120. facilè in ſuccum tenuem ſolvitur & latè ſe diffundere poteſt, ſolidis partibus adhæret, easdem à quacunque malitiâ tuetur pravasque humiditates illarum viſcoſitate (linguæ namque appoſita hæret) abſorbere, *adversùs* item *venena & morbos à qualitate venenata emanantes* ſummè prodeſſe poteſt. Hinc & *Galenus L. IX. de ſimpl. medic. facult.* eum ad *dyſenterias* & *ventris profluvia*, ad *ſanguinis ex-puitiones* (v.g. in *Pulv. Hæmoptoic.* ℞. *Bol. armen.* ℥iß. *amyl.* ʒiij. *Rhodoſacch.* ℥ß. *ol. aniſ. gt. ij.* M. f. Pulv. D. ʒiß. ter in die vel ſæpius; cui in *Hæmoptyſi* nil æquale) & *catarrhos* (ceu ingreditur pro uſu interno præprimis *Conſervam ſuſpenſoriam Cratonis Celeb. Wepfero uſualem* : ℞. *Conſ. roſar.* ℥ij. *majoran.* ℥j. *Boli arm. or.* ℥ß. *Theriac. Andromach.* ʒj. M. *Doſ.* ʒj. vel ij. tempore ſomni;) laudat, pro externo verò uſu ornat *Linimentum antipodagricum Solenandri* noctu inungendum pro *robore articulorum* : ℞. *Boli arm.* ʒiij. *Thur. maſtich. ſang. drac. hypociſtid. ā.* ʒiiß. ⊖ *torrefact.* ʒij. *Ol. omphac.* ℥ij. *maſtich.* ℥j. M. quin & ad *putrida oris ulcera* eam conferre notat *Galenus*, ut & ad *pulmonum ulcera & ſedis fiſtulas* contrahendas, ut quid ſingulare extollit: Egregius proin ſeq. quoque *Pulvis pectoralis & catarrhalis* : ℞. *Boli armen. Ocul.* ♋. *ana* ʒj. *myrrh. el. Fl.* ♀, *pulv. glycirrhiz. ana* ℈ij. *croci gr. XII. Ol. aniſ. nuciſt. ana gut. IV. ſacch. cand.* ℥ij. M. f. Pulv. dandus vel per ſe vel cum vehiculo. In *Peſte* illa quæ Romæ graſſabatur, cum *Vino albo* conſiſtentiâ tenui aut admodum aqueo, pro ratione urgentiæ febris, bibita, unicum fuiſſe remedium teſtatur *Galenus*, cùm dixerit, quotquot medicamentum hoc bibêre, celeriter curatos eſſe, at quibus non profuit omnes interiiſſe, ſcil. cùm nec alio quovis juvarentur, ex quo colligi poteſt, iis duntaxat non fuiſſe auxilio, qui plane erant incurabiles, & qui curari poſſunt, omnes hoc medicamento liberentur. Et ex hoc contextu etiam *Verzaſcha Obſerv. LVII.* inductus famulo peſte, quam ſine *febre* credidit, decumbenti *Bolum* hunc cum *Flor.* ♀ & parùm *camphoræ* exhibuit. Vid. *Needham de Ferm. fœt. Cap. VI. p. m.* 166. ubi ſymptomata Peſtes generi nervoſo affectu imputat.

III. Bolus Toccaviensis ita dictus quòd in *Tranſylvaniâ ad Toccai* reperiatur, eſt inſtar *boli Armeni*, cujus more quoque *butyri* inſtar in *ore* liqueſcit, hincque indicium præbet vires ejus in *ſiſtendis fluxionibus ſanguinis* & attemperandis *humoribus ſalſis* eximium uſum habere. Quare & *Vires* ejus ſi non ſuperant, ſaltem adæquant *Bolum Armenum*, & ſec. *Cratonem*, qui eo maximè uſus, *vires* inſignes obtinet in *Catarrhis & Peſte, Fluxibusq; variis* tam *intus* quàm *extus*; Sic ſeq. *Emplaſtrum Solenander in Conſil. p. m.* 337. in omni *Fluxu* tam *hepatico* quàm *dyſenterico excoriativo*, in *antiquâ Diarrhœâ* & ſimilibus comperit mirificè juviſſe: ℞. *Boli Toccav. vel Armen. vel Baſilienſ. vel alterius cujusvis, Terræ ſigill. Lap. hæmatid. ana* ʒvj. *maſtich. macis ana* ℥ß. *Lign.*

aloës ℨiij. *Eupatorii, Schœnanth. ana m. j. ſpic. Ind. p.* ß. *Myrobalan. chebul. emblic. torref. ana* ℥j. *coriandr. ppt.* ℥iß. *Spodii* ℨij. *Fl. roſ. rubr.* ℥j. *ſpec. diatrionſant.* ℥ß. *Scoriæ ferri ppt.* ℥j. *Far. hord.* ℥ij. *Ol. maſtich. myrtill. ana q. ſ.* ad impinguandum; F. *Emplaſtr.* cum *modico* ✠*ti* ſuperponendum ab *oſſe xyphoide* ad *os* uſque *pectinis*. Præter has verò *Terrarum rubrarum* ſpecies & aliæ adhuc reperiuntur, nimirum *hepatici coloris aſpera magis*, item *Terra ſigillata Livonica*, quarum hæc loco *Terræ Lemniæ* omnino inſervire poteſt, ut & *Terra Brandeiſenſis in Bohemiâ* tribus horis *Pragâ* diſtante loco erui ſolitâ, egregiè *ſudores* movens, ut & illa prope *Altorfium* in cryptâ reperiri ſolita, de qua *Hoffmann. in Paralip. Offic. cap.* 25.

Inter *Terras* LUTEAS eſt

I. Terra Sigillata Silesiaca, vel *Strigonienſis flava*, etiam ſigillum Strigonienſe, Axungia ſolis appellata, quæ id peculiare habet, ut reniteat inſtar ſpeculi & faciem intuentis reddat; reperitur in aurifodinis (Aurum converſum hinc etiam dictum) ad *Strigonium* in *Ducatu Suidnicenſi*, cujus ſigillo etiam in globulis orbicularibus ornatur; terra eſt pinguis, lubrica, viſcoſa, ſaponi ſimilis & ut butyrum in ore vel aqua diffluens, perfuſa particulis ramoſis ☉reis, minus tamen digeſtis; linguæ impoſita firmiter adhæret, & ictu quaſi tangit dentes, imò vitro aquâ pleno injecta fortiter latera vitri concutit. *Uſus* ejus alexipharmacus inſignis, ut etiam venena feratur mox per vomitum expellere, ſi vel ante vel ſtatim poſt venena ſumatur; aliàs per *ſudorem* ea expellit, ceu & *morbis omnibus* qui *ſudoribus* expelli poſſunt, convenientiſſima eſt ad inſtar fere ☉ potabilis. Quia verò particulas acido-acres irritantes validè intra particulas ſuas viſcoſas intricare & abſorbere valet, conducit egregiè ad *fluxus* varii generis, *exulcerationes*que non minus externas quàm internas in *phthiſi*, itemque ad *ambuſta*. Præprimis autem excellentiſſimus ejus uſus eſt in *Variolis* & *morbillis*, præſertim ſi *fluxus alvi* ſimul adſit: Sed videndum ne adulterata ejusmodi terra ſumatur, luto nimirum, ceu ſpecies dubiæ ejusmodi terræ apud *Wormium* viſuntur. Vid. *Joh. Montanus Strigonienſis in Tract. pecul.*

II. Ochra è variis Europæ mineris metallicis etiam propriis foditur, naturæ potius ♄næ, è cujus fumo maxime concrevit, quàm ♀ & ♂lis particeps, guſtu acris virtutisque ſumme deſiccantis. *Uſus* ejus ut ♄ni maxime externus chirurgicus, ſic namque ad *carunculam urethræ* abſumendam, teſte *Pigray dans ſa Chirurg. p.* 475. excellens eſt remedium, ſi pulveri *ſabinæ* permiſceatur, item ad *verrucas penis*, imò & per ſe ad *articulorum tophos* comminuendos uſurpatur. *Species* ejus *Ol. Wormius* recenſet varias, nimirum *Ochram Scanderburgicam, luteam Islandicam, nigricantem argillaceam Anglicam, factitiam plumbariam. Ochra artificialis* præſtantiſſimarum quoque vir-

tutum

tutum ex ⊕li ſolutione habetur, nim. ℞. *⊕li opt.* ℔j. *vel q.pl.* ſolve *in ▽â pluv. ⊖is ♀ri part. æq.* quoque in eadem *aquâ* ſolve, *ſolutiones ſingulatim per filtrum clarificentur, in ſolutionem ⊕li ſenſim & ſenſim inſtilla ſolutionem ♀ri, hac infuſa multum aquæ ſuperadde, ſic ♀ ad fundum cadet, aquam per inclinationem effunde, & reſiduum turbidum per chartam filtra, ubi ♀ in filtro relictum in calore Solis vel fornacis exſicca & pro uſu in vitro bene clauſo & in locum ſiccum repoſito ſerva; Solutione reſidua ad pelliculam evaporata, ſuperaddendo adhuc part.* j. *⊖is ♀ri liquefacti, ♀rum ⊕latum tonſoribus notum acquires.* Et cum tali *Ochrâ,* quin & addito *Regulo ♁ii medicinali* ſupra deſcripto egregia *TRa anodyna* obtinetur, v.g. ℞. *Decoct. Ochra ⊕li & reguli medicin. cum aquâ calc. viv. fact.* ℔iiij, *Lamell. Opii Theb.* ℥ij. Coq. leni calore, filtra, filtratum inſpiſſa, cui affunde *Spir. Vini ♀ſat.* vel *Vinum Malvat.* & obtinebis *Eſſentiam ſummè anodynam ſpirituum furorem* præ aliis mox ſedantem, ſummeque tutam, ceu quæ *alvi* officii ſui memorem relinquit. *Vires* prædictæ *Ochræ* in *Maniâ, doloribus variis* ſuprà allatæ ſunt *C. de ⊕lo. Ochra* hæc multum ſymboliſat cum illa quæ circa *fontes ⊕cos* reperitur & lapides flavedine vel rubedine inficit, notaturque apud *Liſter. de Font. Angl. p.* 33. illam in halitu quoque Aquarum ejusmodi obſervari; *Vid. infrà.*

Ad Terras ejusmodi luteas referendæ etiam aliæ ejusdem coloris Terræ, ut eſt *Bolus luteus Galeni,* Ochræ foſſili in colore haud abſimilis, manus tamen contrectatus, haud inficiens, quique igni injectus, non ſecus ac Ochra, referente *Ceruto in Muſ. Calceolar. p. m.* 110. in purpureum mutatur colorem, cui & præcipue *Vires* ex *Ceruto* Bolo Armenæ adſcriptæ competunt, item *Bolus luteus Theophraſti,* ut inventoris, qui prædicti colorem obſcurius refert, qualis quoque in ditione *Epiſcopi Baſilienſis* ad *Delſpergam* effoditur, item in *Comitatu Novocaſtrenſi* ad *Urbem Vallis Anginæ*, unde aurifabri prototypos ſuos conficiunt. Nec negligendi penitus, *Bolus Sabaudicus* è monte Veſſulo, *Toccalius* carnei coloris, *Boli è Mateolo,* Apuliæ diſtrictu, qui tamen calcis ferè modo acres ſunt, item *Bolus Getulus, Tellinus, Agricolæ, jecinoris colore* è montibus *Bohemicis, Terra* item de *Yvica* in Inſula Minoricâ, quæ referente *P. du Val Geographie du temps Part. II. p.* 378. id ſingulare habet, quod faciat mori omnes ſerpentes qui ſunt in maximo numero in Inſula Fomentera; *Terra S. Helenæ, Boringholmica, Livonica* & aliæ multæ, ex quibus non reticenda *Terra rubra inter duos montes apud Subſylvanos reperiri ſolita* item *Terra rufa candida* & *cœrulea* in quodam monte apud *Glaronenſes* extans, quin & *Terra illa variegata Schnabelbergenſis* inſtar marmoris variegati ex albo cœruleo luteo & rubeo in monte *Albiſio* ad deſtructam arcem Schnabelberg uno milliari *Helvetico Tiguro* diſtans reperiunda, quin & *Terra rubea montis Uetliaci* prope *Tigurum,* quo Figuli vaſa ſua colore rubeo incruſtant.

CAPUT III.

De TERRIS ARTIFICUM.

EJUSMODI Terrarum Genera in *artificum* mechanicorumque *uſus* præprimis cedentia, ad duo, *Argillarum* ſcil. & *Cretarum* referri ſolent.

I. Argilla maſſa eſt terrea, tenax, ductilis, quæ dum exiccatur minime dehiſcit; conſtat nimirum ex particulis 🜃eis minoribus quæ exiguos habent poros, in quibus 🜔 🜕ſum inde diſpergitur; exinde verò opaca eſt, nec 🜄am facilè tranſire ſinit, imò & ob paucitatem 🜔is Vaſa *varii* generis à Figulis inde efficta, minus fragilia ſunt quàm *Vitra*, quæ majorem 🜔is quàm terræ copiam habent, quamvis & nobiliores Argillæ pro diverſis partibus quibus conſtant ac etiam ex certa fermentatione, dum ſepeliuntur, reſultant, ſumme varient, ſic namque è maſſæ illius, ex qua *vaſa Porcellana* in China elaborantur, ſubtiliore parte velutque flore omnium nobiliſſima, à vitro parùm perſpicuitate differentia habentur, poſt hinc quod itidem candore & perſpicuitate præſtat, & tandem quod non niſi fex videtur ex qua orbes fiunt. Argillæ genus eſt quæ *Helvetiis* Leberſchiffer & Mergel quaſi Marga dicitur, cinereo colore duriuſcula, in laminas ſubtiles & tenues diviſibilis, quâ formæ fiunt, in quas metalla fuſa conjiciuntur; reperitur in *Albio monte propè Badam & Thermas Fabarianas*, ut & in *Vocetio monte*; Spiſſior ubertas eâ quoque, ut *Plinius* loquitur, intelligitur, ſi fimi loco in agros ſpargatur, idque ob 🜔 🜕ſum.

II. Creta ex inſula cognominis ejusdem, olim præſertim præſtantiſſima (licèt & hîc in viciniâ in *diœceſi Epiſcopatûs Baſilienſis* & in *Comitatu Vallis Anginæ*, item apud *Suitenſes* & *Tigurinos* in vicis Wyl & Mur ſatis præſtans eruatur) habebatur; eſt autem candida terra, velutque ceruſſa 🜃ſtris de ♄no ejusque viribus multùm participans ob vim alcalicam prædominantem, nim. eſt è corporibus terram ſolubilem habentibus (v. g. in -ᴖ-u 🜕, qualiter ſolutio filtrata & evaporata ad 🜔is conſiſtentiam & poſtea ſub tegula calcinata paulatim maſſam relinquit flaveſcentem eamque luminoſam ſi ab aëre defendatur, *Phoſphori ſolidi* nomine venientem, ut *Cl. Dn. Fr. Slare in Muſ. Societ. Reg. Londin. p.* 353. hoc ſiſtit, dum ſcil. in Lumine hoc partes igneæ puræ -ᴖ-us ⊕ in cretâ taliter concentrantur) & 🜔e deſtitutis, ceu videmus acidum ei affuſum mox illam terram ſolvere & hinc unà fermentare; proin & *Uſus* ejus in *cardialgia*, ſoda vocatâ, cujus acidum fermenteſcens cum *aq. portulac.* mox reprimit & præcipitat, ceu aliàs cereviſiam acidam, ſi ei injiciatur. Hinc & ad acido-auſterum in *affectione hyſtericâ* infringendum utiliter præſcribitur, imò ſec. *Ettmüllerum* juratus *lumbricorum* hoſtis eſt, ſi cum *lacte caprillo* uſurpetur. Sic fit inde *Pulvis anticardialgicus*:

℞. Cretæ

℞. *Cretæ albiſſ.* ℥vj. *Ocul. & chelar. cancr. ana* ℥iß. *ſacch. albiſſ.* ℥ß. *Ol. chym. nuc. moſch. gut. vj.* M. f. *Pulvis*: addi poteſt *Bol. arm.* ℨvj. Doſ. ℨj. in hauſtu frigidæ largo; ut & *Pulvis anticolicus*: ℞. *Cretæ albiſſ. ſubtiliſſ. pulveriſat.* ℔j. humecta cum *ſucco Fol. rutæ & chamæmel.* ut fiat inſtar pulmenti, exicca lento calore, & fiat *Pulvis*. Repet. hoc opus cum ſuccis rec. ad quartam vicem, ultimò fiat *Pulvis ſubtil.* Sic quoque ex *Cretâ albâ*, *lacte ſolutâ* & cum *farinâ fabarum, ſaccharo & cinamomo* Pulticulam efformat in *Diarrhœâ* exhibendam *Mayerne in Prax. Med. L. IX. C. 3. p.m. 303.* & *Pulvis ad vermes Stockeri in Empir. p. 107. ſeq.* eſt: ℞. *Cret. albiſſ.* ℥iij. *ſem. ſanton. vel zedoar.* ℥ß. M. Detur cum lacte puro. *Externè* inſpergitur *Ulceribus malignis* corrodentibus & imbibit acidum in *Vulneribus*. Aliàs inſervit ſcripturæ extemporaneæ pro literis & numeris, ad quod hinc minus aptæ ſunt *Creta nigra* quæ ex *monte Galanda ad Lacupratum in Helvetiâ* habetur, item *Creta viridis dura* ſaponem referens quæ ex rupe montis *Galandæ propè pagum Coblitium in Rhetigoviâ* decutitur, ut & *Cretæ cinereæ duræ* & *molles Glaronæ* & ad *Arcem Habsburgum* reperiundæ, niſi quod illis *Papyrus craßior minus terſus cum ſtylo notatus* literas clare oſtendit more nigriori; ſi ſcil. prius cum illis vel C. C. *uſto* ope corii teratur, illudque imprægnetur; Idem habetur cum *oſsibus ovinis* & cum *aquâ gummeâ* madefactis, illito papyro.

III. Rubrica Fabrilis rubicunda eſt, ſpiſſa, gravis, quæ aquâ diluta velut ſanguineum colorem diffundit; copiosè olim venalis proſtabat in *Ponto urbe Sinopi*, unde *Synopica* hæc omnibus præferebatur. Emicat autem præprimis elegans ex eâ 🜖 ♂le (ceu quo extracto cum ≏*u* ⊖*is* limus ſaltem argillaque communis remanet) ope ✱*ci* inſtar *Lap. hæmatitis* ex eâ extrahendum, de quo *ſupra Cap. de Hæmat.* *Vires* hinc ejus excellentiſſimæ, inprimis verò collaudo illam in *ſynoviâ ſiſtendâ*, cujus *liquoris acrimoniam acidam* (ut *corallia rubra* inſperſa) valide mitigat, ſiſtit & *ſanguinis fluxus* alios, v. g. *Diabeten* (℞. *Tinctur. adſtr. rubr. fabril. vel liquor. ſal. hæmat.* ℥ß. *Tinct. roſ. ſant. rubr. aa.* ℨj. *ſyr. corallor.* ℥j. *aq. roſ. nymph. aa.* ℥ij. M. Detur per cochl.) *ulcera*que maxime rebellia ad faciliorem ſanationem perducit, *Galeno*que teſte, in *ovo* ſumpta, *clyſteribus*q; infuſa, *alvum* ſiſtit itemq; *Fluxum hepaticum*.

IV. Umbria terræ ſpecies fuſca eſt, nigricans, macra, tenuiſſima, leviſſima ex *Umbriâ* olim, jam *Ducatu Spoletano* erui ſolita. *Uſus* ejus eſt pictorius, ad umbras adumbrandas & in picturis exprimendas.

V. Tripolis ob granula minima, aſpera, dura, robuſta valde conducit ad polienda *vaſa orichalcina*, cujus loco *Tigurini* certâ quadam terrâ duriori cineritiâ utuntur, quàm in foſſis aggerum urbis ſuæ alicubi eruunt.

Tandem inter Terras artificum quoque eſt *Nigrum Colonienſe*, terra nempe atra circa *Coloniam Agrippinam* & alibi foſſilis, ut ejus mentionem facit

Exc. D. Chriſt. Menzelius Dec. II. Ann. III. Miſc. Cur. Obſ. VI. p. 30. ubi poſtquam de apparentibus Iridis coloribus diſſeruiſſet eleganter de terreſtribus & hypoſtaticis coloribus, præſertim mineralibus *Oleo lini* vel *nucum* miſcendis diſcurrit, quæ hinc in artis pictoriæ amatorum gratiam non pigebit adducere. E mineralium cenſu colores ſunt, 1. Nigrum Colonienſe, ut dictum, cui conveniunt oſſicula vel putamina amygdalarum, perſicorum, ebur, Cornu cervi ad nigredinem uſta, Germ. Beinſchwartz/ quoniam ad colores oleagineos egregiè faciunt, licet non ſint minerales. 2. Albus color ex Ceruſſa, i.e. plumbo cum ♁o calcinato fit: item Album Anglicanum ex ♃ Anglico vel plumbo albo ſimili calcinatione peragitur, Germ. Schieferweiß/ durabilius ex Ceruſsâ. 3. Phœniceus ruberque color præcipuus hodie eſt Cinnabaris artificialis ex Mercur. & Sulph. ſublimatis. Minium Cracovienſe, ibidem foſſile, rarò artificiale ex ♄no ad rubedinem calcinato adhibetur. Boli rubri, qui ſunt, glebæ in Armenia & aliis regionibus foſſiles, ochra uſta, &c. 4. Luteus color præcipuus eſt Ochra flava, ex omnibus ferme acidulis, tanquam ferri matrix, promanans, quæ coloris pelluciditate aut obſcuritate valde differt, germanis Ocker. Flavum ebulinum, germanis Sittichgelb / ex ebuli ſucco Ceruſsâ imprægnato fit. Flavum plumbeum, germ. Bleygelb/ ex ☿ & ♃ ſublimatur. Auripigmentum, peculiare eſt 🜍 foſſile ſuo ☿rio conſtans, & venenoſum eſt itemque Riſagallum, german. Reuſchgelb aliàs ♂cum citrinum vocatum, quoniam ex ♂co albo cum particulis ferri ad colorem luteum exuritur, &c. 5. Terra viridis, Italis *Terra verde*, in Italia & alibi foſſilis. Chryſocolla nativa, germ. Berggrün/ etiam foſſilis eſt. Æs viride, germ. Grünſpon/ ex ♀re cum ♁to aut 🜊 paratur. Fit etiam Color Viridis ex mixtura flavi & cœrulei coloris, ſicuti in Iride cœleſti color viridis medius eſt inter flavum & cœruleum, isque exinde progigni à quibusdam putatur. Sic Auripigmentum cum Indico colore vel Indigo, item Ochra cum cœruleo montano inter ſe mixti elegantes exhibent colores virides. 6. Cœruleum montanum, germ. Bergblau/ foſſile eſt, & coloris ſui remiſſione vel exaltatione multùm differt; unde quod vilius eſt germ. Bergaſche dicitur, quia cineres ferme præſentat. Lapis Lazuli & nativus & factitius, germ. Laſur. Nativus in petra pellucida alba hæret, plerumque Lunam & ☿um continet: factitius ex Cobalto & ſilicibus contuſis exuritur. Cobaltum verò germ. Kobalt aliàs Fliegengifft/ ex plurimo ☿rio & ♂co conſtat, in *Saxonia, Bohemia, &c.* foſſile: præſtantius complectitur plerumque Biſmutum, aliàs Marcaſitam argenteam, ſcil. ☿um ex lapide ſuo admiſto parùm coagulatum & in ſemi-metallum induratum. Ex ambobus, & Nativo & Factitio, quia ſunt colorum omnium conſtantiſſimi, paratur ſubtiliſſimâ triturâ decantatiſſimus ille cœleſtis color, Azurum ſive Ultra-

mari-

marinum hodie vocatus. Indicum ſive Indicus color, vulgo Indigo, cœruleus ad nigredinem uſque ſaturus color, etſi is ex glaſti cujusdam ſpecie in Indiis paretur, de quo laude digniſſimam prodidit *Obſervationem Cl. D. Herbertus de Jager in An. II. Dec. II. Ephemeridum noſtrar.* tamen, quia etiam ad colores oleagineos adhibetur, hûc etiam ſpectare videtur. 7. Purpureus color præcipuus, Lacca dicitur; eſtq; vel in rotulis vel in globulis. Lacca in globulis Germ. Kugellack/ vilior longè eſt illâ in rotulis quia ex cretâ vel ceruſsâ cum parum Laccæ in rotulis admixtæ componitur, & in formam globulorum formatur. Lacca verò in rotulis, aliàs Florentina, quòd Florentiæ frequentiùs quàm alibi fuerit parata, germ. Florentiner Lack/ ex pannis ſcarlatinis lixivio extrahitur ad conſiſtentiã legitimam, inq; placentulas vel rotulas effunditur. Panni autem ſcarlatini inficiuntur ſuo modo ex TRa granorum chermes, ſive coccorum ex Ilice coccifera, vel etiam vermiculis ex iis, inſtar gallarum quercûs; vel ex ficûs Indicæ fructu enatis, qui vulgò *Cocconillie* dicuntur, quod genus vermiculorum vel coccorum baſis eſt purpurei noſtri coloris. Tantæ excellentiæ purpureus color ex *Regno Minerali* hucuſque nondum innotuit. Hi colores omnes poſſunt cum oleis lini vel nucum ſubtiliſſimè triti à pictoribus adhiberi, & demum Vernice, i. e. oleo lini cum reſinis pellucidis cocto, vel cum gummi Copal & ♒u Vini ſoluto ad conſervandos & ſpeculi inſtar illuſtrandos colores picturis illiniri. Alterum genus colorum ex vegetabilibus, (rarò ab animalibus, ut ebur, Cornu Cerv. & ſimilia) ſumuntur, *vid. ex radicibus, foliis, floribus, fructibus, lignis, lacrymis & reliquis plantarum partibus, & aquâ ſimplici parùm gummatâ ad ſcripturas vel picturæ genus celebre, quod punctim peragitur, & vulgò Miniatura appellatur, adhibetur: quamvis colores in hoc picturæ genere facilè aëre abſumantur, nec tam diu, ut oleaginei perdurent.* Ita (1.) Niger color primarius Atramentum ſcriptorium eſt, cujus compoſitio paſſim habetur. Atramentum ſiccum Indicum ex China hodie frequens allatum. (2.) Albus color in miniaturis plerumque non hypoſtaticus eſt, ſed charta pergamena albiſſima relinquitur iis in partibus ſine aliquo colore infecta, in quibus albedo vel lumen præſentari debet: quandoque tamen pilus aliquis albus, vel aliquid aliud pingendum, Albo Anglicano peragitur & præſentatur. (3.) Color ruber aut phœniceus etiam ♁bari factitio, aut gummi, ſanguine Draconis arboris, minio eleganti & aliis cum aqua gummatâ paratur. Succus autem radicis rubiæ tinctorum vel Alcannæ magis purpureus, quàm phœniceus eſt. (4.) Flavus vel Luteus, ex croco, floribus Cheiri, gummi gutta, &c. aquâ temperatâ fit. (5.) Viride ſaturum germanicè Safftgrün pro exprimenda viriditate graminum eorumque umbras præſentandas ex ſucco baccarum maturarum Spinæ infectoriæ vel Rhamni ſolutivi fit. Paratur viride halcinum ex viridi

ære

ære aquâ, non gummatâ, (contra *Caneparium de Atramentis p. m. 364.*) ſed tartariſatâ, i. e. admixto parum pulveris tart. crudi, ſed puri, quâ extrahitur elegans color viridis in charta ſcriptorius & non tranſiens eam: quòd ſi huic colori admiſceas aliquid extracti croci, multò elegantiorem virorem & colores acquires. Componitur etiam Viridis color ex luteo & cœruleo, v. g. ex gummi gotta cum Indico, croco cum cœruleo montano, aut alio cœruleo uti Azuro, &c. (6.) Cœrulei coloris diverſitas extrahitur ex floribus Cyani cœrulei, violarum purpurearum, anagallidis cœrulei, vel ex glaſti ſpecie, ex qua Indigo fit, de quo ſuperiùs dictum. (7.) Purpureus demum color ſuprà inter colores minerales laudata Lacca Florentina eſt. Feliciter etiam iſte & eleganter ex decoctione ligni Braſiliani Fernambuci, addito tantillum aluminis in fine: item ex ſanguine Draconis Arboris & aliis rebus obtinetur.

FINIS SECTIONIS IV. PART. III.

APPENDIX
DE AQUIS MINERALIBUS, ACIDULIS ET THERMIS.
Cap. I.
DE ACIDULIS.

EX nomine jam patere arbitror, dum Aquæ ejusmodi è 🜃a ſcaturientes *minerales* (ὕδατα ἀυτοφυία Græcis) vocantur, me haud adeo extra inſtitutum vagari, dum quædam de hiſce, Mineralium regno, ut cujus fiſco virtutes ſuas ſpecificas omnino ferunt acceptas, adnectere animus eſt.

Acidulæ à ſapore acido, ⊕lico, ~u nimirum eſurino inter cellulas & poros 🜄æ contento, ita dicuntur, quamvis etiam cum ♉eis quædam efferveſcant, ceu de Bathonienſibus Aquis *Mayovv Oper. C. XV.* teſtatur, quarum ⊖li acido combinatur ⊖ quoddam Ꝗli, prout quod evaporatione in fundo ⊖ relictum eſt, ab affuſo quovis ~n ♉do efferveſcit, de quo in ſequentibus. In præliminaribus autem omittere haud poſſum, cum *Accuratiſſ. Gallus Rochas & du Clos* conquerendi Naturam Acidularum determinare difficile eſſe, idque, ut videtur, non ſaltem ideo quòd varias lambendo terra-

▽rum partas, venas & lapides præterfluendo, diverſiſſimæ particulæ minerales iis commiſceantur, quæ non adeo facilè à nobis cognoſcuntur, ac etiam quia quod poſt evaporationem ſub ⊖is vel terræ nomine remanet, inſufficiens eſt eſſentiæ earum ad amuſſim determinandæ, quùm △liores particulæ, 🜟us ſcilicet univerſalis, motum ignis perpeſſus, mox avolet & concretum non ſimplex ſed ex variis particulis, quæ prius aqueo liquori ſeparatim inerant, compoſitum, ∀um, ⊖ſum, in quo varietas ⊖um diſcerni nequit, hincque nec de proprietate exactum judicium ferri poteſt, deprehendatur; quod non minus valet de ♌ne, quæ, quo pacto ſpeciatim hîc inſtituenda ſit, docet *Pharam. Rhumelius Deſc. Therm. & Acid. Med. Spag. p. m.* 308. unde ſi quid aliæ probæ attribuitur, in Acidulis ♂libus examinandis, quæ ut ♀ de primo ente ☉ quoque participant, *præcipitatio, decocto gallarum* inſtituta, contentum à continente liquore aqueo ſeparans, in uſum trahi ſolet, quâ probari poteſt, dum *decoctum gallarum* acidulis ſuperfunditur, eæque nigreſcunt, eas præprimis de *Ochrâ 🜖laceâ* ſeu *🜖lo ♂tis* participare, quod quia à *🜟u 🜍ris ♉do ♂ti* ſuperaffuſo alias obtinetur, credendum eſt *Acidulas* ſcaturire ex illis locis, quæ terrâ quadam ♂li in 🜖lum minerale ab ♉do quodam, *🜍ris* nimirum ut *Theophraſtus* & *Helmontius* loquuntur, *embryonato* corroſâ ſcatent, quæ hinc ſoluta, aquas ejusmodi medicatas præſtet, nimirum *Aquæ, quæ materialiter aliquem efficiunt fontem, per aliquam metalli adhuc* in fieri *venam ſub terram meantes, cum prius aliquid ⊖is, qui in terra eſt, acceperint, hujus auxilio immaturum ejusdem metalli 🜍r arripiunt, & ſtatim ſecum ad laticis orificium deducunt, ubi à 🜍is vel acidi ⊖is occurſus & contactus momento reciprocam actionem & reactionem in ſe invicem occipiunt, quæ nunquam deſinit, donec utrumque inſenſibiliter conſummatum ſit, & immixtum alius generis corpori, quod aqua tum demitti ſinit, & nos terram, ochram vel ſedimentum nuncupamus: poſt cujus ochræ productionem virtus immaturi 🜍ris medicæ inſeparabilibus acidi ⊖is amplexibus clauditur, & ſic perditur vel ſaltem diſparet; ſed hæc mutua actio & reactio permanere poteſt, donec aquæ terra exeunt, & aliquantulum temporis poſtea, atque tam diu ſuæ virtutes medicæ communicari poſſunt, non diutius*, probat hoc imprimis quòd modo laudatus *Rochas in ſuâ Phyſicâ demonſtrat.* in *Theatr. Chym. Vol. VI.* ad ſcaturiginem horum fontium repererit ▽am ⊖nam ſubacidam, ⊖le Hermetico aculeatam, & *artificiales acidulæ*, meliores ſecundùm ipſum, parari poſſint ex ♃te 🜖li ♉dulo limaturæ ♂tis ſuperaffuſo, vel meliùs ex ⊟lis 🜖li ♂tis in ♃te proprio dilutis cum *Vino*, vel etiam ex *🜟u 🜖li ♂tis ▽æ* ad *guttas aliquot* infuſo: quin & operandi modus ſimilis ſit qui à *♂te* aliàs habetur, abſorbendo ſcil. adſtringendo, aperiendo: Hinc namque experimento *Givre Traitte des eaux minerales des Provins p. 26.* inſuper conſtat, quod idem ⊖ *🜖licum* habea-

tur ex minera ♂*tis*, affuſione ▽*a* & evaporatione, cujus guſtus ſe prodit in acidulis; Verùm, ut dictum, omnium veriſſimè cum eodem ut & *Baccio Lib.I. de Therm. Cap. I.* ſtatuendum, *quicquid aquæ à metallis & mineralibus accipiunt, id dum in via generationis ſunt in forma ſpirituum ſeu primi entis, accipere*, coagulata enim pleraque mineralia & metalla perfecta nihil amplius deponunt, imo quia ex his nîl extrahit ▽*a ſimplex*, niſi ⊖*e* naturæ imprægnata, credendum eſt in *Acidulis* ⊖ ejusmodi naturæ inprimis dominari, aquamque ⊖nam ſupra dictam ſubacidam, quàm *Rochas* reperit, ab hoc ⊖*e Hermetico* ſalſedinem ſuam accepiſſe, quod in 🜃a quadam origini vicina reperitur, quæque per *elixiviationem* ⊖ ejusmodi (quod 🜃æ iſti virgineæ, quæ ſi ad genua foditur, habetur, combinatum & in globulos formatum, ♌tumque -⌒-um ut egregiam præbet clavem, de qua re *Sendivogius*) exhibet, ſimile illi quod denuo ex terra illa 🜁i expoſita haberi poteſt, manifeſto indicio, ab aſtris -⌒-um quendam *Acidulis* infundi, easque pro ejus influxu & communicatione, receptioneque intra terram magneticam, ex benedictione DEI, ut primæ cauſæ, tam egregias *Vires* obtinere, & nunc hoc nunc alio tempore fortius vel debilius operari, item nunc oboriri nunc rurſus evaneſcere, licet quoad cauſas ſecundas, ut dictum, multum varient. Dum verò taliter ▽a particulis ejusmodi metallicis, 🜃eis, -⌒-ſis, etiam aſtralibus imbuitur & ulterius meat, preſſioneque molis aëreæ in ſuperficiem telluris attollitur, & nihilominus ſaporem acidum principiaque conſervat, inferre eſt cum *Becchero*, tranſcolatorium terræ per quam acidulæ meant, longè poroſius eſſe, minusque ſolidum quàm illud per quod ▽*a communis* tranſit, quæ particulas terreas ⊖ſas aliasque facile inde deponit, quamvis & ipſum ♉dum acidularum multum in meatu & curſu ſuo alterari, meliorari, deteriorari, variis ſuccis & terreis miſceri poſſit, variæque *Acidularum ſpecies* & *qualitates* provenire, ceu præter ⦶lum in quibusdam ○, ♀, terra calciformis, aliaque reperiuntur, quorum omnium tamen in *Acidulis* minima datur pars ad comparationem *terræ virgineæ* ♉dæ ſeu eſurinæ, ſeu particularum metallicarum terreſtribus immixtarum ab ♉do ſubterraneo corroſarum, qualis facilè ex evaporatione ejusmodi coctioneque harum ▽rum habetur, prout talem hoc modo obtinui ex egregio fonte minerali nuper detecto, per bihorium à *Celebr. Principali Monaſterio Murenſi Ord. S. Benedicti* diſtante, cujus virtus, fermentum ulcerum corruptivum enecandi, ſatis ſuperque laudari haud poteſt, non ſecus ac ſpuma *Balneo Fidriſiano* apud *Rhæticones* collecta & ſiccata pulverem quoque exhibet *ulceribus ſiccandis* utilem; Quòd ſi verò in *Ortum* ejus inquiramus, ea *Diligentiſſ. Beccheri* judicio, in fornicibus centri 🜃æ ſeu in convexo firmamento ejusdem præparatur, ubi ab ▽a centrali, ex mari juxta *Carteſium* & *Schottum*, continuo derivata, (unde & Aqua-

rum

rum mineralium perpetuus fluxus) reactionem in ſe ipſa paſſa, velut ſulphureum gas ad circumferentiam convexi extruſa, digeritur & ſucceſſivè per tranſudantes vapores extrahitur & in partes ſubterraneas invehitur, ubi in variis antris, evaporantibus aqueis vaporibus, nonnunquam ſtiriarum inſtar, ad fornices & latera concreſcit & conſiſtit, ut plurimum autem ▽æ formâ larvatur, cui ſolventes & adſtringentes qualitates (hinc namque & ex hac ▽a ⊕lum ♂tis, ut ſupra jam innuimus, extrahi poteſt) imprimit, unde aciditas oritur & prima Aquæ mineralis acidæ diſpoſitio: Hinc & ingeniosè totum ejusmodi negotium ⊕ris *deſtillato* comparat, ubi *in* 100. ℔. *vix* ♀ *eſt pars vigeſima, reliqua tota augmenti ſubſtantia ex* ✱ *venit, cujus* ⊖*nis corpuſculis ſolventibus, ſoluta* ♀ *corpuſcula, licèt minimâ quantitate, maxima tamen extenuatione & coloratione adhærent, mixtumq; inſpiſſant, & ad certam formam adſtringunt,* ⊖*nam nempe & angularem.* Quia verò ſuprà diximus Naturam Acidularum determinare, rem adeo difficilem eſſe, ob diverſiſſimas particulas admixtas, lubeat præter modum ⊤*tionis ſolutione gallarum*, mineram ♂ detegendi, hîc etiam inquirere, quî *aliarum metallicarum particularum admixtio* detegi poſſit, v. g. ☉*rearum*, ☽*tearum*, &c. Hinc dicimus ex probâ Aquarum mineralium in *Henr. ab Heer Fonte Spadan.* ☉ ▽is mineralibus admixtum detegi *ex ſedimento*, communi metallorum proba, nimirum ſi *ſedimentum in fundo remanens* per corroſionem ▽R diſſolutum, punctis nigricantibus ⊤tur: ☽*tum* autem ſi ſedimentum diſſolutum & ⊤tum cum lamina ♀rea id oſtendit: ♀*ro* ſi imprægnatæ eſſent ▽æ ſedimenti diſſoluti cum ♉do ⏜u color cœruleus cum acrimonia inſigni id proderet: ſi ♃ vel ♄ ineſſent, tum ſedimentum colliquativum regulum exhiberet: ſi ◯ vehant, liqueſcit remanentia inſtar lactis: ſi materia ♆*formis* videatur ſubeſſe, color albidus calcinatione emergens id monſtrabit, qui & alia ⊖lia detegit. Plura de ▽rum mineralium probationibus ac inprimis de probatione chymicâ *Beberbergenſium in Sueviâ* deſiderat, adeat *Exc. Gockelii Dec. VI. Conſil. & Obſ. Med. An.* 1683. *in lucem editas p.* 358. Num verò ☿ ▽æ inſit, id quod tamen rarò fit, proba inſtitui ſolet ſequens, ſcilicet ſi ſedimentum laminis candidis ferris injectum odorem fœtidum inſtar allii de ſe ſpargeret & laminas iſtas dealbaret, ceu de hoc ſupra *Sect. II. C. XI. §.* 3. Etſi autem in *Thermis Fabarienſibus* ſedimenum ejusmodi non animadverti poſſit, tamen haud adeo abſona videtur illorum ſententia qui de hiſce Aquis ſtatuere audent, illam vim penetrantem & mirabilia in morbis præſtantem, emanare ex ſpirituoſiſſimis halitibus immixtis ☿bus, intelligendum nimirum per hoſce primum ens metallorum ſummè ⏜ſum & △le præcipuè verò Auri (quod juxta ♀ & ⊕ quoque fovere Fontem ad Fontem Baſileæ *Acta Philoſ. Soc. Reg. Anglic. ad An.* 1661. referunt) quod (*Rhumelii* etiam ac *Paracelſi* aſ-

ſenſu) ſummè ∧le vehunt, maximè quia *Stumpfii de Helvet. Lib. X. C. XXIII.* teſtimonio, ☉ in rupibus, ex quibus aqua hæc profluit, invenitur, confirmante id *Geſner. de Baln. Helvet.* & *Fabricio Hildano* qui *Deſcr. peculiari* de his aquis teſtatur, ſe in ſuperiori balneo fiſſuram inter rupes detexiſſe, ex qua *limum pinguem, rubrum & ponderoſum* (in quo ſcilicet ∧lia mineralium principia defixa latent & inde aquæ maritantur, de qüo vid. *Zwölfer. Mant. Spag. Part. II. C. 9. p. 387.*) extraxerit, qui ablatus & ab arena expurgatus, ▽ *ſigillatæ* (quam ſcilicet alibi cum *Becchero* ☉ reſolutum videri ac Ammochryſon ſeu Aurenium nominari diximus) non multùm abſimilis fuerat, uſus in externis egregii, arenam verò quæ in lotione luti remanſit cùm Enſishemii probæ ſubdidiſſet, ☉ in ipſa repertum fuit, ſed pauxillum: hinc namque *Aquæ* hæ maximè *confortant*, *arterioſiq́; & nervoſi generis affectibus benignæ* ſunt, contrariæque illis mineralibus, v. g. Mercurio, quæ hiſce primariò infeſtâ eſſe animadvertuntur, verùm quia hæ Aquæ ad Thermas potiùs ſpectant, de *Uſu Acidularum ♂lium* earumque potandi ratione quædam adducemus. *Uſum* quod ſpectat, is certè experientia multiplici compertus exoptatiſſimus, dum humores vitioſos & effœtos paulatim, cum εὐφορίᾳ & abſque nimia agitatione ſubducunt, ſicque etiam ⊖*lia ſylveſtria M. S.* magis temperant, quam novam phlogôſin in -∩-*tibus* & *ſanguine* accendunt (quod non ratò ab aliis multis præcipuè *Catharticis* evenire ſolet) & *ventriculi* etiam *flacceſcentis tonum*, cum augmento *appetitûs*, corroborant: Infarctus *viſcerum* deſtruunt & *ſcorias* ♀*reas è lymphâ* & *toto ſanguine* everrunt; ſic namque teſtatur *Sebizius Diſſert. de Acidulis Sect. I. Diſſert. I. §. 28. p. m. 29. Vidimus*, inquit, *ſanè quamplurimos à cachexiâ, obſtructione viſcerum, renum & meſenterii, febribus inveteratis, melancholiâ hypochondriacâ, Ictero, fervore, hepatis & renum, paralyſi, inappetentiâ, Petrinarum, Grieſsbacenſium in Alſatia acidularum uſu vindicatos eſſe, qui aliis remediis convaleſcere non poterant*; proſunt *ſanguineis* & *cholericis mediæ ætatis Cephalalgiæ calidæ*, *ardori ventriculi melancholiæ hypochondriacæ, dyſuriæ, ardori urinæ, catarrhis acribus & ſalſis, obſtructionibus meſenterii, hepatis, uteri*, aliisque, quas *quocunque chalybe præparato* felicius expediunt. Sic de *aquis atramentoſis Langenſchwalbacenſibus in Weteraviâ*, quas itidem ut priores Noſtrates præcipuè adire ſolent, teſtatur *Tabernæmontanus in Hydrotheſ. P. I. C. II. Incolas, qui quotidie iis utuntur, ſanos eſſe, bene habitos, immunes à catarrhis, viſcerum abdominis morbis, à calculo, arthritide, ictero, &c.* inprimis verò ob vim ⊕licam ∧lem, inſtar -∩-ûs ⊕li ∧lis ſupra laudati, *antepilepticum* quoque ſunt inſigne, obſervatione *Rochas p. 95.* edomant ſcilicet, invertunt, præcipitant ∧le acre -∩-bus inimicum, hosque decenter purificant: ex eâdem ratione *Podagricis* ſummo quoque ſunt ſolatio *Acidulæ*, ceu ſe vidiſſe refert *Fr. Hoffm. in Not. Poter. p. m. 398.* Aquis dictis ſalubribus

quæ

quæ primum ſcaturire cœperunt,& ſæpius nil niſi aquæ fontanæ ſunt leviores tamen & ſubtiliores, curatos perfectè *arthriticos* & *contracturâ ſpaſmodicâ* partium laborantes ſi in largiſſimâ quantitate hauſerint iſtas, ut vel maximè comprobavit *Aqua ſalubris Hallenſis* ⊕*lo* △*li* pauco imbuta in Viro per 9. annos *contracturâ* (ad qualem ex Colicâ bilioſâ ortam mirè meritò eas extollit non ſaltem *Charleton Tr. de Scorbut.* ſed & *Excell. Gerbezius Miſc. Curioſ. Dec. III. An. I. Obſ. LXXVIII. p. m.* 119.) laborante & perfectè inde reſtituto, ſic ut referat *cit. Hoffmannus*, copiam aquarum non nocere ſed illam potius maximam vim preſſione ſuâ in *deobſtruendis viis* obtinere, & *arthriticorum* naturam quæ fermè ſalifica eſt omnium optimè corrigere; Sic pro præcavendâ *phthiſi Mortonus in Phthiſiolog. aquas minerales chalybeatas, & inter illas, aquas* Sadlerianos Islingtonienſes, *cæteris omnibus præfert : quarum vim non tantùm in multis aliis, verùm etiam in ſemet ipſo, per quinquennium jam fœliciſſimè expertus ſit, utpote quæ* ♂*tu minerali, præ cæteris copioſo imprægnentur, quibus, in ultimos corporis receſſus, fulguris inſtar, penetrantes, obſtructiones reſerant, urinamq; admodùm copioſam cient; neque tamen Potatores ejus, vertiginosâ temulentiâ, oppreſſione ventriculi, & ingenti manuum, pedumq; calore, ſub finem purgationis, fatigant, ſicuti aliæ aquæ chalybeatæ ſolent*; Sic de *Aquis acidis in Spapago* inter *Leodium* & *Aquisgranum* refert *Solenander Conſil. p.* 337. ſe iis feliciter uſum eſſe in eximio *hepatis calore, ventriculi imbecillitate tantâ & relaxatione*, ut quotidie quod minus, ſemel cibum omnem aſſumptum reddere coactus fuerit, iſtarum verò *acidularum potu* ſe adeò confirmatum fuiſſe, ut illorum beneficium diu perſenſerit : maximè inſuper ad *Acidulas* tanquam ſacram *anchoram* recurrunt *Cachectici ad Hydropem inclinantes*, dum perrumpunt obſtaculum in *glandulis, lymphamq;* in debitum motum cient; verùm maturè id tentandum, antequam *hydrops* ingruat, *aqua*que jam in *pedibus* & *ventre* coacervetur, aliàs enim magis *tumorem* augerent, prout & tum parùm mingunt: aſſenſum his præbet *Exc. p. m. Dn. Chriſtoph. Harderus Scaphuſ. Dec. I. Ann. III. Miſc. Cur. p. m.* 342. inquiens: *Acidulas in diſpoſitis hydropem accelerare poſſe, credi par eſt, lympham augendo, acriorem violenter movendo, vaſa lymphatica replendo, dilatando, rumpendo, exedendo, viſcera enervando, ſubinde impulsâ acriore ſanie, corrumpendo, & aliis, ſi qui ſunt, modis*; Sic & *Ingenioſiſſ. Anglus Liſterus Diſſert. de Calculo* monet ab uſu *Aquarum Medicatarum* uberiori, eos qui tono *renum* & *veſicæ* labefactato adeoque diſpoſitione gaudent, quâ ipſæ ejusmodi *aquæ* in *calculum* concreſcant, abſtinere; & *Patinus Lettr. T. II. p. m.* 624 rotundè ait: *Toutes les Eaux metalliques ont un certain ſel deſſéchant & ennemi des entrailles.* Verùm de *Abuſu Acidularum* videri poterit *Clariſſ. Lamzvverde Tr. peculiar.* Nos hîc notamus cautè agendum eſſe cum *Acidulis* in *Infantibus* & qui bis pueri fiunt, in *ſenibus*: illis namque ob tenellam fibra-

rum texturam, his verò ob ♒uum vappeſcentiam, languorem minus proportionatæ ſunt, ceu & inde ad *Ventriculi robur* & *tonum* maximè reſpiciendum, an potum ejusmodi (quamvis & dum nihil retinere valet *ventriculus*, *acidulæ* tamen adhibentur, ut omnia corrigant) ſufferre valeat, item an *fibræ corporis* in *textura* adhuc ſufficienter perſtent, ut acorem ſpiculaque penetrantia *Acidularum* pati valeant, ſi enim corroſio alicujus viſceris jam adeſſet, ut in *Phthiſi* confirmata, *abſceſſibus*que *internis* aliis, *peſtis* inſtar, *Acidulis* valedicendum erit, licèt & illæ ipſæ pro præſervatione *phthiſeos* plurimùm faciant, ſi tempeſtivè bibantur, teſte præprimis *Mortono in Phthiſiolog. L. II. C. II. p. m.* 43. ubi ait: *Cæteris autem omnibus, longa experientia edoctus, in hunc finem, Aquas minerales chalybeatas præferre ſoleo; quippe quæ laticem ſeroſum, magna copia, è toto corporis habitu per renes præcipitando, & hecticum calorem ſanguinis, & ſpirituum temperando, obſtructiones etiam reſerando, debitumq; partium tonum reſtituendo, omne tetigiſſe punctum curationis præſervatoriæ, vel ipſâ ratione judice, comperiuntur. Quod etiam multiplici experientia compertum habui ex quo hujuſmodi aquæ hîc prope* (Islingtoniæ, *ſcilicet*) *in uſum publicum, cum inclyti Collegii noſtri conſenſu, primùm redactæ ſunt. Atque harum ope, plurimos præſervatos, alioſq; quidem à Phthiſi inſigniter reſtitutos vidi, de quorum ſanitate recuperanda planè deſperaſſem, idq; non obſtanti vaſto eo medicaminum apparatu* (*quæ vel in Pharmacopoliis, vel in officinis Chymicorum proſtabant venalia*) *& probatiſſima adminiſtrandi methodo, quæ ſaltem mihi conſtabat, niſi Aquæ iſtæ, vel ſaltem quædam aliæ earum ſimiles, in promptu fuiſſent*; aſſentitur hiſce *Raym. Joh. Fortis Patavinus Conſult. & Reſp. Mal. Cent. II.* §. 28. referens, *Acidulis S. Mauritii in Engadinâ ſuperiori in Rhætiâ* ſcaturientes *Hæmoptoicos, empyicos* & *phthiſicos* ipſos mirabiliter reſtitutos ſe obſervaſſe. *Potandi* verò *rationem Acidularum* quod attinet ſeu *Diætam* illa non tam in eo conſiſtit ut *gradatim* adſcendatur, mane (quando nim. *coctio ventriculi* peracta, circulatio & motio ſanguinis ac tranſpiratio liberior, tunc enim ut alia liquida, longe citius pervadunt in ſanguinem, quem diluunt ⊖lia ejus morboſa imbibunt ac per debita evacuatoria proſcribunt) ſcilicet jejuno *ventriculo à* ℔j. *& continuando ad* ℔vj. quàm ut tantùm hauriatur, quantum tonus *ventriculi* citra nauſeam & moleſtiam permittit, quem modum quosdam non ſine juvamine obſervaſſe novi, hinc namque & *ſtomachica* ante potum *acidularum* uſurpantur, nim. Tabulæ *poſt paſtum* vel *Morſelli* v. g. ſequentes: ℞. *Spec. conf. ZZ. coct.* ℥ß. *Pulv. cubebar. el. Galang. min. Caryophyl. el. ana* ℈iiß. *cinam. ac.* ʒij. *Macis opt. min. inciſ.* ℈ij. *Cort. aurant. min.* ʒijß. *ſem. integr. carui* ℈ij. *fœnic.* ʒj. *aniſi* ʒß. *Cum ſaccharo in aq. roſar. fragr. fragor. beton. ſol.* ℔iß. F. *Morſelli* vel *Rotulæ* ſeq. ℞. *Cinam.* ʒiß. *Cubeb. Calam. arom. ana* ʒß. *ſem. aniſ. fœnic. aa.* ℈iij. pulveriſentur & cum *ſacch. in aq. roſ. ſol.* addito *moſch. gran. iij.* f. Rotulæ.

Extus

Extus verò *Ol. ſtomach. Craton. Balſam. Peruv. Ol. nuciſt. cum Ung. pomat.* commixtum, adhiberi in caſu neceſſitatis ſolet: Intermedio potu & poſt illum communiter etiam uſurpantur *Tabulæ ſpecierum Diarrhodon Abbatis*: quam maxime verò præparatio decens, ad meliorem *acidularum* operationem moleſtiarumque quæ ex reſolutâ ab illis viſcoſa acidâ ſaburra emergere quandoque ſolent, averſionem, inſtituitur *Purgatione* decenti, *Extr.* v. g. *catholici* ℈j. cum *Ol. aniſ. gut.* j. ad *Pilul. num. XI.* quæ & poſt abſolutum *Acidularum* repetitur *Pulv. ex rad. Jalap. Crem.* 🜿 aut 🜿*ro* ⊕*lato, Santal. citr. Ol.* ♌. *aniſ. gut.* j. caute tamen doſin inſtituendo, ne ductibus corporis nimium apertis, tunicaque mucosâ *ventriculi* & *inteſtinorum* ſatis abſterſione *acidularum* denudatâ, *hypercarthaſis* ingruat, ut ſæpe accidere ſolet. Intermedio tempore potùs ad ſymptomata reſpiciatur, ut ſi v. g. *Alvi conſtipatio* obveniat, uſurpetur *decoct. fol. ſenn. cum prunis* apud *Verzaſcham in Herbario p.* 744. communicatur: ℞. *Fol. ſenn. el.* ℥j. *Crem.* 🜿 ʒij. *ſem. aniſ.* ʒj. Ind. ſacculo, affund. *Aquæ font.* & *Vini ana quart. j.* adde *Prun. Damaſcen. quart. j.* coq. lento igne ad tertiæ partis conſumptionem, dein ab igne ſemot. add. *ſacch.* ℥j. *cinamom. contuſ.* ʒß. horâ unâ ante prandium capiantur de his *prunis num.* 4. *aut* 5. & totidem liquoris cochlearia: Uſurpatur & *Aniſum laxativum*, in quo tamen *ſcammonium* inæqualiter diſperſum eſt, cautè agendum: pro *hypochondriacis* ſpecialiter quoque utiles *Pilulæ gummoſæ*. Pro *Plethoricis* etiam, ſubtiliato nimis ſanguine, V. S. Quod ſi *flatus* nimis eleventur, utiles *Elixir vitæ Matthioli*, ♎ ⦶ *dulc. Aq. menth. chamomill.* Si inappetentia adſit *Elixir Propriet. Parac.* cum *Eſſent. abſynth. zedoar. Tuſſis* ſi urgeat *Aq. veronic. ſcabioſ. fl. acac.* cum *ſacch. cand.* vel *Rotulæ papaverinæ* illam mitigabunt, modò non procedat ex *phthiſi*, vel *hæmophthiſi*, tum namque facilè ex improviſo ſubitanea mors ingrueret, uti accidit cuidam apud *Helvvigium in Obſervat. Med. Phyſ. LXII.* cujus occaſione doctiſſimo ſcholio (ut ſolet) *Exc. Celeb. Dn. D. Schröckius L. fil. Præſ. Ampl.* Fautor ævum colendus ex Poëta præfigit:

Temporibus Medicina valet, data tempore proſunt,
Et data non apto tempore, Vina nocent.

De his verò videantur præcipuè Auctores qui de *Acidulis in peculiari* ſcripſerunt, ut eſt *Sebizius* qui de *Acidulis Alſatiæ, Griesbacenſibus* nimirum, *Petrinis, Antegaſtenſibus, Ripelſſavienſibus, Geberſvvilenſibus*; de *Bois* qui de *Acidulis Egranis*; *Joh. Dan. Horſtium, Lud. Chriſt. Gukelinum*, qui de *Acidulis Schvvalbacenſibus*. *Excell. Dn. D. Vitum Riedlinum, Practicum Auguſtanum feliciſſimum*, qui de *Uberkingenſibus, Ramlovium* & *Bolmannum* qui de *Wildungenſibus* & *Pyrmontenſibus* Deſcriptiones particulares communicarunt. Vid. & *Paracelſ. de Therm. Tr. VI.* ubi de harum *Acidularum virtutibus* tractat & *Acidulas Mauritianas in Rhætiâ Acidulis Gippingenſibus in Ducatu Wirtenbergico* ſimiles dicit,

imò iis præſtantiores eſſe judicat. De innumeris aliis videatur, præprimis *Thurneiſerus de Aquis medicat. Europ.*

Cap II.

De Thermis.

THermæ, blanda naturæ dona, ob vim calefaciendi ita dictæ, ſunt aquæ minerales calidè è terra, vel etiam alicubi ex aquis ſcaturientes; Tales ſunt *Thermæ Wisbadenſes, Badenſes, Fabarienſes, &c. Cauſa caloris Thermarum* à variis variè traditur, *Beccherus* illam adſcribit ſubtilibus quibusdam & ſummè raris 🜃eis atomis, centralibus, vapores aqueos concomitantibus, & à quibus virtus medicinalis, penetrativa ac etiam à corruptione præſervativa (ceu *ova* taliter à putredine in digeſtione vaporoſa diu detenta incorrupta permanſerunt) dependeat; Hæc ut ingenioſè ruſpata ſunt, ita tamen maxime audiendus erit circa hæc *Rochas* de ▽ 🜍*ratis* ut qui ipſemet in rem præſentem ivit & invenit effodiendo thermas *ſcaturiginem aquæ frigidæ ſaporis ſalſi*, quæ alluendo & permeando mineras 🜍ris cum 🜍reis partibus efferveſcentiam concepit & aquam thermalem conſtituit; quare & ingenioſè apud *Blondellum in Prob. Therm. Aquiſgranenſ.* genuina & vera *Aquæ ferventiſſimæ indeſinenter ſcaturientis cauſa* conſtituitur in ⊖le ♉do concentrato △neâ naturâ gaudente, vel potius in particulis materiæ ſubtilis, inviſcatis & implicatis particulis craſſioribus, 🜃ſtribus & ▽oſis in maximo motu & agitatione conſtitutis; Ex his *Ignis* quoque *ſubterraneus* originem ſuam ducit, id eſt, partium ☿darum & fluidarum nimia agitatio & continua ejus viciniæ corporum mutatio, ille viſceribus terræ interioris incluſus, cùm in manifeſtam flammam non ſemper erumpat, ob aëris impeditum acceſſum vel partium craſſiorum immixtionem, halitus 🜍reos ⊖le concentrato ſubtiliori (quale evaporatione facta, remanet colore albicans & in plurimis ſapore amaricans, quod tardius in ▽ frigidâ quàm calidâ, citiſſimè autem & cum ebullitione in ✳ ſolvitur & alcalinam ſuam naturam præcipuè ex eo detegit, quod cum acidis efferveſcat *Syrupum violar. viridem* reddat & ☿~*tum* aurantio colore imbuat, ceu experimenta inſtituit *Fouet dans nouv. Syſt. des Bains Pariſ. impreſſ.*) refertos ad ſuperiorem 🜃æ interioris regionem expellit, qui eò propulſi in occurſu cum ▽is radiis ⊙ribus ſibi obviis imprægnatis ſe conjungunt & partes ſubtiliores ♒oſæ utriuſque corporis intimè uniuntur; Aqua verò ſic 🜍reo acido centrali tepore ex mutuo partium alliſu imprægnata, per canales ejuſdem 🜃æ pergens *corpus metallicum* ⊖*num* in occurſu ſibi objectum invenit, idque ratione ⊖lis ſui centralis penetrat, ratione verò humidi dilatat, unde particulæ ⊖næ in corpore metallico prius

coërcitæ

coërcitæ nunc quaquaverſum agitatæ, capſulis quibus detinebantur diſru-ptis, erumpunt, magnam effervеſcentiam cum acido exiſtente in ipſa 🜄æ faciunt, unde calorem hujus maximè augent & intendunt; quare 🜄 non niſi maxime ebulliens fertur ex preſſurâ aëris in 🜃æ hujus ſuperficiem, ubi ſcilicet *Scaturigo* & *Fons* ejusmodi *Aquarum* conſtituitur. Confirmant au-tem hæc præter alia *fodinæ lapidis calaminaris*, qui ad thermas conſpicitur, ceu cujus aliàs fruſtulo -∩-ui acido impoſito tam magnus æſtus concitatur, ut vitrum vix manibus præ calore quis continere poſſit, item *marchaſita* ſeu *gleba* 🜍*reo* ⊖*na*, quæ aquâ pluviâ conſperſa mox incaleſcit. Quia verò ſic ſimilis ferè conflictus hîc obſervatur, qualis aliàs exiſtit in ramoſarum & ⊖narum partium nimia agitatione, materiaque ſubtilis, maxime verò -∩-us 🜍reus (qualis in *Thermis Badenſibus* in Helvetia guſtatis facilè ſe prodit) in Thermis emicant, de *omnibus Thermis actu calidis per omnes regiones* dici po-teſt eas 🜍*re* eſſe infectas, quamvis & pro admixtione aliorum mineralium virtus earum variet, unde & quædam *calcaria, nitroſa, aluminoſa, ſalſa, bitu-minoſa* appellantur, item ob ♂*tem*, ♀*um*, *pyritis* qualitates denominationem inde recipiunt: fieri ſcilicet poteſt, ut partes bituminoſæ quæ ex aqua mari-na in centrum 🜃æ inſtillante illic colliguntur ulteriusque præparantur, ex protruſione in circumferentiam cum aqueis vaporibus in mediis viis ab aliis particulis inficiantur, aliterque ſic modificentur, ut ſic *diverſa phæno-mena diverſiq; effectus* à diverſis Thermis inde conſpiciantur; ſic namque dum ♀ *lapisq; calaminaris* thermas imbuit, affuſione -∩-*ûs* 🜹*ci* aqua ther-malis apud ipſam ſcaturiginem =∇=tione ♀ manifeſtatur lapisque calamina-ris, color namque cineritius lapidum ſuper quos aqua ejusmodi fluit, ma-nifeſte innuit ♀ & lapidem calaminarem, qui cuprum aliàs pallere facit, ceu hoc demonſtrant Thermæ in Valeſiâ erumpentes. Curioſus & in hiſce fuit *Illuſtris Boyle in Apparatu ad Hiſtor. Aquar. Mineral.* qui quòd -∩-um ſuum 🜍reo-∧lem (ex ⊖le 🜿ri, 🜍re & ⊖le 🜹co ∫\ tum) in ſe clarum à 🜖lo (non minus *Dantiſcano* magis ♀reo, quàm *Anglicano*) nigrum ſubitò adſci-ſcere cerneret, probabilius 🜍ra in aquis interdum deliteſcentia 🜖*li* ipſius *adminiculo* inveſtigari ſe poſſe autumavit, præſertim quia *Infuſum gallarum* corporibus nonnullis metallicis ſeu mineralibus de ♂te haud participan-tibus v.g. ♂co &c. detegendis eſt impar, partim etiam cum certo quodam concreto naturæ metallicæ, ferri tamen experte, pariter colorem ſatis ob-ſcurum iniit, vice verſâ verò cum liquore alio ♂te ſaltem infecto immu-tationem ejusmodi coloris intulit nullam. Quòd ſi tamen, ut moris eſt ex *Coloribus* variis immutatione texturæ corporis variè quoque variantibus, hîc *probam Thermarum*, quid vehant vel minime vehant, inſtituere velimus, ma-xime quid certorum liquorum affuſionibus =∇=tur, dicere poſſumus, *Ther-*

mas quæ infuſo gallarum haud nigreſcunt, ⊕*lo quoque deſtitui*, uti & ⦶tro ſi ⊖lia poſt aquæ evaporationem relicta cum carbonibus haud deflagrent, quin & ♓*co*, ſi commixtione ⊖lis ♀ri odor ⊡ſus ſe haud prodit, ut ex ſupra allatâ ⊖lium doctrina facilè colligere eſt. Quod ſi verò *ſulphuris* examen conſideremus, oppidò apparebit, in Thermis principia hujus copioſe diſperſa eſſe, ſic enim non tantùm manifeſte *odorem ſulphureum* ſpirant ac in ſcaturigine *flores ſulphurei nobiles* parietibus adhærentes colligi poſſunt, ſed & admixto ⊖*le alcali* ≂tatur, uti affuſione *ſpir.* ✳*ci. Acidum* verò quòd adſit, probat effervefcentia cum ⊖*e* ♀*ri* quod tamen quia in Ortu Thermarum ex reactione nonnihil mitigatum eſt, locum etiam admiſit ⊖*li alcali*, ceu cujus præſentia arguitur non ſaltem evaporatione, ſed &, ut ſupra jam dictum, ex emergente colore viridi, ſi *Syr. Viol.* vel *Succus Cyani* affundatur, item viride corpus cum acido diſſolutum in cœruleum mutans. Quia verò primariò in Thermis ejusmodi ſulphur conſpicuum eſt; *Virtus* earum omnino etiam ex hoc deducenda erit, hinc namque, ut ſulphur, *thermæ hæ potenter emolliunt, reſolvunt & diſcutiunt*, probè tamen reſpiciendo ad *temperamentum* balneantis, quod ſi *bilioſum* ſit, facilè poterunt thermæ ex vi diſſipandi effectum nimis intendere & ſuccum nutritium plus quàm decet exhaurire, tabemque accelerare (ceu non ita pridem triſte hujus rei exemplum in Viciniâ noſtrâ obſervare datum) humoresque reliquos incendere, unde *pituitoſis* magis conveniunt ac *morbis chronicis detentis*, ut *aſſectibus partium nervoſarum*, *paralyſi* item, *partium externarum*, v.g. *ulceribus*, *fiſtulis*, *eryſipelati exulcerato*, *&c.* confirmant hæc, quòd *Thermæ* ♀*ratæ artificiales*, ut Acidulæ, ejuſmodi parari poſſint, dum juxta *Rochas* reſpiciendo, ad aquam ſalſam adſumitur ♃ ♀rique commiſcetur, ut bulliant in Aqua comm. ad ſolutionem & niveam albedinem, huicque aquæ *herbæ nervinæ* incoquuntur vel ex craſſamento ſulphureo circa aquas ejusmodi ſulphureas reperto, ſec. nunquam ſatis laudatum *Rochas* p. 68. extractio inſtituitur dictæque *herbæ nervinæ* cum catellis *junioribus unà* commiſcentur, quo pacto teſtatur ſe *Turini* nobilem paralyſi cum colicâ nephriticâ detento magnâ cum nominis famâ ſanaſſe.

Cœterum *Aquarum Thermalium* in Europa quàm plurimæ reperiuntur: In *Germaniâ* nimirum ſunt 120. In *Galliâ* 45. In *Italiâ* 86. In *Hiſpaniâ* 40. In *Luſitaniâ* 8. In *Hungariâ* 9. In *Poloniâ* complures: In *Illyrico* 16. In *Græciâ* & vicinis Inſulis 22. In ſpecie *Maderæ* & *Azores* Thermis ſcatent, & in Luſitania celebres ſunt *Thermæ Obidos*, *Caldas*, & *Balnea Algarbiorum*. In Anglia ſunt Fontes calidi ad Aquas Solis in agro Sommerſets, & alter ex clivis Divi Vincentii prope Briſtoliam ſingulis æſtibus demerſus, Buxtonæ in agro Darbrienſi octo ex rupe erumpentes intra ſeptem ulnarum ſpatium. Fontes Purgantes

gantes ad *Ebbesham* in Surreia, ad *Lewsham* in Cantio, ad *Barnet* in Midleſexia, Spadani in agro Eboracenſi, prope *Burntwood* in Eſſexia, non procul *Stanes* in Bercheria; ad *Hailweſton* in Cornubia, ad *Willinborough* in Northamptonia ▽æ cujusdam deceni ab Exonia milliaribus diſſitæ meminit Ds. *Gunthorp* literis ad *Merret. in Pin. p.* 220. datis quæ ex ipſo fonte hauſtæ blande purgat, at inde deportata ad aliquot milliaria hanc virtutem unà cum ſapore & odore amittit. Hujus farinæ plurimi alii apud Anglos. *Diuretici* ſunt Tunbrigenſes & Suſſexienſis & Eboracenſes, & ad *Newnham* regis in agro Warwicenſi cui ſi ⊖ admiſceatur laxat ventrem ſi ſaccharum ſiſtit alvum. Petrificantes, Knaesburienſes in agro Eborac. ad *Egerton* prope *Lenham* in Cantia, & ad Abbatiam de *Boxley* juxta *Maidſtone*, ad *Kings-mill* ex adverſo Collegii Magdalenſis Oxonii, ad *Lutterworth* in Leiceſtria, ad *Eldenhole* in agro Darbienſi, ad *Newnham* Regis in agro Warvvic. vid Ger. emac. 1587. ad *Boughton* Northampt. cranium *Fuller*, 250. ad *Shelly* non procul *Chipping Unger* in Eſſexia, his addit *Merret.* puteum *Droppingwell* dictum in agro Eboracenſi, & *Wockeyhole* non procul à Briſtolia, ad *Tenderden* in Eſſexia intra 5. vel 6. annos lapis manifeſte augetur, ab ▽a incidente. Salinus prope *Harwich* in Eſſexia & Lemingtonia in agro Warvvic. Ex ſequentibus ⊖ conficitur videl. ex fontibus ad *Droitwich* in agro Wigorn. ad *Nantwich*, *Northwich*, & *Middlewich* in Ceſtrienſi, & ⊖ niger vulgo *Bay ſalt* excoquitur in agro Hantonienſi. In *Hiſpania Caldas del Rey, Balneum ad oppidum Tralus, Nava fons* in Archiepiſcopatu Toletano, &c. In *Galliâ* Thermæ ad pagum *Dax* inter montes Pyrenæos, inſerviunt *Arthriticis morbis*; ad montem Balarvæ *Balarvæ* juxta Biteras; *Thermæ de Baignieres*, Thermæ de *Bareuges*, quæ Regi Chriſtianiſſ. Ludovico XIV. hodie regnanti aliquoties proficuæ erant: Hæ Thermæ verò omnes ſunt in ſubpyrenæorum montium tractu & à *Dn. du Clos* inter *Aquas miner. in Academia Scientiar. Reg. examinatas* deſcriptæ. In *Arvernia* ſunt *Aquæ Vic le Comte* & *Ayges Candes*, ſequuntur *Aquæ Nivernenſes* & *Borboniæ*: meretur quoque conſiderationem *Rivus propè Claromontium*, qui pontes accolis facit vi ſuâ lapidificâ. In *Germania* quot Thermæ ut & Acidulæ divinâ benignitate ſcaturiant, ſpecialiter deſcribit in *Chorograph. German. Jac. Schopperus*, inprimis verò ex iis eminent *Thermæ Piperinæ* in Rhetia, in profundo montis hiatu Sitæ & à *P. Stöklino*, tum *D. D. Zimmermanno* 1682. tractatu peculiari adumbratæ; ut & *D. Joh. Abiſs Medico Curienſi*, qui *Cap. I.* Aquas has non niſi æſtate (hyeme enim parciores ſunt) copiosè proſilientes ferrum purum (cujus fortè ratio illas obſcurâ aliquâ aciditate inter ſorbillandum jejuno ſtomacho eas præditas eſſe *Exc. Wagnero* viſum fuit, licèt alii eas oleo amygdalarum dulcium comparent) ▽am ſimilem ▽æ ſigillatæ, ⊕um & ⊙rum puriſſimum continere docet, uti ex ſquamma auri appareat quæ in hac commemo-

ratâ ▽æ maſsâ continetur; Quare utiles ſunt pluribus cerebri & generis nervoſi, artuum, uteri & renum, cutis, item affectibus, hypochondriacis præprimis in potu ſalutares, ut & iis qui malignis & malè curatis ulceribus, cancris item & fiſtulis detinentur; noxias autem illas deprehendimus cachecticis (ut haud ita pridem in Mercatore quodam videre licuit) hydropicis, phthiſicis, hecticis, ictericis, lue ♀reâ infectis, leproſis, dyſentericis, mulieribus gravidis, non ſecus ac hoc etiam nobis dicendum de *Thermis Badenſibus* (quarum nomine falli *Chriſtianum Weiſsium in Geograph.* animadvertimus) in Helvetia in Argovia ad Limmagi utrumque latus ſitis quæ plurimo ſulphure & ſale imbutæ ſunt, & hinc obſtructionibus uterinis ſolvendis percommodæ, cujus ratione ſterilitati præprimis medentur, ac etiam cerebri frigidis & humidis affectibus aſthmaque leniunt; *Geſnerus in Epiſt. Med. pag. m.* 51. refert ſe illas copioſè bibiſſe & non parùm inde humectatum fuiſſe, licèt ſulphur, alumen & ſalem contineant, quùm tamen *Wepfer. in Tract. pecul. de Potu Therm. lit.* C. refert: Thermas has & omnes alias quæ noſtris è jugis erumpunt ex inſigni calefaciendi & ſiccandi vi attenuare, incidere, abſtergere & humores ita præparatos per ⊡næ vias, ſudores & ventrem evacuare (prout Piperinæ quoque ſtomachum primis diebus, ſi impurus ſit, evertant) hincque potas convenire in intemperie frigidâ & humidâ ventriculi, ejus doloribus diſtenſivis, appetitûs dejectione, Lienteriâ, Diarrhœâ pituitosâ, obſtructione meſenterii ♀tarea ut & hepatis ac ejus ἀτονίᾳ, in Cachexia ſi viſcera ſalva ſint & cauſa continens pituitoſa, in Podagra, Aſthmate, Diſpnœa à pituita tenaci; in fluore albo, &c. id quod tantò feliciùs præſtant, quo particulis mineralibus, ſulphureis & ⊕laceis à pyrite, qui fere ſemper præſens eſt, ſunt ditiores & aqua plus minus calida proſilit, licèt aqua quandoque ad ſcaturiginem ita calida ſit, ut manum adurat, quùm tamen ſulphur nullum ſenſibus percipi poſſit & aqua ἄποιος ſit, ut in *Thermis Leucenſibus* in Valleſia obſervare eſt: Contrariæ his Thermis ſunt *Schinznacenſes* ſeu *Habsburgicæ* à vicini pago & arce ita dictæ prope *Brugum* in Helvetia ſitæ, ceu quæ ſummopere fœtent & ova putrida redolent, idque ob vapores ſulphureos à pyrite enatos & mox in ipſa nativitate præcipitatos, ceu cujus dejectionis odor hic putidus effectus eſt, ut vel maxime probat flos albicans, qui merum ſulphur eſt, aquis innatans & ſi ☽tum immittatur, nigro colore illud tingens, ut de his fontibus accurate diſſerit *Mart. Liſter. de Font. Med. Angl. Cap. XI. p. m.* 57: Quia verò thermæ hæ ⊖ copioſum unà vehunt, (ut in earum probatione quam mox ſubnectemus, patebit) dubitamus, an earum potatio tam frequens adeo ſit laudanda, licèt ob vim ⊕licam è pyrite ut dictum hauſtam melancholico-maniacis optime eas ceſſiſſe noverimus, externe verò egregie conducunt ulceribus rebellibus,

bus, ſcabiei, lepræ incipienti, morbis uterinis, ſed articularibus in Mulieribus præſertim eas nocuiſſe potius dicere poſſumus; hac in re conſentientem habemus *Excellentiſſ. p. m. Wepfero*, cujus Examen hujus Aquæ prope Habsburgum Argoviæ in Arola Flumine calide ſcaturientis ſequens eſt: I. *Aqua vitris excepta & accuratiſſimè tecta, clara perſpicua & veluti ab omni permixtione aliena fontanæ ſimillima apparuit, quod ſignum mineralia ei per minimas atomos permixta & diſſoluta eſſe.* II. *Vaſe aperto ſulphureum odorem fortiter ſpiravit, exceptâ cochleari ☽teo & ſubjectâ cereolâ accensâ tantus erat, ut totum conclave fœtore ſuo ſulphureo impleverit civisq; Bruggenſis cochlear tenens, donec aqua ferè expiraſſet, propè in lipothymiam inciderit, diu remanente anxietate circa præcordia, etiam poſtquam aëri puriori ſe concrediſſet, ut cordialibus reficiendus eſſet, non ſecus ac Puteolis in regno Neapolitano, ubi magna Thermarum abundatia eſt, ibiq; canes in ſpeluncam miſſi emoriuntur, niſi protinus extracti in vicinum lacum projiciantur: homines verò ſi erecti illam ingrediantur lipothymiâ aliisq; cordis affectionibus obruuntur, niſi ſe profundè incurvent & maturè aërem liberiorem & mundiorem hauriant. Quæ innuunt aquæ iſti permiſceri particulas ſubtiliſſimas velut ſpirituales ac propè ☿cales, aſſociatas plerumque ſulphuri. Hæ particulæ vix ſeorſim colligi & ſiſti poterunt ſub formâ liquoris vel ſpiritûs ſive vegetabilis ſive mineralis; Nulli tamen dubitamus ſub ſpecie florum ♁nii aut ſimilium per ♎tionem quandam excipulo cuidam amplo & peculiariter ad hunc laborem comparato adhæſuras. Procul dubio lateribus petroſis in ſcaturigine florum ſulphuris formâ adhærentes invenirentur, ſi eouſq; pertingere liceret, quales copiosè conſpiciuntur & colliguntur Badæ in Argoviâ, inprimis in illâ ſcaturigine, quam vocant* den heiſſen Stein, *propè Thermas S. Verenæ.* III. *In Aquâ nullum Saporem deprehendimus, ex quo de contentis in hac aquâ reconditis & à copioſâ aquâ obvelatis quidquam concipere nobis licuiſſet, nam inſipida tum cum tepida tum frigefacta inſtar fontanæ puriſſimæ videbatur; exiſtimavimus tamen omnino aliquid amplius ob fœtorem 🜍r latere: itaq; hac implevimus cucurbitam capacem & impoſito alembico vitreo aquam abſtraximus, ut omni ſuſpicione adſciti corporis metallici alieni tuti eſſemus; prodiit aqua inſipida & propè inodora per alembicum omnis, beneficio balnei per ∴am; in fundo cucurbitæ permanſit terra alba ſubgriſea, ex menſuris aquæ triginta circiter, ſatis copioſa: ſedimentum hoc terreum erat acre, linguam pungens, ſalſum.* IV. *Sedimento huic affudimus Aquam fontanam calefactam iteratis vicibus, illam partim decantavimus, partim per chartam emporeticam percolavimus, ut partes ⊖nas omnes ſinceras & ab omni inquinamento terreſtri puras obtineremus: elixiviato, ut loquuntur hoc ſedimento ſeorſim ⊖ & ▽am collegimus.* V. *Ex lixivio ⊖ evaporatione collegimus, quod iteratâ ſolutione candidum reddidimus: hoc ⊖ fixum culinare perſimile guſtui apparuit; merè tale indicare nequivimus, nam aliquantulum guſtûs inſtrumen-*

tum corrugavit: merè tamen ○roſum eſſe neutiquam cenſere potuimus, imò ambiguum nobis videbatur aliquid ○nis ei permixtum fuiſſe; nam ⊕lum quod certò certius his thermis permixtum, quoque corrugat: ubicunque enim ſulphur minerale eſt, ibi quoque occultum ⊕lum probat Spiritus ſulphuris acidus; veritas rei explorari poterit ☡one totius ſedimenti bene ſiccati & in globulos formati per retortam, eâ ratione quâ Spiritus ⊖lis aut ▽F ☡tur, ſi prodiret ſpiritus merè acidus maximam partem ⊖ culinare ſimile nuncupandum foret; ſi vero ▽Fti ſimilis, tum alia ⊖lia ſcil. ⊕lum & ○en admixta ſtatuendum eſſet, aut etiam ⦶. V I. *Terra elixiviata & quantum poſſibile à ⊖bus liberata candidiſſima evaſit, prorſus inſipida inſtar cretæ & exiccans: poſt aliquot dierum repoſitionem ſaporem ⊕licum contraxit: à calcinatione in Xbulo ſalſuginoſa rurſus apparuit: fortè ⊕lum renatum fuit in hac terrâ aliàs inſipidâ & cretaceâ, eâ ratione quâ Colcothar reviviſcere ſolet.* VII. *Seorſim ſulphur ſeparare nequivimus: flores ejus colligendi eſſent magno apparatu & ex copioſâ aquâ peculiari artificio & Vitris ſeorſim ad hoc opus excogitandis.* VIII. *Aqua ſeorſim inter evaporandum collecta inſipida & inſtar fontanæ perſpicua erat: cum illâ tamen non deſtitimus alia experimenta facere: Ab Oleo ♀ri per deliq. facto nihil præcipitabatur, unde nihil amplius mineralis craſſioris permixtum collegimus. Ex infuſis Gallis Turcicis TRa eliciebatur flava intenſior, indito ⊕lo dilucidior, unde non expertem ſubtiliorum particularum ⊖narum & ſulphurearum concludendum erat, quod magis innotuit, poſtquam TRam Gallarum cum aquâ, in quâ oleum ♀ ſolutum erat, miſcuimus, nam inde hæc craſſior, turbidior & obſcurior & quaſi gryſea primùm poſtea ſubviridis reddebatur, TRa ⊕lica & Gallarum evaſit atramentum dilucidius & fuſcum perſpicuum diu manens quàm nigrum. Plura alia tentaſſemus, ſi ▽ quâ copioſâ recenter à ſcaturigine allata ad manus fuiſſet; id tamen ubique locorum fieri poteſt, ſcilicet ſeorſim aquæ huic thermali additis ₒ°ₒ ♀, ⊕lo, gallâ, ○ne, ⦶tro aut horum ſpiritibus, obſervando & annotando varias ejus mutationes. Ajunt ☉ ab aquâ hâc ut Badenſi ſplendidius reddi, ſed coloris plumbei evadere & nigreſcere Vaſa ☽tea, imò hæc quandoque æruginem contrahere; verùm ex phænomenis à nobis obſervatis præcipuè harum Thermarum Virtutes elicere licebit, quatenus pertinent ad conſervandam valetudinem, præcavendos & curandos morbos ſive foris adhibeantur, ſive intra corpus admittantur legitimè adminiſtratæ. Accuratè omnia definiri poſſent, ſi certa proportio inter aquam elementarem & mineralia determinarentur, quod fieri poteſt in loco ſcaturiginis aut vicino à mediocriter Chymia perito; Certum tamen eſt ▽am aliquot mille vicibus ſuperare mineralia. A' ⊖e culinari ſimili obtinent vim attenuandi, incidendi, detergendi: à ⊕lo, & ſi fortè ○nis quid contineant, corroborandi & ſiccandi: à ⊖e & ♀re ſylveſtri vim penetrandi & intimos quoque profundiſſimos quosq; vaſorum receſſus, obtinent: propter copioſam admixtam aquam elementalem & omnino non mille-*

cuplo

cuplo ⊖lium quantitatem ſuperantem ita attemperantur, ut nec tenerrimis particulis ſive intus ſive foris nocere poſſint, nam ita ab aquâ diluta reperiuntur, ut nec vel minimum ſalini guſtu cognoſcatur, imò potiùs dulces appareant: particulæ ⊖næ △les & 🜍eæ quoque ita per aquam ſecundùm minimas particulas & atomos dilatantur, ut potius thermarum efficaciam intra corpus augeant, quàm ut illas nocuas reddant: non ſecus ac in Acidulis fieri ſolet, quamdiu enim hæ particulis his fœtæ ſunt cum magno fructu ſecundùm leges Medicas bibuntur, ſi verò quas ſpirituum nomine dignantur, evaporarint, intra corpus cum damno ſtagnant; Acidulas autem talibus particulis ſcatere, id propè cum damno D. Helvicus Dietericus expertus eſt in Examine Acidularum SWalbacenſium per retortam: Rottenburgi ad Nicrum in campo propè ſcaturiginem prati portio eſt, in qua herbæ non, latè ſurgunt, ſi illuc perveniant pulli Gallinacei pedibusq; 🜃am fodiant alimenta quærentes, vertigine primùm corripiuntur, & niſi protinus abigantur, mortui concidunt: imò tales particulæ facilè in potatione acidularum, in balneo autem quolibet adgnoſcuntur; verùm tantùm abeſt ut propter hos ſpiritus acidulæ ſpernantur, quin potius vel præcipuè expetantur; his autem orbatæ, abjiciantur. Inſuper Thermæ multis in affectibus præ acidulis utiliores ſunt, quia actu calidæ ſunt & partibus nervoſis gratiores. Badæ potæ ex ſcaturigine valde calidæ in ore linguâ & faucibus tepidæ apparent, quod procul dubio in his quoque obſervabitur. Proderunt ergo in Cacochymiâ ſeu vitioſorum humorum abundantia in tota M. S. aut illorum ſtagnatione in unâ vel pluribus partibus dum acidos, amaros, acres, ſalſos copiâ aquæ diluunt & mitiores reddunt, craſſos, torpidos, mucoſos, tenaces attenuant, abſtergunt & viis expeditis oſculisq; excretioni dicatis reſeratis ſecum abripiunt, ut citra fortiorem irritationem evacuentur, per alvum, urinam, ſudores, inſenſilem tranſpirationem, ſalivationem, aliasque vias ac evacuandi modos. Proderunt potæ ergo ſi in ventriculo ſaburrâ ſive acidâ ſive amarâ ſive mucoſâ fuerit; tollent ructus, cavebunt vomitus matutinos, cardialgias, anxietates, appetitum reparabunt, aliaq; ſimilia ſymptomata avertent corrigendo, eluendo & mundando ventriculum. In Inteſtinis à Colicâ frigidâ potiſſimum præſervabunt, rugitus tollent, alvum apertam ſervabunt & prout ventriculum eluerunt, ita quoque Inteſtina. Ductus bilarios in hepate reſerabunt, ſi modò Icterus non foveatur à ſcirrho hepatis: Renes ab arenulis & muco mundabunt; inprimis autem in decantato illo morbo hypochondriaco multùm valebunt & quidem meliore cum fructu quàm Acidulæ aliiq; potus actu frigidi aut ex multorum ſimplicium farragine in ſolo juſculo carnis aut aqua decocta, bibentur: attamen non tutæ erunt in ulceribus profundis ventriculi, inteſtinorum, renum, veſicæ, pulmonum. Fugiendus omnino harum potus in Calculo veſicæ & renum, quod aſperior inde redderetur cum doloris exacerbatione intolerabili. In Lienteriâ & fluxu Cœliaco cum aliis ſtomachicis ſumptæ non exiguam opem ferrent, Verùm in Dyſenteriâ non niſi cautiſſimè

concedi

concedi poſſunt, vix unquam ſolæ. In Teneſmo additis aliis congruis formâ Clyſteris quandoq; injicerentur fructuosè. Hydropicis potum Thermarum ſuadere temerarium foret, quia nobis pollicere nequimus Aquam omnem evacuatum iri, quin verendum ut augeantur, niſi fortè in Anaſarca quadam ab infarctu humorum frigidorum. Impotentiæ à causâ frigidâ cum inſeſſu mederentur ut & in Sterilitate fœminarum à causâ frigidâ eodem modo in uſum vocatæ. In bronchiorum infarctu à causâ frigidâ, ut & poſt pleuritidem citra Empyema, difficulter reſpirantibus mirè potas profuiſſe novimus; at Phthiſicis & Empyicis nocentiſſimæ eſſent, ut & in Aſthmaticis & palpitatione cordis ab hydrope pectoris aut pericardii; ſi verò palpitatio penderet ab incipiente cordis polypo non ſpernendum remedium eſſent, juncto aperitivorum uſu. In Catarrhis varii generis externis prodeſſent, quatenus horum materiam alibi ſubducerent; verùm illi qui Apoplexiæ obnoxii ſunt aut ejus prodromos vertigines ſcilicet pertinaces, memoriæ imminutionem inſignem ac intempeſtivos dormiendi neceſſitates præſentiunt, ſibi à Thermarum potu & inſeſſu caveant, niſi affectum accelerare velint. In Cephalæâ & hemicraniâ inveteratâ non præſtabunt quod ſperatur; imò nocebunt, niſi prudenter adminiſtrentur. An in Quartanâ diuturnâ inveteratâ rebelli utilis futurus ſit potus; definire non poſſumus, utpote hac in re experientiâ deſtituti; attamen ſi viſcera nondum penitus indurata nec hydrops præ foribus eſſet, cum aliis ſpecificis procul dubio illarum potus non penitus improbandus foret. Harum Thermarum Inſeſſus proderit in variis cutis vitiis, ſcilicet in Scabie, etiam fœdiore, quandoque Impetigines aufert, prodeſt in ulceribus dyſepulotis etiam cum oſſis carie junctis, ſi abſit febris hectica, nam more aliarum thermarum ad expulſionem oſſium carioſorum, feſtucas lignorum, ferramentorum, globulorum plumbeorum, fruſtulaq; lapidum multùm conferunt. At in Cancro, cancroſis ficubus, in excreſcentiis à lue venereâ periculoſæ, ut & in tumoribus illius gummoſis plerumque exiſtunt. Inſeſſus quoque quandoque adhibentur cum fructu in Paralyſi & atrophiâ à causâ frigidâ. Contra Arthritidem & dolores podagricos vix ſuaſerimus, territi monito Clar. Thonneri per LX. annos Pract. Ulmenſ. Celeb. qui rarò his vel nunquam proficuas comperit, quod nos etiam noſtrâ experientiâ teſtari poſſumus. Commendantur contra dolorem iſchiadicum, verùm & in hoc plus nocuiſſe quàm juvaſſe ſcimus. Plura hic accumulare non licet, quia hoc examen in volumen excreſceret, hoc tamen ſuperaddimus; Ægros antequam harum Thermarum uſum internum vel externum ſuſcipiant, optimè facturos ſi Medicum peritum prius conſuluerint, ut primò morbos examinet indicetq; num conveniant? dein modum utendi explicet, ſignificetq; quid ante, quid in & quid poſt curam agendum? quæ vitanda ſint? Denique ut illis proſpiciat de neceſſariis ad felicem eventum obtinendum remediis. Atque hæc de his Thermis hac vice ſufficiant, quæ bonâ fide communicavimus. Scaphuſii d. 13. Xbr. 1694.

J. J. WEPFER, M.D. Scaphuſ. L. L. SCRETA, M.D.

Per

Per exiccationem aquæ hujus thermalis in cochleari multùm ſalis deprehendi, guſtu culinari non abſimilis; Idem in Thermis Badenſibus deprehendi.
Hiatibus & fiſſuris lapidum in thermis Bollenſib. & Seckingenſibus multum florum ſalinorum candidorum adhæret.

Aliæ Thermæ in Helvetiâ è pyrite & lapide calcario vegetantibus calorem ſuum mutuantes eumque vel majorem inde aut minorem, ſunt Thermæ Ebrodunenſes in ditione Bernenſi, Bormianæ in Bormienſi in Rhætiâ, Maſſinenſes apud Voltureno, & Brigenſes in Valleſiâ, Saſſius in valle Saſſiâ, ut & non negligendæ Thermæ *Plumbariæ* in Lotharingia à *Paracelſo Cap. IV. de Therm. pag. m.* 50. laudatæ à Baſilienſibus ſingulis annis frequentari ſolitæ, ſulphur embryonatum ſeu halitum ſulphureum copioſum è pyrite ipſis communicatum cum intenſo calore vehentes & proin coagulationibus internis (in Vaporario præſertim) ſolvendis utiliſſimæ expertæ, ut & in ulceribus rebellibus, utiles; Ex iisdem principiis vires ſuas mutuantur *Ferinæ* à *Joh. Deucero Theologo* deſcriptæ. In *Bohemia Thermæ Carolinæ* à *Summero* & Anonymo quodam *An.* 1695. Lipſiæ laudatæ, præſertim etiam pro uſu internæ, & examinatæ. Vid. *Crat. Epiſt. Med. L. I. p. m.* 257. In *Sueviâ* ſunt *Biberacenſes* à Salom. *Braunio* unà cum obſervationibus depictæ; *Goppingenſes* in Ducatu Würtenbergenſi: *Cellenſes* ad nigram Sylvam; In Ducatu Brandenburgico *Weihenzellenſes* deſcriptæ à *Joh. Laur. Lœlio. Wisbadenſes* prope Acidulas Swalbacenſes doctè à *Joh. Webero* & *Joh. Gotfr. Geilfuſio* laudatæ: *Embſenſes* juxta lacum Acromium; *Geberſwilenſes* in Alſatia: *Badenweilenſes* in Marchionatu Nephriticis proficuæ; Et ſi de Balneis aliis Helvetiæ loqui velimus, quæ arte demum calefiant, non reticendæ ſunt hîc in viciniâ Aquæ *Meltingenſes* in diœceſi Solodorenſi, ⊕lum juxta ♀ & ⊖ apertè prodentes, & obinde membrorum contractioni dolori iſchiadico (experti loquimur) cutis vitiis, uteri malis frigidis, aliisque artuum medentes, id quod etiam præprimis de *Balneo Fliehenſi* milliari uno Baſileâ diſtante & ad radicem brachii montis Juraſſi Blauii dicti, in prato proſilit, dicendum ceu qui *Urſtiſio in Chron. urb. Baſil.* referente laſſitudini & nervorum imbecillitate, cutaneis morbis at humoribus aduſtis enatis, uterique morbis egregiè conducit; De *Balneo Meltingenſi* id quoque notavimus, ejus aquas eſſe Ophthalmicis etiam ſalutares; Nec reticendæ Aquæ *Schauenburgenſes* in ditione Baſilienſi, ▽â ⊖ſa ſeu lapide calcario gravidæ, in Febribus rebellibus ſalutares expertæ, ſi paroxyſmo ingruente inſideatur ad collum id quod de *Balneo Sangallenſium* das Löchlin-Bad dicto experti retulerunt, ut & *Urdörfſenſi*, uno milliari Tiguro diſtante & Vulterino, id quod acceptum ferendum lapidi & ſali calcario fermentum febrile figenti & hinc etiam aliis morborum cauſis reſiſtenti: talem lapidem calcarium (gypſum vocat *Geſnerus Epiſt. Med. L. III. Theod. Tabernæm. in Hydrotheſ. p.* 631.) quoque vehunt plura

alia Balnea in Helvetia, ut *Wengenſe*, *Riedanum Lauri* in ditione Tigurina, *Blumenſteinenſe, Gerzenſeenſe, Neuhuſanum Gurnigel, Gundisvillanum, in* territorio Bernenſi; *Luzelovenſe, Meggenſe, Emmenſe* apud Lucernates; *Walters-vilanum* Tugiorum, *Cambſenſe, Rungengullenſe Suitenſium, Wichlenſe, Luch-ſingenſe* Glaronenſium, *Lorsdorffenſe* (cujus ▽am calcariam ſeu cretaceam quam aheno affigit præcipitans egregium eſſe comperimus, non ſecus ac *Liſter. Exerc. de conchyl. bivalv.* refert lapidem & ſal calcarium in his aquis medicatis exiſtentem ſimilem omnino eſſe illi qui è teſtis crudis conchiliorum combuſtorum viribus præſtans elicitur) Solodorenſium *Oſterſingenſe* Scaphuſianorum, *Kiedanum* Toggiorum, *Alnavienſe*, *Faliſcanum*, *Fidriſianum* Rhætorum, Etingenſe prope Baſileam à *Joh. Bauhin. de Font. Boll. p. m.* 184. deſcriptum, &c. & quæ adhuc dantur aliæ hinc inde in variis diœceſibus apud *Eſchenreuterum*, *Rulandum*, *Thurneiſerum*, *Fuchſium encomiis* celebratæ, ubi minime reticendum quod de fontibus quibusdam haud vulgaribus heic Baſileæ ſcaturientibus *Acta Philoſ. Societ. Reg. Angl. p. m.* 101. referunt Baſil. fons eſt excurrens in ſubjectam *plateam Coriariorum* (dictam Gerbergaſſe) ex monte *S. Leonardi*, trahit ſubcœruleam aquam, & nonnihil turbidam, continentem Cuprum, Bitumen, & Antimonium, circiter tres quintas partes primi, unam ſecundi, & duas ultimi, prout examinarunt eam rerum periti. Coriarii noſtri lavant coria ſua aqua illa; cùmque ſit grati ſaporis atque ſalubris, non modò potui, ſed & balneo utilis eſt. Hunc *Wagner. in Helv. Cur.* proficuum eſſe dicit in Colica Iliaca, menſtruis retentis, aſthmate, tuſſi; ventriculum corroborat, nervoſo generi conducit. Committitur alterius fontis aquæ, dictæ Birſick/ ſic mutuò junctæ, inter *Turrem Salis* & *portam Rheni* evadunt in *Rhenum*. In eadem urbe (frequente aquis fontanis) inter alios fontes ſunt duo, dicti alius *Fons Bandulphi*, alius *Fons ad Fontem*, (vulgò Brunn zum Brunnen/) primo memorabiliores; quorum ille habet *Camphoream* & exſiccantem virtutem, & adhibetur contra *Hydropiſin*, hic continens Sulphuris, Saliſnitri & Auri, eſt potui aptiſſimus, inque præcipua hujus Caupona frequentata primariis Civitatis uſu maxime frequens eſt, cùm prope eam delabatur. Vid. *Thurneiſer. de Aquis pag. m.* 185. Et hæc de Fontibus Germaniæ. In *Italiâ* ſola *Hetruria* 25. Thermas celebres poſſidet, in *Territorio Patavino* 6. numerantur, ut *Balneum Apponitanum*, in agro Patavino (cujus aqua rotam molarem brevi craſſo & denſo lapide incruſtaſſe, ut illum Molitor ſingulis menſibus dedolare cogeretur, ut noſtrates gelu ſe vidiſſe ad nos perſcripſit *Celeb. p. m. J. J. Wepferus*, & hoc etiam de fonte quodam prope Biennam refert *Hildan. Lithioton. Vol. C.* 21.) *Aqua virginis*, *Aqua Divi Petri*, *Therma domus nova*. Balneum apud Viterbium de Grotta dictum mirum in modum valet ad veſicam & renes à viſcoſis & frigidis hu-

moribus

moribus exterendos & extritos roborandas, ſi bibatur, ut & Aqua Porreta Villenſis apud Lucam montem Catinum, de Corſena aliæque in Italia laudatæ apud *Solenandrum in Conſil. p. m. 73.* In *Campaniâ* jam olim celebres fuere *Thermæ Bajanæ.* In *Sicilia* ſunt *Thermæ Selenentinæ, Mons S. Caloceri, Thermæ Syracuſanæ* & innumerabiles aliæ, largam DEI Opt. Max. benignitatem in miſeros Mortales effuſam patefacientes, ceu & eleganter *Poëta*:

Ludit in humanis Divina potentia rebus,
Eſtq́ DEI ſedes, ubi terra, & Pontus, & æther
Et cœlum & virtus. Superos quid quærimus ultra?
Juppiter eſt, quodcunque vides, quocunque moveris.

Sed monet Lyra Pindarica Olymp. Od. 13.

Ἕπεται ἐν ἑκάστῳ μέτρον· νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος·
Eſt modus in rebus quem noſſe optimum eſt.

Quare hîc finis, hic terminus Regni Mineralis eſto cum HYMNO ſeq. *Kirchmaieriano*:

1.
ERtz-König über alle Thronen/
Gelobt von allen Millionen/
Der Engel/ Geiſter und Gerechten/
Und allen außerwehlten Knechten/
Den Himmel/ Hölle/ Erden/ Meer/
Und all ihr eingeſchaffen Heer/
Für den Allmächtigen erkennen/
Und heilig/ heilig/ heilig nennen/
Dich/ ſchrecklicher HErr Zebaoth/
Und thun mit Zittern dein Gebott/
Solt dann ich/ armes Würmelein/
Nicht billich dein Verehrer ſeyn?

2.
Ach ja/ mit tieffſtem niederbücken/
Und inniglichen Andachts-Blicken/
Auß gantzem Hertzen und Gemühte
Sag ich dir Danck für alle Güte!
Lob/ Ehr/ in ſteter Andachts-Glut/
Sey GOtt dem allerhöchſten Gut!
Preiß/ Ruhm/ und tieff-demühtig krümmen/
Auch unermüdet Lob anſtimmen/
Triumph/ Macht/ Glory/ Jubel-Thon/
Dem Schöpffer auff dem höchſten Thron/
Gelobt/ gepreißt/ gebenedeyt
Sey GOtt in alle Ewigkeit.

3.
Die Erde zeigt von deinen Gaben/
So wir darauß zu nehmen haben;
Die Nahrung/ Underhalt zum Leben/
Haſt du uns allen ja gegeben/
Läßſt wachſen noch vielfältig Ertz
Auff Gängen/ Fletzen und in Quertz/
Veredleſt ſie auch mit Geſchicken/
Daß Silber/ Gold und Kupffer blicken/
Zeigſt Glantz und Kiß/ und Mineral/
Queckſilber/ Schweffel/ allzumal/
Was iſt erſchaffen/ lobet dich:
Sollt dich nicht ehren denn auch ich?

4.

Dir/ Schöpffer/ wil die Knie ich biegen/
Und mich für deim Fuß-ſchämel ſchmiegen/
Dein Lob höchſt-ehrerbietig lallen/
Mit neigen und zu Füſſe fallen/
In niedrigſter Demühtigkeit/
Von gantzem Hertzen allezeit/
Mit ächzen/ ſeuffzen/ Augenthränen/
Und brünſtiglichem Seelen-ſehnen/
Voll Durſt und Feur/ durch Marck und Bein/
Es möcht mein eintzig Ruhm doch ſeyn/
Daß ich dich preiß ohn Underlaß/
Und lauffe deines Willens Straß.

5.

Dir beichte ich für Kirchen-Engeln/
Was mir bewußt an Sünd und Mängeln/
Auch all unwiſſentliche Sünde/
Davon mich gnädiglich entbinde!
Ach! ach! ach! weh! weh/ über weh!
Daß ich auß ſolchem Zeug beſteh/
Der nicht gantz iſt nach deinem Willen/
Du wolteſt doch mich ſelbſt erfüllen!
Und werden gantz und gar mein Safft/
Der ſelbſt das Wolgefallen ſchafft;
Würck doch/ durch meine Händ und Zung
Dein Will und Lobs-Beſtätigung!

6.

Dir/ groſſer GOtt/ ſey alle Stunde
Danck/ Lob und Ehr mit Hertz und Munde!
Diß alles bring doch unſerm Schöpfer
Die Creatur/ als ihrem Töpfer!
Es preiß ihn alle Tieff und Höh!
Und überall ſein Will geſcheh!
All ſeine Schaaren und Trabanten/
All ſein in CHriſto Bluts-Verwandten!
Und alles/ was den Athem hat/
Werd nimmer ſeines Lobes ſatt!
Gepreiſet ſey das ewig Wort
Gantz unauffhörlich fort und fort!

FINIS APPENDICIS.



INDEX

INDEX GENERALIS RERUM IN REGNI MINERALIS SPECIALIS

Sectionibus II. III. IV. & hujus Partibus Tribus, maximè verò unoquoque harum Capite contentarum.

Sectio II.
DE METALLIS.

CAPUT I. De Metallorum Natura in genere, Ortu & Differentiis. *Pag.* 1

Cap. II. De Auro ejusq; principiis, differentiis, loco natali, uſu, præparatis variis, &c. 5

Cap. III. De Argento, ejusque principiis, differentiis, loco natali, uſu, præparatis variis, &c. 18

Cap. IV. De Ferro, ejusq; principiis, differentiis, loco natali, uſu, præparatis variis, &c. 27

Cap. V. De Cupro, ejusq; principiis, differentiis, loco natali, uſu, præparatis variis, &c. 46

Cap. VI. De Stanno eiusq; principiis, &c. 56

Cap. VII. De Plumbo, ejusq; principiis, differentiis, loco natali, uſu, præparatis variis, Ceruſſâ, Minio, Lithargyrio. 66

Cap. VIII. De Mercurio, principiis, loco natali, uſu medico, mechanico, experimentali, alchymico, præparatis variis. 76. *& ſeq.*

Cap. IX. De Antimonio ſeu Stibio, principiis ejus, differentiis, loco natali, uſu, præparatis variis, &c. 103

Cap. X. De Cinnabari nativâ & artificiali. *Pag.* 154
Cap. XI. De Biſmutho, Auripigmento, Arſenico, Zafferâ, Cadmiâ, Cobolto, Sandarachâ, Chryſocollâ & Zinco. 168.

Sectio III.
DE LAPIDIBUS.

CAPUT I. De Lapidibus in genere, eorumq; Natura. *Pag.* 185
Cap. II. De Ortu & generatione Lapidum. 188
Cap. III. De Differentiis Lapidum. 191
Cap. IV. De Lapidibus pretioſis minoribus ſeu Gemmis in ſpecie, earumq; Virtutibus, artificialiq; productione. 195
Cap. V. De Adamante, Rubino, Granato. Carbunculo, Hyacintho, Sapphiro, Smaragdo, Beryllo, Chryſolitho, Topacio, Turcoide, Bufonio, Opalo, Oculo Mundi, Oculo Catti. 200
Cap. VI. De Lapidibus pretioſis majoribus, Cryſtallo, ejusq; Fluoribus, Jaſpide, Heliotropio, Malachite, Praſio, Nephritico, Achate, Onyche, Calcedonio, Carneolo, Amethyſto. 216
Cap. VII. De Lapidibus minus pretioſis minoribus, Magnete, Hæmatite, Schiſto, Smiride, Lazuli, Armeno, Lipis, Gloſſopetris, Aſtroite, Judaico, Belemnite, Morochto, Lapide Hybernico, Aetite, Geode, Oſtracite, Cornu Ammonis. 230
Cap. VIII. De Lapidibus Figuratis aliis, formam rerum naturalium & artificialium referentibus, Aſtroite, Selenite, Cometite, &c. Corall. Fungite, Nuciformi ceu Bezoar minerali foſſili, Caryophyllos referent. cum Scholio noſtro de Figuræ productionis modo, Ficoide, Cenchryte, Lap. Aves & Piſces referent. Nautilite, Conchite, Lap. Megar. Ctenite, Myite, Strombite, Cancrinite, Scolopendrite, Alcyonio, Oculo Beli, Lyc- & Leucophthalmo, Lap. Renali, Ceratite, Purpurite, Oſſa referente, Enorchi, Geode oblongo, Chelonite, Bucard. Bugloſſ. Ophiomorphite, Hominem ejusq; partes referent. Lap. Cranioide, Onychite, Umbilicis human. Hyſterolith. Priapolith. Variolato, Gloſſoeide. Artificialia referentes Lapides ſunt Pſeudo-Chelidonii, Cylindriformis, Cuneiformis, Trochites, Patina lapidea, Panis lapideus, Lap. Crucem,

cem, Clavem, Pileum, &c. referentes; AEtiologia figuræ horum Lapidum proponitur ex mente Peireſci in vita à Gaſſendo edita, Wagneri, Muralti, Scheuchzeri. Pag. 253

Cap. IX. *De Lapidibus minus pretioſis Majoribus duris, Saxo, Silice, Pyrite, Cote, Marmore.* 289

Cap. X. *De Lapidibus minus pretioſis Majoribus mollibus, Saxo calcario, Gypſo, Lapide Bononienſi, Pumice, Stalactite & Stalagmite, Oſteocollâ, Unicornu foſſili, Amiantho, Lapide ſpeculari & Glacie Mariæ, Talco.* 296

Cap. XI. *De Coralliis, vero productionis eorum modo, differentiis, uſu & præparatis variis.* 310.

Sectio IV.

DE MEDIIS MINERALIBUS,

EJUSQUE PARS I.

DE SALIBUS.

CAPUT I. *De mediis Mineralibus in genere eorumq́ Ortu & Mixtione.* Pag. 315

Cap. II. *De Salium natura & proprietate in genere, variisq́ eorum configurationibus.* 317

Cap. III. *De Sale communi & Sale gemmæ, eorumq́ præparatis variis.* 318

Cap. IV. *De Nitro ejusq́ geneſi ut & Borrace.* 325

Cap. V. *De Vitriolo ejusq́ differentiis, uſibus & præparatis variis, Lap. ſympathet. Driff, &c.* 336

Cap. VI. *De Alumine variisq́ ejus tam liquidi quàm ſicci ſpeciebus, geneſi, uſibus & præparatis.* 350

Cap. VII. *De Sale Armoniaco, differentiis, principiis, uſu & præparatis variis.* 355.

PARS II.

DE SULPHURIBUS.

CAPUT I. *De Sulphuribus in genere eorumq́ Ortu naturali & artificiali.* Pag. 364

Cap. II. *De Sulphure in ſpecie.* 368

Cap. III. *De Succino.* 378

Cap. IV. De Aſphalto, Mumiâ, Petroleo, Gagate & Carbone foſsili. 384
Cap. V. De Ambrâ gryſeâ & Camphorâ. 387.

PARS III.

DE TERRIS.

CAPUT I. De Terris earumq; Ortu. *Pag.* 392
Cap. II. De Terris Medicis, iisq; vel albis, ut Samia, Lacte Lunæ, *&c. vel rubris, ut* Terra Lemn. Bolo Armenâ, *&c. vel luteis, ut* Terrâ ſigill. Sileſ. Ochra, *&c.* 394
Cap. III. De Terris Artificum, Argillâ, Cretâ, Rubricâ, *&c. quibus adduntur colores varii in uſum pictorium cedentes.* 404.

Appendix de Aquis Mineralibus.

CAPUT I. De Acidulis. *Pag.* 408
Cap. II. De Thermis. 416.

FINIS.